John Adams Library.



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
ADAMS
103.2
v.1

D.60.4

Digitized by the Internet Archive
in 2012

http://www.archive.org/details/ordojudiciorumsi01ough

GEORGE R.

GEORGE the Second, by the Grace of God, King of *Great Britain*, *France* and *Ireland*, Defender of the Faith, *&c.* To all to whom theſe Preſents ſhall come, *Greeting.* *Whereas* Our Truſty and well-beloved *Thomas Oughton*, of *London*, Gent. has humbly repreſented unto Us, *That* he hath, with great Labour and Expence, compiled and prepared for the Preſs, and printed in part, a Work relating to the *Canon* and *Civil Laws*, particularly as practiſed in *England* and *Ireland*, conſiſting of ſeveral Volumes in *Quarto*, Entituled, *Ordo Judiciorum*, &c. the Publication of which will be of publick Uſe and Benefit; He has therefore humbly beſought Us, to grant him Our Royal Privilege and Licence, for the ſole printing and publiſhing the ſaid Work, for the Term of fourteen Years: We therefore, being willing to give all due Encouragement to ſo uſeful a Work, are graciouſly pleaſed to condeſcend to his Requeſt; *And do therefore*, by theſe Preſents, give and grant to the ſaid *Thomas Oughton*, his Executors, Adminiſtrators and Aſſigns, Our Royal Privilege and Licence for the ſole printing and publiſhing the ſaid Work, for and during the Term of Fourteen Years, from the Date hereof; *Strictly* forbidding and prohibiting all Our Subjects, within Our Kingdoms and Dominions, to reprint, abridge, or tranſlate the ſame, either in the like, or in any other Volume or Volumes whatſoever, or to import, buy, vend, utter, or diſtribute any Copies of the ſame, or of any part thereof, reprinted beyond the Seas, during the ſaid Term of fourteen Years, without the Conſent and Approbation of the ſaid *Thomas Oughton*, his Executors, Adminiſtrators and Aſſigns, by Writing under his, or their Hands and Seals firſt had and obtained, as they, and every of them offending herein, will anſwer the contrary at their Perils; *Whereof* the Commiſſioners and other Officers of Our Cuſtoms, the Maſter, Wardens and Company of Stationers of Our City of *London*, and all other Our Officers and Miniſters whom it may concern, are to take Notice, that due *Obedience* be given to Our Pleaſure, herein ſignified. *Given* at Our Court at *Hampton-Court*, the twentieth Day of *Auguſt* 1733, in the ſeventh Year of Our Reign.

By His Majeſty's Command,

Holles-Newcaſtle.

Ordo Judiciorum;

SIVE,

METHODUS PROCEDENDI

IN

Negotiis et Litibus

IN

FORO Eccleſiaſtico-Civili

Britannico et Hibernico.

Ubi, quæ mendis olim cum innumeris edita fuêre, caſtigatè nunc et dilucidè digeſta, juxta *Normam Ordinis Judiciarii*, exhibentur, ac Notis et Obſervationibus illuſtrantur.

Per Thomam Oughton,

Almæ Curiæ Cantuarienſis de Arcubus, London, Procuratorum generalium unum, et à multis retrò Annis Supremæ Curiæ Delegatorum Regiſtrarii Regii Deputatum.

LONDINI:

Impenſis AUTHORIS. M.DCC.XXXVIII.

ADAMS 103.2
v.1

Venerabilibus, Egregiis, Ornatiſſimis,

Conſultiſſimiſque VIRIS,

Admodùm ERUDITIS, meritò COLENDIS,

Dominis Judicibus *et* Advocatis, LEGUM [Canonici et Cæſarei JURIS]

DOCTORIBUS;

SCILICET,

In *Foro* Eccleſiaſtico-Civili, et *Hoſpitio*, ſeu *Collegio* Juris Utriuſque Peritorum, LONDINI, ad miniſtrandam Juſtitiam et Veritatem tuendam, *Celeberrimo*,

Jus-dicentibus EXIMIIS, Oratoribus ELOQUENTISSIMIS; ECCLESIÆ, JURIS, REIPUBLICÆ, verè

PATRONIS;

Non ſolùm in noſtræ *Britanniæ*, ſed in reliquis etiam Terrarum Orbis, *Imperiis*, quà latè patent *Gentes*, in omni *Natione*

CIVIBUS;

QUEIS ineſt ſumma FIDES, INTEGRITAS, CANDOR, PROBITAS, ÆQUABILITAS, HUMANITAS;

Haſce *mearum* Primitias *Lucubrationum*,

Obſequii quà *devotiſſima* Pignora,

Lubenter & humillimè

Exhibeo, do, dedico, conſecro,

Tho. Oughton.

GEORGE R.

GEORGE the Second, by the Grace of God, King of *Great Britain*, *France* and *Ireland*, Defender of the Faith, *&c.* To all to whom theſe Preſents ſhall come, *Greeting*. *Whereas* Our Truſty and well beloved *Thomas Oughton*, of *London* Gent. has humbly repreſented unto Us, *That* he hath, with great Labour and Expence, compiled and prepared for the Preſs, and printed in part, a Work relating to the *Canon* and *Civil Laws*, particularly as practiſed in *England* and *Ireland*, conſiſting of ſeveral Volumes in *Quarto*, Entituled, *Ordo Judiciorum*, &c. the Publication of which will be of publick Uſe and Benefit; He has therefore humbly beſought Us, to grant him Our Royal Privilege and Licence, for the ſole printing and publiſhing the ſaid Work, for the Term of fourteen Years: We therefore, being willing to give all due Encouragement to ſo uſeful a Work, are graciouſly pleaſed to condeſcend to his Requeſt; *And do therefore*, by theſe Preſents, give and grant to the ſaid *Thomas Orghton*, his Executors, Adminiſtrators and Aſſigns, Our Royal Privilege and Licence for the ſole printing and publiſhing the ſaid Work, for and during the Term of fourteen Years, from the Date hereof; *Strictly* forbidding and prohibiting all Our Subjects, within Our Kingdoms and Dominions, to reprint, abridge, or tranſlate the ſame, either in the like, or in any other Volume or Volumes whatſoever, or to import, buy, vend, utter, or diſtribute any Copies of the ſame, or of any part thereof, reprinted beyond the Seas, during the ſaid Term of fourteen Years, without the Conſent and Approbation of the ſaid *Thomas Oughton*, his Executors, Adminiſtrators, and Aſſigns, by Writing under his, or their Hands and Seals firſt had and obtained, as they, and every of them offending herein, will anſwer the contrary at their Perils; *Whereof* the Commiſſioners and other Officers of Our Cuſtoms, the Maſter, Wardens and Company of Stationers of Our City of *London*, and all other Our Officers and Miniſters whom it may concern, are to take Notice, that due *Obedience* be given to Our Pleaſure, herein ſignified. *Given* at Our Court at *Hampton* Court, the twentieth Day of *Auguſt* 1733, in the ſeventh Year of Our Reign.

By His Majeſty's Command,

Holles-Newcaſtle.

PRÆFATIO.

CELEBERRIMI olim Juriſconſulti, *Durandus* (quem *Speculatorem* vocant) *Panormitanus* (qui citatur *Abbas*) atque *Ferrarius* (qui vocatur *Papienſis*) &c. *Nobis* non ſolùm exhibuêre, ſuo quiſque tempore, *Normas* procedendi; ſed maximè *Formularum* et *Inſtrumentorum* Specimina: Cùm verò Volumina prælaudatorum *Formuliſtarum* exteris Juriſdictionibus, Ritibus, Titulis et *Formulariis*, jam *Nobis* quidem exoticis et interdictis, plerúmque redundare comperta fuerint; ex *Horum* itaque *Floſculis*, hinc et inde fragrantibus, Juriſprudentiæ ſtudioſi *Mel* affatìm exhauſêre defæcatius, *Nobiſque* propinavêre.

Aurea quidem inde fabricata fuêre *Inſtrumenta* chirographica, *Noſtratûm* Uſui magìs accommodata: *Singularia* verò iſtius generis quamplurima, multo in Pulvere, deprehendi *Monumenta*, quæ nefas eſſet ni conſervarentur in Ævum, et Juris publici fierent, in communem Utilitatem.

Archivorum enim Auguſtæ Delegatorum Regiorum Curiæ Cuſtodia Parenti meo (dum egiſſet in humanis) demandata fuerat, et a multis abinde Annis, in eodem Officio defungendo gnaviter incubui, in quam aliarum Curiarum *Proceſſuum* et *Formularum* Rivuli, velut in Mare, copioſiùs ſolent demùm derivari: Ideoque (dum per Otium liceret) *Acta*, *Decreta*, *Proceſſus* et *Inſtrumenta* (pro virili) in *Methodum* aptiorem ut reſtituerem, Studium et Conatus impendere conſtitui; quæ aliàs certè, Progreſſu temporis, heu fraudatrici traderentur Oblivioni! Per Bellum enim inteſtinum, Conflagrationem Urbis terribilem, alioſque Caſus fortuitos, ita fuêre diſperſa, ita confuſa, ut haud minoris fuerit Operæ ea demùm colligere, et reſtituere, quàm *Sibyllina* iſta celebrata Folia.

Unde cùm in Animo ſæpè ſæpius rependerem, quàm brevis eſſet Occaſio et labilis, incertumque an eadem futura meis (in hiſce Negotiis) Succeſſoribus, ac mihi Opportunitas, ſimul ac Voluntas; in horum ſeriò revolvendis *Archivorum* Scriniis, non ſolùm *Notulas* et *Obſerva-*

tiones

tiones identidem excerpſi, rerum in quâque Materiâ digniſſimarum, quæ ad Juris Eccleſiaſtico-Civilis *Proceſſum*, et *Praxin* accuratiorem, maximè conducerent; ſed etiam *Authentica* in Cryptis Eccleſiaſticis ſepulta, et Carie peritura, collegi, et inde *Formarum Antigrapha* et *Exemplaria* exhibere propoſui; *Quorum* ſi ſparſa colligerentur in unum, Opus certè Gentis, in univerſum, literariæ Votis et Patrocinio dignum exiſteret.

Idcirco enixiùs incumbendum duxi, velutì ex debito publico, pro mei muneris Officio, ut hunc *Tractatum* (perquàm operoſum) a noſtris hucuſque intentatum, extemplò in me ſuſciperem, ac ſacrarem Poſteritati: Præcipuè cùm Reipublicæ literariæ, Nepotibuſque ſerò naſcituris, pergratum fuerit omninò et acceptum, ut quæ pulcherrima ſunt, digniſſima quidèm et perutilia, quandoque diu ſopita, e Receſſibus erigerentur tenebroſis, perque Terrarum Orbem eluceſcerent in Apricum; Ævi Diuturnitate non obliteranda.

Monumenta quidem hæc, vocalia, validè munita ſunt efficaciſſimis *Modis* et *Formis*, a *Jure* præſcriptis, et abinde, ſummâ Curâ et Diligentiâ conceptis et excogitatis, hauſtis e purioribus et perpetuis Latinis *Fontibus*, hauſtis et ex (inde promanantibus) *Rivulis* Anglicanis.

Ab *Exemplis* inducitur Obſervantia; hujuſmodique *Tabulæ*, *Documenta* et *Munimenta* doctiſſimis ſanè Fundamentis, a *Jure* quæſitis, referta, Alimentum Memoriæ dant laudabile; dirigunt et informant; *Juris Stylum*, atque *Methodum* procedendi faciunt evidentem; maximè ſiquidem *Exempla* Rem declarant, veluti Digito oſtendunt, et quaſi Tactui ſubjiciunt; Firmior eſt etiam ſemper Opinio, quæ *Exemplis* nititur. Cúmque *Leges* et *Inſtrumentorum Formulæ* pari paſſu ambulare ſolent, *Harum Exempla* et *Axiomata* in medium proferre ſedulus, hæc inſtitui *Specimina*, a tot Viris eruditis approbata, diúque multúmque deſiderata; utpotè quæ (Lex animata) JUDEX, *vivæ Vocis Oraculo*, legit et pronunciavit, in *Actis Curiæ* et *Regiſtro* inſinuavit et approbavit, vel locutus fuit per *Sigillum*.

Cúmque jam jam, in *Horrea* noſtra, uberrima ſit introducta *Seges*, e maturâ *Meſſe*, ſedulò coacervatâ, *primulas* haſce *Tibi* (benè multas imò quas in hunc *Acervum* cogere potui) *Ariſtas* accumulavi; *Fruges* etiam ſelectiſſimas, ex uberiori Proventu, *Tibi* (quàm citiſſimè) *plures* allaturus.

CATA-

PRÆFATIO.

CUM, ex Ephebis, in Juris Eccleſiaſtico-Civilis Exercitatione Practicâ, deque Cauſis, præſertim in Foro Supremo Delegatorum agitari ſolitis, Operam diutinè navaverim, interea maximè Curæ fuit potiora ſecernere Collectanea; Juris ut utriuſque, per varios ancipiteſque procedendi Modos, Syſtema ſeu Methodum, cum Formulis, concinnarem: Unde Curioſus, circa hujus Scientiæ Theoremata, et Præſcripta Juris Authoritate ſancita, Inveſtigator, quicquid ulteriùs poſſit expetere (quoad hæc Executioni debitè demandanda) id, per Exempla, dilucidè comprobatum haberet.

Hocce Molimen, à nemine hucuſque ſuſceptum, Juris ut publici fieret, totus inſudavi; quocirca multam undiquáque, Scriniis e privatis et publicis, non ſolùm noſtris Archivis et Regiſtris, ſed et e *Cottonianis*, aliiſque reconditis Manuſcriptis, digeſſi Molem.

Quumprimum autem inſtructiſſimam illam, in Re Literariâ Encyclopædiam, Bibliothecam, alteram Ptolemaicam, nempe, ſelectiſſimam *Harleianam*, olim inſpicere mihi datum fuiſſet, et veneranda in eâdem Antiquitatis luſtrâſſem Monumenta, obſtupui tantum Margaritarum ſimul extare Theſaurum, aliàs nullibi conſpiciendum! itidem exultavi, Te, Munificentiſſimum et Præhonorandum Dominum, Dominum *Oxoniæ Comitem*, *Comitem Mortimer*, *&c.* Gazarum earundem Theſaurarium eſſe Celeberrimum; Cujus, ex animi Amplitudine, eſt, Tua ut omnia bonum in publicum pateant, et redundent; Vir Prænobilis et Eximie, Qui Rei Literariæ, Ipſe Literatus, Decus es et Tutamen.

Hiſce munitus Auxiliis (quod, longo Sudore, et Expenſis, collegi, concinnavi, perpolivi) Opus operatum pro Prælo paratum habui, cui Titulus inſcriptus erat, *Proceſſus Judiciarius in Foro Eccleſiaſtico-Civili-Anglicano, unà cum Inſtrumentorum Formulis accuratiſſimis, diligenter collectis, fideliter expreſſis, et aptè diſpoſitis.*

Hæc

Hæc ad Conamina favorabiliter annuerunt inſignes admodum, in utroque Jure, Domini judicantes, eademque manibus (in hâc formâ) propriis approbârunt.

Hoc Tentamen perutile fore, et accuratè perficiendum cenſemus, et ita ex animo

Commendamus.

Archiepiſcopi.
Tho. Cantuar.
Jo. Ebor.

E ſupremâ Curiâ Cancellariæ.
Harcourt. C. S.

Epiſcopi,
H. London,
N. Dureſme.
Jon. Winton.
Tho. Roffen.
Gi. Sarum.
H. Herefordenſ.
Jo. Lichfield. & Cov.
J. Elienſis.
Ric. Petriburg.
Edw. Glouceſter.
W. Oxon.
Jo. Bangor.
W. Carliol.
Geo. Bath. & Well.
W. Lincoln.
Jo. Landavenſ.
Offp. Exon.
W. Ceſtrienſ.
C. Norwich.
W. Aſaphenſis.
Tho. Ciceſtrenſis.
P. Menevenſis.
Joh. Briſtol. C. P. S.

E Curiâ ad Placita, coram ipſo Rege tenenda;
Juſticiarii.
T. Parker.
John Powell.
Littleton Powys.
R. Eyre.

E Curiâ de Banco communi.
Juſticiarii.
Trevor.
Jo. Blencowe.
R. Tracy.
Robert Dormer.

E Curiâ Scaccarii Regii;
Barones.
Edw. Ward.
Tho. Bury.
Ro. Price.
S. Lovell.

E Foro Eccleſiaſtico-Civili;
Judices et Legum Doctores.
J. Betteſworth.
C. Hedges.
Nath. Lloyd.
Hen. Newton.
R. Pagitt.
Jo. Harwood.
W. Clements.
W. King.
Tho. Ayloffe,
J. Exton.
C. Herriott.
Hen. Raynes.
R. Wood.
Hum. Henchman.
G. Paul.
Car. Pinfold.
H. Penrice.
Tho Paſke.
W. Phipps.
Gul. Strahan.
Joh. Audley.
Ed. Kinaſton.
Joannes Andrew.

Tametſi

Tametſi verò mihi fulcito, tot et tantis Adjumentis atque Suffragiis, hoc optatò ſucceſſit ſub manibus Negotium; attamen inauſpicatò Noctis unius infœlicis Incendio, cum Typographi Ædibus, ejuſdem Pars maxima ſimul (eheu!) eodem ſuccubuit Infortunio, conflagravit! Nihilominus autem ardens egomet, ut fierem propoſiti tenax, iteratis Impenſis et redintegrato Labore, quid deperditum (quoad potui) reſtauratum habere deſudavi; et è Curiarum noſtrarum Statutis Legibus et Conſuetudine, de modo procedendi, Axiomata pretioſiſſima, tam antiquitùs obſervata, quàm hodie quæ comprobantur, utcunque promiſcuè coacervata et confusè cumulata, certum in Ordinem aptè digeſta diſtribuere, et accommodatè coaptare, deſtinavi.

Normam igitur et Regulas, pro Stylo Curiarum uſitatas, ſemel et iterum attentiùs evolvendo, ſedulò inveſtigavi: Tractatum illum Manuſcriptum, à *Franciſco Clarke*, Almæ Curiæ Cantuarienſis de Arcubus, London, Procuratorum generalium uno, A. D. 1596. compoſitum, etiam atque etiam perlegendo, recognovi; unde poſthumam Editionem ejuſdem, imprimis in Hiberniâ, temerariè Typis mandatam, omnino mancam eſſe et mutilatam, confuſam et obſcuram; necnon Editionem iteratam Londini excuſam, Mendas prioris (omnino incaſtigatas) fideliter retinere, ſedulò imitari, ſuiſque propriis accumulatiſſimè redundare, ſatìs ſuperque exploratum habui: Veriſimillimum enim eſt, quòd ab Authoris Manuſcripto Originali, tranſumpta fuêre, nonnulla Exemplaria, et ab his iterum alia, donec ex multiplicatâ Tranſcriptione, Mendæ quóque Scriptorum vitio et incuriâ, multipliciter irrepſerunt; quódque ex uno vel altero (horum MSS.) minùs cautè tranſcripto, et non fideliter, cum Originali, collato, hæ ſpuriæ nobis obtruduntur Editiones.

Porrò autem, ex inſpectione hujus generis MSS. Antiq. evidenter appareat, nonnullas verborum Clauſulas, ſeu Lineolas Sententiarum, in Margine ſeu Pagellâ laterali, ſeorſim aliquando poſitas eſſe et inſcriptas, quas (ut videtur) Protocolli (ſeu Scripturæ primariæ) Scriba, currenti non attingens Calamo, fortè pertranſivit; quódque de Culpâ ſuâ, ex Collatione poſtea factâ, commonitus, quæ fuêre pridem omiſſa, demum, in Margine reſtauravit; abſque tamen Aſteriſco, ſeu Stellulâ, vel aliâ quâcunque Notâ, ſignificante, quòd quicquid hìc, in uno loco, ſeponitur, illìc, in alio, interſerendum eſt: Unde Editor Hibernicus, in Re Practicâ Fori Judicialis (utì patet) minimè, ſeu parùm exercitatus, toties hallucinatur; multiſque in locis haſce Clauſulas marginales perperàm locavit: Perquàm autem difficillimum eſt, hujuſmodi Verba (ſparſim inconſultè diſſeminata) Sulculis plantare propriis, cæteraque noxia et erratica totaliter eruncare; ſanè verò totus Ager, de novo, colendus eſt,

eſt, exarandus, fractiſque glebis, renovandus, ut optimorum Fructuum ſit abundè ferax.

Verbis enim et Sententiis, in locis non ſuis, ita præpoſterè frequenter interſperſis, Pagina vel in Senſum inflectitur omnino diverſum, ſeu maximè turbatur, et ad Mentis captum inexplicabilis eſt: Itidemque Mentem offuſcat Nebula, quum Clauſulæ, ſeu Verba quædam, ubinam inſeri debuiſſent, inibi totaliter ommittuntur; ubi coincidunt inter ſe repugnantia; cùm ponitur Actor pro Reo; unà cum aliis, omnigenis Erroribus (alternis penè lineolis) undiquáque ſcatentibus.

His inſuper addamus Indicis (oſcitabundè fabricati) Tenuitatem et Pauperiem, utputà, Paucitatem in eo Rerum et Verborum; imò Capita, ſeu Titulos (ad quos refert) ementitur: Cúmque Gnomon eſſet (ad oſtendendum aliquem, pro certo, numerum) falſo tamen Lumine confuſum eſt, ac umbratilem, per devia, præbet Ductum, ad Locum ubi nihil ad Rhombum; unde derelictus eſt (hoc Dolo circumventus) Lector, in totius Operis Abyſſo, quid appetit, expiſcari; ibidemque Folia contrectans et evolvens, anxiè dum rimatur (de re, quam deſiderat, perquirendâ) flexuoſis errans in Ambagibus et Mæandris, interea pertæſus abhorret à Labyrintho: Namque Capita penè ſunt omnia confusè, et permiſtè, locata, *Ordine* vix uſpiam obſervato, quinimo penitùs ſpreto et poſtpoſito.

Ecce, tandem igitur, hujuſmodi noſtrum *Proceſſum Judiciarium*, è Cineribus reſuſcitatum, reſponſorum Illuſtrium ſuorum aliquando Votis obſequentiſſimè reſponſurum; etiamſi mutato ſub Nomine inſcriptum: Idque pariliter aliquantulum aſſimulavi, pro more MARANTÆ, Jureconſulti Clariſſimi, *Venuſii*, qui ſcripſit Tractatum illum pulcherrimum, cujus Editionem habeo, penes me, *Coloniæ* Typis mandatam, A. D. 1570. ejuſque Libri Titulus eſt, "*De* "*Ordine Judiciorum*": Cúmque docet ille doctus, in *Proœmio* ſuo, § 3. "*Ordo* modus eſt agendi, ſine quo nil rectè agitur"; et *ibid.* § 21. "*Judicium* eſt Lapis angularis totius legalis Doctrinæ, et ideo "ſummo opere regi debet"; Hiſce fretus equidem Documentis, *Ordinem Judiciorum*, ſeu *Methodum Procedendi*, in Negotiis et Litibus, in *Foro* noſtro *Eccleſiaſtico-Civili* (quantùm exigui patiuntur Ingenii vires) accuratè conſummavi. *Judiciorum* enim *Ordine* deficiente, vitiatur inde *Proceſſus Judicialis*; imò totus efficitur inanis et ad irritum cadit: Hìc igitur à primo Litis Ingreſſu, Finem uſque *Judiciorum*, trita calcanda Via eſt; quâ pergratum, ſine Diverticulis ſalebroſis, inſtituamus Iter, Majorum noſtrorum Veſtigiis ſignatum; ac Metam, abſque Tædio, vel Obſtaculis confragoſis, facillimè aſſequamur: Operis autem hujuſmodi Compen-

diam

dium analyticum, et Methodum hanc noſtram ſuccinctè depictam, præ manibus habes in *Pag.* 33, 34, 35, 36, 37.

Præterea, non ſolùm hujuſmodi rudem et indigeſtam Molem, operosè ſatìs, in certum Ordinem coegi, quinetiam in Paragraphos, ſeu Sectiones, aptè diſpertitam, diſtribui; ne rerum omnino diverſarum Congeries, denſiùs aliquando conglomerata, Senſum obturbet, implicitè confundat, et cæco obruat infeliciter Acervo. His etiam Epitomen, ſive Summarium, ad Marginem, aſcripſi; quò Theſis, ſeu Argumentum, uſquequaque comitatur, in paucis complectitur, illuſtratur.

Denique paſſim, ubi Ratio monuit et coegit, Operi commodatiſſimas, et apprimè conſentaneas, adhibui Notas et Obſervationes; ex his enim Elucidationibus interpretantur quoquomodo obſcura; planaque redduntur et enucleantur quæque nodoſa; peropportunè ſtatuminantur (a MSS. authenticis) aliqualiter deficientia; et a nonnullis, e penu proprio depromptis (quæ vel, Experientiâ Magiſtrâ, practicata et adjudicata novi, vel Studio, vel a Peritis didici) recreantur exolentia, noviſque fulcita Suſtentaculis, effloreſcunt in apricum.

Ante Limen autem hujus Operis Aream adhibui, Statuis (enixiùs, pro mei Artificis utut exigui facultate, conflatis) decoratam: Monumenta quædam etiam, edax quæ neſcit Vetuſtas abolere, ex Antiquorum equidem effodi Caveis, et pro Frontiſpicio meliùs ornando collocavi: Nempe, De Hoſpitio, ſeu Collegio Dominorum Advocatorum, ejuſque Privilegiis et Antiquitate; De Almâ Curiâ de Arcubus, ejuſque Celebritate; Deque Foro (quondam) Audientiæ: Hæc ſunt Opuſculi Prolegomena.

Veluti Cynoſura, et Nauticæ Pixidis Acus verſoria (Magnete tincta et exuſcitata) quocúnque trahunt retrahuntque Fluctus, ſunt ad Littora fidiſſimi Duces; pariter, in Librorum ultrò citróque fluctuante Materiâ, poſtulantur Indices apprimè ſinceri: Hi collocantur in quoviſcunque Folio; tibi nempe quicquid apponitur, in Margine laterali, Synopſis eſt omnium in iſta Paginâ contentorum; interſeritur etiam, inter Obſervationes, Elenchus, ad indicandum ubi facillimè reperias his quoquomodo conſentanea; quinetiam inſuper annexa eſt Operi Tabula Capitum, et Titulorum; de quibus etiam tibi porrigitur Analyſis; ulteriùs habeo polliceri (ſuper Incude, malleoliſque paratum) totius Operis rerum et verborum locupletiſſimum Indicem, alphabeticum. Ardenter inſtant autem omnes hujus appetentes, ut (quàm celerrimè) peractum hucuſque Opus in Lucem ederem, Indicem hujuſmodi libenter in Tomo ſecundo recepturi; vellicat etiam aurem Bibliopola, quòd ſupra modum (in hoc Volumine) ſtipulatum, jampridem exaravi Schedas: Hiſce rationibus adductus, atque potiſſimum obſecun-

dandi gratiâ Votis exhortantium Eruditorum (huic Operi ſubſcribentium) lubens acquieſco: Vade Liber, in Urbem; imò, toto notus eſto in Orbe literario, ubi Gentium et Terrarum Canonico-Civiles florent Leges; unde profectò Normam in Judiciis Juri conſonam, inter Noſtrates uſitatam, inſpicientes, etiam Exteri non dedignarentur animitùs approbare, et, ad Juſtitiam quàm celerrimè conſequendam, imitari.

Cunctis enim hinc appareat, aptè diſpoſita, Venuſta *Judiciorum* Conſuetudo; nempe, quoad Cauſas in genere, præparatoriè quid agendum eſt, ante Litem inchoatam; quid poſt ejuſdem Ingreſſum et Inſtitutionem (etiam in Appellationibus) uſque Sententiam definitivam, et ejuſdem Executionem: Inque Cauſis et Negotiis hujuſmodis, quis eſt omnium cujus non intereſt (frequenter admodum) aut agendo, ſeu defendendo, vel aſſiſtendo, ſive removendo (cum agitur aut de famâ, ſeu fortunis ſuis) neceſſariò ſemet, et utiliter (ſaniori adhibito Conſilio) immiſceri? Viriſque omnibus Eruditis nonne pergratum eſſet, Almam *Judiciorum* Formam, Nævis mirum (olim) in modum maculatam et deformatam, ac omnino incomptam, nunc denuo cultam et exornatam, nitidoque more decoram intueri?

De *Cauſis Criminalibus*, hìc explicatum eſt in Foro quid agendum, et in Viſitationibus celebrandis, per Inquiſitionem, Accuſationem, ſive Denunciationem; quid objiciat Promotor, aut OEconomus, et quomodo ſe gerat iſte qui detectus eſt.

In *Cauſis Beneficialibus*, oſtenſum eſt quid poſtulet Patronus, quid petat Clericus præſentatus, ad obtinendum Inſtitutionem et Inductionem; quid inſuper agat Epiſcopus; adjiciuntur quæ facienda ſunt de Dilapidationibus, et Ruinis, excuſandis, inſpiciendis, defalcandis, aut reficiendis; de Decimarum Solutione, Conſuetudine ſeu Modo, et Oblatione, deque Fructuum Sequeſtratione.

In *Cauſis Matrimonialibus*, indicatur quid agendum eſt in Contractu, ſeu Sponſaliis; fieri quid oportet de Deſponſatione Impuberum, eorumve Matrimonio diſſolvendo; quomodo procedendum eſt in Causâ Impedimenti Matrimonii, contra quoſcunque ejuſdem Celebrationi, ſeu Conſummationi, perperàm obſtantes, aut Sponſam ſive Uxorem detinentes, minantes, perſuadentes, a proprio Viro alienantes, et ad alia Vota ſolicitantes; et qualiter hi puniendi ſunt; quæ fieri ſolent in Causâ Jactitationis Matrimonii; item de Sequeſtratione Fœminæ; quid exercendum eſt in Matrimoniis Clandeſtinis [ubi tractatur de Pœnis clandeſtinè ſolemnizantium, ac de Privilegiis Matrimonii legitimè ſolemnizati] quænam agitanda ſunt de Sumptibus et Alimoniâ recuperandis; inque Causâ Separationis a Thoro et Mensâ propter Sævitiam; item propter Adulterium [ubi diſtinguitur de Adulterii Compenſatione, et (inter Partes) Condonatione] præterea

quomodo

quomodo morem gerat aut Maritus, ſeu Nupta, in Causâ de Reſtitutione Obſequiorum Conjugalium [ubi narrantur etiam quæ Reſtitutionem impediunt] quid elaborandum eſt in Causâ Divortii à Vinculo, ſeu Nullitatis Matrimonii, ſive ratione prioris, vel ob Gradûs Propinquitatem; atque quid fieri debet, de Nullitate conſimili, propter Impedimentum naturale, ſeu in Causâ Frigiditatis.

In *Cauſis Teſtamentariis*, deſcriptum eſt quomodo fit Probatio Teſtamenti, vel in communi, vel (per Teſtes) in ſolenni Juris formâ; quando fit Comparatio Manuum, ſeu Characterum; quo pacto conceditur Adminiſtratio bonorum abinteſtatò decedentis; Adminiſtratio temeraria qualis eſt, quàm damnoſa, qualiter reprobanda; patefactum eſt præterea, quamobrem permittitur Declinatio Fori, et ſuſcitatur Probatio Juriſdictionis [adhibentur hìc nonnulla quoad Bona, quæ dicuntur, Notabilia] Deinde patent apprimè obſervanda de Inventariis et Computis, Executorum et Adminiſtratorum, concipiendis et exhibendis; demonſtratum eſt etiam, quòd admodum prodeſt, non ſolùm Legatariis, et proximis defuncti Conſanguineis, atque Creditoribus, horum apta Confectio, juſta Redditio, et in Regiſtrum Curiæ debito tempore Exhibitio, quinetiam edocetur, quòd haud paulò plus refert ipſis Executoribus et Adminiſtratoribus; hìc inſuper occurrit, quomodo fiat ab ulteriori Computo Liberatio, et quo pacto Literæ acquietantiales impetrari poſſunt; porrò proponuntur ſingularia de Infantibus et Minoribus, eorumque Curatoribus aſſignandis, aut eligendis; quamplurima de Legatis petendis, recuperandis, et ſolvendis, etiam ubi Teſtamentum (in quo data ſeu relicta fuêre Legata) celatum et ſuppreſſum eſt; His accedit quomodo fiat æqualis Diviſio Legatorum, pro Ratâ; qualiter Oblatio ſit, aut realis, ſeu verbalis (utputà, cùm Legatum non eſt quid portabile) vel conditionalis (utpote, Obligationum, ſeu Debitorum) et quando potior eſt Oblationis Acceptatio, quando Recuſatio; cùm denique probanda ſit plena Adminiſtratio.

De *Cauſis Diffamationum*, exponitur Anni Lapſus à Verborum Prolatione, et qualis intelligitur Remiſſio Injuriarum; quid operatur Conſtitutio Provincialis; quid agendum eſt contra Diffamatorem in Scriptis, ſeu iſtum qui Libellum famoſum publicavit; quæ peragenda ſunt cùm Teſtis, in propoſitis Exceptionibus, diffamatus eſt; quomodo fiat Juſtificatio Diffamationis; de Reconventione in Cauſâ Diffamationis; et quomodo fit, inter Partes, Compenſatio; deque Peractione Pœnitentiæ, et Pœnis (in his) Delinquentium.

Obiter his etiam veniunt aliis aptata Negotiis; et quomodo procedendum eſt de *Perjurio*, *Simoniâ*, *Uſurâ*, Violentâ *Manuum Injectione* in *Clerum*, *Rixatione* in *Eccleſiâ*, ſeu *Cœmeterio*,

Lenocinio, *Ebrietate*, *Blaſphemiâ*, *Abſentiâ* ab *Eccleſiâ*, non *Solutione* erga *Fabricam* ſeu *Libros Eccleſiæ*, in *Subſtractione Feodorum*, item *Procurationum*, ſeu *Synodalium*, etiam *Annuæ Penſionis*, necnon *Mortuariorum*; cum plurimis aliis, quæ brevitatis ergô (referendo ad Librum) hìc prætereo.

Porrò palàm extat, cum permiſſa ſit *Declinatio Fori Judicis*, ante Litem inceptam, in Provocationibus; ac ubi poſt Litem inchoatam, in Recuſationibus; et quando, vel, ob Juſtitiam denegatam, vel, procraſtinatam, fit *Juriſdictionis Devolutio* (per Reſcriptum Superioris ad Inferiorem) in *Duplicibus Querelis*.

De *Appellationibus*, deinceps in propatulo eſt, ubi fiat Appellatio (à Gravaminibus, aut à Sententiâ) ab eodem ad eundem, ſeu à delegato ad delegantem, et quid tum poſtea procedendum eſt; hìc opportunè pertractanda veniunt, quæ pariter elucidantur (nempe) de Apoſtolis petitis, datis, aut denegatis; de Adhæſionis Interpoſitione; de Attentatis, poſt Inhibitionem Judicis, revocandis; de Deſertione Appellationis, infra Terminum Juris aut Hominis; ibi tum applicantur, quæ ſunt hujuſmodi Deſertionis Impedimenta, et explicatur qualis eſt Admiſſio in ſecundum Fatale; adhæc annectuntur plurima requiſita de Sententiâ definitivâ; de Executione rei judicatæ; de Sorte principali, et in Expenſis Condemnatione; deque earundem Taxatione, vel Reſervatione, item Excuſatione, ſeu Compenſatione; ſuo loco, deſignatur etiam quid agitur in Supremâ Curiâ Delegatorum, vigore Commiſſionis Regiæ Originalis, aut Adjunctionis, aut Reviſionis: His inſuper adjeci procedendi Modum, de *Epiſcopis confirmandis*; Omnia (pro virili) *Formulis* et *Exemplis* (quæ ad Prælum parantur) in altero Volumine, accuratè et quàm celerrimè ſuppediturus: Illic etiam annectetur Eruditorum huic Operi Subſcribentium Catalogus.

Inter hæc autem edita, et ulteriora (quæ Typis devovi) paulò mox in Lucem emittenda, mihi nihil aliud optatius eſt, Erudite Lector, ideoque ſanè Benevole, quàm ut aliquid acceptum Tibi fecerim: Quòd ſi, fervente Prælo Typographi, ſubſilientes aliquæ literarum Scintillulæ forſitan elabantur, habe me, rogo, excuſatum; et in omnibus eſto Candidus.

TABULA

TABULA

*C*APITUM et *T*ITULORUM in hoc *L*IBRO.

Operis Prolegomena.

CAP. I. DE *Hoſpitio Dominorum Advocatorum.* 1

CAP. II. *De Almâ Curiâ Cantuarienſi de Arcubus.* 8

CAP. III. *De Curiâ (olim) Audientiæ Cantuarienſis.* 15

Ordo Judiciorum, *&c.*

De Curiis.

TIT. I. DE *Curiis Eccleſiaſticis quæ celebrantur, Authoritate Reverendiſſimi Cantuarienſis Archiepiſcopi, intra Civitatem Londinenſem.* 1

De Diebus Juridicis.

TIT. II. *De Diebus, in Curiis, pro Juridicis obſervandis.* 3

De Judicibus.

TIT. III. *De Judicibus modernis Curiarum quæ celebrantur Authoritate Reverendiſſimi Cantuarienſis Archiepiſcopi, intra Civitatem Londinenſem, eorumque Titulis.* 8

De Cauſis.

TIT. IV. *Quòd diverſæ Cauſæ, præter Cauſas in præſenti Titulo inframentionatas, ſolent, ac poſſunt tractari in Curiis Eccleſiaſticis.* 9

TIT. V. *De Cauſis, in genere, quæ tractantur tam in Curiâ de Arcubus, quàm in Curiâ Audientiæ.* 16

TIT. VI. *De Cauſis tractandis in Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis.* 18

TIT. VII. *Quæ Cauſæ ſunt Cauſæ Plenariæ.* 21

De

De Partibus in Judicio.

Tit. VIII. *De Admiſſione in Formâ Pauperis.* 23
Tit. IX. *De modo allegandi, et probandi Sufficientiam bonorum, ad impediendam Admiſſionem in Formâ Pauperis.* 24
Tit. X. *De modo probandi Inſufficientiam bonorum, ad obtinendam Admiſſionem in Formâ Pauperis.* 25
Tit. XI. *De modo objiciendi, et probandi Excommunicationem contra Actorem; ut nihil decernatur ad ejus Petitionem.* 26
Tit. XII. *Quòd geſta per Perſonam Excommunicatam, ante objectam et probatam Excommunicationem, valent; et non ſunt (ipſo Jure) nulla; Et quòd geſta, poſt probatam Excommunicationem non valent.* 27
Tit. XIII. *De modo ſiſtendi Proceſſum, ſi Utlagatus quicquam petierit.* ibid.
Tit. XIV. *Quòd Tertius poteſt intervenire, pro Intereſſe ſuo, et in quibus caſibus.* 28

De Citatione.

Tit. XV. *De Juriſdictione Judicum Curiarum de Arcubus, et Audientiæ; et in quibus caſibus Pars citari poſſit, ad comparendum extra Diœceſin, ſeu Juriſdictionem, ubi habitat.* 38
Tit. XVI. *De Stylo Judicis et Curiæ de Arcubus, in omnibus Citationibus, Commiſſionibus, et Decretis quibuſcunque.* 39
Tit. XVII. *De Stylo Judicis, et Curiæ Audientiæ Cantuarienſis, in omnibus Citationibus,* &c. 40
Tit. XVIII. *De Stylo Judicis, et Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis, in omnibus Citationibus,* &c. 41
Tit. XIX. *De Citatione originali, ſive primariâ.* 42
Tit. XX. *Quæ continentur in Citatione primariâ, ſeu originali.* 43
Tit. XXI. *De modo exequendi Citationes Primarias.* 44
Tit. XXII. *De Citatione, et modo Executionis ejuſdem, contra Decanum et Capitulum, vel Præpoſitum, Socios, et Scholares Collegii, vel aliquam aliam Communitatem.* 46
Tit. XXIII. *De modo obtinendi Citationem, quæ dicitur Citatio, ſeu Decretum, Viis et modis.* 47
Tit. XXIV. *De modo exequendi Citationes illas, quæ dicuntur Citationes Viis et modis.* 49

De Certificatorio Citationis.

Tit. XXV. *De Certificatorio Executionis Citationis Primariæ, et Viis et modis.* 50
Tit. XXVI. *Quid ſit Certificatorium Authenticum.* 51
Tit. XXVII. *De Objectione contra Certificatorium Mandati citatorii, et de Abſolutione ab injuſtâ Excommunicatione, ex falſo Certificatorio, latâ.* 52
Tit. XXVIII. *De aliâ Objectione contra injuſtam Excommunicationem, propter defectum in Certificatorio Citationis Viis et Modis.* 54
Tit. XXIX. *Quòd Actor poteſt procedere in Cauſâ, licèt Reus objecerit contra Certificatorium Citationis, quòd fuit injuſtè excommunicatus, in non comparendo.* 55

De

De Contemptu.

Tit. XXX. *De Petitione Decreti Contemptûs, ubi quis Citationem lacerat; aut verbis, ſeu verberibus malè tractat Mandatarium; vel in Curiæ Vilipendium, verba profert convitioſa.* 57

Tit. XXXI. *De modo petendi Decretum in Negotio Contemptûs, in Cauſâ Matrimoniali; nempe, propter Solemnizationem Matrimonii (pendente Lite) Inhibitione Judicis, in contrarium, non obſtante.* 58

Tit. XXXII. *De modo allegandi Contemptum contra Commiſſarios, in non tranſmittendo Proceſſum, ſuper Examinatione Teſtium.* 59

Tit. XXXIII. *De modo procedendi in Cauſâ Contemptûs; et Formulâ Proœmii Articulorum, in eâdem.* 60

Tit. XXXIV. *De Datione, ſive Exhibitione Articulorum, in Cauſâ Contemptûs, et Productione Partis Reæ, ſuper eiſdem.* 61

Tit. XXXV. *De Petitione Promotoris Officii Judicis, et modo procedendi in Cauſâ Contemptûs, factis Reſponſis, ſi Reus, in eiſdem, fateatur Articulos.* 63

Tit. XXXVI. *De Petitione Procuratoris Promotoris Officii Judicis, et modo procedendi in Negotio Contemptûs, ſi Reus negaverit Articulos; et de Sententiâ Judicis, ſi probatus fuerit Contemptûs.* 64

De Contumaciâ.

Tit. XXXVII. *De Exhibitione Citationis, coram Judice, et de modo petendi non comparentem pronunciari Contumacem, et, in pœnam, excommunicari.* 66

De Excommunicatione.

Tit. XXXVIII. *De Formâ Petitionis Excommunicationis, contra Contumacem, et de modo ferendi Sententiam Excommunicationis, contra eundem.* 68

Tit. XXXIX. *De modo Denunciationis Excommunicationis.* 69

Tit. XL. *De modo procedendi contra perſonas perſiſtentes in Sententiâ Excommunicationis, poſt Denunciationem; et de Pœnis, hujuſmodi perſonis, infligendis, et de Litibus abbreviandis.* 70

Tit. XLI. *De alio modo procedendi contra perſiſtentes in Sententiâ Excommunicationis poſt Denunciationem ejuſdem.* 72

Tit. XLII. *Quòd Judex Eccleſiaſticus procedere poteſt contra Communicantes cum Excommunicato.* 73

Tit. XLIII. *De Petitione Literarum Significatoriarum, pro Corporis Captione Excommunicati.* 74

Tit. XLIV. *De Literis Significatoriis, et Brevi Regio, de Excommunicato Capiendo.* 75

De Abſolutione.

Tit. XLV. *Quòd Excommunicatus, ſive pro non Solutione Expenſarum, ſive Sortis Principalis, non eſt abſolvendus, donec eaſdem, apud Acta, depoſuerit.* 76

Tit. XLVI. *In quo caſu Expenſæ Contumaciæ ſunt deponendæ, apud Acta, antequam concedenda ſit Abſolutio.* 77

Tit. XLVII. *De Literis Significatoriis, ſuper Abſolutione; et de Brevi Regio, pro Corporis Deliberatione.* 78

De Procuratoris Conſtitutione.

Tit. XLVIII. *Quid ſit Procuratorium, ad Lites, et Conſtitutio Procuratoris, apud Acta, coram Judice, vel extrajudicialiter, coram Notario Publico, quomodo fiat.* 81

Tit. XLIX. *De Aſſignatione Advocatorum et Procuratorum, tam admiſſo in Formâ Pauperis, quàm aliis; et de refrænando numerum Advocatorum et Procuratorum, per unam Partem, in fraudem alterius Partis ſalariatorum.* 82

Tit. L. *Quòd Procurator non poteſt alium, loco ſuo, ſubſtituere, ante Litis Conteſtationem.* 83

Tit. LI. *In quibus caſibus, Procurator deſinit eſſe Procurator, et functus eſt Officio: ſcilicet, vel ante Litis Conteſtationem; ſeu poſt Appellationem, ex adverſâ Parte, interpoſitam a Sententiâ definitivâ.* 84

Tit. LII. *Quomodo Procurator non deſinit eſſe Procurator, nec functus eſt Officio: ſcilicet, neque poſt Litem conteſtatam; nec poſt Remiſſionem Cauſæ Appellationis a Gravaminibus.* 85

De Libelli Oblatione.

Tit. LIII. *De Petitione Procuratoris Partis Reæ, cùm Actor citavit Reum, et ulteriùs non proſequitur Cauſam.* 87

Tit. LIV. *De Petitione Libelli, per Rei Procuratorem in die Comparitionis ſuæ Judicialis.* 88

Tit. LV. *Quid faciendum ſit, ſi Actor, in die aſſignato ad libellandum, non curaverit dare Libellum.* 89

Tit. LVI. *De Dimiſſione Partis Reæ, cum Expenſis ſuis, ſi Actor non libellaverit.* 90

Tit. LVII. *De Oblatione Libelli, in Cauſâ plenariâ.* 91

Tit. LVIII. *De Oblatione Libelli, in Cauſâ ſummariâ.* ibid.

Tit. LIX. *De modo revocandi Errorem in Nomine, ſeu Cognomine Actoris, aut Rei; ſive cujuſcunque Verbi, per vitium Scriptoris, inſerti in Libello, vel aliquibus aliis Propoſitis.* 92

De Litis Conteſtatione.

Tit. LX. *De Exceptionibus quæ, per Reum, proponi poſſunt, ante Litis Conteſtationem; et de neceſſariâ, tunc temporis, Proteſtatione faciendâ, per Reum.* 94

Tit. LXI. *De Conteſtatione Litis, in Cauſâ plenariâ.* 95

De Reſponſione Partis Principalis.

Tit. LXII. *De Decreto Perſonali contra Partem Principalem, ad reſpondendum Poſitionibus Libelli.* 99

Tit. LXIII. *De Commiſſione, ad partes, pro Examinatione Partis Principalis.* 100

Tit. LXIV. *Cujus Sumptibus Commiſſio, pro Parte Principali, ſit concedenda.* 100

Tit. LXV. *De Productione Partis Principalis, et Juramento ſuo; deque modo procedendi, contra eandem Partem ſi non ſubiverit Examen.* 101

Tit. LXVI. *De neceſſariâ Proteſtatione Partis Reæ, tempore Productionis ſuæ.* 103

Tit. LXVII. *De Reſponſis Perſonalibus, dandis per Decanum et Capitulum; Præpoſitum, Socios, et Scholares Collegii; ac Communitatem; Poſitionibus Libelli, ſeu cujuſcunque Materiæ, Adverſarii.* 104

Tit. LXVIII. *De formâ reſpondendi Poſitionibus Libelli, &c. virtute Specialis Procuratorii per Syndicum.* 105

Tit. LXIX. *De formâ exhibendi Reſponſa, virtute Specialis Procuratorii.* 106

Tit. LXX. *De Proteſtatione Procuratoris Adverſarii, tempore Exhibitionis Procuratorii Specialis, cum Reſponſis.* ibid.

Tit. LXXI. *De Revocatione Confeſſionis Judicialis Partis Principalis, ſeu Procuratoris, etiam acceptatæ per Adverſarium.* 107

Tit. LXXII. *De Petitione Procuratoris, ſi Adverſarius non plenè reſponderit alicui Poſitioni Libelli, vel Materiæ.* 109

Tit. LXXIII. *De Pronunciatione pro Confeſſo, ſi Pars Principalis recuſaverit plenè reſpondere, vel non plenè reſponderit.* 110

Tit. LXXIV. *De modo procedendi, tam contra Partem Principalem recuſantem ſubire Juramentum, de reſpondendo Poſitionibus Libelli, vel aliæ Materiæ, quàm etiam contra ejus Procuratorem, reſpondere recuſantem.* 111

De Termino Probatorio.

Tit. LXXV. *Quòd Terminus Probatorius ſit utrique Parti communis.* 113

De Teſtium Productione.

Tit. LXXVI. *De Compulſorio contra Teſtes, requiſitos ad perhibendum Teſtimonium; deque Compulſorio, Viis et modis, contra Teſtes ita latitantes, quominus convenire poſſint, ad effectum eos perſonaliter citandi.* 116

Tit. LXXVII. *De Petitione Procuratoris, ſi aliqui Teſtes comparuerint, et alii latitaverint.* 118

Tit. LXXVIII. *De modo procedendi contra Teſtes citatos, et non comparentes.* 119

Tit. LXXIX. *De Allocatione, ſive Taxatione Expenſarum, ſeu Viaticorum Teſtium.* 121

Tit. LXXX. *De Productione Teſtium, et de formâ Juramenti eis deferendi, ac Proteſtatione Partis adverſæ, cùm Teſtes producuntur.* 122

Tit. LXXXI. *De Productione Teſtium, poſt Publicationem, ſuper priùs poſitis; ex Capite, quòd de novo pervenerant ad producentis Notitiam.* 125

Tit. LXXXII. *De aliâ Productione Teſtium, ſuper priùs poſitis, poſt Publicationem.* 127

Tit. LXXXIII. *De cauſis quæ impediunt Productionem Teſtium, poſt Publicationem.* 128

De Teſtium Examinatione.

Tit. LXXXIV. *De quibuſdam Interrogatoriis neceſſariis, contra Teſtes Adverſarii, miniſtrandis; ac de Petitione et Proteſtatione neceſſariis, ad finem Interrogatoriorum adjiciendis.* 130

Tit. LXXXV. *De modo et formâ examinandi Teſtes, per Regiſtrarium, deque Repetitione Depoſitionum, eorundem Teſtium, coram Judice.* 131

Tit. LXXXVI. *De Petitione et Conceſſione Commiſſionis, ad partes, pro Examinatione Teſtium; et de Proteſtatione et Petitione Procuratoris Partis adverſæ, tempore Commiſſionis hujuſmodi decretæ.* 133

Tit. LXXXVII. *De Tenore Subſtitutionis alicujus, per Procuratorem Originalem (in ejus loco) ſi ipſe Procurator non poterit perſonaliter intereſſe, tempore Expeditionis Commiſſionis, pro Teſtium Examinatione.* 138

Tit. LXXXVIII. *De formâ præſentandi Commiſſionem, pro Teſtibus examinandis, coram Commiſſariis, et acceptandi Onus Executionis ejuſdem.* 139

Tit. LXXXIX. *De modo procedendi, poſt Acceptationem Oneris Executionis Commiſſionis, pro Teſtium Examinatione, ſi neque Pars Adverſa, nec ejus Procurator, nec Subſtitutus a dicto Procuratore comparuerit.* 141

Tit. XC. *De Petitione Procuratoris obtinentis Commiſſionem, pro Teſtium Examinatione, ſi Procurator Partis Adverſæ, aut ejus Subſtitutus, fuerit præſens, tempore Expeditionis ejuſdem Commiſſionis.* 144

Tit. XCI. *De Proteſtatione, et Petitione Partis Principalis adverſæ, ſi Acta, ſuper Expeditione Commiſſionis, pro Teſtibus examinandis ex alterâ Parte, geſta fuerint in præſentiâ dictæ Partis Adverſæ.* 145

Tit. XCII. *De Certificatorio ſuper Executione Commmiſſionis, pro Teſtium Examinatione.* 146

Tit. XCIII. *De Exhibitione Commiſſionis, pro Teſtibus examinandis, coram Judice concedente eandem.* 147

Tit. XCIV. *De Renovatione Commiſſionis, aliàs conceſſæ, pro Teſtibus examinandis; deque cauſis allegandis, ex quibus eadem renovanda ſit.* 149

Tit. XCV. *De Commiſſone pro Teſtibus examinandis, ſub mutuæ Viciſſitudinis obtentu.* 150

Tit. XCVI. *De modo exequendi Commiſſionem, pro Teſtium Examinatione, ſub mutuæ Viciſſitudinis obtentu.* 152

De Publicatione Depoſitionum.

Tit. XCVII. *De Publicatione Depoſitionum Teſtium, et Proteſtatione Procuratoris Partis adverſæ [cùm intendat Materiam directè contrariam proponere] de non percontando Dicta Teſtium hujuſmodi.* 153

De

De Exceptionibus contra Teſtes.

TIT. XCVIII. *De Petitione Procuratoris, ſi Teſtes Adverſarii non plenè reſponderint Interrogatoriis, ex parte ejuſdem Procuratoris, miniſtratis; deque Judicis Decreto, ſuper hujuſmodi Petitione.* 155

TIT. XCIX. *De modo excipiendi contra Teſtes, tam in genere, quàm in ſpecie.* 156

TIT. C. *De confirmandis Teſtibus Actoris, [vel infra, vel poſt Terminum Reo aſſignatum ad probandum Exceptiones, contra eoſdem datas].* 159

TIT. CI. *De proponendis Exceptionibus, ex parte Actoris, contra Teſtes Rei exceptivos; ac quomodo, et quando proponi, ſeu non proponi poſſint.* 160

TIT. CII. *Quoties proponi poſſunt Exceptiones contra Teſtes; et Corroboratio Perſonarum, et Dictorum, Teſtium.* 161

TIT. CIII. *Quòd admodum neceſſarium ſit, ut Exceptiones contra Teſtes, continentes Crimina, darentur per ipſas Partes litigantes; vel, per tales Perſonas quæ ſunt ſolvendo Expenſas, Teſtis diffamati, ſi Exceptiones non probentur.* 162

De Inſtrumentis exhibendis.

TIT. CIV. *De Exhibitione Inſtrumentorum, coram Judice, facientium ad Probationem contentorum in Propoſitis Actoris, ſive Rei.* 165

TIT. CV. *De Proteſtatione Procuratoris, adverſæ Partis, contra Exhibita.* 168

TIT. CVI. *De Formâ concipiendi Reſponſa Procuratoris, Allegationi, vel Exhibitis quibuſcunque, Adverſarii.* 169

TIT. CVII. *De Modo petendi Scrutinium.* 170

TIT. CVIII. *De tenore Monitionis ad exhibendum Archiva, ſeu Munimenta, coram Commiſſariis, ad effectum ea ſcrutandi.* 171

TIT. CIX. *De Formâ procedendi in Scrutinio.* 172

De Juramentis.

TIT. CX. *Quæ continentur in generali Juramento Calumniæ; deque ejuſdem ſpeciali Juramento; ſcilicet, Malitiæ non committendæ.* 176

TIT. CXI. *De Juramento Partis principalis Suppletorio.* 177

De Expenſis retardati Proceſſûs.

TIT. CXII. *De Expenſis retardati Proceſſûs; quando, ſcilicet, et quomodo, tales Expenſis petendæ ſunt, et decernendæ.* 179

De Terminis, ad proponendum omnia, et ad audiendum Sententiam ex primâ.

TIT. CXIII. *De Aſſignatione Termini, ad proponendum omnia quæ conſiſtunt in facto, ad evitandas Dilationes.* 181

TIT. CXIV. *De Aſſignatione Termini ad audiendum Sententiam, ex primâ Aſſignatione, in Cauſis Summariis, et ad proponendum omnia, in Plenariis, quæ Præparatoria ſunt ad Concluſionem in Cauſâ.* 182

Tit. CXV. *Quid ſit Terminus, ad proponendum omnia, et ex quibus Actis reſcinditur Concluſio.* 183

Tit. CXVI. *Quòd Teſtes poſſunt rejici, vel admitti, in die aſſignato ad proponendum omnia, in Plenariis, et in die primæ aſſignationis ad audiendum Sententiam, in Summariis.* 185

Tit. CXVII. *Quid faciet Reus in die aſſignato, ad proponendum omnia, in Plenariis, et ad audiendum Sententiam ex primâ aſſignatione, in Summariis, ad impediendum Concluſionem; et qualis Actus inducit Concluſionem.* 186

De Cauſæ Concluſione.

Tit. CXVIII. *Quando dicitur eſſe concluſum in Cauſâ, ſuper aliquo Articulo Emergente, ante finalem Sententiam in Cauſâ Principali.* 188

Tit. CXIX. *De Concluſione in Cauſâ Plenariâ; quando et quomodo fit.* 189

Tit. CXX. *De Petitione in die aſſignato ad concludendum; in Cauſâ Plenariâ.* 190

Tit. CXXI. *De Concluſione in Cauſâ Summariâ; quando et quomodo fit.* 191

De Informationibus in Cauſis.

Tit. CXXII. *De Informationibus dandis, Judicibus.* 193

De Decreto Interlocutorio, Sententiæ definitivæ vim habente.

Tit. CXXIII. *Quid ſit Decretum Interlocutorium, habens vim Sententiæ definitivæ.* 194

De Sententiâ in ſcriptis, definitivâ.

Tit. CXXIV. *De formâ pronunciandi Sententiam, in pœnam Contumaciæ Procuratoris, vel Partis principalis.* 195

Tit. CXXV. *Quòd Aſſignatio, ad audiendum Sententiam, facta in præſentiâ Procuratoris, aut Partis principalis, eandem habet vim, et eundem effectum, ac Monitio ſpecialis, ad intereſſendum die aſſignato ad audiendum Sententiam.* 197

Tit. CXXVI. *De formâ concipiendi Sententiam, ſi Reus fuerit mortuus poſt Litem conteſtatam.* 198

Tit. CXXVII. *De formâ Prolationis Sententiæ, in præſentiâ Procuratoris, aut Partis; deque Proteſtatione neceſſariâ Partis victæ, ejuſve Procuratoris, tunc temporis, de appellando.* 199

Tit. CXXVIII. *Quòd licet querelari, de Nullitate Sententiæ, et de quâcunque aliâ Nullitate, coram eodem Judice; vel coram Superiore.* 200

Tit. CXXIX. *Quòd Nullitas Sententiæ, vel Actorum, Judicis Superioris, poteſt allegari coram Judice Inferiori.* 201

De Executione rei Judicatæ.

Tit. CXXX. *De formâ Petitionis, ut Sententia mandetur Executioni.* 202

Tit. CXXXI. *De formâ demandandi Sententiam Executioni, per Judicem, ſi Pars, contra quam lata fuit Sententia, comparuerit.* 203

Tit. CXXXII. *De Petitione Procuratoris contra Executores, ſeu Adminiſtratores*

ſtratores defuncti, ad dicendum cauſam, quare Sententia non deberet Executioni demandari. 206

Tit. CXXXIII. *De Liquidatione rerum adjudicatarum in Sententiâ, tempore Executionis ejuſdem.* 207

De Expenſis Litis.

Tit. CXXXIV. *De Petitione et Decreto Monitionis ad ſolvendum Expenſas.* 209

Tit. CXXXV. *De Executione Monitionis pro Expenſis, et de formâ Denunciationis Excommunicationis, in Sententiâ definitivâ, latæ, propter non Solutionem earundem.* 210

Tit. CXXXVI. *De Renovatione Decreti, ad ſolvendum Expenſas, vel Sortem Principalem.* 211

De Cauſis Criminalibus.

Tit. CXXXVII. *Modus procedendi in Cauſis Criminalibus corrigendis, et ad Juriſdictionem Eccleſiaſticam ſpectantibus.* 213

Tit. CXXXVIII. *Quibus modis Epiſcopus, ſeu Archidiaconus, procedere poteſt, in corrigendis et reformandis Criminibus.* 215

Tit. CXXXIX. *De formâ proſequendi per Inquiſitionem.* ibid.

Tit. CXL. *De Executione Citationis, et ejuſdem Certificatorio, in Cauſâ Inquiſitionis.* 216

Tit. CXLI. *De modo procedendi in Cauſâ Inquiſitionis, ſi citatus comparuerit.* 217

Tit. CXLII. *Forma procedendi contra Reum juratum, ad reſpondendum Articulis, et recuſantem reſpondere Poſitionibus, quibus, de Jure, reſpondere tenetur.* 219

Tit. CXLIII. *Modus procedendi contra Reum, negantem reſpondere Poſitioni Criminoſæ, quàmvis Fama fuerit probata, vel confeſſata.* 220

Tit. CXLIV. *Modus procedendi contra Reum, negantem Crimen, et Famam fatentem.* ibid.

Tit. CXLV. *Modus procedendi, ſi Reus negaverit Crimen objectum, et Famam.* 221

Tit. CXLVI. *De tenore Interrogatoriorum, contra Teſtes in Cauſâ ſeu Negotio Correctionis [ſive ad probandum Crimen, ſeu Famam Criminis] productos, miniſtrandorum.* 222

Tit. CXLVII. *De finali terminatione Cauſæ ſeu Negotii Correctionis, et Prolatione Sententiæ definitivæ.* 223

Tit. CXLVIII. *De formâ demandandi Sententiam Executioni, in Cauſâ ſeu Negotio Correctionis.* 224

Tit. CXLIX. *De tenore Sententiæ abſolutoriæ, in Cauſâ ſeu Negotio Correctionis, ferendæ pro Parte accuſatâ, ſi Judex, vel Promotor defecerit in Probatione Articulorum.* 225

Tit. CL. *Modus procedendi per Accuſationem.* ibid.

Tit. CLI. *Modus procedendi per Denunciationem.* 227

Tit. CLII. *De formâ procedendi contra detectos, et præſentatos, per OEconomos et Guardianos, et de Purgatione indicendâ.* 229

Tit. CLIII. *De tenore Edicti publici, pro Purgatione faciendâ, ac de formâ Executionis, et relationis ejuſdem.* 231

Tit. CLIV. *De comparitione Rei, cum ſuis Compurgatoribus, et de*

de Juramento, per Reum, et per eoſdem Compurgatores, præſtando. 232

Tit. CLV. *De Objectione contra Compurgatores.* 233

Tit. CLVI. *Cautio tam Accuſatoribus, in Cauſis criminalibus, voluntariis, quàm Guardianis, OEconomis, ſeu Inquiſitoribus.* 235

De Cauſis Beneficialibus.

Tit. CLVII. *Quid ſit Duplex Querela, in Cauſâ Beneficiali.* 237

Tit. CLVIII *De Contentis in Duplici Querelâ, in Cauſâ Beneficiali.* ibid.

Tit. CLIX. *De formâ Executionis Duplicis Querelæ, et de faciendis per Præſentatum.* 239

Tit. CLX. *De Citatione Viis et Modis, ſi Epiſcopus non poſſit perſonaliter citari.* 240

Tit. CLXI. *In quo caſu, Præſentatus non tenetur expectare Tempus Deliberatorium, datum Epiſcopo ad inſtituendum.* 241

Tit. CLXII. *De Certificatorio Duplicis Querelæ.* 242

Tit. CLXIII. *De Petitione Procuratoris, et Decreto Judicis, cùm Duplex Querela ſit relata, et Epiſcopus non comparuerit.* 243

Tit. CLXIV. *De Juramento per Inſtituendum præſtando.* 244

Tit. CLXV. *De modo procedendi in Negotio Duplicis Querelæ, ſi Epiſcopus comparuerit.* 245

Tit. CLXVI. *Modus procedendi in Negotio (quod dicitur) De Jure Patronatûs.* 248

Tit. CLXVII. *Tenor ſeu effectus Articulorum miniſtrandorum, in Negotio (quod dicunt) De Jure Patronatûs.* 249

Tit. CLXVIII. *De modo procedendi tempore relationis Mandati Citatorii, in Negotio Inquiſitionis, ſeu (quod dicunt) De Jure Patronatûs.* 250

Tit. CLXIX. *De Cauſâ Dilapidationis, et contra quos inſtituenda eſt.* 251

Tit. CLXX. *De cauſis quæ excuſant Epiſcopum, Rectorem, vel Vicarium, et eorum Executores, vel Adminiſtratores, a Condemnatione in Dilapidationibus.* 252

Tit. CLXXI. *De modo probandi Dilapidationes, et Ruinas Ædificiorum, per Artificum inſpectionem, ex parte Actoris.* 253

Tit. CLXXII. *Quòd Reus, pro defenſione ſuâ, admittendus eſt, in Cauſâ Dilapidationis, ad producendum Artifices, ad inſpiciendum Ruinas, et Decaſus libellatos.* 254

Tit. CLXXIII. *In quo caſu integræ Ruinæ (et Decaſus) non ſunt Incumbenti allocandæ.* 255

Tit. CLXXIV. *De Monitione contra Parochianos, ad ſolvendum eorum Decimas, ſub pœnâ Suſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, et Excommunicationis.* 256

Tit. CLXXV. *De Executione, et Certificatorio Monitionis contra Parochianos, ad ſolvendum Decimas.* 257

Tit. CLXXVI. *De petitione Procuratoris poſt Monitionem relatam, ſi Parochiani, moniti ad ſolvendum, Decimas non ſolverint.* ibid.

Tit. CLXXVII.

Tit. CLXXVII. *De modo procedendi, ſi Parochiani citati non comparuerint.* 259

Tit. CLXXVIII. *De modo procedendi, ſi Parochiani citati comparuerint.* 260

Tit. CLXXIX. *Quòd Conſuetudines de modo et formâ decimandi, et Immunitates non ſolvendi Decimas, poſſunt allegari coram Judice Eccleſiaſtico.* 263

Tit. CLXXX. *De Oblatione Summæ, Nomine Decimarum, ad evitandas Lites.* 265

Tit. CLXXXI. *De Acceptatione Oblationis [Summæ Nomine Decimarum] in plenam Solutionem, et Condemnatione Rei in Expenſis.* 266

Tit. CLXXXII. *Quòd Actor poterit recuſare Oblationem generalem, pro omnibus Decimis debitis ante datum Libellum, factam.* 267

Tit. CLXXXIII. *In quo caſu Offerens Decimas non eſt condemnandus in Expenſis.* 269

Tit. CLXXXIV. *De Condemnatione tam Partis Reæ offerentis Decimas, poſt datum Libellum, in Expenſis, quàm Actoris recuſantis recipere, in plenam Solutionem.* 270

Tit. CLXXXV. *De aliâ recuſatione Oblationis factæ, ante oblatum Libellum, in plenam Solutionem omnium Decimarnm debitarum.* 271

Tit. CLXXXVI. *In quo caſu expedit Reo ſpecificare, pro quibus Decimis facta ſit Oblatio.* 272

Tit. CLXXXVII. *Quòd Actor ſi Oblationes particulares factæ fuerint poterit unam recipere, et litigare de reliquis.* 274

Tit. CLXXXVIII. *De aliâ Oblatione Decimarum, ad evitandum Pœnam in Statuto Parliamenti.* 275

Tit. CLXXXIX. *De Sequeſtratione Fructuum Beneficii pendente Lite, ſive de Titulo Beneficii, ſive de Jure Decimarum.* 276

Tit. CXC. *De Reſtitutione in Cauſâ Decimarum, verſus Lapſum Termini Probatorii.* 278

Tit. CXCI. *De modo demandandi Sententiam Executioni, in Cauſâ Decimarum, quoad Expenſas, licèt fuerit a Sententiâ appellatum, et Judici inhibitum.* 280

Tit. CXCII. *In quibus caſibus licet appellare ab Executione Sententiæ, quoad Taxationem Expenſarum, in Cauſis Decimarum, non obſtante Statuto in præcedendi Titulo mentionato.* ibid.

De Cauſis Matrimonialibus.

Tit. CXCIII. *Quòd Cauſæ tangentes Matrimonium tractari ſolent in Curiis Eccleſiaſticis; et de formâ inſtituendi eaſdem.* 283

Tit. CXCIV. *De modo procedendi, in Cauſâ Jactitationis Matrimonii, et de tenore Sententiæ, in eâdem Cauſâ, ferendæ.* 288

Tit. CXCV. *De formâ allegandi et juſtificandi Jactitationem Matrimonii, ante Litis Conteſtationem; et de tenore Sententiæ, ſi Pars Rea juſtificaverit Jactitationem.* 289

Tit. CXCVI. *Quòd Pars Rea, in Cauſâ Jactitationis Matrimonii, poſſit dare et proponere Materiam juſtificatoriam*

ficatoriam Jactitationis, poſt Litis Conteſtationem, et de tenore Sententiæ, in eâdem Cauſâ. 290

Tit. CXCVII. *Quòd Pars Rea citata, in Cauſâ Jactitationis Matrimonii, poteſt (ſive in eodem Judicio, ſive in alio) inſtituere Actionem, contra hujuſmodi Actorem in Cauſâ Matrimoniali.* 292

Tit. CXCVIII. *De Citatione, in Cauſâ Matrimoniali, cum Inhibitione.* 293

Tit. CXCIX. *De modo inchoandi, proſequendi, et finiendi Litem, in Cauſâ Matrimoniali, ſi Reus non poſſit citari, vel citatus, per Edictum publicum, nec per ſe, nec per Procuratorem comparuerit.* 294

Tit. CC. *Quòd Fœmina ſit ſequeſtranda, in Cauſâ Matrimoniali, et de Petitione ejuſdem Sequeſtrationis.* 298

Tit. CCI. *De aliâ Sequeſtratione Mulieris, in Cauſâ Matrimoniali [pendente Lite, convolantis ad ſecundas Nuptias.]* 300

Tit. CCII. *De Intimatione, et Inhibitione generali, in Cauſâ Matrimoniali.* 301

Tit. CCIII. *De puniendis Perſonis ſolemnizantibus, vel contrahentibus Matrimonium Clandeſtinum, Lite pendente, ac contra Inhibitionem Judicis.* 302

Tit. CCIV. *Quòd Matrimonium contractum vel ſolemnizatum, Lite pendente, non gaudeat eiſdem Privilegiis, quibus Matrimonium, bonâ fide, ſolemnizatum.* 304

Tit. CCV. *De Productione Teſtium, in Cauſâ Matrimoniali, poſt publicatas Atteſtationes, et de ſpeciali Prærogativâ, ſive Privilegio Cauſæ Matrimonialis.* 305

Tit. CCVI. *De Petitione Sumptûs Litis et Alimoniæ, in quibuſcunque Cauſis Matrimonialibus, inter Virum et Uxorem.* 306

Tit. CCVII. *De Clauſulâ neceſſariâ inſerendâ in Libello, cùm Uxor agit contra Virum, ut eò citiùs allocentur Sumptus Litis et Alimoniæ.* 308

Tit. CCVIII. *In quibus caſibus Judex poteſt condemnare Partem, obtinentem Sententiam, in Expenſis, vel abſolvere Partem, contra quam lata eſt Sententia, ab Expenſis.* 309

Tit. CCIX. *De Executione Sententiæ, in Cauſâ Matrimoniali.* 310

Tit. CCX. *De modo procedendi contra Partem Ream, recuſantem ſolemnizare Matrimonium, juxta Judicis Sententiam.* 312

Tit. CCXI. *De modo procedendi ſi perſona [propter ejus Contemptum in non ſolemnizando, juxta Sententiam Judicis, Matrimonium] excommunicata, et incarcerata, tandem conſentiat Matrimonium ſolemnizare.* 313

Tit. CCXII. *De modo procedendi ſi Pars Rea [in non ſolemnizando Matrimonium adjudicatum, excommunicata, et incarcerata, et poſtmodum a Sententiâ Excommunicationis, ad ſolemnizandum, abſoluta] iterum etiam recuſaverit ſolemnizare Matrimonium.* 314

Tit. CCXIII.

Tit. CCXIII. *De cauſis per Judicem perpendendis, in Cauſâ Divortii, propter Adulterium.* 316

Tit. CCXIV. *De cauſis, quæ impediunt Separationem, etiamſi Pars conventa commiſerit Adulterium.* 317

Tit. CCXV. *De tenore Sententiæ, in Cauſâ Divortii, ſeu potiùs Separationis a Thoro et Menſâ, propter Adulterium, ſive Sævitiam.* 318

Tit. CCXVI. *De cauſis, quæ impediunt Reſtitutionem Obſequiorum, in Cauſâ Matrimoniali.* 319

Tit. CCXVII. *De modo probandi defectus, inter Conjugatos, ad diſſolvendum Matrimonium.* 320

De Cauſis Teſtamentariis.

Tit. CCXVIII. *De formâ et Juramento, in probandis Teſtamentis, in Communi Formâ.* 322

Tit. CCXIX. *De formâ committendi Adminiſtrationes, et Juramenti, per Adminiſtratorem præſtandi.* 323

Tit. CCXX. *De Præparatoriis, ſive neceſſariò faciendis, ante Inſtitutionem Actionis, in Cauſâ Temerariæ Adminiſtrationis Bonorum, et de modo Inſtitutionis ejuſdem.* 325

Tit. CCXXI. *Tenor Sententiæ, in Cauſâ Temerariæ Adminiſtrationis Bonorum, et forma Executionis ejuſdem.* 326

Tit. CCXXII. *De Intimatione neceſſariâ inſerendâ in Citatione, in Cauſâ Teſtamentariâ.* 327

Tit. CCXXIII. *In quo caſu Pars ſeu Procurator Partis, poteſt declinare Judicem Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis, et excipere, quòd non ſit Judex competens.* 328

Tit. CCXXIV. *De modo allegandi, et probandi Juriſdictionem Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis.* 331

Tit. CCXXV. *De Comparatione Literarum (quæ communiter habetur, in Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis) ad probandum manum Teſtatoris.* 332

Tit. CCXXVI. *De modo probandi Teſtamentum, in Judicio contradictorio, ut Sententia poſſit ferri pro Viribus ejuſdem, quámvis nulli Teſtes fuerint adhibiti tempore Conditionis ejuſdem, deque Subſidio Comparatorum, in hoc caſu.* 334

Tit. CCXXVII. *Quæ Perſonæ dicuntur habere Intereſſe ad vocandum Executores, vel Adminiſtratores, ad exhibendum Inventaria, et reddendum Computos.* 336

Tit. CCXXVIII. *De aliis Perſonis Intereſſe habentibus, ad vocandum Executores, vel Adminiſtratores, ad reddendum Computum, et exhibendum Inventarium.* 337

Tit. CCXXIX. *In quo caſu vocatus ad reddendum Computum, vel exhibendum Inventarium, non tenetur perſonaliter comparere; ſed poterit comparere per Procuratorem, ad objiciendum quòd Actor non habet Intereſſe.* 338

Tit. CCXXX. *De modo probandi Intereſſe Creditoris, ſi Intereſſe negatum fuerit, per Reum, vocatum ad exhibendum Inventarium, et ad reddendum Computum.* 340

Tit. CCXXXI. *Quòd vocatus ad exhibendum Inventarium, vel ad*

reddendum Computum (ſive ex Officio Judicis, ſive ad Partis Inſtantiam) tenetur perſonaliter comparere. 342

Tit. CCXXXII. *De formâ concipiendi Computum (ſive ex Officio Judicis, ſive ad Inſtantiam Partis) in Judicio contradictorio.* 343

Tit. CCXXXIII. *De Beneficio Confeſſionis, et judicialis Exhibitionis Inventarii.* 344

Tit. CCXXXIV. *De generali Juramento Computantis, ſuper omnibus contentis in Computo.* 345

Tit. CCXXXV. *De Juramento Partis Computantis de Minoribus Summis, non excedentibus quadraginta Solidos.* 347

Tit. CCXXXVI. *De Delatione Juramenti Computanti, ſuper Minoribus Summis, virtute Commiſſionis in partibus.* 349

Tit. CCXXXVII. *De Objectione contra Inventarium et Computum.* 351

Tit. CCXXXVIII. *De modo juſtificandi, ſeu probandi Computum, per Teſtes.* ibid.

Tit. CCXXXIX. *Quòd Executores, ſive Adminiſtratores, poſſunt vocare proximos Conſanguineos defuncti, ad videndum Computum reddi, et Literas Acquietantiales, ſuper plenâ Adminiſtratione concedi.* 354

Tit. CCXL. *De Aſſignatione, ſive Datione Curatorum, ad Lites, Minori Septem Annis, ad petendum Legatum.* 357

Tit. CCXLI. *De Aſſignatione Curatorum Minori; ultra tamen Ætatem ſeptem Annorum.* 358

Tit. CCXLII. *De Aſſignatione Curatorum, vigore Commiſſionis.* 359

Tit. CCXLIII. *De Conſtitutione Procuratoris, per Minorem, ad petendum Curatores aſſignari.* 360

Tit. CCXLIV. *De formâ concipiendi Actum, poſt datum Curatorem, in Cauſâ Legati.* ibid.

Tit. CCXLV. *De Cautione petendâ, per Procuratorem, aſſignatum in Curatorem, pro ejus Indemnitate.* 362

Tit. CCXLVI. *De Solutione Legati, Curatori factâ.* ibid.

Tit. CCXLVII. *Quòd Omnes Executores vocandi ſunt, in Cauſâ Subſtractionis Legati; deque Exceptione, per Citatum, proponendâ, ſi Omnes non fuerint vocati.* 363

Tit. CCXLVIII. *Quòd Legatarius agere poteſt, in Cauſâ Legati, contra Adminiſtratorem bonorum defuncti, quámvis nullum Teſtamentum fuerit probatum.* 365

Tit. CCXLIX. *De Æquali Diviſione Bonorum, inter Legatarios; ſi Bona Teſtatoris non ſufficiant, ad ſolvendum integra Legata.* 366

Tit. CCL. *De Oblatione Legati.* 367

Tit. CCLI. *De particulari, ſpeciali, et verbali Oblatione Legati.* 368

Tit. CCLII. *De Petitione Executoris, ut Legatarius fidejubeat pro ejus Indemnitate.* 369

Tit. CCLIII. *De neceſſariâ Allegatione, per Executorem proponendâ, ad evitandum Condemnationem in Legato, ſi nulla Bona, præter Nomina defuncti, remaneant penès Executorem.* 370

Tit. CCLIV. *Quòd Legatarius, quámvis*

quámvis Executor obtulerit, tam ante Litem motam, quàm judicialiter, verum Valorem quorundam Legatorum, poterit (ſine damno) recuſare hujuſmodi Oblationem. 372

Tit. CCLV. *De modo et formâ allegandi, in Judicio contradictorio, plenam Adminiſtrationem, ſeu Inſufficientiam bonorum, ad ſolvendum Legatum libellatum, et petitum.* 373

Tit. CCLVI. *Quòd Computans, ad probandum Vires et Facultates defuncti [ſive plenam Adminiſtrationem] tenetur, in Judicio contradictorio, exhibere Inventarium bonorum defuncti.* 374

Tit. CCLVII. *Quòd Beneficium plenæ Adminiſtrationis [in Cauſâ Legati] poſſit allegari poſt latam Sententiam.* 377

Tit. CCLVIII. *In quo caſu, nec Curator ad lites, nec Legatarius [etiam legitimæ Ætatis] condemnandus eſt in Expenſis [etſi conſtiterit Executorem plenè adminiſtrâſſe] et in quo caſu, ſit condemnandus in Expenſis.* 378

De Cauſis Diffamationum.

Tit. CCLIX. *Quòd non licet agere, directè, in Cauſâ Diffamationis, poſt Annum integrum elapſum, a Die Prolationis Verborum.* 380

Tit. CCLX. *Quando, per Lapſum Anni, non tollitur Actio Diffamationis.* 381

Tit. CCLXI. *Quòd licet agere, in Cauſâ Diffamationis, indirectè [ut Diffamans pronuncietur incidiſſe in Sententiam Excommunicationis] poſt Lapſum Anni.* 382

Tit. CCLXII. *Quòd in omni Cauſâ Diffamationis, inſtitutâ vigore Conſtitutionis cujuſcunque [ut Reus pronuncietur incidiſſe in Sententiam Excommunicationis] Cauſa hujuſmodi non ſit inſtituenda ad Inſtantiam Partis (ut in cæteris Cauſis) ſed ex Officio Judicis, promoto, et implorato per Partem gravatam.* 383

Tit. CCLXIII. *De modo procedendi, in Cauſâ Diffamationis, quando Diffamatus agit pro Verbis Diffamatoriis, contentis in Libello Famoſo.* 385

Tit. CCLXIV. *Quòd Teſtis productus in Cauſâ, ſi ſit Diffamatus, per propoſitionem Exceptionum, poſſit agere contra proponentem hujuſmodi Exceptiones, in Cauſâ Diffamationis.* 386

Tit. CCLXV. *De modo libellandi, in Cauſâ Diffamationis [inſtitutâ per Teſtem diffamatum, per Propoſitiones Exceptionum.]* ibid.

Tit. CCLXVI. *De modo probandi Libellum datum, in Cauſâ Diffamationis [inſtitutâ per Teſtem diffamatum, per Propoſitiones Exceptionum] Deque formâ Juſtificationis, ſeu Defenſionis, ex alterâ Parte.* 387

Tit. CCLXVII. *De Reconventione, in Cauſâ Diffamationis.* 390

Tit. CCLXVIII. *De formâ demandandi Sententiam Executioni, in Cauſâ Diffamationis.* 391

De Provocationibus.

Tit. CCLXIX. *De Provocatione [ſeu, propter cauſas, Declinatione Judicis ſuſpecti, contra Partem procedere intendentis.]* 394

Tit. CCLXX. *Quòd in omni Provocatione, cauſæ Provocationis ſunt exprimendæ; et de Intimatione ejuſdem, Judici a quo provocatur.* 395

Tit. CCLXXI. *Quid faciet Judex, a quo provocatur; et Provocans probare cauſas Provocationis.* 397

De Recuſatione Judicis.

Tit. CCLXXII. *De Recuſatione Judicis ſuſpecti.* 399

De Duplici Querelâ.

Tit. CCLXXIII. *De Duplici Querelâ, in Cauſis ordinariis.* 401

De Appellationibus.

Tit. CCLXXIV. *In quo caſu licet appellare, ab eodem Judice, ad eundem.* 404

Tit. CCLXXV. *Quòd licet appellare a Decano de Arcubus, et a cæteris Decanis, et Commiſſariis particularibus Cantuarienſis Archiepiſcopi, ad Officialem de Arcubus, vel Auditorem Curiæ Audientiæ.* ibid.

Tit. CCLXXVI. *Quòd Duæ ſunt Appellationes.* 405

Tit. CCLXXVII. *Quid ſit Appellatio a Gravaminibus [et quòd non ſit vivâ voce, ſed in Scriptis interponenda.]* 406

Tit. CCLXXVIII. *De particulari Appellatione, a Rejectione Materiæ, ſive Allegationis.* 407

Tit. CCLXXIX. *Quòd Appellans a Rejectione Materiæ concludentis, et debito termino datæ, non obtinebit in Appellatione, et in quo caſu obtinebit; et de Oblatione Probationis adſtatim, et in continenti.* 409

Tit. CCLXXX. *Quòd licet appellare, ab injuſtâ Excommunicatione, per Certificatorium fictum et falſum, latâ; vel, objicere contra Certificatorium hujuſmodi, coram ipſo Judice excommunicante.* 410

Tit. CCLXXXI. *Quòd appellare licet a Judicibus Reverendiſſimi, ſi, plus juſto, differunt Sententiam ferre in Cauſâ.* 411

Tit. CCLXXXII. *De Appellatione a Taxatione immoderatâ, ſive exceſſivâ, Expenſarum.* 412

Tit. CCLXXXIII. *De modo Juſtificandi Appellationem, a Taxatione Expenſarum.* 413

Tit. CCLXXXIV. *Quòd in Cauſâ Appellationis, a Gravaminibus illatis, in Cauſâ Correctionis, Judex, a Quo, citari poſſit, ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis, licèt non appellatur ſpecificè quoad eum.* 415

Tit. CCLXXXV. *Modus procedendi in Cauſâ Appellationis, a Gravaminibus.* 417

Tit. CCLXXXVI. *Quando expedit Appellato fateri Gravamina, ad evitandas Expenſas.* 418

Tit. CCLXXXVII. *Quòd Appellatus in Cauſâ Gravaminis, invitâ Parte Appel-*

Appellante, procedere poterit in Cauſâ Principali, non diſcuſſo Gravamine, et non ſolutis Expenſis, niſi in fine Litis, ſi Gravamina fuerint juſtificata. 419

Tit. CCLXXXVIII. *Quòd Procurator tenetur appellare à Sententiâ definitivâ.* 420

Tit. CCLXXXIX. *De Appellatione Judiciali, à Sententiâ definitivâ; quæ dicitur Appellatio apud Acta.* 421

Tit. CCXC. *In quibus caſibus expedit appellare, tempore latæ Sententiæ.* 422

Tit. CCXCI. *De Dilatione Appellationis, et Aſſignatione Apoſtolorum.* 423

Tit. CCXCII. *De Aſſignatione Termini ad recipiendum Apoſtolos.* 424

Tit. CCXCIII. *De Aſſignatione Apoſtolorum refutatorium.* 425

Tit. CCXCIV. *De Proteſtatione ad appellandum, et de Acceptatione Sententiæ in parte, vel quatenus facit pro Parte contra quam lata fuit; et in quo caſu non expedit appellare tempore latæ Sententiæ, ſed in Scriptis, coram Notario Publico.* 426

Tit. CCXCV. *De Appellatione [potiùs in Scriptis, quàm apud Acta] à Decreto Interlocutorio, habente Vim Sententiæ definitivæ.* 428

Tit. CCXCVI. *De Appellatione [vel in Scriptis, vel apud Acta] à Sententiâ definitivâ, vel Decreto Interlocutorio, habente Vim Sententiæ definitivæ [Deque Clauſulis neceſſariò inſerendis, in Appellationibus hujuſmodi, in Scriptis ex parte Actoris, vel ex parte Rei Appellantis.]* 429

Tit. CCXCVII. *Quòd Appellatio dimittenda eſt penes Notarium, coram quo lecta fuit.* 431

Tit. CCXCVIII. *Quæ Solemnitates requiruntur in Inſtrumento, ut fiat Authenticum.* 432

Tit. CCXCIX. *In quo caſu, Inſtrumentum Appellationis non facit Fidem, niſi contenta probentur.* 433

Tit. CCC. *De Proſecutione Appellationis à parte Sententiæ tantùm, et Adhæſione Partis appellatæ.* 434

Tit. CCCI. *De modo procedendi in Cauſâ Appellationis, ad Curias Reverendiſſimi Archiepiſcopi Cantuarienſis.* 435

Tit. CCCII. *De modo proſequendi Appellationem, ad Regiam Majeſtatem.* 436

Tit. CCCIII. *De Inhibitione, cum Abſolutione in eâdem.* 439

Tit. CCCIV. *De Formâ Petitionis Procuratoris, coram Judice ad Quem, pro Conceſſione Inhibitionis, cum Abſolutione in diem; et de tenore Actûs deſuper concipiendi.* 440

Tit. CCCV. *De ſimplici Abſolutione Partis appellantis, aut Abſolutione ſimpliciter, et non uſque in diem, factâ.* 442

Tit. CCCVI. *Quòd Appellans à Gravaminibus, illatis ipſo et eodem tempore, quo lata fuerit Sententia definitiva, habebit integras Expenſas*

ſas; et quòd Sententia (quámvis, quoad Juſtitiam Cauſæ, juſtè lata fuerit) retractabitur, tanquam iniqua, licèt ab eâdem non fuerit appellatum. 442

Tit. CCCVII. *De Attentatis poſt Inhibitionem.* 443

Tit. CCCVIII. *De Decreto ad proſequendum Appellationem.* 445

Tit. CCCIX. *De Dimiſſione Partis Appellatæ, cum Expenſis, ſi Appellans, citatus ad proſequendum, non comparuerit.* 446

Tit. CCCX. *De Formâ Comparitionis Appellati.* 448

Tit. CCCXI. *Quòd Procurator appellans [tempore petitionis Inhibitionis] cogi poſſit, ad proſequendum Appellationem, et dandum Libellum, ſine Decreto aut Citatione, contra Partem principalem, ad proſequendum Appellationem.* ibid.

Tit. CCCXII. *De Oblatione Libelli, in Cauſâ Appellationis.* 449

Tit. CCCXIII. *Cujus Sumptibus, Proceſſus Judicis à quo ſit tranſmittendus, ſi Gravamina fuerint confeſſata [Vel, ſi Judex à quo, ad petitionem Appellati, decreverit procedendum fore in Negotio Principali.]* 450

Tit. CCCXIV. *De Exhibitione Proceſſûs Judicis à Quo, coram Judice ad Quem [et de Taxatione ejuſdem.]* 451

Tit. CCCXV. *De Compoſitione, cum Regiſtrario Judicis ad Quem, pro Inſpectione Proceſſûs tranſmiſſi.* 452

Tit. CCCXVI. *De Exhibitione Inſtrumenti Appellationis (lectæ coram Judice ad Quem) in Præſentiâ Procuratoris Appellati.* 454

Tit. CCCXVII. *De Exhibitione Inſtrumenti Appellationis extrajudicialis.* ibid.

Tit. CCCXVIII. *De Probationibus, in Cauſâ Appellationis.* 458

Tit. CCCXIX. *De Deſertione Appellationis [in non proſequendo eandem, infra Terminum Juris, ſeu primum Fatale, quod eſt Annus] deque Petitione deſuper neceſſariâ.* ibid.

Tit. CCCXX. *De Deſertione Appellationis, in non proſequendo eandem infra Terminum Hominis [ſcilicet, infra Terminos, ad proſequendum, et certificandum, datos, per Judicem a Quo.]* 459

Tit. CCCXXI. *De Decreto, ad dicendum cauſam, quare Appellatio non deberet pro deſertâ declarari.* 460

Tit. CCCXXII. *De modo procedendi, cùm Appellans ſit vocatus, ad dicendum cauſam, quare Appellatio non deberet, pro deſertâ, declarari.* 461

Tit. CCCXXIII. *De Formâ allegandi Deſertionem Appellationis.* 462

Tit. CCCXXIV. *De modo probandi Appellationem eſſe deſertam [in caſu prædicto.]* 463

Tit. CCCXXV. *De cauſis quibuſdam quæ impediunt Deſertionem, in non proſequendo Appellationem infra Terminum Juris.* 464

Tit. CCCXXVI. *De Impedimentis allegandis, ad impediendum Deſertionem,*

nem, in non proſequendo Appellationem infra Terminum Hominis. 466
Tit. CCCXXVII. *De Proteſtatione neceſſariâ, faciendâ per Appellantem, cùm aliquod contingit Impedimentum.* 468
Tit. CCCXXVIII. *Quòd Impedimenta Proſecutionis Appellationis [infra Terminum Hominis, vel Terminum Juris] debent allegari, ante Concluſionem in Cauſâ.* ibid.
Tit. CCCXXIX. *In quo caſu datur Secundus Annus, ad proſequendum et finiendum Appellationem.* 469
Tit. CCCXXX. *Quando, et in quo caſu, Appellans non eſt reſtituendus, niſi in partem Secundi Anni.* 470
Tit. CCCXXXI. *De Formâ demandandi Sententiam Executioni quando Pars Appellans abeſt.* 471
Tit. CCCXXXII. *De Tenore Sententiæ Remiſſoriæ; cum Condemnatione et Taxatione Expenſarum, et Excommunicatione in eâdem, ſi Pars monita non curaverit eaſdem ſolvere.* 473
Tit. CCCXXXIII. *Quòd Judex Appellationis, quámvis tulerit Sententiam, pro Parte appellatâ, Remiſſoriam, poteſt (poſt remiſſam Cauſam) taxare Expenſas Appellationis, et exequi Sententiam ſuam, quoad eaſdem.* 474
Tit. CCCXXXIV. *In quibus caſibus Appellatus, licèt Sententia, in Appellatione, ſit lata contra eum, non eſt tamen condemnandus in Expenſis.* 476
Tit. CCCXXXV. *In quo caſu facienda eſt Expenſarum Compenſatio.* 478
Tit. CCCXXXVI. *De Prolatione duarum Sententiarum, hujus pro Appellante, alterius pro Parte Appellatâ, in unâ Cauſâ; deque Condemnatione in Expenſis, et Expenſarum Compenſatione.* 479

De Epiſcopis Confirmandis.

Tit. CCCXXXVII. *Forma confirmandi Epiſcopum; & quæ facienda ſunt, per Procuratorem, tempore ejus Confirmationis.* 482

SUPPLEMENTUM TITULORUM,

Qui reperiuntur in MSS. *Antiquis*, ac inter OBSERVATIONES, huic OPERI *adhibitas*, inſeruntur.

De Termino Probatorio.

OBS. in TIT. LXXV. *De Condemnatione, in Expenſis, Partis proteſtantis de utendo Termino Probatorio Adverſarii ſui, et nihil probantis, nec quidem allegantis infra eundem Terminum.* 114

OBS. in TIT. LXXV. *De generali Reſtitutione Termini Probatorii.* 115

De Cauſis Criminalibus.

OBS. in TIT. CXLI. *Quomodo conventus non tenetur reſpondere Poſitioni criminoſæ.* 218

De Cauſis Beneficialibus.

OBS. in TIT. CLXXIX. *Quòd Conſuetudo, de non ſolvendo omnino Decimas, nec aliquid aliud Intuitu earum, valet.* 264

OBS. in TIT. CLXXXV. *Quòd Oblatio generalis, Nomine omnium Decimarum, ſpecificanda eſt, ad Petitionem Actoris.* 272

OBS. in TIT. CLXXXVI. *Quòd Oblatio generalis Summæ pro omnibus Decimis, aliquando prodeſt Actori, ſi eandem acceptaverit.* 273

De Cauſis Teſtamentariis.

OBS. in TIT. CCXLVII. *Quòd Legata primi Teſtatoris, inſoluta per ejus Executorem, perſolvenda ſunt, ante Solutionem Legatorum ejuſdem Executoris, videlicet, ſecundi Teſtatoris.* 364

De Appellationibus.

OBS. in TIT. CCLXXXIV. *De Appellatione in Cauſis Correctionum, et contra quos inſtituenda et proſequenda ſit.* 416

OPERIS



OPERIS PROLEGOMENA.

CAP. I.

De Hospitio Dominorum Advocatorum.

I. QUANDOQUIDEM inſtituti ſit Operis explicare, de *Curiis*, atque *Diebus*, in eiſdem, prò *Juridicis* obſervandis; de *Judicibus* et *Partibus* in Judicio, *Cauſiſque tractandis* [utputà, MATRIMONIALIBUS, TESTAMENTARIIS, BENEFICIALIBUS, CRIMINALIBUS, aliiſque LITIBUS, in *Foro Eccleſiaſtico-Civili*, vel ORIGINALITER inchoatis, inſtitutis et ventilatis; aut per modum PROVOCATIONIS *ante*, ſeu per remedium RECUSATIONIS *poſt* Litis Ingreſſum, aut per viam DUPLICIS QUERELÆ (per Reſcriptum Superioris ad Inferiorem) evocatis et devolutis; ſive per interpoſitionem APPELLATIONIS (a Gravamine, vel a Sententiâ) litigatis et pendentibus; ac etiam aliquando per ſubſidium REVISIONIS, diſcuſſis et terminatis] deque *Modo procedendi*, ſecundum ORDINEM JUDICIORUM, in *eiſdem*, a primâ *in* JUS *vocatione*, SENTENTIAM *uſque definitivam*, in REM JUDICATAM *tranſeuntem*; inſuper addendo, pro Operis hujuſmodi *Coronide*, Formulam PROCESSÛS JUDICIARII in *Epiſ-* Operis *Argumentum.*

Introductio.

coporum Confirmatione uſitatam: Hìc ideo prælibare lubet de COLLEGIO, vel HOSPITIO *Dominorum Advocatorum*, ſeu *Legum Doctorum* CURIÆ *de* ARCUBUS *Commenſalium*; ubi JURIS PATRONI *Celeberrimi*, qui CAUSAS *hujuſmodi fovent*, hucuſque commorantur: Ut hujus *Auguſtiſſimæ*, et nunquam *ſatìs laudandæ* SOCIETATIS, omnibus, utì par eſt, elucescant HONOS *et* DULCE DECUS.

Advocati ſunt *Juris Patroni.*

Legum Doctores ubique Gentium *utiles*,

Demum aggregantur,

II. MAJORUM noſtrorum temporibus, *Membra quædam Confraternitatis*, per *Gentes utiliſſimæ*, *Juris* utriuſque DOCTORUM, hìc illic per *Civitatem Londinenſem*, aliquandiu ſparſa, Corpus in unum, ex conſenſu denique convenerunt.

Congreſſus laudabilis!

III. SOCIETAS hinc orta fuit *laudabilis*, et admodum *veneranda*, DOMINORUM ADVOCATORUM; nempe, *Cœtus*, ſeu *Communitas Doctorum* ALMÆ CURIÆ CANTUARIENSIS *de* ARCUBUS.

Horum *Collegium* quomodo *vocatur?*

IV. Ipſorum COLLEGIUM (in Stylo Curiæ communiter uſitato) nuncupatur HOSPITIUM DOMINORUM ADVOCATORUM *de* ARCUBUS: Quo in HOSPITIO *collegiatè* vixerunt, *et* in refectionibus *Convivæ* fuerunt, et adhuc in *Sacrâ*, ita quoque, devincti ſunt *Amicitiâ*.

Unde *Nomen?*

Ubi *Situs?*

V. Hodie etiam (ut ab antiquo) *horum* HOSPITIUM, propter DOCTORES COMMENSALES, *Anglicè* vocatur DOCTORS COMMONS; et *Situm habet* intra Parochiam *Sancti Benedicti*, prope *Ripam Paulinam* LONDINI:

Ibi *quid agendum?*

VI. *Locus hic* eſt *ille notus*, et perquam *inſignis*, ubi CONSULTISSIMI, pro Negotiis *in Foro Eccleſiaſtico* (*Canonico-Civili*) tractandis, congregantur JURIS *utriuſque* PERITI.

De horum *Libro perantiquo*,

Perpulchrè et *emphaticè*, ad Memoriam *conſecrato*:

VII. Hodie, nobis quidem extat LIBER *hujuſmodi Communitatis* pervetuſtus; quem LIBRUM *Ille Donans eruditus* (in *Amoris* ejus et *Benevolentiæ*, hanc erga *Confraternitatem* VENERABILIUM VIRORUM *Celeberrimam*, Teſtimonium) *pridiè Idus* Novembris, *Anno*, a *Nativitate* CHRISTI, *Milleſimo quingenteſimo undecimo*, admodum *eleganter* et *animitùs*, hiſce verbis, dedicat:

Ex cujus *Dono?*

Quare *dedit?*

VIII. "ROBERTUS SPENSER, *inter* UTRIUSQUE JURIS "DOCTORES *minimus*, EXCELLENTISSIMO, *et non minùs* "MAGNIFICENTISSIMO, *Doctorum et Coadvocatorum Eccleſiæ* "CHRISTI *Cantuarienſis* COLLEGIO, *hunc* LIBRUM *Dono* "*dedit*: ut (*annuos ſe Debitores conſtituentes*) *Liberalitatem* "*et mutuam fraternam Charitatem*, *erga dictum* COLLEGIUM, "*Calamo ad unguem*, *explicarent*; *quo facto*, *apud* POSTEROS, "*non modò frequens*, *immo recens et ſempiterna*, *eorum imperpetuùm* "*remanebit* MEMORIA: Et *prædictus Donans*, *ſincerâ Fide*, *ſingulari Integritate*, *totoque Corde*, OPTIMUM MAXIMUM DE-"UM *precatur*, ut *hoc tam fœlix*, *fauſtum*, *et ſplendidiſſimum cœp-*"*tum* COLLEGIUM, *non ſolùm*, *proſperis dirigatur Succeſſibus*,

Vota *Donatoris.*

Oratio *pathetica.*

"*imò*

" *imò indiès augeatur et creſcat:* Ac *dum Spiritus ſuos ſuſtinebit* " *Artus, quantùm* NATURA, *quantùm* FORTUNA, *quantùm* DIVI- " NA GRATIA *dederit, veri ac devotiſſimi* COADJUTORIS *Officio* " *nunquàm deerit* (*a*). Donantis *Benevolentia.*

IX. Hoc MONUMENTUM *Chirographis* inſignitum eſt, et *Honorariis Subſcriptionibus* VIRORUM, in *Republicâ literariâ*, pro tempore, CLARISSIMORUM: Inter quos apparent *Dominus Magnus Cancellarius* (*b*); *Dominus Magnus Eleemoſinarius* (*c*); *Secretarii Regii* (*d*); *Rotulorum Regni Cuſtos* (*e*); *Prænobilis Ordinis Garterii, ſeu Periſcelidis, Prælatus et Cancellarius* (*f*); *Libellorum Supplicûm Magiſtri* (*g*); *Cancellarius Ducatûs Lancaſtriæ* (*h*); *Dignitarii nonnulli Eccleſiaſtici* (*i*); *Decani* (*l*); *Archidiaconi* (*m*); *quamplurimi Epiſcopi* (*n*); et IPSE *nonnunquam* CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPUS (*o*): Qui reſpectivè *Venerabilis hujus* SOCIETATIS, *Doctorum* de ARCUBUS, fuêre CONTRIBUTORES *annuales*, SOCII *Honorarii*, et COMMENSALES; " *Propter Probita-* " *tem* et *Bonitatem Illorum*"; ut in ipſis verbis habetur EDMUNDI, *Epiſcopi* LONDON, in ejus Autographo, ſeu Subſcriptione, *decimo quarto* Januarii, *Anno* (a VERBO incarnato) *Milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto* (*p*): Socii *Honorarii* :

X. [De his copioſè videri eſt, *in ipſorum Subſcribentium* ILLUSTRIUM *Catalogo* (*q*)]. Horum *Catalogus* :

XI. SOCIORUM autem *Honorariorum*, et *voluntariè ſubſcribentium* numero, magìs atque nimis inter *Commenſales*, indiès accreſcente, *per* CONSTITUTIONES DECANI et ADVOCATORUM CURIÆ de ARCUBUS, *ſexto* Maii, *Anno* SALUTIS Humanæ *Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo*, factas et ſancitas, cautum eſt; " *Ne quis* " *impoſterùm in communem menſam, ſeu convictum Advocatorum* " *admittatur, qui non ſit ante adſcriptus, in numerum* ADVOCATO- " RUM *dictæ* CURIÆ (*r*): Horum *Limitatio* :

XII. At verò *tantum* erat *Utilitatis* et *Emolumenti*, horum *Venerabilium Doctorum* frui SODALITIO, utì ſæpius inſtantiſſimè petitum fuit, " quòd, CONSTITUTIONE *ſupramentionatâ non obſtan-* " *te*, SOCII plures *admitterentur* HONORARII, *in Commenſales*, " etiamſi *in* ADVOCATORUM NUMERUM non *aſcripti*: Prout ex Epiſtolâ *Domini Burghley* (*s*), Magni *Angliæ* THESAURARII, atque Poſtulationibus (*t*) *ipſius Archiepiſcopi Cantuarienſis* (eâ de re Horum *erga Societatem Advocatorum* Deſiderium.

factis,

NOTÆ.

(a) Vide *Librum Theſaurarii Hoſpitii Dominorum Advocatorum*, in paginâ 4. (b) *Ibid.* pag. 37. (c) *Ibid.* pag. 44, 46. (d) *Ibid.* pag. 38, 41, *bis.* (e) *Ibid.* pag. 46. (f) *Ibid.* pag. 41, *bis.* (g) *Ibid.* pag. 37, *bis:* 43, 46. (h) *Ibid.* pag 46. (i) (l) (m) *Ibid.* pag. 4, *uſque* pag. 49, *frequenter.* (n) *Ibid.* pag. 8, 9, *bis:* 13, 18, 23, 28, 29, 30, 31, *quater:* 32, 34. *bis:* 37, *quater:* 41, 44, *bis:* 45, *bis:* 46, 47, *quinquies:* 48, *ter:* 50, *bis:* 91. (o) *Ibid.* pag. 45, 46, 50. (p) *Ibid.* pag. 37. (q) Incipit Subſcribentium Catalogus *ibid.* pag. 4. et *exinde* pergit. (r) *Ibid.* pag. 89. (s) *Ibid.* pag. 88. (t) *Ibid.* pag. 88, 90.

factis, luculenter (in Libro Theſaurarii Hoſpitii Dominorum Advocatorum) apparebit.

Commenſalium *Ordinationes:*

XIII. ORDINATIONES autem *complures*, antiquitùs, in horum *Congregatione Clariſſimorum*, utiliter (pro re natâ) *ſtabilitæ fuerunt*, per *Commenſales*, effectualiter *obſervandæ:* Unde, " *Si quis juxta* " REGULAS, *in eiſdem contentas, facere recuſaverit, ſeu dictas*

Violatorum *pœna.*

" ORDINATIONES *obſervare neglexerit; ſit tunc, ex eorum Soci-* " *etate Doctorum, in Communis, et in Menſâ prorsùs alienus* (*u*).

Horum *Seneſcallus.*

XIV. Pro DIGNITATE verò hujus *Ornatiſſimi Cætûs*, et propter Οἰκονομίαν, SENESCALLUS aliique (ſat in numero) conſtituti fuerunt (cum Servientibus) OFFICIARII:

Officiarii: Servientes.

Quis Theſaurarius?

Et inſtitutum eſt; " *Ut ſenior* ADVOCATUS, *ex numero Convi-* " *ventium, in menſâ communi, in proxima Vigilia Feſti Sancti* JO- " HANNIS *Baptiſtæ, ſubeat annuum munus* THESAURARII *Do-* " *mûs communis* ADVOCATORUM:

Ejuſdem *Munus* et *Officium.*

" Cujus erit OFFICIUM *regere, præſcribere, corripere, atque cor-* " *rigere* (*ut ſibi viſum fuerit*) *Perſonas quaſcunque* [ADVOCATIS " *exceptis*] *miniſtros Famulos* (*tam Societatis, quàm omnium Convi-* " *ventium*) *in his quæ annonam, rationes, reparationes, ac alia, quæ* " *ad Domum, et Communitatis Advocatorum Utilitatem, pertinere vi-* " *debuntur:* Curam *quóque, et* Cuſtodiam *habebit rerum et bono-* " *rum Societatis quorumcunque:*

Conſenſus *Decani* et *Theſaurarii*, vel *ſenioris Advocati, quando requiritur.*

Decretum etiam eſt; " *Ne ullæ Conceſſiones, ſeu Gratiæ cujuſmo-* " *dicunque, niſi certis temporibus petantur:* Quódque *ex conſtitutis* " *nihil firmum ſit*, aut *pro concluſo habeatur*, ſine *expreſſo conſenſu* " DOMINI DECANI (*ſi præſens ſit in Civitate*) *et* THESAURA- " RII *pro tempore exiſtentis:* Quódque *ſingulis diebus in pleno* TER- " MINO, *jubente Domino* DECANO, vel *ſeniori* ADVOCATO *præ-*

Portio *S. Scripturæ*, Latiali Sermone, *prandentibus* (cùm) lecta.

" *ſente, pars ſacræ* BIBLIÆ, *in prandio, latinè prælegatur* ADVO- " CATIS, *Menſæ communi aſſidentibus* (*x*).

Quòd *Famuli ſint morigeri.*

XV. Prætereo (brevitatis ergô) *quæ* de FAMULIS *injuncta ſunt*; utpote, quomodo ſe gerant *in Refectionibus* ADVOCATORUM; et *promptè* parati ſint, *ad miſſionem* SENESCALLI, quicquid *celeriter* perimplere; ne ſeminent inter ſe *Rixas*, et *Jurgia*; nec *Verba contumelioſa* proferant; et *ſimilia quamplurima* (de menſâ eleganter parandâ, et OEconomiæ gratiâ) *neceſſariò ſtabilita* (*y*).

De *Benevolentiis erga Societatem;*

XVI. *Legata* fuêre, et *donata* quædam, *ex diverſorum Munificentiâ*, huic *Egregiorum* COLLEGIO, tanquam *perpetua* AMORIS *Pignora* (*z*): Et in hunc *Cætum* non ſolummodo PRÆSULES, MAGNATES, et PROCERES hujus *Inclyti Regni*, eorum contulêre

NOTÆ.

(u) Vide *Librum Theſaurarii Hoſpitii Dominorum Advocatorum*, in paginâ. 2. (x) *Ibid.* pag. 89. (y) *Ibid.* pag. 2. (z) *Ibid.* pag. 119.

lêre BENEVOLENTIAS, ſed etiam ab *ipſo* SOLIO REGIO, haud raro, in *ejuſdem Favorem*, emanârunt INDULGENTIÆ et PRIVILEGIA: *De Hoſpitio Dominorum Advocatorum.*

XVII. De quibus BENEVOLENTIIS et PRIVILEGIIS *impertitis*, hæc pauca, *in* HONOREM *hujuſmodi Digniſſimæ* SOCIETATIS, ſubjicere liceat Exempla, videlicet: Sequuntur *Exempla:*

XVIII. Duodevigeſimo *die* Junii, *Anno*, ab INCARNATIONE, *Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo quinto*, indultum erat PRIVILEGIUM (*Honoris gratiâ*) huic *Spectabili Communitati*, VINA *pro Commenſalium* uſu, gratìs, *importandi* [ſcilicet, *abſque* TRIBUTO, *et* IMPOSITIONIBUS *exempta* REGIIS] favente *Domino* BURGHLEY; prout apparet ex ejus WARRANTO ſeu MANDATO Cuſtodibus, Inſpectoribus, cæteriſque Vectigalium Officiariis *Dominæ* ELIZABETHÆ (tunc Angliæ *Reginæ*) præſcripto, *in* QUO, *Cœtum hunc* ADVOCATORUM; " *Ejus* AMICORUM *perquam proborum*, Titulo decorare dignatus eſt (*aa*). Vinorum gratìs Importatio. *Comitas* Domini *Theſaurarii.*

XIX. EXCELLENTISSIMÆ *ſuæ Regiæ* MAJESTATI, ex parte *Doctorum et Advocatorum* Curiæ de ARCUBUS, *Anno* DOMINI *Milleſimo ſexcenteſimo viceſimo quinto*, per eorum PETITIONEM, ad effectum infraſcriptum, humiliter *querelatum fuit*; ſcilicet: *Petitio facta* Regi *Carolo primo*;

Se (circa decennium elapſum) REGALEM, *Clariſſimæ Memoriæ*, PROGENITOREM *ſuum*, eorum *precibus devotè ſclicitâſſe*, contra nonnullos *Dominos* EPISCOPOS, et ARCHIDIACONOS, qui *Theologos quoſdam*, JURIS CIVILIS et CANONICI imperitos, CANCELLARIORUM *et* OFFICIALIUM *ſuorum* ONUS *ſuſtinere*, *promovebant*: Quòd, *implorato* Rege *Jacobo* contra *Officiales* Juris *ignaros*,

Quapropter (ut ulteriùs allegârunt) viſum fuiſſe (tunc temporis) eidem *Domino* REGI, certiorem facere *Reverendiſſimum* ARCHIEPISCOPUM *Cantuarienſem*, de REGIÂ *ſuâ* VOLUNTATE: *Iſtos* (nempe) *Theologos*, CANCELLARIATÛS *et* OFFICIALITATIS *Muneribus*, *amoveri*: Juſſum fuit, *eos amoveri*:

Proinde, quòd paulò poſt, quidam *Magiſter* ROBOTHAM, *Theologus*, GENER tunc *Herefordienſis* (antea verò *Landavenſis*) *Epiſcopi*, per ipſum, dum *Sedem* tenuit *Landaviæ*, in CANCELLARIUM *Diœceſeôs ejuſdem* præpoſitus, *ex præſcripto*, hoc *exutus erat* OFFICIO: Deſuper *Amotionis* Exemplum:

Nihilominus autem, quòd EPISCOPUS *Ille* (tum demum *Herefordiæ*) præmiſſis non obſtantibus, *iteratâ vice*, ejus NATUM etiam *Beneficiis* diverſis *Eccleſiaſticis*, aliiſque *Promotionibus* et *Dignitatibus* potitum, *Denuo* autem *alter* promovetur;

NOTÆ.

(aa) Vide *Librum Theſaurarii Hoſpitii Dominorum Advocatorum*, in paginâ 127.

De Hoſpitio Dominorum Advocatorum.

potitum, JURISQUE *Prudentiæ*, CANONICO-CIVILIS, *penitùs* ignarum, ad *Officium* CANCELLARII *ſui Herefordienſis* nuper *evexerat*; quod, *ex optimis* hujus generis *Muneribus*, unum eſt *inter præcipua*:

Deponi petitur.

Unde ſupplicatum erat; *Ut in Subſidium* UTRIUSQUE JURIS *Profeſſorum*, quibus *Promotionis Spes* parùm aliter *affulget*, et ad aliorum *Extimulationem*, qui, *utrâque in* ACADEMIÂ, *dant Operam* et *hiſce Studiis evigilant*, REGIÆ MAJESTATI *eorum Votis* indulgere placeret, et mandare, *quatenus ejuſdem Domini* EPISCOPI Filius, a CANCELLARIATÛS *Officio*, *deponeretur*.

[Reſcriptum *Regium*] Annuit *Rex*,

REX autem, *hujuſmodi Poſtulantibus*, Rem petitam gratioſè *annuit* (*bb*): At indignè ferens *Acta hujuſmodi* PRÆSULIS *Herefordienſis* (ſervato more REGIO *Progenitoris, et Suiipſius*, ſuper *Petitionibus hujuſmodi*, aliàs, *ut eis placuit*, uſitato) *Querelæ* hujus Examen, *ad Reverendiſſimi* CANTUARIENSIS *Archiepiſcopi* Judicium, *retulit*; ut idem REVERENDISSIMUS, ſibi ſi compertum fuerit, *Dominum* EPISCOPUM *Herefordiæ* talia (modo allegato) *perpetrâſſe*, Perſonam

Mandatque *amoveri*:

ab OFFICIO, *ſic indebitè collato*, non ſolùm *amoveret*; ſed etiam *aliquem Profeſſorum* JURIS CIVILIS, *eodem* MUNERE, *cohoneſtaret*; Quódque præterea, unà cum HONORATISSIMIS *Domino* CUSTODE *Magni Sigilli* REGII, *Domino* THESAURARIO, *Domino* MARESCALLO, *et Domino* CAMERARIO, *Conſilium iniret*, de opportuno aliquo Remedio, quò *omnia Officia* JURISDICTIONIS *Eccleſiaſticæ*, in JURIS CIVILIS *Profeſſores*, de

Quódque, de futuro, *nil ſimile* attentetur.

futuro, *firmiter ſtabilita forent*; et ut hoc, *effectualiter*, ita fieri *mandaretur*:

De *his* Teſtificatio.

Prout in *eiſdem* PETITIONE *porrectâ*, et RESCRIPTO REGIO, *originalibus*, quæ equidem *e linguâ vernaculâ*, hìc (*pro poſſe meo*) *fideliter tranſtuli*, cumulatè planum apparebit (*cc*).

Immunitas a Solutione Tributi, pro Claſſe Regiâ parandâ.

XX. Conſedêre *Regni* PRIMATES, REGI *a ſecretis* et *ſanctioribus Conſiliis*, in Albâ Aulâ Regali, *Cantuarienſis* ARCHIEPISCOPUS, *Dominus* CUSTOS *Magni Sigilli* ANGLIÆ, *Dominus* CUSTOS *privati Sigilli* REGII, *Dominus Comes* MARESCALLUS, *Dominus* COTTINGTON, *Dominus Magnus* THESAURARIUS REGIUS, *Dominus Sacri Palatii* QUÆSTOR, et *Secretarii* REGII *Principales*, COOK, et WINDYBANCK, *decimo tertio* Martij, *Anno* DOMINI *Milleſimo ſexcenteſimo triceſimo quarto*, et inter hos PATRICIOS, inito Conſilio, concluſum fuit; *Quòd* etiamſi TAXATIO *quædam*, INHABITANTIBUS *Civitatis* LONDINENSIS, pro *Claſſe* REGIÂ *parandâ*, impoſita fuerat, HOSPITIUM autem ADVOCATORUM,

NOTÆ.

(bb) Quinto Decembris, 1625. (cc) Vide *Lib. Theſaur. Hoſp. Dom. Advoc.* pag. 78, 79.

De Hoſpitio Dominorum Advocatorum.

Advocatorum, ubi *Concurſus habetur* Juris *utriuſque* Doctorum, *Beneficio* gauderet Immunitatis: Et injunctum fuit, ex *horum* Illustrium Mandato, Prætori Civitatis Londini, *Curam habere*, ne Tributum *hujuſmodi*, quoad Hospitium Advocatorum, aliqualiter irrogetur (*dd*).

Petitio pro *Levatione ab aliis Taxationibus:*

XXI. Sed, progreſſu temporis, etiam irrepſit *nova* Querelæ *cauſa:* Ideoque, Libello Supplici *Societatis hujuſmodi* Doctorum [pro Collegii ſui Membris, *ab aliis Oneribus*, levandis] *Sacræ ſuæ* Regiæ Majestati humiliter oblato, Regi *placuit* ad hunc benigniter effectum, *in* Responsis *reddere* (*ee*); videlicet:

Gratioſè reſpondet *Rex*, et (prout aliis Hoſpitiis) concedit *Exemptionem.*

Nos Scientes *ejuſmodi Profeſſionis* [pro Servitio *Noſtro*, Regnique *Noſtri* multis in rebus Bono Publico] Utilitatem, ex *juſtis cauſis*, moti fuimus *ejuſdem Facultatis* Exemptiones *aſſerere*; et *hanc Societatem* a Tributis, Oneribus, et Impositionibus [tali modo, quo *Societates* Hospitiorum *Servientium ad Legem* fuerunt, et ſunt immunes] *vindicare* (*ff*):

Reſcriptum Regium inde *factum*, pro *Exemptionibus hujuſmodi:*

Et deinde, per Rescriptum Regium, *duodecimo* Novembris, *Anno* Domini *Milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio*, Ordinatum fuit, *Eandem Societatem* Doctorum *Arma ferre*, vel *parare*, vel *aliis Oneribus*, aut *Servitiis*, in *Re Militari*, ſeu *Civili*, nullo modo *gravari: Dictamque Societatem* eiſdem Exemptionibus, Immunitatibus, et Privilegiis cum *Judicibus, et Servientibus ad Legem, in eorum* Hospitiis, *ſimiliter gaudere* (*gg*).

Privilegium Exemptionis Officiariorum Curiarum, ab onere *Officiorum Parochialium.*

XXII. Patet, ex *aliis* etiam Regiis Concessionibus (*hh*), *Quòd Advocati, Procuratores, Regiſtrarii, aliique Officiarii* Curiæ *de* Arcubus, et *aliarum* Curiarum Ecclesiasticarum, necnon *Supremæ* Curiæ Admiralitatis *Angliæ*, liberi ſint, pariter et immunes, *ab Onere Executionis* Officii Constabulatûs, *aliorumque generis inferioris* Officiorum, tali modo quo *Conciliarii, Attornati, Regiſtrarii, cæterique de* Foro Seculari, *apud* Westmonasterium, *Miniſtri*, de *Jure, Privilegio*, vel *præſcriptâ Conſuetudine*, fuerunt et ſunt abſoluti et exempti (*ii*).

Practicans (abſque Licentiâ) *ne adverſetur Practicanti.*

XXIII. Socii, præterea, *hujus Communitatis* [juxta antiquum Decretum, in eâ parte editum] hoc ſpeciali gaudent Privilegio; *Neminem* (ſcilicet) *ex* Advocatis, aut Procuratoribus, *eis adverſum fore in* Consiliis, ſeu Procuratione, *abſque* Judicis *Licentiâ priùs obtentâ.* (*ll*)

XXIV. Jam

NOTÆ.

(dd) Vide *Lib. Theſaur.* Hoſp. Dom. Advoc. pag. 79 (ee) Anno Domini 1673.

(ff) Vide *Lib. Theſaur. Hoſp. Dom. Advoc.* pag. 129, 130. (gg) *Ibid.* pag. 130.

(hh) Decimo ſexto Decembris, 1632. et Viceſimo Decembris, 1681.

(ii) Vide *Lib. Theſaur. Hoſp. Dom. Advoc.* pag. 135, 136.

(ll) *Ibid.* pag. 89.

Peroratio.

XXIV. Jam properamus de CURIIS [inter hos JURIS PATRONOS, *celebratis*] inveſtigare; ſufficit hæc prælibâſſe, quoad *Antiquitatem*, *Celebritatem*, *OEconomiæ Decorem*, et *Privilegia*, hujus ALMÆ, hujus EXCELLENTISSIMÆ SOCIETATIS:

———Quam ſemper amatam,
Semper honoratam (*ſic Dii voluiſtis*) *habebo.*

CAP. II.

De ALMÂ CURIÂ CANTUARIENSI, *de* ARCUBUS.

De Almâ Curiâ de Arcubus.

Curia pervetuſta nunc dierum (ut antea) *Clariſſima*,

I. PERANTIQUA fuit, et (ut olim) hucuſque CELEBERRIMA, inter CURIAS *Reverendiſſimi in Chriſto Patris, ac Domini*, CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI [pro *Litibus*, in FORO SPIRITUALI, *ventilandis*] ALMA CURIA CANTUARIENSIS *de* ARCUBUS LONDON:

Quo *nomine* quondam *vocata?*

II. Quinetiam, ARCHIEPISCOPI CONSISTORIUM aliquando nominata fuit; prout in ejuſdem CURIÆ *Statutis antiquis* apparet (*a*).

Quo *Loco* olim *celebrata?*

III. Porrò autem, hujuſmodi CURIA celebrata fuit *in Eccleſiâ* [in *Civitate* LONDINENSI] *Beatæ* MARIÆ VIRGINI *dicatâ*; Cui ARCUATÆ *Columnæ* [quibus innitebatur *hujus Ædis ſacræ fabrica*] ſicuti *fulcra quóque lapidea* [quæ *aſſurgentis faſtigium Turris* ſuſtinuerunt] ARCûs etiam in modum *olim recurvata*, SANCTÆ MARIÆ *de* ARCUBUS (*b*) nominis anſam præbuêre: Unde etiam, ob STRUCTURÆ *Novitatem*, NOVA (*c*) MARIA *de* ARCUBUS, appellata fuit.

Unde *vocata* de *Arcubus?*

IV. Et quia *dicti Conſiſtorii* JUDEX, ibidem in *Templo* ARCUATO, *pro Tribunali* ſedere ſolebat, CURIA (propterea) *de* ARCUBUS; et, ob *Honorem Reverendiſſimi*, CURIA CANTUARIENSIS nuncupata fuit.

Unde *Cantuarienſis?*

Unde vocatur *Alma?*

V. Et tam quia *ad Cantuarienſis Curiæ Sinum*, velut ALMÆ ad *Matris Ubera*, illius Provinciæ Subditi confluere ſolerent (*d*), quàm propter *Illuſtres* in eâdem JURISPERITOS, ac in procedendo FORI *Solemnitatem* maximè *decoram*, et *Praxeôs* NORMAM *accuratam* et

NOTÆ.

(a) Vide *Statuta de Arcubus*, Anno 1295. *Winchelſey*; et *Stat. de Arc.* Anno 1342. *Stratford.* (b) Vide *Antiq. Brit. Eccleſ.* Fol. 30. (c) Vide *Stow.* pag. 268. (d) Vide *Statuta de Arcubus*, Anno 1342. *Stratford.*

et *venuſtam*, ALMÆ CURIÆ nomine laudabili gaudebat, atque aliis HONORIBUS eminenter inſignita fuit.

De Almâ Curiâ de Arcubus.

VI. Hiſce verò diebus, *hujuſmodi* CURIA celebratur, *in Aulâ communi Hoſpitii Dominorum Advocatorum*, intra Parochiam *Sancti Benedicti*, prope *Ripam Paulinam* LONDINI:

Ubi *nunc* celebratur?

VII. Per DECANUM verò DECANATÛS [qui modò eſt OFFICIALIS etiam] *de* ARCUBUS [quoad Juriſdictionem peculiarem, et exemptam, *ejuſdem Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis*, aliarumque *tredecim* in numero incluſivè *Parochiarum*, ad eundem ARCHIEPISCOPUM, in *Diœceſi* LONDON *ſpectantium*] jam etiam (ut antea) *dicta* ALMA CURIA tenetur in *eâdem Eccleſiâ*.

Ubi *Curia Peculiarium*?

VIII. Quo tamen *Seculo*, TRIBUNAL *hoc inſigne* primò fuerat inſtitutum, ARCHIVIS, ob *Ævi Diuturnitatem*, conſumptis et amiſſis, *nulla*, quæ commemorent, *edocere ſuperſunt* MONUMENTA (*e*):

De Origine *Curiæ de Arcubus*:

IX. Sed, *Antiquitatis ergô*, notare liceat, HENRICO *ſecundo* pridem in *Angliâ* regnante ALEXANDRUM, *Romanum* tunc temporis *Pontificem*, ejus nominis *tertium*, CURIÆ prælaudatæ JUDICI, ſub Titulo DECANI *de* ARCUBUS, reſcripſiſſe (*f*): Et in *Decretalium Codice*, DECANI *de* ARCUBUS frequens fit mentio.

Antiquitatis *ejus* Monumenta:

X. Nonnihil etiam *Vetuſtatis* ſapit, quòd ROBERTUS KILWARBEIUS, *Archiepiſcopus Cantuarienſis*, Anno CHRISTI *Milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo*, "ANTIQUARUM *illius Curiæ* LEGUM *Obſervantiam, non ſine ratione arduâ et æquitate multiplici, introductam, et* DIUTIÙS *in Judiciis, obſervatam* (*utcunque neglectam*) *ad Utilitatem Reipublicæ*, et *Cauſarum Deciſionis Abbreviationem, in uſum reduxerat:* Prout ex *ejuſdem* KILWARBEII *Statutis* conſtat (*g*): Vel (ut aliàs habetur) "*Ille* ROBERTUS KILWARBEIUS, *abrogatis* VETERIBUS et *obſoletis illius Curiæ* LEGIBUS, *novas condidit* (*h*): Et (alio loco) "ROBERTUS KILWARDBY, *ſecundo Conſecrationis ſuæ anno*, "VETERA *Cantuarienſis Curiæ de Arcubus* STATUTA, *a* MULTIS *Cantuarienſibus Archiepiſcopis*, ANTIQUITÙS SANCITA *Deſuetudine penè adumbrata, renovavit; omniaque breviter, quinque Articulis, complexus eſt* (*i*).

Aliud ejuſmodi *Argumentum*.

NOTÆ.

(e) "Prima hujus Fori Inſtitutio ac Origo "(aut Monumentis Tabulariiſque deletis ac "amiſſis, aut Librariorum negligentiâ) incerta "eſt: ſed conſtat eſſe pervetuſtam. [*Antiq. Brit. Eccleſ.* Fol. 31.] (f) *Ibidem.*

(g) Vide *Statuta de Arcubus.* Anno 1273. *Kilwarby.* (h) Vide *Antiq. Eccleſ. Brit.* Fol. 31.

(i) *Ibidem.* Fol. 191.

Curiæ *Præſes* eſt *Officialis Principalis*;

XI. Hujus autem *Celebris* FORI *Præſes* eſt, *Almæ Curiæ Cantuarienſis*, *de* ARCUBUS *London*, OFFICIALIS PRINCIPALIS; Qui Venerabili etiam Titulo DECANI *de* ARCUBUS (nunc, ut olim) ornatur; Et *pro Tribunali* ſedens (cùm quid ab ipſo petitur) ſequentibus hiſce verbis, ſalutari ſolet (nempe) *Domine* JUDEX; ſed frequentiùs, *Domine* DECANE: In Linguâ etiam Vernaculâ (ipſum dum alloquimur, vel de Illo Sermonem habemus) ita cognominare ſolemus (ſcilicet) Mr. DEAN.

Appellatur *etiam* Titulo *Decani*:

Unde *ſic*?

XII. Unde verò præfato JUDICI (ſcilicet) OFFICIALI, nomen DECANI de ARCUBUS inditum fuerat, ab Origine, ſic habetur:

Ratio.

XIII. E cæteris in Urbe LONDINENSI *Paræciis*, jamdiu fuerunt et adhuc extant numero *tredecim*, ſub *Juriſdictionis Peculiaris* PRIVILEGIO, *diſtinctæ* et omnino *exemptæ*; quæ (nempe) ejuſdem *Diæceſeôs* EPISCOPO nullatenus ſubjaceant, ſed *Ipſiſſimo* METROPOLITANO [quà ORDINARIO] *immediatè ſubjectæ* remanent; quarum *una* eſt *illa Parochia Sanctæ Mariæ*, *de* ARCUBUS, et [ex eo quòd ibidem, ut ſuprà dicitur, ALMA CURIA *prædicta* teneri ſolebat] habebatur *quaſi præcipua*: Hiſce junctim *Parochiis* attributum fuerat nomen DECANATÛS; ob *Eccleſiaſticam* hujuſmodi *Juriſdictionem exemptam*.

Rationis *Amplificatio*.

XIV. *His* qui præfuit *Peculiaribus* DECANUS nuncupatus fuit; Et dum ſupramemoratus OFFICIALIS, *Rebus in* ARDUIS, *et quæ* IMPERII *ſunt*, vel, *in* REGNO ſæpiſſimè occupatus fuerit et præpeditus, vel [in JURE GENTIUM optimè exercitatus et peritus] *apud* EXTEROS, REGIS *et* REIPUBLICÆ *causâ* LEGATIONIBUS non rarò fungeretur; interim *Ille* DECANUS, ejus vice, JUDICIS OFFICIUM præſtare ſolebat, et *Ipſius* COMMISSARIUS *erat* GENERALIS: Immo dictus OFFICIALIS, juxta *Statutum* JOHANNIS STRATFORD aliquando *Cantuariæ Sedis* ARCHIPRÆSULIS, eundem DECANUM *de* ARCUBUS *ſuum* conſtituere tenebatur (in ipſius Abſentiâ) COMMISSARIUM GENERALEM (*l*): Quo *Statuto* ſic habetur (inter alia) videlicet; "VOLENTES *ut* "*Proceſſus in Cauſis et Negotiis, in dictâ* CURIÂ *noſtrâ tractan*-"*dis, de cæterò faciendi, indubitatam habeant Firmitatem*, STA-"TUIMUS, *Quòd* OFFICIALIS *dictæ* CURIÆ (*qui pro tempore* "*fuerit*) *teneatur* DECANUM *Eccleſiæ Beatæ Mariæ*, *de* AR-"CUBUS LONDON, *ſuum conſtituere* (*in ipſius Abſentiâ*) COM-"MISSARIUM GENERALEM; *qui* (*habitâ Commiſſione hujuſ*-"*modi dicti* OFFICIALIS) *in ipſius Abſentiâ*, GENERALIS "COM-

NOTÆ.

( ) Vide *Statuta* de *Arculus*, Anno 1342. *Mariæ de Arcubus*.
Stratford. ſub Capite, *de Decano Eccleſiæ Beatæ*

" Commissarius *nuncupetur.* Et ex Gulielmi Courtnei *Cantuarienſis* olim etiam Archiepiscopi *Reſcriptis*, in Procœmio hiſce verbis, exhibetur (videlicet) " Dilectis *in Chriſto Filiis,* " Officiali Curiæ *noſtræ Cantuarienſis, et* Decano *Eccle-* " *ſiæ Beatæ Mariæ de* Arcubus London, *ejus* Commissa- " rio Generali, *Salutem*, &c. (*m*). Quibus etiam Titulis Thomas Arundel, ejuſdem *Sedis Cantuariæ* quondam Antistes, *utroſque hos* Officiarios, diſtinguendo decoravit (*n*). *De Almâ Curiâ de Arcubus.*

XV. Decano (igitur) Officialis *vice*, Locum *ejus* (ita diu) tenente, et *utrumque Munus* exercente, *Mos* poſtmodum invaluit, ut Officialis (quoties ipſe judicialiter ſederet) indiſcriminatim diceretur tum Officialis, tum Decanus; et [ob Arcuatam *Baſilicam*, in quâ, *pro Tribunali*, ſedere ſolebat] Decanus *de* Arcubus; et (progreſſu temporis) hiſce *duobus* Officiis, in *unum*, coadunatis, et in *eandem* Officialis *perſonam* collatis, exinde, *dictus* Officialis nomen *Domini* Decani *de* Arcubus, *ambas* complectens *Dignitates*, hucuſque retinet. Rationis *Elucidatio.*

XVI. Multum inſuper Illius Officialis *Dignitati*, non ſolùm Nostrates, ſed et Extranei, de *Jure*, et *More*, debitè tribuerunt: Hujus *Officialis* Dignitas.

XVII. Ob *Reverentiam* Ipsi *condignam*, totus Advocatorum *et* Procuratorum *Cœtus*, in dictâ Curiâ *exercentium*, Illum (juxta Senioritatem) Ordine binario, die quolibet Juridico, tam *ad locum judicialem*, quàm *abinde* proprios Lares petiturum, *ſubſequebantur:* *Exempli* gratiâ;

XVIII. Cùm quicquid, *de* Eo [in Actis Curiæ, vel Inſtrumentis publicis] inactitaretur, *Duplici* Honoris *Stylo*, Venerabilis, et Egregii *Viri*, decoratur: *Exemplum* ulterius.

XIX. Porrò, Ille Officialis Archiepiscopi Principalis cum Ipſo Archiepiscopo, quoad Jurisdictionem, æquiparatur: Dicitur enim, *eandem eſſe Dignitatem, et idem Auditorium Officialis, et Epiſcopi:* Et, *in Foro Judiciali, Parem eſſe Officialem Archiepiſcopi, ipſi Archiepiſcopo* (*o*)*:* Quódque *Officialis Principalis habet idem Conſiſtorium, cum ipſo Archiepiſcopo, tam in eis quæ competunt Archiepiſcopo, Jure Legati, quàm in his quæ competunt, Jure Metropolitico* (*p*)*:* Et nonnunquam, *Epiſcoporum Ordinarium* eſſe dicitur (*q*). *Exempla* plura.

 XX. Nequaquam

NOTÆ.

(m) Vide *Stat. de Arc.* Anno 1391. *Courtney.* (n) Vide *Stat. de Arc.* Anno 1401. *Arundel.* (o) Vide *Lynd.* cap. 1. *De Accuſationibus*, verb. *vel ejus Officialis.* (p) *Ibidem.* (q) Vide *Statuta de Arcubus*, Anno 1342. *Stratford.*

Qualis *Fori* Solemnitas?

XX. Nequaquam autem prætereamus, *de* Foro, ſeu Loco Judiciali, *Celebris hujus* Curiæ *de* Arcubus, hìc pauca meritò graphicè depingere.

Paratur *ad Judiciam.*

XXI. Solenniter, *in Jus venientes*, aſcendunt Judex et Advocati.

Deſcriptio *ſedentis Curiæ.*

XXII. Reverenter autem introeamus ad *Auguſtum hoc* Tribunal, utputà, *die Juridico*; ibidemque Conſpectu fruamur admodum ad Deſiderium. *Siſte parumper:* En! *Figuram ſolennem*, et *ſpectabilem* Judicii! *Venuſta* quidem eſt et *Inclyta Celebritas!* omnibus incutiens (etiam primo Intuitu) ſimul et ſemel, *Ordinem decorum*, *Reverentiam*, et *Venerationem!* O! *Cætus* admodum *Illuſtris!* En! ibi præeſt *Ille* Officialis *hujus Curiæ* Principalis [qui vulgò vocatur Decanus *de* Arcubus] in ipſo *Senatûs Conceſſu*, aſſidentibus (ex utroque latere) Advocatis (ſcilicet) in Subſelliis (e dextrâ, et e ſiniſtrâ) in modum Arcûs curvatis; ſubter hos, Procuratoribus in Sedili, Arcûs etiam in modum (circum Tabulam ovali formâ rotundam) utrinque curvato, *collocatis*; Et, in Sediculo *ſubter* Judice, *Notarii Publici*, ejus *Actorum* Scriba et Regiſtrarius, Locum etiam habent: Denique, in promptu, paratus adeſt, ad Domini nutum, Præco, ſeu Bedellus, ultra *Cancellos Curiæ*, cum *copioſâ* Supplicantium et Teſtium, a tergo, *Catervâ.*

Judicis *Tribunal.*

Sedes *Advocatorum.*

Sedilia *Procuratorum.*

Sedile *Regiſtrarii*, et *Actorum Scribæ.*

Extra *Cancellos*, adeſto *Præco*, cum *Turbâ.*

[De Sedibus *Advocatorum* (olim) *circa Tribunal.*]

XXIII. [Olim *antiquiores* Advocati in Sedibus, *ex oppoſito* Judicis, collocari ſolebant (*r*), *cæteris*, ab utroque latere (prout fuêre *priores*, vel *poſteriores* in tempore) *propiùs*, vel *remotiùs* collocatis.]

Habitus Curialis *Advocatorum:*

XXIV. Hâc Almâ ſedente Curiâ, videamus Juris Canonici et Imperialis *Doctores* [Judicem, ſcilicet, et Advocatos] *Habitibus* Legum Doctorum *Gradui*, et *Facultati competentibus*, indutos, *Eruditione*, *Prudentiâ* et *Integritate*, cæteriſque *Virtutibus eximiis*, ornatos.

Qualis *Oxonienſium?*

XXV. Veſtiti ſunt autem, *ex* Oxonienſi Academiâ, Doctores, *Togis* laxè *manicatis*; ex *Oſtro* (ſcilicet) *coccinei coloris*; cum *Capis*, ſeu *Caputiis* itidem *coccineis*, Serico *intermedii* coloris *ſubſutis*; et Pileos ex Holoſerico nigro *rotundos* geſtant (*s*).

Qualis *Cantabrigienſium?*

XXVI. Induti ſunt etiam, *ex* Academiâ Cantabrigienſi Doctores, ejuſdem tincturæ *Togis*; ſed *non manicatis*; has vocant *Attalicas* [Anglicè Robes] quæ *Pellibus* ſubſutæ ſunt *Armenianis*;

NOTÆ.

(r) Vide *Statuta de Arcubus*, Anno 1295. *Winchelſy.* Sub capite, *De locis et Sedibus Advocatorum et Procuratorum.* (s) De Habitibus *Legum Doctorum* in *Academiâ Oxonienſi*, vide *Librum* Excerptorum, e Corpore Statutorum ejuſdem Univerſitatis, *excuſum Oxoniæ.*

anis; abſque *Capis*, ſeu *Caputiis*; in loco verò geſtant *Epomidas* (ex eiſdem Pellibus albis) quæ, Colla complectentes, in Humeros et a Tergo defluunt; *Pileiſque rotundis* utuntur holoſericis.

XXVII. Habent etiam PROCURATORES *Togas*, nigri verò coloris; *cum manicis convenientibus*, et induti ſunt *Taberdo*, et *Caputio*, ex *pellibus albis* (*t*). Habitus Curialis *Procuratorum.*

XXVIII. Horum autem [DOCTORUM, ſcilicet, et PROCURATORUM] unuſquiſque, juxta *Senioritatem admiſſionis*, ſive JUDICI *propiùs*, aut ab Eo *remotiùs* Sedem occupat. *Ordo Sedendi.*

XXIX. ADVOCATUS autem REGIUS, REGIS et PROCURATOR [Senioritate non obſtante] *ſuperiorem*, inter Confratres *Locum* obtinent. Sedes *Advocati Regii:*

XXX. ADVOCATUS *Ille* REGIUS (*Ordinis Prærogativâ*) in *omnibus* DISPUTATIONIBUS [*coram* JUDICIBUS Delegatis REGIIS, aut *alibi*] ubi ſuo opus eſt CONSILIO, *Loci Præcedentiam* ſibi vendicat, *ante* JURISCONSULTOS, atque SERVIENTES *ad Legem* REGNI *Municipalem:* Etiam *Ille*, locis in omnibus, *ſuperior* aſtat *Ipſo* ATTORNATO *generali* REGIO. Ejus *Præcedentia.*

XXXI. PRIVILEGIUM etiam *Loci prioritatis*, ante CONSILIARIOS quoſcunque *e* FORO *Seculari* [SERVIENTIBUS *ad Legem* exceptis] habent *omnes* ADVOCATI, *Legum* (ſcilicet) CANONICI *et* CÆSAREI *Doctores.* Præcedentia *Advocatorum:*

XXXII. Et in *omnibus* LITIBUS, in *Tribunalibus* JUDICUM *e* FORO *Seculari*, ſeu coram *Domino Magno* CANCELLARIO *Magnæ* BRITANNIÆ *pendentibus*, quoties oriatur *quid nodoſum*; et ubi *Legum*, CANONICO CIVILIUM Doctrinâ [in quâ parte, ſunt imbuti *Juris utriuſque* DOCTORES *hujuſmodi*, cum *Eloquentiâ*] viſum fuerit opportunum *auxiliari*, eademque JURA GENTIUM, in *Subſidium*, *invocare* (ut, exinde, res ipſa *magìs magiſque luculenter* eluceſcat) *Illi* LEGUM *Doctores*, ADVOCATI, ad *Roſtra Forenſia introrſum*, ſcilicet, *intra Cancellos* in FORO (Honoris gratiâ) ſemper admittuntur. *Exempli* gratiâ.

XXXIII. Nullus autem, *hâc in* ALMÂ Curiâ CANTUARIENSI *de* ARCUBUS, ad *practicandum* accedere præſumat, *ſine* ARCHIEPISCOPI *Reſcripto*, ad *tale Munus* obeundum, *ſpeciali:* Quoties autem *quid oriatur dubii*, ex JURE *Municipali* (forſitan) interponente [*petitâ* priùs, et *obtentâ* JUDICIS *licentiâ*] JURISCONSULTI, ſeu CONCILIARII *e* FORO *ſeculari*, pro iſtâ vice, *ad informandum animum* JUDICIS, *admittuntur.* *Non licentiatis* interdicitur *Praxis.* Quinam admittuntur *ad informandum animum Judicis?*

XXXIV. Quò

NOTÆ.

(t) De Habitibus *Procuratorum* Curiæ de *Arcubus* Vide *Statuta* ejuſdem Curiæ [*Henrici*] Anno 1423.

Funduntur Preces *primâ Seſſione Termini.*

XXXIV. Quò verò ſolenniter, et magìs auſpicatò, TERMINUS *quiſque inchoetur*, inter *Hos* [JUDICEM, ADVOCATOS, et PROCURATORES *ejuſdem* ALMÆ CURIÆ] celebrari ſolent PRECES *in Exordio* (*u*).

Habitus Curialis *extra Tribunal*;

XXXV. Solemniter, *Habitibus* etiam *Curialibus* inſigniti, *extra* TRIBUNAL (diverſas ob cauſas) *hujuſmodi* CURIÆ *Fratres* frequenter *in publicum* prodeunt:

Ad Confratris *Sepulturam*;

XXXVI. Comitari ſolent *Confratrum defunctorum* EXEQUIIS, ad SEPULTURAM, *Togis* induti *nigris* (qualiter decet eſſe dolentium) abſque verò *Caputiis*. Feralem Pompam hanc funebrem antegreſſus eſt *hujus* CURIÆ *Bedellus*, Exuviis *Curialibus* defuncti PROCURATORIS (quæ ſibi, ex conſuetudine, ſunt feoda, ſeu perquiſita) *indutus*; nudo tamen et aperto Capite, ſublato (nempe) Galero, et *Geſtamine* CURIALI *Argenteo* [Artificis Opere eximiè elaborato, Armiſque et Inſigniis *Reverendiſſimi* ARCHIEPISCOPI *Cantuarienſis* exornato] *quo* JUDICEM (ſcilicet) anteambulare ſolet, *die quolibet Juridico* [tenui Velamine nigro circumvoluto] *in humerum ſuffulto.*

In Epiſcoporum *Confirmationibus*;

XXXVII. *Ornamentis*, *ſolenni modo*, decorati, *in* EPISCOPORUM ELECTIONUM *Confirmationibus*, ab Aulâ *Hoſpitii Dominorum Advocatorum*, ad Eccleſiam *Beatæ Mariæ Virginis* de ARCUBUS, JUDICEM *ejuſdem Curiæ* conſequuntur.

Primo die *Convocationis celebrandæ*;

XXXVIII. Similiter etiam, *omnium Cæremoniarum Apparatu*, ornati, PROCESSIONE, cum *Ipſo Reverendiſſimo Cantuarienſi* ARCHIEPISCOPO *præambulante*, primo die, cùm ſe *ad* CONVOCATIONEM CLERI *celebrandam* accingit, *a Margine* RIPÆ PAULINÆ (ubi, *e* Navigio ſuo, potitur arenâ) *ad* DOMUM CAPITULAREM *Eccleſiæ Cathedralis Divi* PAULI *London*, Ordine binario, ſubſequuntur.

Congratulandi causâ, *poſt inaugurationem Regiam.*

XXXIX. Item, *ſimili modo comparati*, attendere ſolent *in* JUDICEM *ejuſdem Curiæ de* ARCUBUS, cùm *Domino* REGI [propter *Sacræ ſuæ* MAJESTATIS *Inaugurationem* ad IMPERIUM, *congratulandi causâ*, vel *aliis rationibus*] aſtat.

Peroratio.

XL. Quid *plura?* Hanc enim JUSTITIÆ LUCEM, *clarè micantem*, fruſtrà tendimus *ulteriùs* illuſtrare: Quinimo *propriis* IPSA *ſplendidis* apertiſſimè coruſcat *Radiis*.

Votum *Authoris.*

XLI. *Fulgeat* igitur, et longè latéque *per* SECULA *clareſcat*, hæc *Alma*, hæc *Inclyta*, hæc *Celeberrima* CURIA CANTUARIENSIS *de* ARCUBUS.

CAP. III.

NOTÆ.

(u) De Precibus, in cujuſlibet Termini primæ Seſſionis initio, ſolemniter celebrandis, Vide *Statuta de Arcubus* [*Winchelſey*] Anno 1295.

CAP. III.

De CURIÂ (olim) AUDIENTIÆ CANTUARIENSIS.

De Curiâ (olim) *Audientiæ.*

Audientia

I. CURIA fuit *altera* CANTUARIENSIS, ſcilicet, AUDIENTIÆ.

Quid?

II. Nobis autem traditur, a JURISPERITIS, quòd *Audientia Judicium eſt, atque Notio quæ Epiſcopo in Clericos, et Monachos competit.*

Similitudo inter *Curias*, de *Arcubus*, et *Audientiæ.*

III. Hujuſmodi verò *Curia* AUDIENTIÆ *Cantuarienſis* dicebatur, PROXIMA (quaſi Conſanguinea) *Curiæ* de ARCUBUS; et cum *eâdem* [etiam de ARCUBUS] appellabatur, quaſi UTERINA *Curia*; et inde, GEMELLA *Curia Cantuarienſis* (*a*): Etenim AMBO *ſimilem* (olim) *habuêre* JURISDICTIONEM (*b*), in Cantuarienſis Provinciæ Subditorum Querelis, Cauſis, et Appellationibus recipiendis (*c*):

Prior *Nobilior.*

IV. Inter *haſce* verò *Curias*, quaſi SORORIAS, *Illa* de ARCUBUS *Antiquior* habebatur, atque *Nobilior* (*d*).

De *Origine* Curiæ *Audientiæ.*

V. Hæc AUDIENTIÆ *Cantuarienſis Curia*, hinc Originem traxiſſe dignoſcitur; Utpote, cùm *plurima* (quondam) *Negotia* Ipſe REVERENDISSIMUS, extra TRIBUNAL uſitatum, ejus in PALATIO determinare ſolebat, *hæc* autem, imprimis, ad EXAMEN et AUDITIONEM *Doctorum* [inter JURIS UTRIUSQUE *peritos*] ante *finale* DECRETUM interponeret in *eiſdem*, committebat; *Qui* [talia præparatoriè *diſcutientes*] dicti fuêre, *Cauſarum Negotiorumque* AUDIENTIÆ *Cantuarienſis* AUDITORES (*e*).

Quinam Auditores?

Audientiæ Curia dicebatur *Domeſtica*;

VI. ILLI *Cauſarum* AUDITORES *Dominum* ARCHIEPISCOPUM *Cantuarienſem* ſequebantur, ubicunque migrare ſolebat; Unde dicebatur hæc, *Domeſtica*, et *Familiaris*, ARCHIEPISCOPI *Curia* (*f*).

Deinde fit *Forenſis*;

VII. Poſtmodum etiam *Ipſi* AUDITORES Poteſtatem habuêre, non ſolùm *audiendi*, ſed *finiendi Cauſas*; et in *Loco* CONSISTORIALI, intra Eccleſiam Cathedralem *Divi* PAULI *London*, judicialiter ſedebant (*g*).

Ejuſdem *Advocati, Procuratores, Jura, Conſuetudines.*

VIII. Per *eoſdem* ADVOCATOS, et PROCURATORES, qui, in *Almâ Curiâ* de ARCUBUS, eorum exercebant Officia, hoc quóque TRIBUNAL frequentari ſolebat; Nec *aliis* licitum erat, *in Cauſis* ibi *ventilatis*, ſe quomodolibet immiſcere; *Eademque* fuêre JURA, et *ſimiles* UTRIUSQUE *Curiæ* CONSUETUDINES (*h*).

IX. AUDITORIS

NOTÆ.

(a) (b) (c) (d) (e) (f) (g) (h) Vide *Antiquitates Eccleſiæ Britannicæ*, Fol. 31.

Archiepiſcopi *Cancellarius:*

IX. AUDITORIS *Cauſarum Negotiorumque* AUDIENTIÆ CANTUARIENSIS *Officio* (quondam) erat conjunctum illud CANCELLARIATÛS *Archiepiſcopi:*

Quæ ſunt *ejus Officii*, ſeu *Juriſdictionis*; quæ *non?*

X. Qui CANCELLARIUS [ſive VICARIUS *in ſpiritualibus generalis*] ea quæ CONTENTIOSÆ JURISDICTIONIS erant *non* exercebat, id eſt, CAUSARUM *inter* PARTES, *in* FORO CONTRADICTORIO, *Deciſionem* [præterquam, quæ *pro formâ* ſolummodo *ventilantur*; utpote, *Negotia* CONFIRMATIONIS EPISCOPORUM ELECTIONIS, et *ſimilia*] ſed ea, quæ ſunt OFFICII MERI, gerebat; præcipuè, quæ JURISDICTIONIS dicuntur VOLUNTARIÆ; prout, COMMISSIO CUSTODIÆ SPIRITUALITATUM, *durante Vacatione Sedis* EPISCOPALIS, INSTITUTIONES *ad Beneficia*; LICENTIÆ *pro Matrimonii Solemnizatione, abſque Bannis publicatis*; cum *ſimilibus*.

Audientia (hodie) *non Forenſis*, ſed *Domeſtica*.

XI. NULLUS *autem*, a plurimis *abhinc* retroactis Annis, *extitit* AUDIENTIÆ JUDEX; utpote, *Forenſis:* Hæc, itaque, *Curia* AUDIENTIÆ CANTUARIENSIS omnino jamdudum *exolevit:* Niſi quatenùs IPSE (nonnunquam) ARCHIEPISCOPUS, in *Arduis* [utputà, *deponendis* EPISCOPIS, aut *ſimilibus*] AUDIENTIAM *ſuam* celebrat, *in propriâ* PERSONÂ, et *proprio in* PALATIO, cum AUDITORE *ſpeciali*, ſive AUDITORIBUS, ad hoc, *ſpecialiter conſtitutis*, pro *iſtâ vice*, unà SECUM *aſſidentibus*.

T. O.

ORDO

ORDO JUDICIORUM;

SIVE

METHODUS PROCEDENDI

In NEGOTIIS et LITIBUS

IN

Curiis Eccleſiaſticis, &c.

TITULUS I.

De CURIIS ECCLESIASTICIS *quæ celebrantur, Authoritate* REVERENDISSIMI CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI, *intra Civitatem* LONDINENSEM.

I. ALMA CURIA CANTUARIENSIS *de* ARCUBUS LONDON celebratur intra Eccleſiam (*a*) Parochialem *Beatæ Mariæ Virginis* de *Arcubus* (*b*), Civitatis *London.* Curia *de Arcubus* ubi olim tenta;

II. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Celebratur intra Eccleſiam,* &c.] Curia de ARCUBUS, per Judicem ejuſdem [quà *Officialem Principalem*] aut per ipſius Surrogatum, hodie in Aulâ communi Hoſpitii Dominorum Advocatorum, intra Parochiam Sancti Benedicti, prope Ripam Paulinam Londini, et [quà *Decanum*] in Eccleſiâ Beatæ Mariæ de Arcubus, uno et eodem die, ſemper teneri ſolet, et ante Meridiem.

(b) *De Arcubus.*] Unde Curia Nomen retinet.

B (c) *Prout*

Quid olim dicta.

II. Et antiquitùs nominata fuit, ſimpliciter, Consistorium Archiepiscopi; prout ex antiquis *Statutis* (c) ejuſdem *Curiæ* conſtat.

Curia *Audientiæ* ubi olim habita.

III. Curia Audientiæ (*d*) Cantuariensis tenetur, in *loco Conſiſtoriali*, intra Eccleſiam Cathedralem *Divi Pauli* London.

Curia *Prærogativæ* ubi quondàm celebrata.

IV. Curia Prærogativæ Cantuariensis etiam in eodem *loco* (*e*) *Conſiſtoriali* habetur (*f*).

TITU-

OBSERVATIONES.

(c) *Prout ex antiquis Statutis.*] Vide *Statuta de Arcubus* Anno 1295. *Winchelſey*, et *Stat. de Arc.* Anno 1342. *Stratford.*

(d) *Curia Audientiæ.*] Vide *Operis Prolegom.* cap 3. §. 11.

(e) *Eodem loco*] Modò celebratur *Curia Prærogativæ Cantuarienſis* in Aulâ publicâ Hoſpitii Dominorum Advocatorum Londini, tempore pomeridiano.

(f) *Habetur.*] In *MSS.* penes me, huic Titulo etiam adduntur hæc ſequentia; videlicèt: "*Durante Vacatione Sedis Archiepiſcopi, Juriſdictio* "*Officialis de Arcubus ſtat in ſuâ primâ Virtute*; et "Commiſſiones, Citationes, et Decreta *ante Vacationem, expediri debent, et poſſunt, virtute quâ* "*decreta fuerant, poſt Vacationem, et eâ durant:* "*Sed tam Curiæ Audientiæ, quàm Prærogativæ* "*Authoritas vacat, cum Vacatione Sedis; nec* "*valent* Commiſſiones, Citationes, et Decreta, "*ſi non renoventur nomine Decani et Capituli, cui* "*hanc Juriſdictionem, ſede vacante, pertinere,* "*et non Epiſcopis Suffraganeis, judicatum fuit per* "*EDMUNDUM Archiepiſcopum* Anno 1581. *ex* "*antiquâ Conſuetudine.*

TITULUS II.

De Diebus, in Curiis, pro JURIDICIS *obſervandis* (*a*).

In Curiâ de *Arcubus.* Prima Seſſio *Michaelis.*

I. PRIMA Seſſio Generalis, in CURIA de ARCUBUS, Termino MICHAELIS, quotannis habetur proximo die (non feriato) poſt feſtum Sanctæ FIDIS Virginis (*b*).

Hilarii.

II. PRIMA Seſſio generalis Termino HILARII, proximo die (non feriato) poſt feſtum Sancti *Hilarii* (*c*).

Paſchæ.

III. PRIMA Seſſio generalis Termino PASCHÆ, die Lunæ, ad duas ſeptimanas poſt diem *Paſchæ*, vulgariter dicta Curia *proximo Quindenæ Paſchæ.*

Trinitatis.

IV. PRIMA Seſſio generalis Termino TRINITATIS, proximo die (non feriato) poſt feſtum Sanctæ *Trinitatis.*

In Curiâ *Audientiæ.*

V. CURIA AUDIENTIÆ ſemper teneri conſuevit ante Meridiem proximi diei, non feriati, poſt Curiam de *Arcubus* (*d*).

In Curiâ *Prærogativæ.*

VI. Poſt Meridiem ejuſdem diei CURIA PRÆROGATIVÆ CANTUARIENSIS, paritèr etiam, teneri ſolita eſt (*e*).

Dies *Juridici* aliter non *ſtati.*

VII. Deincèps autem nulli certi ſunt ſtatuti Dies (*f*), in quibus Jus publicè in dictis Curiis dicatur, obſervati: ſed ſubindè poſt Intervallum

OBSERVATIONES.

(a) *Pro Juridicis obſervandis.*] Solummodò de *Inchoatione*, ſive *Inceptione* Terminorum, ſeu de primis, in eiſdem, diebus pro *Juridicis* obſervandis, ſuperiùs habetur; Ideóque de Diebus *omnibus*, cujuſlibet Termini, *Juridicis*, et antiquis, et hodiernis, in Obſervationibus infra poſitis, latè tractabitur.

(b) *Fidis Virginis,*] Olim prima fuit Seſſio *Michaelis* proximo FIDIS, *ſeptimo* (ſcilicèt) die Octobris; modò verò *viceſimo tertio* ejuſdem menſis.

(c) *Sancti Hilarii.*] Prima Seſſio Termino *Hilarii*, olim, celebrata fuit *proximo* HILARII, *decimo tertio die menſis Januarii*; nunc autem *proximo die Juridico poſt feſtum Sancti WOLSTANI Epiſcopi, viceſimo die ejuſdem menſis.*

(d) 1 *Poſt Curiam de Arcubus.*] Proximo die, non feriato, poſt Curiam de *Arcubus*, in Aurorâ (quo tempore quondam *Audientiæ* Curia celebrata fuit) jam agitur de *Cautionibus*, in bonis decedentium, coram Judice Curiæ *Prærogativæ Cantuarienſis.*

2 Tunc quoque informatus eſt ille *Judex* (per Advocatos, ex utrâque parte) in Facto, et in Jure, quoad Aſſignationes, tam *ad audiendum Voluntatem Domini Judicantis, ſuper hinc indè petitis* (apud Acta, per Procuratores ex utrâque parte, conceptis) quàm *ſuper admiſſione, ſeu rejectione Allegationum, in Scriptis*, aliarumque Materiarum, in Cauſis, incidenter occurrentium.

3 Tunc etiam habentur *Informationes* (tam in Facto, quàm in Jure) ſuper Cauſarum *Meritis*, ante ferendam Sententiam, in eiſdem, definitivam.

4 Tempus autem hoc eſt *minùs Juridicum*; Tunc enim Ille *Prærogativæ* Judex, *pro Tribunali ſedere*, non propriè dicitur, nec habetur tanquàm *Curia* (niſi ex Partium, ſeu Procuratorum Conſenſu) quia tempus ſolummodò intermediatum eſt, *ad informandum Animum Judicis*; hoc eſt, aſſignatum ad *audiendum* tantùm, et non ad *determinandum.*

(e) *Teneri ſolita eſt.*] Habitis *Informationibus*, coram *Judice Prærogativæ*, et auditis *Cautionibus*, ante *Meridiem*, ipſa *Curia Prærogativæ* prædicta, reverà judicialitèr tenetur *tempore pomeridiano* ejuſdem diei.

(f) 1 *Nulli certi ſunt ſtatuti dies.*] Primâ Seſſione *generali* cujuſlibet Termini, Almæ Curiæ Cantuarienſis de Arcubus Officialis Principalis *cæteras* hodiè ſtatuere ſolet ejuſdem Termini *Seſſiones*, certos nempè Dies *pro Juridicis obſervandos*, et quibus, in eâdem Curiâ, *Jus publicè dicatur.*

2 Ex

tervallum *ſex*, *ſeptem*, *octo*, pluriumve, aut paucorum dierum, prout res poſtulaverit; habitâ (videlicèt) ratione ut *Informationes* (utì appellantur) pro faciliori expeditione, et celeriori terminatione Litium in Curiis antedictis, pendentium, debitè fiant:

VIII. Indèque

OBSERVATIONES.

2 Ex *Archivis* equidem antiquis, et aliis *Manuſcriptis* pervetuſtis, compertum habeo, Dies *Juridicos* Terminorum annualium, in Curiâ de *Arcubus*, aſſignatos olim fuiſſe obſervandos, in diem proximum (non feriatum) poſt *Feſtos* (reſpectivè particulares) hìc infra ſpecificatos; et Ordinem hunc *Juridicum* (antiquitùs) ex uſu, tali modo receptum fuiſſe, ſub hiſce verbis, explicatum invenio:

3 " Curia *de* Arcubus, *ſicùt eſt Poſitione* " Prima, *ſic omnium Curiarum cæterarum eſt* " Directoria; *Quandocunque enim illa incipit, cæteræ ſuo Ordine ſubſequuntur: Ad cognoſcendum igitur quandò illa incipit, et tenetur,* " *quædam Sanctorum* Festivalia (*quæ facilè* " *in Libro Annuario, ſeu Calendario, inveniuntur*) " *in unoquoque Termino, obſervanda ſunt: Proximo enim die ſequente dicta* Festivalia, *Curia de* Arcubus *regulariter tenetur; niſi (ob* " *nimis breve, inter eadem, temporis intervallum,* " *vel aliam urgentem occaſionem) uſus hic, Decreto Judicis, pervertatur.*

Dies Festivales, *in omni Termino, obſervandi ſunt ſequentes:*

Termino Hilarii.

" Hilarii.	12.	Januar.	" Cinerum.		Feb.
" Wolſtani.	19.	Januar.	" Matthiæ.	24.	Feb.
" Converſ. Pauli.	25.	Januar.	" Cedde.	2.	Martii.
" Purificationis.	2.	Februar.	" Perpet. et Fælicit.	7.	Martii.
" Blaſii.	3.	Februar.	" Gregorii.	12.	Martii.
" Scholaſticæ Virginis.	10.	Februar.	" Annunciationis.	25.	Martii.
" Valentini.	14.	Februar.			

Termino Paschæ.

" Quinden. Paſchæ.	15.	Aprilis.	" Inventionis Crucis.	3.	Maii.
" Alphegi.	19.	Aprilis.	" Dunſtani.	8.	Maii.
" Marci Evangeliſtæ.	24.	Aprilis.	" Aſcenſionis.		Maii.

Termino Trinitatis.

" Trinitatis.		Junii.	" Petri et Pauli.	29.	Junii.
" Corp. Chriſti.		Junii.	" Thomæ.	7.	Julii.
" Bonifacii.	5.	Junii.	" Swithin.	15.	Julii.
" Barnabæ.	11.	Junii.	" Margaretæ.	20.	Julii.
" Botolphi.	17.	Junii.	" Annæ.	26.	Julii.
" Johannis.	24.	Junii.			

Termino Michaelis.

" Fidis.	6.	Octobris.	" Animarum.	2.	Nov.
" Edvardi.	13.	Octobris.	" Martini.	11.	Nov.
" Lucæ Evangeliſtæ.	18.	Octobris.	" Edmundi Regis.	20.	Nov.
" Simonis, et Judæ.	28.	Octobris.	" Catharinæ.	25.	Nov.
			" Andreæ Apoſtoli.	30.	Nov.
			" Conceptionis Mariæ.	8.	Dec.

4. Sed

OBSERVATIONES.

4 Sed hiſce noſtris temporibus, *Dominus Decanus* (ejuſdem Almæ Curiæ de Arcubus Judex) primo die cujuſlibet Termini, dies pro Juridicis (ſubſequentèr obſervandis) ſtatuendo, Ordinem hìcſequentem (ſi non ob cauſas ſpeciales, ſibi alitèr viſum fuerit) plerúmque conſervare ſolet; videlicèt:

Dies Juridici Moderni :

TERMINO HILARII.

[1] Proximo die Juridico poſt feſtum, ſive diem Sancti *Wolſtani* Epiſcopi, die . . . [ſcilicèt *Hebdomadæ*] viceſimo die menſis Januarii.

[2] Proximo die Juridico poſt feſtum, ſive diem Sancti *Pauli* Apoſtoli, die . . ., viceſimo ſexto die menſis Januarii.

[3] Proximo die Juridico poſt feſtum, ſive diem Sancti *Blaſii* Epiſcopi, die . . ., quarto die menſis Februarii.

[4] Proximo die Juridico poſt feſtum, ſive diem Sancti *Valentini* Epiſcopi, die . . ., decimo quinto die menſis Februarii.

TERMINO PASCHÆ.

[1] Proximo die Juridico poſt feſtum *Quindenæ Paſchæ*.

[2] Secundâ Seſſione } ad libitum.
[3] Tertiâ Seſſione }

[4] Proximo die Juridico poſt feſtum, ſive diem *Aſcenſionis* Domini noſtri Jeſu Chriſti, die . . ., videlicèt, . . . die Menſis Maii.

TERMINO TRINITATIS.

[1] Proximo die Juridico poſt feſtum, ſive diem Sanctæ et individuæ *Trinitatis*, die . . ., videlicèt, . . . die menſis. . .]

[2] Secundâ Seſſione. } Interdum proximo die
[3] Tertiâ Seſſione. } Juridico poſt Feſtum
[4] Ultimâ Seſſione. } Sancti *Johannis*.

TERMINO MICHAELIS.

[1] Primâ Seſſione Termini Sancti *Michaelis*, die . . . . (videlicèt) viceſimo tertio die menſis Octobris.

[2] Proximo die Juridico poſt feſtum omnium *Animarum*, die . . ., tertio ſcilicèt die menſis Novembris.

[3] Proximo die Juridico poſt feſtum, ſive diem Sancti *Martini* Epiſcopi, die . . ., duodecimo, ſcilicèt, die menſis Novembris.

[4] Proximo die Juridico poſt feſtum, ſive diem Sancti *Edmundi* Regis, die . . ., nempè, viceſimo primo die menſis Novembris.

[5] Proximo die Juridico poſt feſtum Sancti *Andreæ* Apoſtoli, die . . ., primo, ſcilicèt, die menſis Decembris.

5 Viſum eſt etiam eidem *Domino Decano* (juxta morem Anteceſſorum) Diem alterum *Generalem*, (pro litigantium Negotiis faciliùs expediendis, magìſque celeritèr terminandis) poſt *ultimas* reſpectivè SESSIONES GENERALES prædictas (Terminorum *Trinitatis*, *Michaelis*, et *Hilarii*) Arbitrio ſuo (frequentiùs intra octiduùm a Termino finito) aſſignare; quem DIEM appellant EXTRAORDINARIUM: Quo, non in *apertâ Curiâ*, ſeu *Aulâ publicâ* pro Tribunali (prout in Terminorum Seſſionibus Generalibus) ſed in *Cœnaculo Hoſpitii Dominorum Advocatorum* (tam pro Informationibus audiendis, quàm pro Sententiis ferendis) judicialitèr ſedet.

6 Cauſæ verò quoàd Crimina graviora, ſcilicet, Crimen *Inceſtûs*, *Adulterii*, *Fornicationis*, *Simoniacæ pravitatis*, notoriè offenſivæ *Ebrietatis*, aliaque Crimina notoriè famoſa, et Scandalum publicè præ ſe ferentia, non niſi in *apertâ* audientur *Curiâ*.

7 Porrò, dicto etiam in *Cœnaculo Dominorum Advocatorum*, uno vel altero die (non feſtivo) præcedente quemlibet diem (in pleno Termino) Juridicum (quandocunque, ſcilicèt, Domino Decano de Arcubus ſtatuere placuerit; rariùs autem ante primas Seſſiones Terminorum) habentur, in dictâ Curiâ de Arcubus, INFORMATIONES de incidentibus, et Cauſarum Circumſtantiis, cùm opus fuerit Doctorum Advocatorum Argumentis, et Patrocinio; ſcilicèt, quoad Aſſignationem *ad audiendum Voluntatem Judicis* (vel in Facto, vel in Jure) *ſuper petitis Procuratorum hinc indè:* vel *ſuper Admiſſione Allegationis*, et in ſimilibus.

8 Tunc temporis etiàm informatur ille Judex, *quoàd Cauſarum Merita*, poſt Concluſionem earundem, et ante Sententiarum prolationem.

9 Et nonnunquam etiam habentur *Informationes*, et *Voluntatis Auditiones* hujuſmodi, finito Termino, quibuſdam in Cauſis particularibus, die aliquo *ſpeciali* (tam in Curiâ de *Arcubus*, quàm in Curiâ *Prærogativæ*) ad libitum Domini dictarum Curiarum Judicantis, aſſignato (prout etiàm fit in aliis Curiis infra ſcriptis) totiès quotiès, ad hoc, Res et Negotia poſtulaverint.

10 Iſti verò dies, ita (ut ſupra) *pro voluntate Judicis audiendâ*, ſeu *pro Informationibus habendis* (etiamſi pleno in Termino) ſtatuti, non tanquàm *Juridici*, ſed *Extrajudiciales* habentur.

11 Sed, ex uſu, Dies qui vocantur *Extraordinarii*, omnium Curiarum, et Dies (in Vacatione) pro *Cautionibus* audiendis, in Curiâ *Prærogativæ* Cantuarienſis (etiamſi poſt Terminos finitos reſpectivè conſtituti) frequentiùs (ex aſſignatione Domini Judicantis ſpeciali, et monitis Procuratoribus hinc indè ad tunc intereſſendum) vim obtinuere (pro Decretorum Judicis Interpoſitione, et in ferendis Sententiis) quà *Juridici*. Vide *Obs.* in *Tit.* 124. ſub *lit.* (a) 14, 15, 16.

12. De

OBSERVATIONES.

12 De cæteris autem *Curiis Eccleſiaſticis*, quæ celebrantur intra, vel prope Civitatem *Londinenſem*, ac Diebus pro *Juridicis*, in eiſdem, obſervandis, nonnihil (hìc etiàm) annotare, a propoſito minimè ſit alienum.

13 Quià, ſuperiùs, dictum eſt *Curiam de* ARCUBUS *primam eſſe, in Ordine dierum Juridicorum* (ſeu cujuſcunque Seſſionis, in quolibet Termino celebratæ) et inſuper *aliarum Curiarum* (pro Juridicis in eiſdem habendis) *eſſe* DIRECTORIAM; Hinc eſt, in cæteris etiam *Curiis*, hunc modum, plerúmque, ſequentem obſervari, videlicèt:

14 SUPREMA CURIA ADMIRALITATIS ANGLIÆ (etiamſi inter Eccleſiaſticas non numeranda, Regulis autem innixa eſt Juris Civilis) quæ tenta fuit olim *in Eccleſiâ parochiali Sanctæ Margaretæ* Southwark, *in Comitatu Surriæ*, jam habetur *in Aulâ publicâ Hoſpitii Dominorum Advocatorum*, eodem die quo celebratur Curia de *Arcubus*, tempore verò *pomeridiano*.

15 *De* CURIA PRÆROGATIVÆ CANTUARIENSIS (eodem in loco tentâ, quoad Informationes, in Aurorâ, et pro Tribunali poſt meridiem proximi diei, non feriati, poſt Curiam de *Arcubus*) ſupradictum eſt. Nota, quòd etiam inter *Vacationes* (poſt Terminos *Michaelis*, *Hilarii*, et *Trinitatis*) Dies ſpeciales (prout ejuſdem Curiæ Judici meliùs viſum fuerit) pro Cautionum auditione, vel Informationibus habendis, et aliquandò pro Sententiis ferendis, conſtituuntur.

16 SUPREMA CURIA DELEGATORUM REGIORUM tenetur proximo die (non feriato) poſt Curiam *Prærogativæ* (pro Informationibus in Aurorâ, pro Tribunali poſt meridiem) *in Aulâ prædictâ Dominorum Advocatorum*, ſcilicèt, pro Actis omnibus Ordinariis, in Cauſis in eâdem Curiâ pendentibus, expediendis; in Actis verò pluſquàm ordinariis, et in ferendâ Sententiâ definitivâ, dicta Curia, plerúmque, *in Aulâ publicâ Hoſpitii Dominorum Servientium ad Legem* (vel alibi, prout Judicibus Delegatis Regiis ſtatuere viſum fuerit) celebrari ſolet:

17 Retroactis autem temporibus, cùm in ferendâ Sententiâ, tùm in Actis (tam extraordinariis, quàm ordinariis) expediendis, aut *in loco Conſiſtoriali Eccleſiæ Cathedralis Divi Pauli London*, vel *in Aulâ communi Hoſpitii Dominorum Advocatorum* (prout ex Archivis ejuſdem Curiæ patet) teneri conſuevit.

18 CURIA CONSISTORIALIS EPISCOPALIS LONDON, et etiam CURIA COMMISSARII DOMINI EPISCOPI LONDINENSIS, tenentur proximo die (non feriato) poſt Curiam Delegatorum, ante meridiem, *in loco Conſiſtoriali* prædicto, *intra Eccleſiam Cathedralem Divi Pauli London*, quotiès earundem Curiarum Præſidenti placuerit; Quòd ita fieri ſolet, quolibet primo die Juridico, ſeu primâ Seſſione quatuor uſualium Anni Terminorum: In cæteris verò diebus Juridicis, ſeu Seſſionibus Terminorum hujuſmodi, frequentiùs celebratur *in Aulâ communi Hoſpitii Dominorum Advocatorum* prædictâ, in utroque (ſcilicèt) loco, juxta Judicis Arbitrium.

19 CURIA CONSISTORIALIS EPISCOPALIS, prout etiam CURIA COMMISSARII DOMINI EPISCOPI WINTONIENSIS, habentur *in Eccleſiâ parochiali ſancti Salvatoris*, *in Burgo de* Southwark, *in Comitatu Surriæ*, eodem die quo celebrantur Curiæ prædictæ Domini Londinenſis Epiſcopi, ſed tempore *pomeridiano*.

20 CURIA COMMISSARII VENERABILIUM VIRORUM DOMINORUM DECANI ET CAPITULI ECCLESIÆ CATHEDRALIS DIVI PAULI LONDON, olim habita fuit *in Eccleſiâ parochiali Sancti Gregorii*, quæ modò tenetur, proximo die, non feriato, poſt Curiam Epiſcopi *London*, in Aurorâ, *in Domo Capitulari ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis*.

21 CURIA COMMISSARII DOMINI ARCHIDIACONI ARCHIDIACONATUS LONDON, olim, tenta fuit *in Eccleſiâ Chriſti London*, et jam habetur, proximo die, non feriato, poſt Curiam Epiſcopi *London*, ante meridiem, in ejuſdem *Hoſpitii Dominorum Advocatorum Aulâ communi*.

22 CURIA COMMISSARII DOMINI ARCHIDIACONI ARCHIDIACONATUS MIDDLESEXIÆ, in domo [vocatâ the *Church-Houſe*] prope Eccleſiam parochialem *Sancti Clementis Dacorum*, *in Comitatu Middleſexiæ*, proximo die, non feriato, poſt Curiam Epiſcopi *London*, ante meridiem, teneri ſolet.

23 CURIA CONSISTORIALIS EPISCOPALIS, utiquè CURIA COMMISSARII DOMINI EPISCOPI ROFFENSIS, tentæ ſunt *in Eccleſiâ parochiali Sancti Alphagi Greenwich* (aliàs vocatâ, *de Grenovico Orientali*) *in Comitatu Cantii*, die aliquo, non feriato, pro Judicis Arbitrio (prout res poſtulaverit) aſſignato.

24 CURIA COMMISSARII VENERABILIUM VIRORUM DOMINORUM DECANI ET CAPITULI, ECCLESIÆ COLLEGIATÆ DIVI PETRI WESTMONASTERIENSIS habetur *in loco Judiciali*, *in dictâ Eccleſiâ*, die quocunque, non feriato, (juxta rerum, et negotiorum poſtulationem) ad libitum Judicis, ſtatuto.

25 CURIA COMMISSARII PECULIARIS, ET EXEMPTÆ JURISDICTIONIS REGIÆ, SANCTÆ CATHARINÆ, PROPE TURRIM LONDINI, tenta eſt, *in Eccleſiâ Sanctæ Catharinæ* prædictæ, die quolibet, non feriato, ad placitum Judicis (habitâ ratione quoàd negotia ibidèm ventilanda) ſtatuto.

26 Harum, etiàm, Curiarum Præſidentes Diem habent *Extraordinarium* (poſt Terminum finitum, et poſt Dies Extraordinarios Curiarum de *Arcubus*, et *Prærogativæ*) Judicum Arbitrio ſtatuendum.

VIII. Indéque

VIII. Indéque uſu receptum eſt, quòd Citationes, in iſtis Curiis, emanant, *ad comparendum tertio* [*quarto, quinto, ſexto*] *die* (*g*), *ſeu alio die juridico, tunc ſequente, quo Judicem ad Jura reddenda, horâ Cauſarum conſuetâ, pro Tribunali ſedere contigerit* (*h*).

Citatio fit ad comparendum tertio, &c. poſt, ſi *Juridicus*, alioquin *proximo* Juridico.

IX. Et erit, quidèm, utile, ſic citatis, accedere ad Civitatem *Londini*, die in hujuſmodi Citatione expreſſo: Ut ſi ille dies (forsàn) non ſit *Juridicus*, commodiùs proximo die *Juridico* (ipſo, videlicèt, die Comparitionis ſuæ adveniente) ſe in Judicio legitimè ſiſtant.

Quare Urbem opportunè petant citati, ut parati ſint ad *Juridicum*:

TITU-

OBSERVATIONES.

(g) *Tertio, quarto, quinto, ſexto die*] Aliquando etiam octavo, decimo, vel ulteriori die; Habitâ (ſcilicèt) ratione diſtantiæ loci Rei conveniendi, a *loco Judicii*.

(h) *Sedere contigerit.*] Stylo hodierno ſic habetur (videlicèt) "*ad comparendum* [tali loco] "*tertio*, &c. [ſeu alio] *die poſt Executionem Citationis hujuſmodi, ei in hâc parte debitè factam, ſi Juridicus fuerit, alioquin proximo die Juridico (ex tunc proximè ſequente) horis Cauſarum, ibidèm, ad Jura reddenda conſuetis.*

TITULUS III.

De JUDICIBUS *modernis Curiarum, quæ celebrantur Authoritate* REVERENDISSIMI CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI, *intra Civitatem* LONDINENSEM, *eorumque Titulis.*

Officialis Principalis de *Arcubus*

I. *VEnerabilis et Egregius Vir* JOHANNES BETTESWORTH, *Legum Doctor* eſt *Almæ Curiæ Cantuarienſis de Arcubus London Officialis Principalis.*

Vocatur *Decanus.*

II. Qui (vulgaritèr, et maximâ ex parte) nunc appellatur (prout per quamplurimos annos, jam elapſos, appellari conſuevit) *Decanus de Arcubus* (*a*); quod indè traxit Originem, videlicèt:

(Ratio quare)

III. Quià *Officialis de Arcubus* admodùm raró in Civitate *Londinenſi* commorabatur: utpotè, qui ſæpenumerò (tam intra hoc Regnum *Angliæ*, quàm in partibus tranſmarinis) in Negotiis Regiis occupatus eſſet; Eo verò abſente, *Decanus Decanatûs de Arcubus* (cujus Juriſdictio limitibus tredecim peculiarium Parochiarum *Londinenſium*, immediatè Juriſdictioni Eccleſiaſticæ Archiepiſcopi *Cantuarienſis* ſubditarum, terminata eſt) frequentèr admodùm, tanquàm *Status Surrogatus*, ſive *Subſtitutus* ipſius *Officialis* (*b*) (idque ex Præſcripto Antiquorum Statutorum (*c*) Curiæ prædictæ) Jus in eâdem Curiâ dicebat: Ex quo (tractu temporis) evenit, et (tanquàm communi Errore) receptum eſt, ut etiàm ipſe *Officialis* (dum Cauſarum Expeditioni vacat) *Decanus de Arcubus* vulgaritèr nuncupatur (*d*).

Etiam Officialis *Conſiſtorii* Archiepiſcopalis;

Vel (Κατ' ἐξοχὴν) *Officialis*:

Ratio.

IV. Idem porrò *Officialis*, quandóque *Officialis Conſiſtorii Archiepiſcopi*, aliàs verò *Officialis*, ſine aliâ adjectione, in eiſdem Antiquis Statutis (*e*), dictus eſt; Quandoquidem *Archiepiſcopus Cantuarienſis* nullum alium (tunc temporis) in ſuâ Provinciâ habuit *Officialem.*

Archiepiſcopi *Vicarius.*

V. *Venerabilis Vir* GEORGIUS PAUL, *Legum Doctor*, eſt *Reverendiſſimi Cantuarienſis Archiepiſcopi Vicarius in Spiritualibus Generalis.*

Curiæ Prærogativæ *Judex.*

VI. *Venerabilis Vir* JOHANNES BETTESWORTH, *Legum Doctor*, eſt *Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis, Magiſter, Cuſtos, ſive Commiſſarius.*

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) (b) (d) De *Officiale* et *Decano* de *Arcubus*, Vide plura in *Operis Prolegom.* cap. 2.

(c) *Ex Præſcripto antiquorum Statutorum.*] Vide *Statuta* de Arcubus, *Stratford*, Anno 1342. ſub Capite, *De Decano Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Arcubus*; et *Operis hujus Prolegom.* cap. 2. §. 14.

(e) *In eiſdem antiquis Statutis.*] Vide *Statuta* de Arcubus, *Winchelſey*, Anno 1295. et ſimilia Statuta, *Stratford*, Anno 1342.

TITULUS IV.

Quòd diverſæ CAUSÆ (*a*), *præter Cauſas in præſenti Titulo infra-mentionatas, ſolent, ac poſſunt tractari in* CURIIS ECCLESIASTICIS.

I. SI PERJURIUM (*b*) commiſſum fuerit, ſive per *Teſtes*, ſive per *Partem principalem*, in eorum Depoſitionibus et Reſponſis, habitis et factis in Curiâ, ac Cauſâ Eccleſiaſticâ, *Pars quæ læſa*, aut Damnum aliquod paſſa fuit, per hujuſmodi PERJURIUM, Vel *aliquis alius*, ut in *Cauſâ Correctionis* (in quâ *quilibet* poteſt (*c*) Officium Judicis promovere, *pro Salute Animæ*, cujuſcunque perſonæ) agere poteſt, coram Judice Eccleſiaſtico, contra perſonam *perjuratam*, in CAUSA PERJURII (*d*): Vel potiùs, *ad reſpondendum certis Articulis Animæ ſuæ Salutem, ac præcipuè Perjurium manifeſtum, in Cauſâ Eccleſiaſticâ, ac coram Judice Eccleſiaſtico, commiſſum, concernentibus, ad Promotionem* N. *objiciendis :* *Perjurium* Teſtis, Partis. Modus inſtituendi Litem.

II. Et ſi conventus de *Perjurio* convictus fuerit, eſt Canonicè puniendus, *Arbitrio Judicis*, juxta qualitatem Cauſæ. *Pœna* eſt in Arbitrio Judicis.

III. Sed hìc quæri poteſt; *Quomodò* PARS PRINCIPALIS, *quæ communitèr reſpondere ſolet de* CREDULITATE, *et non de* VERITATE, *convinci poſſit de* PERJURIO? Quæritur de Perjurio *Credulitatis* Partis Principalis;

IV. Reſpondeo, *Poſſit*, ſi *Pars principalis* reſponderit alicui Poſitioni, continenti ejus Factum proprium, ſaltem Factum recens, *ſe non credere eandem eſſe veram*; Quòd, ita reſpondens, *probatâ Veritate Poſitionis*, convinci et condemnari poſſet de PERJURIO. Reſponſum: Valet quoad factum *proprium*, ſeu *recens*; Ratio:

V. Hoc ita (ad triginta annos elapſos) per Judicem, communi ſententiâ doctiſſimum, adjudicari novi. Ita adjudicatum.

VI. Conſule tamen, de hâc Quæſtione, Juriſperitos, videlicèt; Non solùm, *An reſpondens de* CREDULITATE *in Facto ſuo proprio recenti, convinci poteſt de* PERJURIO? Verùm etiam (Si Quid ſit *factum recens*?

OBSERVATIONES.

(a) *Diverſæ Cauſæ.*] De his, in genere, *Vide* §. 58. et 60. *hujus Tituli.*

(b) *Perjurium.*] Vide *Lynd.* c. 1. *de Pœnis* verb. *Perjurio.* Statut. 5. *Eliz.* c. 9. §. 11. *et* 29. *Eliz.* c. 5.

(c) *Quilibet poteſt.*] Quòd quilibet poteſt Officium Judicis, in Animæ Salutem, promovere; quia *publicè intereſt ut Crimina puniantur*: Vide *Tit.* 34. §. 7. *Tit.* 150. §. 1.

(d) *In Cauſâ Perjurii.*] De modo procedendi, in Cauſâ Perjurii, contra Contumacem, poſt Juramentum (de parendo Juri, et ſtando Mandatis Eccleſiæ) per eum præſtitum, in Sententiam Excommunicationis reincidentem; Vide *Tit.*41

(Si poſſit, in facto ſuo proprio *recenti*, convinci de *Perjurio*) *Quid dicitur, vel ſit factum recens?*

Quoad proprium factum, reſponde affirmativè vel negativè;

VII. Sed, ad evitandum hoc Dubium, Ego credo *Partem principalem* teneri reſpondere Poſitioni, continenti ejus *proprium factum*, de VERITATE; hoc eſt, *An illa Poſitio contineat* VERITATEM, *ſeu* FALSITATEM? Et non de CREDULITATE tantùm [ut notatur in Titulo (*e*) *De Productione Partis principalis, et Juramento ſuo*, &c.]

Non per Verba [*credo*, vel, *non credo*.]

VIII. Et quamvis, nunc, communitèr *Partes principales* reſpondent Poſitioni, eorum *proprium factum* continenti, per Verba [*Credo*, vel *non Credo* (*f*)] ſicutì cæteris Poſitionibus, non continentibus eorum *proprium factum*; Credo hunc Errorem irrepſiſſe negligentiâ, vel incuriâ Regiſtrarii, ſive Examinatoris (*g*).

Simonia.

IX. Si *Clericus* commiſit SIMONIAM, in obtinendo *Beneficium Eccleſiaſticum*, poteſt (ſive ex *Officio Judicis*, ſive ad *Inſtantiam Partis*) conveniri, ac (juxta Sanctiones Canonicas) puniri: Sic etiam *Laici*, participes ejuſdem Criminis.

Uſura.

X. USURARIUS etiam, ſaltèm talis qui expoſuit, aut mutuò dedit Pecunias, recipiendo (directè, vel indirectè) ultra ratam, ſeu quantitatem *decem Librarum*, pro quibuſlibet *Centum*, conveniri et puniri poteſt per *Judicem Eccleſiaſticum.*

Ubi locum habet *Probibitio*, ubi non.

XI. Nam, ex Statutis hujus Regni (*h*), prohibitum eſt Judici Eccleſiaſtico procedere, niſi in caſu in iſtâ Sectione ſupraſcriptâ mentionato.

Injectio manuum in Clerum. Rixatio in Eccleſiâ, ſeu Cœmeterio.

XII. Si quis injecerit MANUS VIOLENTAS in CLERICUM (*i*); Vel RIXATUS (*l*) fuerit in ECCLESIA, vel CŒMETERIO, conveniri et corrigi poteſt (ſive ex Officio Judicis *mero*, ſive ex Officio voluntariè *promoto*) per *Judicem Eccleſiaſticum.*

XIII. Si

OBSERVATIONES.

(e) *Ut notatur in Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 65. §. 3.

(f) 1 *Credo, vel non credo.*] Reſpondens Poſitioni factum ejus proprium continenti, ſi faſſus fuerit, per hæc verba reſpondebit; *Quòd credit eandem eſſe veram:*

2 Secùs autem, per verba ſequentia, *Quòd non credit* (addendo, ubi factum continetur proprium, *ſed penitùs diffitetur, et negat*) *eandem eſſe veram, in aliquo.*

3 Si verò ſolummodò diceret *quòd non credit.* Poſitionem continentem factum ejus proprium, *abſque Negatione* (ut ſuprà) etiam additâ, non habetur pro Reſponſo *pleno,* et decernendum eſt pro *plenioribus.*

(g) *Examinatoris.*] Modò concipiuntur Reſponſa perſonalia Partium principalium per eorum Procuratores; niſi cùm petitur a Judice, ſpecialiter ex adverſâ Parte, vel Judici, ex mero motu, aſſignare viſum eſt, quòd capta ſint per Regiſtrarium, etiam aliquando in præſentiâ ipſius Domini Judicantis.

(h) *Ex Statutis hujus Regni.*] Vide *Statut.* 37. *Hen.* 8. *cap.* 9. 13. *Eliz.* c. 8. 39. *Eliz.* c. 18.

(i) *Manus violentas in Clericum.*] Non agendum eſt, in hac Cauſâ, pro pecuniariâ Satisfactione; ſed pro Correctione Criminis, ſive pro Salute Animæ. Vide *Statut. Ed.* 1. *Circumſpectè agatis.* Vide *Lynd.* De Foro competenti. c. Circumſpectè.

(l) *Rixatus.*] Vide *Statut.* 5. *Ed.* 6. *cap.* 4.

†

XIII. Si accuſatur quis de ADULTERIO, LENOCINIO, EBRIETATE, BLASPHEMIA, ABSENTIA ab ECCLESIA, vel pro NON SOLUTIONE, ſeu CONTRIBUTIONE, in FABRICAM ECCLESIÆ SUÆ PAROCHIALIS, vel *in* COMPARATIONE LIBRORUM PRO DIVINORUM CELEBRATIONE, conveniri et puniri poteſt, per *Judicem Eccleſiaſticum*, ut ſuprà.

Adulterium, Lenocinium. Ebrietas. Blaſphemia. Abſentia ab Eccleſiâ. Non ſolutio erga Fabricam, ſeu Libros Eccleſiæ.

XIV. Si EXECUTOR ſubtraxerit LEGATA, IN PIOS USUS RELICTA, *Judex Eccleſiaſticus* procedere poteſt, contra hujuſmodi Executorem (ex *Officio*, vel ad *Promotionem Guardianorum*, illius Parochiæ, in quâ Pauperes, quibus eadem *Legata pia* reliquuntur, habitant) et Executorem, per Cenſuras Eccleſiaſticas, compellere ad hujuſmodi *Legatorum* Solutionem.

Subſtractio Legati.

XV. Si quis Impedimento (*m*) fuerit, *quominùs* TESTAMENTA *defunctorum adimpleantur, procedant, vel debitum ſortiantur effectum*; vel Impedimento fuit, *quominùs* INVENTARIA *bonorum defunctorum confici, et bona appreciari valeant*; Executor vel Adminiſtrator poteſt, in his caſibus, *Judicis Officium* implorare, et promovere:

Impedimentum Executionis Teſtamenti, Confectionis *Inventarii:*

XVI. Ac Judex (probatis præmiſſis) pronunciare poteſt Delinquentes, in his caſibus, *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis, de Jure latam:* prout in Cauſâ *temerariæ Adminiſtrationis* [de quâ in præſenti Libro tractatur (*n*)].

Pœna eſt Excommunicatio. Similiter in Cauſâ *Temerariæ Adminiſtrationis.*

XVII. Et Rei, in his caſibus, non ſunt abſolvendi, donec, non ſolùm, ſatisfecerint *Eccleſiæ*, verùm etiam ſatisfecerint *Populo*, propter quod pronunciati ſunt *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis.*

Sontes hujuſmodi quibus Conditionibus abſolvendi?

XVIII. Si *Rector*, *Vicarius*, vel aliqua alia perſona ſubtraxerit (ab *Archiepiſcopo*, *Epiſcopo*, vel *Archidiacono*) PROCURATIONES (debitas ratione *Viſitationis Ordinariæ*) vel SYNODALIA; gravatus (in his caſibus) agere poteſt, coràm *Judice Eccleſiaſtico*, IN CAUSA SUBSTRACTIONIS PROCURATIONUM, *vel* SYNODALIUM.

Subſtractio *Procurationum,* ſeu *Synodalium.*

XIX. Si PENSIO aliqua, aut PORTIO ANNUA (exeuns ab aliquo Collegio, Epiſcopatu, Eccleſiâ Cathedrali, Decanatu, ſeu aliâ quâcunque Eccleſiâ) ſit alteri Eccleſiæ, ſeu Rectori, vel Vicario, perſolvenda, ſi ſubſtracta fuerit, agi poteſt IN CAUSA SUBSTRACTIONIS ANNUÆ PENSIONIS ECCLESIASTICÆ.

Subſtractio *Annuæ Penſionis.*

XX. Si

OBSERVATIONES.

(m) *Impedimento*] Vide *Lynd.* de *Teſtamentis.* c. *Statutum*, §. *nec impediant*, verb. *Effectum.*

(n) *In præſenti Libro tractatur.*] De temerariâ Adminiſtratione. Vid. *Tit.* 220. *et* 221.

Jactitatio *Decimarum*, vel *Penſionis.*

XX. Si Rector, vel Vicarius unius Eccleſiæ prætendit, ſeu jactitat, tales *Decimas*, ſeu Decimarum *Portionem*, vel talem *Penſionem*, in tali Parochiâ, vel per talem Rectorem ſeu Vicarium, ſibi (Jure ſuæ Eccleſiæ) deberi, agendum eſt IN CAUSA JACTITATIONIS DECIMARUM, *ſive* ANNUÆ PENSIONIS.

Verba convitioſa,

XXI. Si quis protulerit VERBA CONVITIOSA quamvis non DIFFAMATORIA, id eſt, Crimen aliquod certum denotantia, aut inducentia, propter quod *Purgatio Canonica* indici poſſit Parti, de quâ hujuſmodi *Verba convitioſa* prolata fuerint, videlicèt;

Ex *Irâ*, ſeu *Malitiâ*, prolata:

Exempli gratia.

XXII. Si quis hæc verba, vel conſimilia, Animo irato, et iracundo, ac malitioſo, protulerit; *Thou art an unhoneſt liver*; or, *Thou art a Lyar, and careſt not what Untruth thou affirmeſt*; or, *Thou art no more to be truſted, upon thy Word, or Oath, than a Dog*; *Thou art an arrant Knave*; or, *Thou art a Drab*; or, *Thou art a Scold*; *a Jade*; *a filthy Fellow*; vel ſimilia:

Verbum hodiè *convitioſum*, olim non.

XXIII. Quamvìs, ab antiquo, hoc Verbum [KNAVE] non fuit *Verbum convitioſum*; ſed ſignificavit *Puerum Maſculinum*; ſecùs nunc, quià (apud omnes) habetur pro *Verbo convitioſo:*

Quare de his agitur in *Foro Eccleſiaſtico.*

XXIV. Si verò, pro Prolatione horum Verborum prædictorum, nulla *Actio* poſſit inſtitui in *Foro Seculari*, tunc, pro his et conſimilibus *Verbis convitioſis*, agere poteſt gravatus, in *Foro Eccleſiaſtico*, in *Cauſâ Diffamationis*, ſive *Convitii.*

Fiat Citatio pro *Diffamatione, ſive convitii:*

XXV. Et nota; quòd hoc Verbum [CONVITII] ſolebat ſcribi in omni *Citatione*, in Cauſis hujuſmodi, unà cum Verbo [DIFFAMATIONIS]:

Ratio.

XXVI. Et Ratio fuit (ut a majoribus, peritiſſimis Procuratoribus, audivi) ut ſi Actor non probaverit Reum protuliſſe *Verba*, *ſuâ naturâ*, DIFFAMATORIA, ſi tamen probaverit *Verba* CONVITIOSA, obtineret in Cauſâ:

Reus *Judicis Arbitrio* puniendus:

XXVII. Et tunc, proferens eadem eſt puniendus, juxta *Judicis Arbitrium*, habitâ Conſideratione ad perſonam diffamatam:

Pœnæ Ratio.

XXVIII. Ratio eſt; Quia hujuſmodi Verba prolata fuerunt Animo *malitioſo*, ac *irato*, et præter et contra *Fraternam Charitatem.*

In verbis verè diffamatoriis *Malitia præſumitur.*

XXIX. Et nota; quòd licèt, in Cauſâ DIFFAMATIONIS (in Libello) dicitur, *Verba diffamatoria prolata fuiſſe malitioſè, et ex Odii Fomite*; tamen, ſi Verba libellata diffamatoria ſint *ſuâ naturâ*, *diffamatoria*, præſumitur ea prolata fuiſſe *Animo malitioſo*; quamvis hæc *Malitia* non fuerit probata.

In Verbis convitioſis *Malitia probanda eſt,*

XXX. Tamen, in Cauſis prædictis, quandò agitur pro *Verbis convitioſis*, Actor tenetur probare, ex Præſumptionibus vehementibus, ex Rixis, et Jurgiis (videlicèt, Malitiâ et Inimicitiâ præcedentibus) Verba prædicta *convitioſa* fuiſſe prolata *Animo malitioſo:*

XXXI. Nam

XXXI. Nam (ut ſupra dicitur) ſi Verba prolata non fuerint, *ſuâ naturâ*, *diffamatoria*, non præſumitur ea fuiſſe prolata *Animo malitioſo*.

Et non valet *Præſumptio.*

XXXII. Si Feoda debita *Procuratori*, in Cauſâ Eccleſiaſticâ, fuerint ſubtracta, per *Clientes*; Procurator agere poteſt, coram *Judice Eccleſiaſtico*, pro hujuſmodi Feodis ſubtractis, in Causa Substractionis Salariorum, ſeu Feodorum, *ſibi*, *in Cauſâ Eccleſiaſticâ*, debitorum,

Subſtractio *Feodorum.*

XXXIII. Si unus, et idem *Patronus* præſentaverit duos *Clericos*, unum ad *Rectoriam*, alium ad *Vicariam* ejuſdem Eccleſiæ (*o*); Vel ſi duo (habentes *Advocationem*, ab uno, et eodem *Patrono*) præſentaverint *ſeparatos Clericos* (hic unum, ille alterum) et ambo reſpectivè Clerici hujuſmodi fuerint admiſſi; ſi unus ſpoliaverit Fructus, vel eos in fundo demeſſos collegerit, alter poteſt agere contra eum (*p*), in Causa Spoliationis.

Spoliatio Fructuum, inter duos Clericos, ad idem Beneficium præſentatos,

XXXIV. Ratio eſt; Quia, in iſto caſu, non controvertitur *De Jure Patronatûs*; Nam uterque derivat Jus ſuum *ab uno*, *et eodem Patrono*, ita ut in nullo lædatur *Jus Patronatûs*.

Per unum, et eundem *Patronum.*

XXXV. [In diverſis partibus hujus Regni, ſunt *tres* Rectores in unâ, et eâdem, Eccleſiâ].

Quædam Eccleſiæ *tres* habent *Rectores.*

XXXVI. Cauſæ etiam Substractionis Mortuariorum (*q*) tractari, et terminari, debent *in Curiis Eccleſiaſticis*: Sed, pro eiſdem, agi non poteſt, niſi in Locis illis in quibus ſolent perſolvi, atque juxta Ratam, et Valorem ſequentem, videlicèt:

Subſtractio *Mortuariorum*:

XXXVII. Si bona defuncti (ſolutis debitis) de claro, non valeant ultra *decem Marcas*; nihil ſolvendum eſt:

Quando non debentur:

XXXVIII. Si verò valeant extra *decem Marcas*, intra tamen valorem *triginta Librarum*; tres Solidos, et quatuor Denarios ſolvet:

Quando debentur 3 *s.* 4 *d.*

XXXIX. Si valeant *triginta Libras*, et *ultra*, ſub tamen Summâ *quadraginta Librarum*; ſolvet ſex Solidos, et octo Denarios:

Quando 6 *s.* 8 *d.*

XL. Si extendant ad *quadraginta Libras*, et *ultra*; tunc ſolvet decem Solidos:

Quando 10 *s.*

XLI. Hoc enim cavetur per Statutum *Henrici Octavi* (*r*), Capite ſexto.

Juxta *Statutum.*

XLII. De

OBSERVATIONES.

(o) *Alium ad Vicariam ejuſdem Eccleſiæ.*] Tum in *MSS*. penes me, hæc leguntur Verba ſequentia; "Etiam aliquandò *duos*, vel *tres* Clericos, "ad *unum* et *idem* præſentaverit *Beneficium*; "quià, in diverſis partibus hujus Regni, ſunt "*tot* Rectores, in *unâ* et *eâdem* Eccleſiâ.

(p) *Alter poteſt agere contra eum.*] "*Læſus*, "in hoc caſu, agere poteſt contra *lædentem*. MS.

(q) *Mortuariorum.*] Vide *Lynd.* c. *Statutum*, De Conſuetudine. Item c. *Quoniam propter*. De Decimis, §. *in petitione*. etiam *Statut*. Circumſpectè agatis §. 5.

(r) *Henrici Octavi.*] Scilicèt, Anno 21.

Subſtractio *Decimarum perſonalium*;

XLII. De Decimis verò Personalibus (*ſ*), Omnes Homines (videlicèt) *Mercatores*, *Venditores*, *Emptores*, *et Pannorum Artifices* ſolvere debent Rectori, ſeu Vicario, illius Parochiæ in quâ Familiam fovent, et Sacramenta percipiunt, *decimam partem Lucri*, Nomine Decimarum Personalium, ante vel in Feſto *Paſchatis*, pro anno tunc præcedente, deductis omnibus Oneribus.

Quoad Decimam *Lucri*;

Quoad Decimam *Mercedum*.

XLIII. *Servi etiam ſtipendarii* debent ſolvere Decimam (deductis Oneribus Veſtitûs tantùm) eorum Mercedum.

Ubi locum habet *Probibitio*, ubi non.

XLIV. Sed hujuſmodi Cauſæ jam prohibentur, ex Statutis hujus Regni; *niſi in caſibus, et locis in quibus, ante Editum Statutum, per quadraginta annos præcedentes, hujuſmodi* Decimæ Personales *perſolvi ſolebant* (*t*).

In *bis caſibus* non requiruntur *Reſponſa perſonalia*;

XLV. Et nota etiam; quòd ad Probationem, ſeu Juſtificationem hujuſmodi Cauſarum (videlicèt; ad probandum *Lucrum*, et *Decimam partem Mercedum*, ex Statuto prædicto) Reus non eſt cogendus *ad præſtandum Juramentum* (*u*), vel *ad ſubeundum Examen, virtute Juramenti ſui*, ſuper Poſitionibus Libelli (præmiſſa concernentibus) *ut Actor, ex Rei Reſponſis, poſſit ſe relevare, ab Onere probandi*, ut in cæteris Cauſis Eccleſiaſticis (*x*);

Sed *aliunde probandus eſt* Libellus.

XLVI. Sed Actor, in iſtis Cauſis, tam pro *Decimâ Lucri*, quàm pro *Decimâ Mercedis*, debet aliundè ejus Intentionem probare.

Subſtractio Divinorum,

XLVII. Si in aliquâ *Villâ*, ſeu *Hamlettâ*, aliqua *Capella*, ab antiquo, fundata fuerit; et *Rector*, ſeu *Vicarius*, (in cujus Parochiâ, Villa, ſeu Hamletta hujuſmodi ſita ſit) conſueverit (per *ſe*, vel per *Curatum*) Divina, in eâdem *Capellâ*, celebrare; ſi hoc denegetur, competit Actio, in iſto caſu, coram *Judice Eccleſiaſtico:* Videlicèt; Inhabitans quiſcunque dictæ *Villæ* agere poteſt contra hujuſmodi *Rectorem*, ſive *Vicarium*, in Causa Substractionis Divinorum [*in tali Capellâ.*]

Per quos inſtituenda.

Nonnulli Jus habent ſedendi in tali *Sede Eccleſiæ*.

XLVIII. In diverſis partibus hujus Regni, præſertìm Walliæ, *Sedes in Eccleſiâ*, ſeu potiùs *Jus ſedendi*, et *Divina audiendi*, in tali Eccleſiæ *Sede*, ſpectat ad quoſdam particulares Homines, *Dominos*, ſeu *Proprietarios* quarundam Ædium, intra dictam Parochiam,

OBSERVATIONES.

(ſ) *De Decimis verò perſonalibus.*] Vid. *Lynd. c. quoniam propter* De Decimis. §. *Statuimus etiam.* et §. *ſimiliter de Carpentariis.* Item *Statut.* 2 *Ed.* 6. c. 13. §. 7, 8, 9.

(t) *Perſolvi ſolebant.*] *Seu perſolvi, de Jure, debuerunt.* Vide *Statut.* Anno 2 *Ed.* 6. *cap.* 13. §. 7.

(u) *Non eſt cogendus ad præſtandum Juramentum.*] Vide *Statut.* 2 *Ed.* 6. c. 13. §. 9.

(x) *In cæteris Cauſis Eccleſiaſticis.*] Aliis in Cauſis (Criminalibus, et in quibus Reus non tenetur ſeipſum accuſare, exceptis) Actor Intentionem ſuam fundabit, ex Adverſarii Reſponſis, in Vim Juramenti ſui; et, inde relevatus, exoneratur ab Onere probandi Articulos confeſſatos, Vide *Tit.* 62. §. 1.

am, et ita ab antiquo (hominum Memoriam ſuperante) ſpectavit, ut nullis aliis liceat in eiſdem *Sedibus* ſedere.

XLIX. Si igitur aliquis intrudit ſe in *Sedem* aliquam hujuſmodi, ac *Dominum*, ſeu *Proprietarium* ejuſdem in *Jure ſedendi*, ac *Divina audiendi* in eâdem *Sede*, perturbaverit; Vel ſe habere *Jus etiam ibidèm ſedendi*, et *Divina audiendi* in eâdem, jactitaverit; competit Actio (Perturbato, contra Perturbantem, et Jactitantem hujuſmodi) IN CAUSA PERTURBATIONIS SEDIS, ſeu SEDILIS, vel JACTITATIONIS JURIS SEDENDI in tali *Sede*, in tali *Eccleſiâ*. *Perturbatio Sedis ſeu Sedilis.* *Jactitatio Juris ſedendi.*

L. Et ſi Actor probaverit *Jus* ſuum, aut *Poſſeſſionem* ſuam ſedendi, et divina audiendi in tali *Sede*, et Reum aut perturbâſſe eum, aut jactitâſſe, ut ſuprà, obtinebit Sententiam *pro Jure ſuo ſedendi in Sede hujuſmodi*; Ac ejus Adverſarius cogendus eſt *ad abſtinendum ab hujuſmodi Perturbatione, et Jactitatione*, et condemnandus eſt in *Expenſis*. *Jus ſedendi* probans obtinebit cum *Expenſis.*

LI. Si quis Solutus (id eſt, Vir non conjugatus, et Mulier non conjugata) tractaverit cum Patre Mulieris, *de Matrimonio contrahendo*, et Pater (conſentiens ut iſte Solutus duceret in Uxorem Filiam ſuam) promittit dare quandam Summam, *cum Filiâ, in Matrimonio*; Promittens Dotem *cum Filiâ in Matrimonio,*

LII. Tamen, ſolemnizato hujuſmodi Matrimonio, Pater recuſaverit præſtare hujuſmodi Summam promiſſam: Poſt Solemnizationem non ſolvit,

LIII. Maritus poteſt inſtituere Actionem, coram *Judice Eccleſiaſtico*, contra Patrem; IN CAUSA SUBSTRACTIONIS DOTIS, *cauſâ* NUPTIARUM; Unde Cauſa *Subſtractionis Dotis*, (cauſâ Nuptiarum)

LIV. Et non competit ſibi Actio in *Foro Seculari*; ſecùs ſi Pater promiſerit, ſe Summam aliquam ſoluturum (*y*), unà, *ad ſolemnizandum Matrimonium*, cum ejus Filiâ: Secùs, *ad Solemnizandum Matrimonium cum Filiâ:*

LV. Nam in hoc caſu, ultimò recitato, agendum eſt, pro Summâ promiſſâ, coram *Judice Seculari.* Tum enim agitur *Foro Seculari:*

LVI. Tamen, multis abhinc annis, quidam Juriſconſulti hujus Regni (idque ex communi Sententiâ) tunc peritiſſimi, contrariam tenebant Sententiam, videlicèt; *Quòd, in omnibus caſibus prædictis, inſtituenda eſſet Actio coram* JUDICE ECCLESIASTICO: Aliter autem adjudicatum fuit, ad *Forum* pertinere *Eccleſiaſticum:*

LVII. Et reddiderunt Rationem ſuarum Opinionum: *Quia hujuſmodi Promiſſiones, et Stipulationes ſunt ejuſdem Naturæ, atque Contractus Matrimonialis, vel Matrimonium:* Sed *Cognitio Contractuum* Ratio hujus Opinionis.

OBSERVATIONES.

(y) *Secùs, ſi Pater promiſerit, ſe ſummam aliquam, ſoluturum.*] Varia Lectio hujus §. talis eſt, in *MSS.* " Secùs, ſi Pater promiſerit " Summam Soluto, *ad ſolemnizandum Matri-* " *monium cum ejus Filiâ: Vel, ſi voluerit ſo-* " *lemnizare Matrimonium cum ejus Filiâ.*

Contractuum Matrimonialium, et Matrimonii, ſpectat ſolummodò ad Judicem Eccleſiaſticum: Ergo, *&c.* (z).

Regula generalis de Cauſis quibuſcunque *Cognitionis Eccleſiaſticæ:*

LVIII. Et generalitèr notandum eſt; Licere JUDICI ECCLESIASTICO procedere *in quâcunque Cauſâ, de Jure Canonico, vel Eccleſiaſtico, terminandâ, et cognoſcendâ, dummodò non obviant Jura Municipalia, vel Statuta hujus Regni: Vel ſi nulla Actio, ſeu Placitum nullum, in Foro Seculari, pro eâdem Re, et Cauſâ, proſequi, et inſtitui poſſit.*

Hujus Regulæ Ratificatio.

LIX. Hoc, ad triginta annos elapſos, audivi a Juriſconſultis (in Legibus Municipalibus hujus Regni) in *Conſultatione* quâdam habitâ, in Cauſâ graviſſimâ, inter eos, et peritiſſimos quoſdam Judices, et Advocatos de *Arcubus.*

Punitio fiat in *utroque Foro:*

In *uno* corporalis; In *altero* quoad Animæ Salutem.

LX. Et deniquè nota; Quòd, in quibuſdam caſibus, unum, et idem, Crimen puniri poteſt in *utroque Foro* (videlicèt) in *Eccleſiaſtico*, et *Seculari:* Sed non uno, et eodem modo; ſcilicèt, ibi *quoàd Pœnam corporalem*, hìc *quoàd Salutem Animæ.*

TITULUS V.

De CAUSIS, *in genere, quæ tractantur tam in Curiâ de* ARCUBUS, *quàm in Curiâ* AUDIENTIÆ.

Proceditur in Curia de *Arcubus,*

Vel ad *Inſtantiam,*
Vel ex *Officio.*

I. OFFICIALIS *Principalis Almæ Curiæ Cantuarienſis de* ARCUBUS eſt Judex competens ad cognoſcendum *de Cauſis Eccleſiaſticis quibuſcunque*, non ſolùm *ad Inſtantiam Partium*, ſed etiam *ex Officio ſuo (ſive mero, ſive promoto)* inchoatis:

In *Appellationibus*, et *Querelis,*

II. Necnon *in Cauſis Appellationum, et Querelarum quarumcunque*, a quibuſcunque *Epiſcopis*, *Decanis* et *Capitulis* Eccleſiarum Cathedralium, ſive Collegiatarum:

A *quibuſcunque* Judicibus Eccleſiaſticis,

III. Necnon ab *Archidiaconis* (a), eorumque Officialibus, et Commiſſariis, aliiſque Judicibus Eccleſiaſticis quibuſcunque (b):

Salvis Peculiaribus Regiis.

IV. Salvis ſemper, et exceptis quibuſcunque *Peculiaribus Juriſdictionibus Regiæ Majeſtati* (infra Provinciam *Cantuarienſem*) qualem

OBSERVATIONES.

(z) *Ergo, &c.*] Ergo hujuſmodi *Promiſſiones* et *Stipulationes* ſpectant, ſolummodò, ad Judicem Eccleſiaſticum.

(a) *Archidiaconis.*] Nam in *Statuto*, Anno 24. *Hen.* 8. *cap.* 12. §. 8. reſervatur Archiepiſcopo Cantuarienſi Authoritas procedendi, *in Cauſis Appellationum ſolitis, et conſuetis.*

(b) *Quibuſcunque.*] Scilicèt, Cantuarienſis Provinciæ.

lemcunque Authoritatem, Juriſdictionem, ſeu Cognitionem Eccleſiaſticam habentibus, ſive exercentibus.

V. Poteſtatem etiam habet *Ille* OFFICIALIS, ad cognoſcendum in APPELLATIONIBUS, et QUERELIS omnibus, *a Commiſſariis quibuſcunque particularibus, ſeu ſpecialibus, Archiepiſcopi Cantuarienſis,* infra omnes et ſingulas Diœceſes ſuæ Provinciæ: Utpote a *Commiſſariis* (*c*) ejuſdem Archiepiſcopi, infra Civitatem, et Diœceſim *Cantuarienſem*, conſtitutis:

In *Appellationibus*, et *Querelis* a Commiſſariis *Archiepiſcopi*, particularibus *ſeu* ſpecialibus,
Intra Diœceſin *Cantuarienſem*.

VI. Necnon in QUERELIS *quibuſcunque* (*d*), contra quoſcunque Judices prædictos (exceptis præexceptis) *ob Juſtitiam* ſive *denegatam*, ſive *procraſtinatam*, ſeu *non adminiſtratam*.

In Querelis *ob Juſtitiam denegatam, procraſtinatam, non adminiſtratam*.

VII. Poteſt etiam OFFICIALIS de *Arcubus* procedere, et cognoſcere, in CAUSIS BENEFICIALIBUS quibuſcunque, *in Judicio Contradictorio*, ac per Viam *Simplicis*, vel *Duplicis Querelæ*, et *inſtituere*, vel *deſtituere*.

In Cauſis *Beneficialibus: Simplicis, et Duplicis Querelæ. In Inſtitutione; et Deprivatione*.

VIII. AUDITOR (*e*) verò *Curiæ Audientiæ Cantuarienſis* habet (in omnibus, et per omnia) conſimilem, cum dicto *Officiali de Arcubus*, Juriſdictionem.

Curia *Audientiæ*.

IX. Fuit *Auditor*, ab antiquo (prout nunc eſt) Vigore cujuſdam ſpecialis Commiſſionis, *Vicarius in Spiritualibus generalis Archiepiſcopi Cantuarienſis:*

Vicarius generalis.

X. Eoque intuitu, ad *eum* (etiam ulteriùs) ſpectat *Omnis et omnimoda* JURISDICTIO, *Spiritualis et Eccleſiaſtica, cujuſcunque Diœceſis vacantis, intra Provinciam Cantuarienſem, quæ ad ipſos Epiſcopos* (*Sedibus plenis*) *pertinuit:* Eandemque per *ſe*, et ſuos *Commiſſarios* (Sede quâvis Epiſcopali (*f*) vacante) exercere ſolet.

Ejus *Juriſdictio*;

XI. Inſuper ad *eum* (etiam eo intuitu) ſpectant INSTITUTIONES, tam *Beneficiorum vacantium*, in quâvis Diœceſi Cantuarienſis Provinciæ (Epiſcopo ſuo deſtitutâ) *durante Vacatione* hujuſmodi; quàm *Beneficiorum quorumcunque in Diœceſi Cantuarienſi.*

Ejus *Officium*; *Inſtitutio*,

XII. VISITATIO etiam *Ordinaria* Civitatum et Diœceſium ejuſdem *Provinciæ* (vacantibus ſuis Sedibus (*g*) Epiſcopalibus) et PUNITIO *Criminum*, compertorum in hujuſmodi *Viſitationibus*, ad *eum*, de *Jure* et *Conſuetudine*, ſpectant.

Viſitatio, *Punitio*.

XIII. In

OBSERVATIONES.

(c) *Utpote a Commiſſariis.*] Etiam a *Decano Decanatûs de Arcubus*, propriè ſic dicto.

(d) *Querelis quibuſcunque.*] *Simplicibus*, vel *Duplicibus*; ut in præſenti Libro, ſuo loco, apparet.

(e) *Auditor.*] Modò ceſſat, ut ante dicitur, Officium Auditoris. Vide *Operis Prolegom. cap.* 3. §. 11.

(f) *Sede quâvis Epiſcopali vacante.*] In Epiſcopatu verò *London*, etiam in Diœceſi *Lincolnienſi*, necnon *Sariſburienſi*, atque *Wigornienſi*, aliud habet Conſuetudo.

(g) *Vacantibus ſuis Sedibus Epiſcopalibus.*] Hæc Clauſula ſic legitur, in MSS. "Viſitatio "etiam ordinaria ipſius Civitatis, & Diœceſeôs "Cantuarienſis, et quarumcunque Civitatum, "et Diœceſarum Cantuarienſis Provinciæ, una "cum ſuis Sedibus Epiſcopalibus.

Quando quis citari poteſt

XIII. Inſuper hoc *eorum utrique*, ex æquo, competit; Quòd tam *Officialis* de *Arcubus*, quàm *Judex Audientiæ*, poterit citare quemcunque Subditum, cujuſcunque Diœceſis, intra Provinciam Cantuarienſem, *Sede Epiſcopali vacante*, ad comparendum *coram ſe, in Locis Judiciorum antedictis*, non obſtante *Statuti pœnâ* (*h*), infra [ſub Titulo *De Electione Curiarum* (*i*),] recenſitâ :

extra Diœceſin.

Ratio :

XIV. Siquidem *per Vacationem Sedis Epiſcopalis* cujuſvis Diœceſis, intra Provinciam Cantuarienſem, Ipſe *Archiepiſcopus* Cantuarienſis fit *Ordinarius illius Loci*, et *Diœceſis*, durante *Vacatione* hujuſmodi :

Rationis Elucidatio.

XV. Adeò ut Se, Judiceſque ſuos antedictos licentiare poterit, ut commorantes, et inhabitantes, infra hujuſmodi Diœceſes, *quarum Sedes Epiſcopales vacant*, licitè, et impunè citare, et ad Judicium evocare valeant, eoſque arctare *ad comparendum in dictis Locis Judiciorum, Londini celebratorum :* Statuto prædicto non obſtante (*l*).

OBSERVATIONES.

(h) *Non obſtante Statuti pœnâ.*] Vide *Statut.* Anno 23. *Hen.* 8. *cap.* 9.

(i) *De Electione Curiarum.*] Vide *Tit.* 15.

(l) *Non obſtante.*] Hìc, in antiquo (penes me) MS, hæc adduntur Verba ſequentia : "*Hocque* "*practicatum fuit continuò, citra editum Statu-* "*tum prædictum.*

TITULUS VI.

De CAUSIS *tractandis in Curiâ* PRÆROGATIVÆ CANTUARIENSIS.

Juriſdictio Prærogativæ.

I. AD JUDICEM CURIÆ PRÆROGATIVÆ CANTUARIENSIS ſpectant Probationes, Approbationes, et Inſinuationes *Teſtamentorum*, ac Commiſſiones *Adminiſtrationum* (abinteſtatò decedentium) intra Provinciam *Cantuarienſem* ; Nimirùm, *habentium extra Diœceſin, ſive Juriſdictionem Peculiarem, in quâ moriebantur, bona, jura, ſive credita mobilia, vel bona immobilia, de quibus teſtari potuerunt, ac teſtati ſunt.*

Teſtamentorum Probatio,
Commiſſio *Adminiſtrationum*,
Bonorum *extra Diœceſin* habentium.

Bona Notabilia quæ ſunt?

II. Quæ bona quidem NOTABILIA, ex Stylo dictæ Curiæ, et Conſuetudine (quæ jam invaluit) dicuntur, cùm ſe extendunt ad *quinque Libras*, ut ultra (*a*).

III. In

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Quinque libras et ultra.*] Bona *Notabilia* ſunt bona, jura, credita, ſeu catalla, in diverſis Diœceſibus, ſive Peculiaribus Juriſdictionibus, ſufficientia ad fundandum Juriſdictionem Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis.

2 *Locationes*, inter Partes, indentatæ, pro Annorum Termino, et etiam *Proventus* (tempore Mortis) *inſoluti*, ſeu *Terrarum Proficua*, aliqualiter (ut dicuntur) in Arreragiis, habentur inter *bona Notabilia.*

3 Stabiliuntur autem bona *Notabilia*, ad Sum-

III. In iſtâ Curiâ, *Cauſæ Inſtantiarum*, De probandis, et reprobandis *Teſtamentis*: ſive *primò, et originaliter* exhibitis (*b*), ſive *aliàs in communi formâ*, probatis: Et De committendis, et revocandis *Adminiſtrationibus*, in caſibus prædictis; Vel *commiſſis per ipſum Judicem, per Surreptionem* (ſupprimendo Veritatem, et ſuggerendo Falſitatem, per Partes petentes Adminiſtrationem) *contra Juris et Statuti Formam*; Vel cùm poſteà conſtat de *Teſtamento*; vel *Adminiſtrationibus commiſſis per Judicem in partibus*, cùm Commiſſio ſpectabat ad *Judicem Curiæ Prærogativæ*; Et *De temerariâ Adminiſtratione bonorum*; Et *De reddendis Computis*, tractari ſolent.

De Teſtamentis, per Teſtes, *probandis*, ſeu *reprobandis*.

De Adminiſtrationibus *committendis*, ſeu *revocandis*.

De *temerariâ* Adminiſtratione.

De reddendis *Computis*.

IV. Exempli gratiâ: Si *Teſtamentum* aliquod probatum fuerit, *in communi Formâ* (quod fit ſolo Juramento Executoris, ſeu Procuratoris Nomine (*c*) Executoris) ſi quis habuerit *Intereſſe* in Adminiſtratione bonorum hujuſmodi defuncti (caſu quo deceſſiſſet abinteſtatò) poteſt vocare Executorem, *ad probandum hujuſmodi Teſtamentum, per Teſtes*; et ſi Executor hujuſmodi non poteſt illud ſufficienter probare, ferenda eſt Sententia, *defunctum deceſſiſſe abinteſtatò* (*d*), et Probatio ejuſdem Teſtamenti facta, *in communi Formâ*, eſt caſſanda, et annullanda.

Quid ſit Probatio Teſtamenti, *in communi Formâ?*

Quis poteſt vocare Executorem, ad idem probandum, *per Teſtes?*

Quando revocatur *Probatio?*

V. Si

OBSERVATIONES.

Summam *quinque Librarum*; abſque tamen præjudicio Diœceſium, in quibus (aut ex Compoſitione, vel Conſuetudine) ad Summam ulteriorem æſtimantur: Enimverò quoad Diœceſin *Londinenſem* (juxta Compoſitionem, in eâ parte, factam) ad Summam extendere debent, *decem Librarum*.

4 Sin autem quis in *Itinere* mortem obierit, bona ſecum aſportata non dicuntur *Notabilia*. [Vide *Canon*. 92.]

5 Si aliquis Teſtamentum probaverit, aut Adminiſtrationem obtinuerit, in *Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis*; etiamſi bona non fuerint, in iſto caſu, *Notabilia*; valet tamen Probatio, vel Adminiſtratio hujuſmodi, quamdiu judicialiter non revocetur:

6 Secùs, ſi Probatio Teſtamenti, vel Adminiſtratio bonorum Inteſtati, obtenta fuerit in *Curiâ quâlibet inferiori*; Nam tunc, ſi conſtaret bona fuiſſe *Notabilia*, non omninò valet, ſed eſt *ipſo facto* nulla, donec *de novo* ſit conceſſa, ſub ſigillo *Curiæ Prærogativæ*.

7 Quòd Teſtamentorum Probatio juſtâ *Bonorum Notabilium* ſummâ conſtante, *Prærogativarum Curiæ* duntaxat competit. Vid. *Can*. (Anno 1603) 92.

8 Quòd Teſtamentorum Probatio, juſtâ *Bonorum Notabilium* Summâ non comparente, *Ordinariis* vendicatur. *Can*. 93.

(b) *Originaliter exhibitis.*] "Intellige, *ante* "Probationem in communi formâ. *MS.*

(c) 1 *Procuratoris nomine Executoris.*] Procuratores olim (Vigore Procuratorii, ad hunc Effectum) ſpecialiter conſtituti, præſtare ſolebant Juramentum (in Animam Executoris conſtituentis) de Credulitate, quoad Veritatem Teſtamenti, et Executionem ejuſdem per Executorem.

2 Praxis autem hujuſmodi modò minimè comprobatur. Vide *Canon*. 132.

3 Cùm autem Executores, vel Adminiſtratores, in partibus commorantur remotis; aut Ægritudine laborant; vel aliter impediti ſunt, quominus perſonaliter intereſſe poterint, ad Juramentum ſolitum præſtandum; ad Petitionem Procuratoris (exhibentis Procuratorium ſuum pro tali Executore, vel Adminiſtratore) facilis eſt Judex ad committendum Vices ſuas (quibuſdam Clericis, conjunctim, et diviſim) ad deferendum Juramentum, in caſibus hujuſmodi, uſitatum.

(d) *Deceſſiſſe abinteſtatò.*] Adjectis etiam hiſce Verbis in Sententiâ; "*Nullo per eum condito* "*Teſtamento, quatenus nobis conſtat.* Ratio eſt; quia aliquando poſtquam unum Teſtamentum ſit infirmatum aliud exhibeatur, probetur, et pro viribus ejuſdem pronuncietur.

Quando Executor vocare debet *Intereſſe habentes*,

V. Si *Executor extraneus* defuncti (videlicet, qui eum nullo gradu Conſanguinitatis attingit) habet maximam partem bonorum defuncti ſibi legatam; et dubitat, ne (mortuis Teſtibus Teſtamentariis) Filii, ſeu proximi Conſanguinei, aut Relicta defuncti, Litem (in poſterum) inſtituturi ſint, de Viribus dicti Teſtamenti; poteſt (et ita communiter practicatur) vocare Relictam, ac Filios, et Conſanguineos hujuſmodi defuncti, in *Specie*, ac omnes alios quoſcunque, in *Genere*, qui prætendunt *Jus*, aut *Intereſſe*, in *Teſtamento* dicti defuncti, ſeu in *Adminiſtratione* bonorum, vel in *bonis* dicti defuncti, *ad videndum Teſtamentum hujuſmodi probari*, *per Teſtes*, et (factâ legitimâ Probatione) obtinere Sententiam definitivam, *pro Viribus hujuſmodi Teſtamenti*, ita ut nunquam in poſterum (dummodo nulla Nullitas appareat (*e*) in proceſſu) hujuſmodi Teſtamentum infirmari, aut impugnari poſſit; ſaltem ſi Teſtes Teſtamentarii, interea, mortui fuerint.

ad videndum Teſtamentum probari, per *Teſtes*? — Hujus Utilitas.

Ubi fuſiùs de his?

VI. Sed de modo procedendi, in his caſibus, ſeu Cauſis (ſuo Ordine) inferiùs tractabitur (*f*).

Quando *Pars vocans* Executorem, ad probandum Teſtamentum, per Teſtes, *victa*, non condemnabitur in *Expenſis*?

VII. *Notandum* verò eſt; quòd cùm Executor vocatus fuerit, *ad probandum Teſtamentum*, *per Teſtes*, et illud ſufficienter probaverit; ſi Pars actrix (quæ hujuſmodi Teſtamentum, per Teſtes, probari petiit) poſt publicatas Atteſtationes ſuper Teſtamento, non exceperit contra *Teſtamentum*, nec contra *Teſtes*, nec propoſuerit aliquam Materiam, *ad differendam*, *ſeu impediendam Prolationem Sententiæ*, *pro Viribus Teſtamenti*, Judex non ſolet condemnare Partem victam in *Expenſis*:

Quando condemnabitur?

VIII. Secùs autem, *ſi propoſuerit ac in probando defecerit*; Tunc enim Pars victa (*g*) erit condemnanda in *Expenſis*; ſaltem a tempore *Propoſitionis* hujuſmodi (*h*).

In Prærogativâ, *ſummariè* ſemper proceditur.

IX. Et *nota*; quòd omnes *Cauſæ* in dictâ *Curiâ Prærogativæ* (ex Stylo ejuſdem Curiæ) ſunt *Summariæ Cauſæ*; Saltem ſemper in eiſdem *ſummariè* (*i*) proceditur.

Contenta Teſtamenti acceptanda ſunt, per Partem impugnantem, *in*

X. Denique *notandum* eſt; Quòd ſi aliquod *Teſtamentum* ſit exhibitum, ad petitionem *Partis cupientis illud infirmari*, neceſſarium admo-

OBSERVATIONES.

(e) *Dummodo nulla Nullitas appareat.*] Intellige: Dummodo aliqua Nullitas non apparet in Proceſſu; id eſt, in procedendo in Cauſâ, et non obſervando, quæ (in his caſibus) de Jure, requiruntur.

(f) *Inferiùs tractabitur.*] Vide *Tit.* 14. §.13. 14, 15. Necnon *Tit.* 222.

(g) *Pars victa.*] ſcilicet; Pars quæ Teſtamento oppoſuerit, et Allegationem, ſeu Materiam aliquam dederit in Cauſâ, et hujuſmodi Materiam non probaverit: Nam, in iſto caſu, condemnetur in *Expenſis*.

(h) *Hujuſmodi.*] Hìc addendum eſt, ex *MS. Antiq.* "Sed ſi Ille qui probaverit Teſtamentum, *in communi Formâ*, vocatus fuerit ad probandum hujuſmodi Teſtamentum, *per Teſtes*, et ſuſceperit in ſe *Onus probandi* hujuſmodi Teſtamentum, per *Teſtes*, et *defecerit in Probatione*, eſt condemnandus in *Expenſis*.

(i) *Summariè.*] Quomodò proceditur ſummariè, Vide *Tit.* 7. §.17. et *Obs.* in *Tit.* 14. ſub *lit.* o. 19.

admodùm eſt ut Procurator, *ejus Partis quæ hanc Litem inſtituit*, ſtatim (*l*) Contenta in eodem acceptet, *quatenus faciunt pro Parte ſuâ:* Ne fortè ſi aliquid *Legatum* ſit, in eodem Teſtamento, *Domino ſuo* (*m*) relictum, illud amittat; *propter generalem Negationem, et Impugnationem Teſtamenti.*

quantum pro eâ faciunt;

Ne Legatum amittat.

OBSERVATIONES.

(l) *Statim.*] Id eſt, *tempore Exhibitionis ejuſdem Teſtamenti.*

(m) *Domino ſuo.*] Id eſt, *ejus Clienti*; Parti, videlicet, quæ hanc Litem inſtituit.

TITULUS VII.

Quæ CAUSÆ *ſunt* CAUSÆ PLENARIÆ.

I. DE his Cauſis, conſulendi ſunt Advocati: Tamen has Cauſas *ſequentes* (ex Praxi, tam antiquâ, quàm quotidianâ) didici eſſe *Plenarias Cauſas.*

Quæ ſunt *Cauſæ Plenariæ?*

II. Omne NEGOTIUM TESTAMENTARIUM, et TEMERARIÆ ADMINISTRATIONIS; niſi in Curiâ *Prærogativæ:* Quia, *e Stylo ejuſdem Curiæ*, Omnes Cauſæ ſunt *Summariæ* (*a*).

III. Cauſa LEGATI.

IV. Cauſa DIFFAMATIONIS, ſive CONVITII.

V. Cauſa DIVORTII, ſive SEPARATIONIS *a Thoro, et Menſâ.*

VI. Cauſa DILAPIDATIONIS.

VII. Cauſa JACTITATIONIS MATRIMONII (*b*).

VIII. Cauſa SUBSTRACTIONIS PROCURATIONUM.

IX. Cauſa SUBSTRACTIONIS ANNUÆ PENSIONIS.

X. Cauſa PERJURII, *ad Inſtantiam Partis.*

XI. Cauſa SIMONIACÆ PRAVITATIS, *ad Inſtantiam Partis.*

XII. Cauſæ omnes CORRECTIONUM, *ex Officio voluntariè promoto.*

XIII. Cauſa USURARIÆ PRAVITATIS, *ad Inſtantiam Partis.*

XIV. Cauſa

OBSERVATIONES.

(a) *Sunt ſummariæ*] Ut in *Tit.* 6. §. 9.

(b) 1 *Cauſa Jactitationis Matrimonii.*] Eſt Plenaria. Vide *Tit.* 194. §. 1.

2 Negotium ex Officio mero, eſt Cauſa *Summaria*; ex Officio voluntariè promoto, *Plenaria.* Vide *Tit* 144. §. 8, 9. et *Tit.* 150. §. 3.

3 Negotium Duplicis Querelæ eſt Cauſa *Summaria.* Vide *Tit.* 165. §. 3.

4 Si, in *primâ Inſtantiâ,* Cauſa ſit *Summaria,* cùm, per viam *Appellationis,* ad Judicem Superiorem devoluta ſit, tunc item erit *Summaria*; ſin in *primâ Inſtantiâ* fuit *Plenaria*, tunc etiam *plenariè* proceditur in *Appellatione.* Vide *Tit.* 312. §. 7.

5. Sed nota; quòd omnes Cauſæ, quamvis, in *primâ Inſtantiâ,* fuerint *Plenariæ*, tamen in *Appellatione*, coram *Delegatis Regiis,* ſunt *Summariæ.* Vide *Tit.* 312. §. 8.

XIV. Cauſa INJECTIONIS MANUUM VIOLENTARUM *in* CLERICUM, *ad Inſtantiam Partis.*

XV. Cauſa IMPEDIMENTI MATRIMONII.

XVI. Cauſa SEDILIS.

Quid eſt Cauſa *Summaria?*

XVII. Et hìc, ſpecialitèr, notandum eſt; Quòd ſi, in *Cauſis Plenariis*, quis proceſſerit *ſummariè* (hoc eſt, ſine *Litis Conteſtatione*, et Aſſignatione, *ad proponendum omnia*, et *ad concludendum*, et ſine *Concluſione*) omnia ſunt nulla:

Procedere *ſummariè* in *Plenariis*, parit *Nullitatem.*

XVIII. Sed, e contra; Si in *Cauſis Summariis* proceſſum fuerit *plenariè*, Proceſſus valet, et non eſt nullus.

Procedere *plenariè* in *Summariis* valet.

XIX. Si igitur Procuratores dubitaverint, *quæ Cauſæ ſunt* PLENARIÆ, *quæ verò* SUMMARIÆ, procedant *plenariè*, quamvis *Cauſa* ſit *Summaria:* Et ita evitabunt omnem *Nullitatem*, quoad præmiſſa.

Dubitans, an *Summaria?* age *plenariè*; Unde *Nullitas* evitabitur.

TITU-

TITULUS VIII.

De Admiſſione in FORMA PAUPERIS.

I. ACTOR, ſive REUS (*a*) (initio ſeu in quâcunque parte Litis) admittendus eſt *in Formâ Pauperis* (*b*), his obſervatis, et præſtito Juramento ſequente (*c*): — Quando quis admittitur in *Formâ Pauperis.*

II. *Comparuit perſonaliter* N. *et (citra Revocationem Procuratoris ſui* (*d*) *allegavit* ſe non valere, in bonis ſuis propriis, Ære alieno deducto, Summam quinque Librarum, *ac deſuper obtulit ſe promptum, et paratum ad faciendum fidem, ac petiit ſe admitti in Formâ Pauperis.* — Præparatoria ſunt, *Allegatio,* apud Acta, *Juramentum;*

III. Quo Juramento præſtito, dicet JUDEX: *Admittimus* (*e*). — *Admiſſio.*

IV. Sed, ſi id ab Adverſario petatur, tenetur ipſe Pauper præſtare Juramentum (*f*) *de ſolvendis Expenſis, et Sorte principali* (ſi agatur pro Legato, Decimis, Procurationibus, *&c.* nam iſtæ dicuntur — *Juramentum* de ſolvendis Expenſis, & ſorte principali. Quid eſt *Sors principalis?*

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Actor ſive Reus.*] *Actor, Pars Actrix,* ſeu *Pars Agens,* aut *Querelans,* Perſona eſt ACTIONEM INSTITUENS; et ſic ab *agendo* dicitur, et *querelando.*

2 Talis autem *Inſtituens,* in Cauſis Teſtamentariis, ſeu Conceſſionis Adminiſtrationum (abinteſtatò decedentium) et in Negotiis Officii (aliiſque nonnullis in caſibus) vocatur *Pars Promovens*; quia primò ex parte ſuâ, coram Judice, *promovetur* Negotium.

3 *Reus,* ſeu *Pars Rea,* eſt perſona ſe DEFENDENS; a *Re* (ſeu Materiâ) de quâ tractatur, et *cujus cauſa in Jus vocatur:*

4 In Cauſis verò Teſtamentariis, aliiſque quibuſdam in Negotiis (ſcilicet, Officii, et in ſimilibus) hoc Stylo nuncupatur ſe DEFENDENS, videlicet; *Pars contra quam hujuſmodi Negotium promovetur.*

5 Volunt aliqui *tres* eſſe perſonas in *Judicio,* ut fiat Actus legitimus; et quòd perſonæ tales, hocce *Judicium* conſtituentes, ſunt JUDEX, ACTOR, et REUS:

6 Hæc autem impugnatur Diffinitio; Quia nonnunquam ſine ACTORE fieri poteſt *Judicium:* Utpote cùm Judex ex *Officio mero,* ſolet inquirere, quoad Executores, de Teſtamentis probandis; vel quoad proximos Conſanguineos, de Adminiſtrationibus (abinteſtatò decedentium) in ſe ſuſcipiendis; aut quoad OEconomos, ſeu Guardianos Eccleſiarum, ad præſtandum Juramentum eorum Officii, vel ad exhibendum eorum Detectiones; et quoad cæteros, in Viſitationibus (ex Officio Judicis) conveniendos.

7 Fuit olim etiam aliquando Judicium *abſque* REO; cum ipſe JUDEX inquirere ſolebat de Criminibus famoſis, et eapropter denunciare, non contra particularem aliquam perſonam, ſed, in genere, contra omnes, et ſingulos Crimen hujuſmodi notorium, utcunque perpetrantes.

(b) *Admittendus eſt in Formâ Pauperis.*] Hìc inſeritur in *MSS.*] " In Cauſâ *Diffamationis,* " non eſt omninò admittenda Pars in *Formâ* " *Pauperis.*

(c) *Præſtito Juramento ſequente.*] Si Uxor cupit admitti in *Formâ Pauperis,* Maritus fidem facit de Paupertate, et non Uxor.

(d) *Citra Revocationem Procuratoris ſui.*] Etiamſi videtur (in hoc caſu) neceſſum eſſe, ut Pars ipſa compareat, ad Juramentum, de Paupertate ſuâ propriâ, præſtandum; in majorem verò Cautelam, inſerenda ſit hæc Clauſula (de non revocando Procuratorem) ne forſitan, ipſâ Parte, perſonaliter, comparente, et allegante, offerente, & petente (ut in §. 2. hujus Tituli mentionatur) poſt Procuratorem (aliàs, per eam, in Cauſâ) conſtitutum, ſe exinde revocâſſe diceretur talem ejus Procuratorem.

(e) *Judex admittimus*] De Aſſignatione Advocatorum, et Procuratorum, admiſſis in Formâ Pauperis, Vide *Tit.* 49. §. 1. et *Obs.* ſub *lit.* (a).

(f) *Præſtare Juramentum,* &c.] De hujuſmodi Juramenti præſtatione, Vide etiam *Tit.* 10. §. 2.

tur Sortes principales) *cùm ad uberiores Fortunas pervenerit.*

Excuſatur admiſſus ab *Expenſis* tantùm *futuris.*

V. Et nota; quòd iſta *Admiſſio* non extendit ad Expenſas *præteritas*, ſed ad *futuras* tantùm:

Probatio *Allegatioris* Sufficientiæ bonorum *impedit Admiſſionem.*

VI. Limita tamen, quòd ſi adverſa Pars voluerit (ante præſtitum Juramentum prædictum) allegare, et offerre ſe promptum ad probandum, *Quòd Pars allegans Paupertatem valet*, *in bonis ſuis propriis*, *ultra Summam quinque Librarum*, eſt admittendus ad hoc probandum; et petens admitti, *in Formâ Pauperis*, non eſt admittendus (*g*), niſi allegans *Sufficientiam* defecerit in Probatione.

Pauperis *Juramentum* (olim) in Curiis *inferioribus.*

VII. In *Curiis inferioribus* (utpote in Conſiſtorio London, et Curiis Archidiaconorum London, Middleſexiæ, et Surriæ) quæ tenentur in Civitate London, vel Suburbiis ejuſdem, præſtari ſolet Juramentum, *quòd petens Admiſſionem* in Formâ Pauperis *not valet quadraginta Solidos* (*h*).

OBSERVATIONES.

(g) 1 *Non eſt admittendus.*] Si allegans *Sufficientiam* Partis (*Paupertatem* prætendentis, et in *Formâ Pauperis* admitti petentis) eandem probaverit *Sufficientiam* (Iſtam nempe Partem valere, in bonis propriis, ultra Summam *quinque Librarum*) deneganda eſt *Admiſſio*; et condemnetur *Paupertatem prætendens* in *Expenſis*. Vide *Tit.* 9. §. 5.

2 Et Nota; Quòd Allegatio *Sufficientiæ* non ſolummodo detur, ad impediendum *Admiſſionem*, in Formâ Pauperis, petitam; Sed etiam *in quâlibet parte litis* (allegatâ, et probatâ hujuſmodi *Sufficientia*) et quamvis, antea, Pars admiſſa fuerat in *Formâ Pauperis*, talis Admiſſio *revocari* ſolet.

(h) *Non valet quadraginta Solidos.*] Hodie, *quinque Libras*; prout in Sectione ſecundâ hujus Tituli.

TITULUS IX.

De modo allegandi, et probandi Sufficientiam *bonorum, ad impediendam Admiſſionem in* FORMA PAUPERIS.

Allegatio generalis Sufficientiæ bonorum;

I. PARS, allegans *Sufficientiam bonorum*, debet Specificare dictam generalem Allegationem (*a*), in hunc modum:

Ejuſdem *Specificatio.*

II. ITEM, *quòd dictus* N *habuit, tempore Litis inſtitutæ in hâc Cauſâ, ac in præſenti habet, et poſſidet* (*ſeu Dolo malo, per Fraudulentam Alienationem bonorum, poſt Litem inceptam, deſiit habere, et poſſidere*) *in bonis propriis mobilibus* (*videlicet, in Supellectilibus, ac aliis Ornamentis, et rebus non neceſſariis ad Veſtitum dicti* N.) *ad Valorem viginti, decem, octo, ſex, ſeu quinque Librarum; Ac in cæteris bonis* (*utpote Locationibus, Catallis et* (*b*) *Nominibus*) *ad Valorem*

OBSERVATIONES.

(a) *Dictam generalem Allegationem.*] In §. 6. Tituli præcedentis.

(b) *Et Nominibus.*] Id eſt; *in Pecuniarum Summis, ſibi debitis:* Propterea quòd moris olim erat, ut Pecuniam accipiens, in Libro Creditoris, *Nomen* ſuum, et *Summam mutuatam* inſcribere ſolebat.

Valorem (ut ſuprà) vel *in bonis immobilibus, ad annuum redditum quinque, quatuor, trium, duarum, vel unius Libræ, legalis Monetæ Angliæ :* [Nam Terræ, annui Valoris viginti Solidorum, valent quinque Libras.]

III. Et Objiciens hujuſmodi poterit ſpecificare *quæcunque alia bona*, et deinde allegare; Ulterior *Specificatio.*

IV. *Quòd admitti petens in Formâ Pauperis, apud notos, et vicinos ſuos, publicè et communiter habetur, et reputatur pro Homine Divite, ſaltem valente (in bonis ſuis propriis) Summam viginti, quindecim, decem, ſeu quinque Librarum, ad minùs : Et ponit hanc Allegationem conjunctim et diviſim, et de quolibet.* *Articulus additionalis.*

V. Et admiſſâ hâc Allegatione *Sufficientiæ*, ſi probetur; tunc petens admitti *in Formâ Pauperis* eſt repellendus (*c*), et in Expenſis (factis circa hujuſmodi Motionem, et Probationem) condemnandus. Probatâ *Allegatione*, denegatur *Admiſſio* Pauperis, et condemnabitur in *Expenſis.*

VI. Et notandum eſt; quòd *Clericus Beneficiatus*, ſi Beneficium fuerit annui Valoris *quinque Librarum* non eſt admittendus *in Formâ Pauperis*, niſi probaverit *Summam Paupertatem.* *Beneficiatus ad* Summam 5 *l. per Annum*, non admittitur : *Limitatio.*

OBSERVATIONES.

(c) *Eſt repellendus.*] Vide *Tit.* 8. §. 6. et *Obs.* ibid. ſub *lit.* (g) 1. 2.

TITULUS X.

De modo probandi Inſufficientiam *bonorum, ad obtinendam Admiſſionem in* FORMA PAUPERIS.

I. SI petens Admiſſionem in *Formâ Pauperis*, replicando Allegationi Adverſarii, allegaverit et probaverit, per Teſtes, *Quòd ſit lapſus Facultatibus, et quòd deductis Debitis (in quibus obnoxius eſt) non valet quinque Libris*; eſt admittendus in *Formâ Pauperis*, etiam quoad *præteritas* Expenſas: *Replicatio Pauperis :* Quâ probatâ, admittitur quoad *præteritas Expenſas,*

II. Præſtandum tamen eſt Juramentum (ut ſupra) (*a*) *quòd ſolvet Expenſas taxatas, et adjudicatas, vel adjudicandas, et Sortem principalem, cùm ad uberiores Fortunas pervenerit :* *Juramentum*, de ſolvendo Expenſas, et Sortem principalem.

III. Non habebit tamen iſte, admiſſus in *Formâ Pauperis*, Expenſas, per eum factas, *ratione retardati Proceſſûs*, per Actorem, in Probatione Paupertatis (*b*) : Non obtinebit Pauper *Expenſas* retardati Proceſſûs ;

IV. Quia,

OBSERVATIONES.

(a) *Juramentum, ut ſuprà.*] De hoc Juramento præſtando, ſuprà dicitur, in *Tit.* 8. §. 4.

(b) *Per Actorem in Probatione Paupertatis.*] Potiùs dici debet; " Non habebit iſte admiſſus in " Formâ Pauperis Expenſas, per eum factas, ratione retardati Proceſſûs, per Actorem, *in* " *Probatione* Sufficientiæ *bonorum*; *nec per Allegantem* Paupertatem, *factas* in Probatione " *Paupertatis.* [Et his verbis habetur in *MS. Antiq.*]

Ratio: IV. Quia; Actor, ſi probaverit *Reum habuiſſe in bonis quibuſcunque* (ut ſuprà (*c*) dicitur) *ad Summam quinque Librarum*; *et quòd communiter reputatus fuit pro Homine valente* (*ad minùs*) *tantam Summam*; non fuit in *malâ fide*, et habuit probabilem cauſam *Ignorantiæ Debitorum*.

Adverſarius non *in malâ fide*; Cùm, Debitorum Ignorantiæ, ſit *Cauſa probabilis*.

Allegans *Paupertatem* ejus *Debita* ſpecificabit: Ratio quare.

V. Sed nota; quòd allegans *Paupertatem* debet ſpecificè allegare *Debita* (videlicet, *quæ*, *et quibus debentur*) ut poſſit conſtare utrùm *Debita* excedant, vel extendant *ad Valorem bonorum*.

OBSERVATIONES.

(c) *Ut ſuprà dicitur,*] Videlicet; in *Tit.* 9. §. 2, 3, 4.

TITULUS XI.

De modo objiciendi, et probandi EXCOMMUNICATIONEM *contra Actorem*; *ut nihil decernatur ad ejus Petitionem.*

Excommunicatus non poteſt *agere*, nec *petere*.

I. EXCOMMUNICATUS (*a*) *non poteſt agere* (*b*), nec quicquam eſt decernendum *ad ejus Petitionem*.

Forma Objectionis *Excommunicationis*: Forma Probationis *ejuſdem*:

II. Si igitur, ad hunc finem, REUS objiciat ACTORI, *quòd ſit Excommunicatus, et ideo non habet perſonam ſtandi in Judicio*; *nec quicquam decernendum eſt, ad ejus Petitionem*; probanda eſt hujuſmodi Excommunicatio *adſtatim*, per ſolam exhibitionem Literarum Excommunicationis, ſub Sigillo Judicis excommunicantis; vel ſaltem probanda eſt hæc Excommunicatio, *infra octo dies* a tempore objectæ hujuſmodi Excommunicationis; et ita eſt communiter practicatum.

Probatâ, ceſſat Proceſſus quoad *excommunicatum*: Acta ſua *præhabita* valent.

III. Et, hâc Excommunicatione probatâ, ſiſtendus eſt Proceſſus ad Inſtantiam Partis Excommunicatæ (*c*):

IV. Valent tamen geſta ante hujuſmodi Excommunicationem: [*ut in ſequenti* (*d*) *Titulo*].

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Excommunicatus.*] "Minor Excommunicatio dicta eſt, quæ (vel Conſcientiâ ſolummodo, vel Sententiâ) a Sacrorum Participatione tantùm prohibet. *MSS:*

2 *Hâc autem Excommunicatione Minori modò non utitur, in Judiciis.*

3 "Major autem Excommunicatio a Sacrorum Participatione, Communione Fidelium, "omni Actu legitimo, arcet: et ab Eccleſiaſticâ Sepulturâ; cùm hoc facit Interdictum, "quod eſt mitius. *MSS.*

(b) *Non poteſt agere.*] Vide *Tit.* 42. §. 3.

(c) *Ad Inſtantiam Partis Excommunicatæ.*]Hìc ſequitur in *MSS.* "Pars tamen adverſa poteſt "procedere contra Excommunicatum.

(d) *Ut in ſequenti Titulo.*] 12. §. 1. 2.

TITULUS XII.

Quòd geſta, per PERSONAM EXCOMMUNICATAM, ante *objectam et probatam Excommunicationem, valent; et non ſunt (ipſo Jure) nulla; Et quòd, geſta,* poſt *probatam Excommunicationem non valent.*

I. QUAMVIS (in præcedenti Titulo) dicitur; *Excommunicatum non habere perſonam ſtandi in Judicio; nec quicquam eſſe, ad ejus Petitionem, decernendum:* Tamen ſi *Actor, Excommunicatus,* plurimos et diviſos (in Cauſâ ſuâ) expedierit *Actus*; [utpote *dederit Libellum,* et *Litem conteſtari obtinuerit* (*a*), etiam *Teſtes produxerit,* priuſquam ejus Adverſarius hanc *Excommunicationem* propoſuerit,] valent omnia hujuſmodi *geſta,* et non reddantur *nulla:* Excommunicatus *non habilis ſtandi in Judicio.* Geſta per Excommunicatum quando *valent,* quando *non?*

II. Quia, *Excommunicatio* reddit gerenda *poſt* Objectionem, et non geſta *ante* Objectionem, *nulla.* Ratio.

III. Sed ſæpe, a Doctiſſimis, audivi (at, quòd memini, nunquam adjudicatum novi) *Partem Ream,* quamvis *Excommunicatam,* ſe *defendere,* et pro *juſtâ Defenſione ſuâ* Materiam *proponere,* et *probare* poſſe. Opinio DD. de *Reo* Excommunicato.

OBSERVATIONES.

(a) *Litem conteſtari obtinuerit.*] Si *Procurator* (poſt Litis Conteſtationem) factus ſit *Dominus Litis,* et poſtea ipſe *Actor* excommunicetur; objicienda tamen eſt *Excommunicatio,* et Proceſſus ſiſtitur.

TITULUS XIII.

De modo ſiſtendi Proceſſum, ſi UTLAGATUS *quicquam petierit.*

I. QUEMADMODUM *Excommunicatus* non habet perſonam *ſtandi in Judicio* (*a*); nec quicquam eſt decernendum *ad ejus Petitionem*; Ita ad Petitionem *Utlagati,* ut Hominis *Banniti,* nihil decernendum eſt. *Utlagatus,* ſeu *Bannitus,* non poteſt *agere,* nec *petere.*

II. Si

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Standi in Judicio.*] Vide *Tit.* 11. §. 1, 2, 3. necnon *Tit.* 42. §. 3.

2 Sunt et alii, qui non habent Perſonas habiles et idoneas *ſtandi in Judicio.* Utpote, *Minor* (ante viceſimum primum Ætatis ſuæ Annum attigerit) *ſine Curatore*; necnon *Decanus* et *Capitulum*; *Præpoſitus, Socii,* et *Scholares Collegii*; *Major,* et *Communitas Civitatis*; aut *aliqua alia* Communitas, *abſque Syndico legitimè conſtituto.*

Forma Objectionis *Utlagationis*: II. Si igitur *Utlagatus*, vel ejus Procurator, aliquam Petitionem fecerit; dicat Adverſarii Procurator, *Nihil ad ejus Petitionem eſſe decernendum; quia fuit, et eſt* UTLAGATUS: Et *adſtatim* producat, et exhibeat *Breve Regium, de Utlagatione*; et tunc ſolet *Judex* ſuperſedere in Cauſâ, tam quoad *Actorem*, quàm quoad *Reum*:

Forma Probationis *ejuſdem*: Quâ *Probatâ*, ſuperſeſſum eſt in Cauſâ:

Nec ſe defendat *Reus*; III. Nam *Reus*, in hoc caſu, nullo modo *ſe defendere* admittendus eſt, ut ſuprà, *De Reo Excommunicato* [Titulo præcedenti, §. *Sed ſæpe*:]

Ratio. IV. Nam *Breve Regium* hujuſmodi, de *ſe*, ſine *ullâ* Probatione, *plenam facit fidem*.

TITULUS XIV.

Quòd TERTIUS *poteſt intervenire*, pro Intereſſe ſuo, *et in quibus caſibus*.

Quis *Tertius* interveniat? I. TERTIUS intervenire poteſt (*a*), *pro Intereſſe ſuo*, in omni Cauſâ, quæ tangit *Bona*, aut *Perſonam* ſuam:

Quibus in *Cauſis*? II. Utpote, in Cauſâ *Matrimoniali*, *Beneficiali*, *Teſtamentariâ de Adminiſtratione*, et in Cauſâ *temerariæ Adminiſtrationis*: Et primò de *Cauſâ Matrimoniali*.

Quomodo in *Matrimoniali*? In quacunque parte Litis, Aſſiſtendo, ſeu removendo. III. Si Vir egerit contra Mulierem, in *Cauſâ Matrimoniali*, et iſta Mulier aut ſolemnizavit, aut contraxit Matrimonium cum alio, Ille *Tertius* (*b*), ſi vult, poteſt (in dictâ Cauſâ *Matrimoniali*) intervenire, pro Intereſſe ſuo, *in quâcunque parte Litis*, etiam *poſt Concluſionem in Cauſâ* (ſive venerit *aſſiſtendo* (*c*), ſive (*d*) *removendo*) etiam licèt habuerit Notitiam *Pendentiæ Litis*, et *Probationum Actoris*:

IV. Ratio

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Tertius intervenire poteſt.*] Quamvis (in Foro Contradictorio) quà *Partes in Judicio*, communiter occurrunt (ſolummodo, adinvicem contendentes) *Actor*, et *Reus*; Acta tamen, inter *duos*, non præjudicant *tertio*; niſi ſciens ſit, et Defenſione (ſibi competenti) non utatur.

2 In quibuſdam, igitur, caſibus (nempe de Matrimonio, Beneficio Eccleſiaſtico, de Teſtamentis, et Adminiſtrationibus bonorum abinteſtatò decedentium, et in ſimilibus Cauſis) *Tertius* etiam intervenire ſolet, in Judicio, *pro Intereſſe ſuo*, quoties hujuſmodi Cauſæ Bona, vel ejus Perſonam, in aliquo, tangunt:

3 De Jure enim, *Nullus auditur, cujus non intereſt.*

4 Cùm itaque vel *Actor*, vel *Tertius* (intervenire volens,) prætendit *Intereſſe*, et negatur hoc, ex adverſo; nempe, *ſe ullum, in iſtâ Cauſâ, habere Intereſſe*; inſuper allegando, *Nihil ad ejus Petitionem eſſe decernendum, donec conſtiterit de Intereſſe ſuo, in hâc parte*:

5 Tunc *Intereſſe* ſuum probare tenetur; quodque ſi probaverit, obtinebit Expenſas; ſecùs, cadet, in Expenſis condemnatus.

(b) *Ille Tertius.*] Id eſt; Vir ille cum quo Mulier conventa contraxit, vel ſolemnizavit Matrimonium,

(c) *Aſſiſtendo.*] Scilicet, Partem conventam.

(d) *Removendo.*] Scilicet, Partem conventam, cum Actore colludentem.

IV. Ratio eſt; quia eſt *Cauſa favorabilis* (*e*), et in his *Cauſis Matrimonialibus*, vertitur *Periculum Animæ*; Et ideo *Publicatio Teſtium*, et *Concluſio in Cauſâ*, non obſtant quin *Tertius* [allegans priorem Contractum, ac prius Matrimonium, ac fidem faciens *quòd non proponit hoc ſuum Intereſſe, animo malitioſo, aut differendi Litem, et quòd credit ſe poſſe illud probare*] admittendus eſt ad allegandum, proponendum, et probandum hujuſmodi Intereſſe, non obſtante *Publicatione Teſtium*, et *Concluſione* in Cauſâ.

Ratio: *Matrimonialis* eſt Cauſa *favorabilis*: In eâ vertitur Periculum Animæ. *Juramentum* Intervenientis. Quando ſiſtitur Proceſſus.

V. In cæteris verò caſibus ſupraſcriptis (*f*), *Interveniens* (pro Intereſſe) debet, et tenetur procedere in *eodem ſtatu*, quo Cauſa fuit cùm interveniebat, et non debet ſiſtere Proceſſum, quin *Actor* poteſt procedere contra *Reum*, ac ſi *Tertius* non interveniſſet:

Quando Interveniens *non* impedit Proceſſum;

VI. Hoc tamen intellige, *ſi iſte* TERTIUS *venerit, Ad aſſiſtendum Reo:* Secùs, *ſi removendo Reum, colludentem* (*cum Actore*) *in Præjudicium dicti Tertii:*

Scilicet, *aſſiſtendo*, Secùs, *removendo*.

VII. Nam, in iſto caſu, iſte *Tertius* poteſt ſiſtere Proceſſum contra *Reum*; Oportet tamen hunc *Tertium* ſpecificè allegare dictam *Colluſionem*, et cauſas *ob quas* REUS *removendus eſt:*

Colluſio *ſpecificè* ſit allegandа:

VIII. Et non ſufficit (ſaltem ut, a Doctiſſimis, audivi) huic *Tertio* allegare generaliter, aut in communi formâ (videlicet) *Omnibus melioribus, et efficatioribus viâ modo et Juris formâ et cauſâ, atque ad omnem quemcunque Juris effectum*; ſed (unà cum his verbis generalibus) dicendum eſt; *Et præſertim animo removendi* REUM *et detegendi Colluſionem, inter* REUM *et* ACTOREM, *in Præjudicium iſtius* TERTII.

Non ſufficit Allegatio *generalis*. Forma *Specificationis*.

IX. In Cauſâ etiam *Beneficiali*, [utpote, in Negotio *Duplicis Querelæ*,] ſi agatur de *tuo Beneficio*, inter *Epiſcopum* et alium Clericum, ad *illud* præſentatum, et pro ſuâ *Inſtitutione* inſtantem;

In Cauſâ *Duplicis Querelæ*, inter Epiſcopum et Clericum præſentatum,

X. In quo caſu, *Judex* (ad quem eſt, in hoc caſu, querelatum) pronunciare ſolet, *pro Juriſdictione ſuâ*, et decernere *querelantem eſſe inſtituendum* in dictum *Beneficium* [ut in Titulo, *De Petitione* (*g*) *Procuratoris, et Decreto Judicis, cùm Duplex Querela ſit relata, et Epiſcopus non comparuerit :*]

Pronunciatur pro Juriſdictione, Decernitur Inſtitutio ad Beneficium,

XI. Quia; aliquando *Epiſcopus* non vult allegare *Jus tuum:* Hoc eſt; *Quòd Tertius poſſidet Beneficium, et quòd Eccleſia ſit plena de perſonâ iſtius Tertii:*

(Intereſſe *Tertii poſſidentis* non allegato)

XII. Expedit igitur ut TERTIUS, in hoc caſu (ne alius ſuperinſtituatur in ejus Beneficium) interveniat, *pro Intereſſe ſuo.*

Interveniat ergo *Tertius*, pro Intereſſe: Ratio.

XIII. Simi-

OBSERVATIONES.

(*e*) *Eſt Cauſa favorabilis.*] De ſpeciali Prærogativâ, ſive Privilegio Cauſæ *Matrimonialis*, vide *Tit.* 205.

(*f*) *In cæteris verò caſibus ſupraſcriptis.*] ſcilicet, in Cauſis Beneficialibus, Teſtamentariis, deque Adminiſtrationibus, &c. *in* §. 2. *hujus Tituli mentionatis.*

(*g*) *Ut in Titulo de Petitione,* &c.] Vide *Tit.* 163. §. 2, 3.

In Cauſâ *Teſtamentariâ*, interveniat *Legatarius*; Ne Executore vocato ad probandum (quod infirmari cupit) Teſtamentum,

XIII. Similiter (*h*), in *Cauſâ Teſtamentariâ*; ſi tibi *Legata* (maximè ſi *Pinguia*) fuerint relicta, *Executor* cupiens Teſtamentum (in quo hujuſmodi tua Legata continentur) infirmari, et per Judicis Sententiam pro nullo declarari, et ita evitare Solutionem Legatorum, ſolet (ſeu, ſaltem, poteſt) colludere cum *aliquo* ex proximis Conſanguineis defuncti, vel aliis (habentibus Intereſſe (*i*), ſi defunctus deceſſerit abinteſtatò) ad vocandum (*l*) eundem Executorem, *ad probandum, hujuſmodi Teſtamentum per Teſtes:*

Deficientibus (colluſoriè) Probationibus, obtineat *colludens Actor*:

XIV. Et tunc Executore (quamvis, pro formâ, allegavit Teſtamentum, et acceptavit in ſe Onus, illud, per Teſtes, probandi) deficiente in Probatione ejuſdem Teſtamenti, iſte *Colludens Actor* poteſt Sententiam obtinere, *contra hoc Teſtamentum.*

Vel cùm Executor vocaverit proximum Conſanguineum colludentem, ad videndum probari, obtineat *colludens Reus.*

XV. Hoc etiam fieri poteſt, ſi *Executor* vocaverit *aliquem* ex proximis Conſanguineis defuncti (ſecum colludentibus) *ad videndum Teſtamentum probari, per Teſtes* [ut in Titulo, *De Cauſis* (*m*) *tractandis in Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis*] (*n*).

In Cauſa *Legati.* *Plura* ſunt Legata; Non ſufficit ad *omnia*; Colluditur cum *Amicis* Legatariis. Ut obtineant *integra*:

XVI. His etiam addi poteſt *Cauſa Legati:* Nam *Executor*, non habens *Sufficientiam* bonorum ad ſolvendum *omnia Legata*, volens tamen *id Reſiduum*, quod habet, ſolvi quibuſdam *ſuis Conſanguineis*, vel *Amicis*, *Legatariis*, colludere poterit cum *eiſdem*, ut inſtituant Actiones contra eum, *pro Legatis hujuſmodi*, et obtineant *Sententiam* Judicis *pro integris Legatis:*

Liberatur Executor; Plenè adminiſtravit, *Cæteris* inſolutis:

XVII. In quo caſu, liberatur *Executor*, per *Sententiam Judicis*, ſi hæc *Legata adjudicata* perſolverit, et (eis perſolutis) *plenè adminiſtraverit bona*; ita ut *nulla bona* remaneant in manibus ſuis, ad Solutionem *cæterorum Legatorum.*

Ita fuit adjudicatum:

XVIII. Sed quære tamen in hoc caſu; *Utrum Executor, ſciens plura deberi Legata, per hanc Sententiam, liberatur?* Ita Judicari novi.

Intervenirent ergo *cæteri*,

Pro Legatis *ſuis*, (Saltem juxta *Ratam*) ſolvendis.

XIX. Quàm neceſſarium eſt igitur, ut *cæteri Legatarii* (quàmprimùm ad eorum notitias pervenire poſſit, prædictas Cauſas Colluſorias *Subſtractionum Legatorum* inſtitutas eſſe) *interveniant, pro eorum Intereſſe*, et (in eodem Judicio) petitiones faciant, *pro eorum Legatis*; vel ut, ſaltem, *id quod reliquum eſt*, ex bonis Teſtatoris, in manibus Executoris, *Æquis Portionibus, perſolvatur* omnibus hujuſmodi

OBSERVATIONES.

(h) *Similiter.*] Scilicet; *expedit ut Tertius interveniat, pro Intereſſe ſuo*, in Cauſâ Teſtamentariâ, &c. *ut ſupra.*

(i) *Habentibus Intereſſe*] Scilicet in Adminiſtratione bonorum defuncti.

(l) *Ad vocandum.*] Nempe ut idem *Conſanguineus*, vel Pars habens (ut ſuprà) *Intereſſe*, citet Executorem.

(m) *Ut in Titulo, de Cauſis,* &c.] Vide *Tit.* 6. § 5.

(n) *Cantuarienſis*] Hic pergit. *MS.* "Et "*comparente Colluſore, Executor allegaverit, et* "*exhibuerit Teſtamentum, ac aſſumpſerit, in ſe,* "*Onus probandi per Teſtes, et defecerit in Pro-* "*batione ejuſdem; et Reus colludens, ob defectum* "*Probationis, obtinuerit Sententiam contra Teſta-* "*mentum.*

hujuſmodi Legatariis, juxta *Ratam*, et *Quantitatem* cujuſlibet Legati? (*o*).

TITU-

OBSERVATIONES.

(o) 1 *Hactenus* de *Curiis*; de *Diebus*, in eiſdem, pro *Juridicis* obſervatis; de *Judicibus*; de *Cauſis* in Foro Eccleſiaſtico tractandis; deque *Partibus* in Judicio: Deinceps autem inveſtigandum eſt, de *Ordine Judiciorum*, in Curiis Eccleſiaſticis, et Cauſis hujuſmodi, obſervando, *a primâ in Jus vocatione, Sententiam uſque definitivam:* Hìc, ergo, *Practicam Formam hujuſmodi* in pauca conferamus.

Synopſis Praxeôs

In

Curiis Ecclesiasticis;

Seu

Summarium

Proceſſûs Judiciarii.

JUDICIUM *ex tribus* conſtat (Videlicet)

Principio; quod eſt } *Litis Conteſtatio.*

Intermediis; quæ ſunt } *Probationes.*

Fine; qui eſt } *Sententia.*

2 *Litis Conteſtationem* præcedunt nonnulla (quæ *Præparatoria Judicii* appellantur) utputà;

Citatio:

Certificatorium:

Procuratoris Conſtitutio:

Libelli Oblatio.

3 Sequuntur nonnulla (ſcilicet)

Reſponſio Partis Principalis:

Termini Probatorii Datio.

4 *Probatio fit*, vel per {
Reſponſa;
Teſtes; { in quibus obſervantur *Productio*; *Examinatio*; *Publicatio*; *Exceptiones.* }
Inſtrumenta; { in quibus occurrunt *Exhibitio*; *Probatio*; *Exceptiones*; *Scrutinium*; *Collatio.* }
}

5 *Sententiam* etiam quædam præcedunt, videlicet;

Terminus {
ad proponendum omnia, in Cauſis Plenariis;
et
ad audiendum Sententiam, ex primâ Aſſignatione, in Summariis;
et
ad concludendum, in Plenariis:
}

Informationes.

6 Quædam ſequuntur (quæ *Poſteriora Judicii* appellantur) nempe;

Executio rei judicatæ:

Taxatio Expenſarum.

7 Quædam ſunt alia, *quâlibet parte Judicii*, contigenter (ut Occaſio fert) occurrentia, nimirùm;

Contemptus:

Contumacia:

Excommunicatio:

Abſolutio:

Oblatio:

Sequeſtratio:

Juramentum:

Expenſæ.

8 *Judicii Ordinarii* faciunt alii tres partes ſubſtantiales, hoc modo, videlicet;

Prima durat a primo Actu, uſque ad *Litis Conteſtationem.*

Secunda, a Litis Conteſtatione, uſque ad *Concluſionem in Cauſâ.*

Tertia, ab eâ, uſque ad *Sententiam definitivam.*

9 OMNES CAUSÆ, quæ in *Foro Eccleſiaſtico* moventur, ſunt

Vel Cauſæ { *Officii*, vel *Inſtantiæ.* }

10 Omnes Cauſæ *Officii* ſunt

Vel ex Officio { *mero*, vel *promoto.* }

11 Omnes Cauſæ *Officii* ſunt

Vel pro { *Crimine commiſſo*, vel *Suſpicione Criminis.* }

12 Proceditur ex *Officio mero*, quando Judex procedit contra Criminoſum, ſuper *Petitione* alicujus, *Accuſatione*, ſeu potiùs *Detectione*:

13 Et tunc Cauſa deſcribitur, *Officium Domini contra* A. B.

14 Proce-

OBSERVATIONES.

14 Proceditur ex *Officio promoto*, quando aliquis *defert Accuſationem*, et *Cauſam proſequitur:*

15 Et tunc Cauſa deſcribitur, *Officium Domini promotum per* C. D. *contra* A. B.

16 Omnes Cauſæ *Inſtantiæ* ſunt { *Plenariæ*, vel *Summariæ*.

17 *Plenariæ* ſunt Cauſæ, quando proceditur, obſervato Juris Ordine, et Solemnitate; videlicet, *Litis Conteſtatione*, interveniente Termino *ad proponendum omnia*, et Termino, *ad concludendum.*

18 Cauſæ *Summariæ* ſunt, quando proceditur ſummariè, et de plano, ſine Juris Solemnitate; hoc eſt, non ſervatâ *Litis Conteſtatione*, Termino *ad proponendum omnia*, nec Termino *ad concludendum.*

19 Forma procedendi, in *Cauſâ Plenariâ*, ad Inſtantiam Partis, talis eſt, videlicet;

20 Extractâ primùm, et executâ *Citatione*, *Certificatorium* fieri, de *Executione* dictæ *Citationis:*

21 Idque fieri poteſt, vel per *Juramentum* Partis (id eſt; ejus qui Citationem hujuſmodi fuerit executus)

22 Vel per *Certificatorium* in Scriptis conceptum, et *authenticè* ſigillatum, et communitum.

23 Introducto hujuſmodi *Certificatorio*, Procurator Partis Agentis debet, primò et ante omnia, exhibere *Procuratorium* ſuum pro eâdem Parte, et facere ſe Partem pro eâdem:

24 Et debet exhibere *Mandatum Citatorium*, cum *Certificatorio* prædicto.

25 Et ſi Pars non comparuerit, debet petere eam *præconizari:*

26 Et ſi tunc non comparuerit, debet accuſare ejus *Contumaciam*, et petere eam, in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi, *excommunicari.*

27 Si Pars Rea *comparuerit perſonaliter*, Procurator Actoris poteſt, in ejus præſentiâ, dare *Libellum*, et petere eam moneri, *ad reſpondendum* hujuſmodi Libello, et *ad comparendum ſingulis Seſſionibus, uſque ad Sententiam definitivam, incluſivè*, vel per ſe, vel per Procuratorem ſuum legitimè conſtitutum:

28 Sed nota; quòd *incluſivè* ſignificat Sententiam latam.

29 Sin autem *Libellus* non ſit paratus, poteſt moneri Pars Rea, *ad intereſſendum, ad recipiendum Libellum, in proximum diem Juridicum.*

30 Si verò Pars Rea *Procuratorem habeat in Judicio*, Procurator Actoris poteſt, et debet arctare eum, *ad exhibendum Procuratorium pro Reo:*

31 Et poſtquam exhibuit *Procuratorium*, ac fecit ſe Partem pro eodem (quoniam eſt Judicium inane, et nullum, niſi Procuratores hincinde exhibuerint, et fecerint ſe Partes pro Dominis ſuis, exhibitis hincinde Procuratoriis) Procurator Actoris debet dare *Libellum*, et petere *Reſponſum* eidem:

32 Hujuſmodi *Reſponſum* inducit *Conteſtationem Litis*, ſine quâ nullo modo procedi poteſt, in *Cauſis Plenariis*; ut ſuprà dictum eſt.

33 *Lite conteſtatâ*, Procurator Actoris debet *petere Decretum pro Parte Principali, repetere Libellum, et petere eum repeti per Judicem, in vim Poſitionum et Articulorum:*

34 Vel ſi Ille non petierit, Procurator Patris Adverſæ debet arctare eum, ad petendum *Terminum ad probandum.*

35 Aſſignato *Termino Probatorio*, competit Procuratori Actoris, infra illum Terminum, *producere Teſtes, et procurare eos examinari:*

36 Idque fieri poteſt, vel ſiſtendo eos *perſonaliter in Judicio*, vel petendo *Commiſſionem* ad partes, in quibus *Teſtes* degerint;

37 Debetque (regulariter) *producere Partem Principalem*, infra Terminum prædictum.

38 *Inſtrumenta* verò permittatur producere, quandocunque *ante* (imò Inſtrumenta noviter inventa, *poſt*) *Concluſionem in Cauſâ.*

39 Si *Teſtes producantur*, vel in *Judicio*, vel per *Commiſſionem*, in partibus in quibus degit Procurator Actoris, debet cavere ut habeat *præſentiam Procuratoris Adverſi*, vel quòd hujuſmodi Productio fiat *in pœnam Contumaciæ* ejuſdem; alioquin *Productio* hujuſmodi, et *Probatio per Teſtes* facta, eſt (*ipſo Jure*) nulla.

40 *Productis Teſtibus*, eiſque *juratis*, et *examinatis*, Procurator Actoris debet petere *Publicationem Teſtium*; idque in *præſentiâ Partis Adverſæ*, vel *ejus Procuratoris*, aut in *pœnam Contumaciæ*; alioquin non valet:

41 Peti ſolet etiam Publicatio, *ſalvâ Examinatione Teſtium productorum*; ſeu *ſalvâ repetitione Teſtium, aliàs examinatorum:*

42 Et, ſi ſperet Intentionem ſuam ſufficienter eſſe probatam, debet in *Cauſâ Plenariâ*, petere Terminum *ad proponendum omnia*;

43 In *Summariâ* verò, Terminum aſſignari *ad audiendum Sententiam ex primâ:*

44 Hocque peti poteſt, et ſolet, *ſalvâ Examinatione Partis Principalis*, caſu quo non fuerit examinata.

45 In Termino aſſignato *ad proponendum omnia*, in *Plenariis*, et *ad audiendum Sententiam ex primâ*, in *Summariis*, Procurator Rei debet *excipere contra Teſtes* Partis Adverſæ, vel *proponere Defenſionem ſuam:* Alioquin excluditur in perpetuum, in illâ Inſtantiâ; quia ſi nihil actum ſit, in illo die, *Concluſio Cauſæ* tacitè inducitur.

46 Si Procurator Partis Reæ *exceperit contra Teſtes*, vel *Materiam aliquam propoſuerit*, ad Defen-

OBSERVATIONES.

Defenſionem Cauſæ; *ſimilis Dilatio* illi concedenda eſt, *ad Probationem ſuam faciendam*, prout Actori fuerat conceſſa; et *ſimilis Modus procedendi* eſt obſervandus;

47 Quoniam *Reus*, in proponendo aliquid, quaſi *Actor* devenit.

48 *Similis Dilatio media* intervenire ſolet, in *Replicatione* Actoris, et *Duplicatione* Rei.

49 Factis *Probationibus*, et *Publicationibus* omnibus hincinde petitis, procedendum eſt *ad Concluſionem, in Cauſâ Plenariâ*, per Terminum petitum *ad proponendum omnia:*

50 Atque in illo Termino, ſive die, per Procuratores utroſque, aut eum qui plus confidit in Cauſâ, exhiberi debent *omnia Acta inactitata*, aut *Inſtrumenta*; et Terminus peti debet *ad concludendum:*

51 In illo Termino, *concludi debet, cum Judice*; et Terminus peti debet, et aſſignari *ad audiendum Sententiam:*

52 Quo die, *ad audiendum Sententiam*, adveniente, dicat Procurator: *Porrigo Sententiam, quam peto ferri:*

53 *Similiter* etiam, pro Parte ſuâ, dicat Procurator Adverſarii; vel *peto Juſtitiam.*

54 Ordinem *hujuſmodi* Judiciorum obſervare, et *in Methodum accomodiſſimam Operi ſuſcepto* componere, ſedulò equidem (et quatenus modici patiuntur ingenii vires) lucubravi; et accuratè (quoad potui) *ad Modum procedendi*, ſecundùm *Analyſin* infra ſcriptam, hoc in Opere, contexui.

Ordo Judiciarius.

- De *Curiis.*
- De *Diebus Juridicis.*
- De *Judicibus.*
- De *Cauſis.*
- De *Partibus in Judicio.*
- De *Citatione*;
  - De Foro competenti.
  - Stylus Judicum.
  - Citatio primaria.
  - Executio Citationis.
  - Decretum, viis et modis.
- De *Certificatorio Citationis*;
  - Certificatorium Commune.
  - Certificatorium authenticum.
  - Objectio contra Certificatorium.
- *De Contemptu*;
  - Petitio Decreti Contemptûs;
    - *Ob* Curiæ Vilipendium:
    - *Ob* Violationem Inhibitionis:
    - *Ob* Commiſſariorum Neglectum.
  - Proceſſus *de* Contemptu;
    - Articuli.
    - ProductioPartis.
    - Reſponſa.
    - Probatio.
    - Sententia.
- De *Contumaciâ*;
  - Exhibitio Citationis.
  - Pœna Contumaciæ.
- De *Excommunicatione*;
  - Sententia Excommunicationis.
  - Denunciatio;
    - Excommunicátus obduratus.
    - Excommunicatus perjurus.
    - Excommunicationis participes.
  - Corporis Captio.
- De *Abſolutione*;
  - Depoſitum, apud Acta.
  - Corporis Deliberatio.
- De *Procuratoris Conſtitutione*;
  - Procuratorium ad Lites.
  - Aſſignatio Advocatorum, *et* Procuratorum.
  - Subſtitutio Procuratoris.
  - Procurator functus Officio.
  - Procurator non functus Officio.
- De *Libelli Oblatione*;
  - Dimiſſio, in non proſequendo.
  - De petitione Libelli.
  - De non libellando.
  - Dimiſſio, in non libellando.
  - Oblatio Libelli,
    - *plenariè*;
    - *ſummariè.*
  - Error Scriptoris revocandus.
- De *Litis Conteſtatione*;
  - Exceptiones peremptoriæ.
  - Conteſtatio Litis.
- De *Reſponſione Partis Principalis*;
  - Decretum pro Reſponſis.
  - Commiſſio pro Reſponſis.
  - Productio Partis Principalis;
    - Proteſtatio tempore Productionis.
  - Reſponſio per Syndicum;
    - Proteſtatio tempore Exhibitionis Reſponſorum.
  - RevocatioConfeſſionisJudicialis.
  - Reſponſio inſufficiens;
    - Petitio.
    - Declaratio pro confeſſo.
  - Reſponſorum Recuſatio;
    - Excommunicatio.
- De *Termino Probatorio*;
  - Terminus utrique communis.
- De *Teſtium Productione*;
  - Compulſorium.
  - Teſtium Viatica et Expenſæ.
  - Productio Teſtium.
  - Productio poſt Publicationem.
  - Productionis Impedimenta.
- De *Teſtium Examinatione*;
  - Interrogatoria.
  - Examinatio in Regiſtro.
  - Examinatio vigore Commiſſionis;
    - Conceſſio Commiſſionis.
    - Subſtitutio.

OBSERVATIONES.

- De *Teſtium Examinatione*;
  - Examinatio vigore Commiſſionis:
    - Procuratoris Præſentatio Commiſſionis.
    - Executio Commiſſionis.
    - Certificatorium Executionis Commiſſionis.
    - Exhibitio Commiſſionis executæ.
    - RenovatioCommiſſionis.
    - Commiſſio, ſub mutuæ Viciſſitudinis obtentu.
- De *Teſtium Depoſitionum Publicatione*;
  - Publicatio.
- De *Exceptionibus contra Teſtes*;
  - Interrogatoriis non plenè reſponſum.
  - Teſtium Reprobatio.
  - Teſtium Corroboratio.
  - Teſtis a Litigatoribus infamatus.
- De *Inſtrumentis exhibendis.*
  - Exhibita;
    - Exhibitio.
    - Proteſtatio.
    - Reſponſa.
  - Scrutinium;
    - Petitio.
    - Monitio.
    - Proceſſus.
- De *Juramentis*;
  - Juramentum Calumniæ.
  - Juramentum Suppletorium.
- De *Expenſis retardati Proceſſûs*;
  - Retardatus Proceſſus.
- De *Terminis ad proponendum omnia*; et *ad audiendum Sententiam, ex primâ*;
  - Concluſionis
    - Præparatoria, *et* Impedimenta.
- De *Cauſæ Concluſione*;
  - Concluſio
    - Super Articulo emergente.
    - In Cauſâ Plenariâ.
    - In Cauſâ Summariâ.
- De *Informationibus, in Cauſis.*
  - Informatio.
- De *Decreto Interlocutorio, Sententiæ definitivæ vim habente*;
  - Interlocutorium.
- De *Sententiâ, in Scriptis, definitivâ*;
  - Sententia,
    - In pœnam Abſentiæ:
    - Parte demortuâ:
    - Parte præſente;
      - *Proteſtatio de appellando.*
  - Querela Nullitatis.
- De *Executione rei judicatæ*;
  - Executio Sententiæ.
  - Liquidatio rei judicatæ.
- De *Expenſis Litis*;
  - Monitio pro Expenſis;
    - Decretum.
    - Executio Decreti.
    - Non Solutio.
    - Excommunicatio.
  - Sors principalis *et* Expenſæ.
    - Renovatio Monitionis.

55 In quibusdam *verò* Causis, *quædam ſunt alia* (præter hæc in Ordinario Proceſſu) *ſpecialiter agenda*; rebus e variis in hujuſmodi Causis *particulariter* incidentibus et emergentibus (ejuſmodique Cauſis *propriè* ſpectantibus) *exorta*; diverſis inque Judicii partibus *occurrentia*: Causas igitur hujuſmodi in *Methodum* etiam (quàm accuratè poſſumus) *reductas*, ſeorſim lubet (ut hìc infrà) potiùs diſponere.

- De *Cauſis Criminalibus*;
  - *Viſitatio*:
  - *Inquiſitio*;
    - Citatio.
    - Citatio, *et* Certificatorium.
    - Comparitio.
    - Reſponſio.
    - Interrogatoria.
    - Sententia.
  - *Accuſatio*;
    - Promotor voluntarius.
  - *Denunciatio*;
    - OEconomus.
    - Purgatio.
    - Compurgatores.
    - OEconomi. *et* Accuſatores.
- De *Cauſis Beneficialibus*;
  - *Duplex Querela*;
    - Modus Executionis.
    - Viis *et* modis.
    - Tempus deliberatorium.
    - Certificatorium.
    - Epiſcopus non comparens.
    - Juramentum inſtituendi.
    - Objectiones contra Inſtitutionem.

De

OBSERVATIONES.

- De *Cauſis Beneficialibus*;
  - *Jus Patronatûs*;
    - Citatio.
    - Articuli.
    - Proceſſus.
  - *Dilapidationes*;
    - Inſtitutio Actionis.
    - Excuſatio.
    - Inſpectio.
    - Defalcatio.
  - *Decimæ*;
    - Monitio.
    - Certificatorium.
    - Proceſſus contra non ſolventes.
    - Conſuetudo.
    - Oblatio.
    - Sequeſtratio Fructuum.
    - Reſtitutio Termini Probatorii.
    - Executio Sententiæ.
- De *Cauſis Matrimonialibus*;
  - *Cauſæ Matrimonium tangentes*;
    - Inſtitutio Actionis.
  - *Jactitatio Matrimonii*;
    - Proceſſus in Cauſâ.
    - Juſtificatio Jactitationis.
  - *Matrimonium*, et *Sponſaſalia*;
    - Citatio.
    - Edictum publicum.
  - *Sequeſtratio Fœminæ*;
    - Ad reſpondendum.
    - Pendente Lite.
  - *Matrimonium Clandeſtinum*;
    - Pœna clandeſtinè ſolemnizantium.
  - *Matrimonium legitimè ſolemnizatum*;
    - Cauſa Privilegiata.
  - *Sumptus*, et *Alimonia*;
    - Pro Parte Reâ.
    - Pro Parte Actrice.
  - *Expenſarum* aut *Abſolutio*, ſeu *Condemnatio*;
    - Victor aliquando condemnandus.
    - Victus aliqunado abſolutus.
  - *Executio Sententiæ, pro Matrimonio ſolemnizando*;
    - Executio rei judicatæ.
  - *Adulterium*;
    - Judicis Indagatio.
    - Inter Partes
      - *Compenſatio.*
      - *Condonatio.*
  - *Adulterium*, ſive *Sævitia*;
    - Sententia.
- De *Cauſis Matrimonialibus*;
  - *Reſtitutio Obſequiorum Conjugalium*;
    - Reſtitutionis Impedimenta.
  - *Nullitas*, ob *Defectum*;
    - Cauſâ Frigiditatis.
- De *Cauſis Teſtamentariis*;
  - *Teſtamenti Probatio, communi Formâ*;
    - Juramentum.
  - *Adminiſtratio abinteſtatò decedentis*;
    - Juramentum.
  - *Temeraria Adminiſtratio*;
    - Inſtitutio Actionis.
    - Sententia: Ejuſdem Executio.
    - Expenſæ.
  - *Teſtamenti Probatio, per Teſtes*;
    - Citatio, cum Intimatione.
  - *Declinatio Fori, et Probatio Juriſdictionis.*
    - Bona notabilia.
  - *Comparatio Manuum, ſeu Characterum*;
    - Comparatores.
  - *Inventarium* et *Computus*;
    - Actoris Intereſſe.
    - Computantis præſentia.
    - Formulæ Dictatio.
    - Beneficium Exhibitionis.
    - Juramentum Computantis generale.
    - Juramentum de minoribus Summis.
    - Commiſſio, pro Juramenti præſtatione.
    - Exceptiones.
    - Juſtificatio.
    - Literæ Acquietantiales.
  - *Curatores, Minores, Legatum*;
    - Minor ſeptem Annis.
    - Minor ſeptennium excedens.
    - Commiſſio, pro Curatore.
    - Procuratorium, pro Curatore.
    - Libellus Legati, pro Minore.
    - Cautio indemnificatoria.
    - Solutio Curatori.

OBSERVATIONES.

- De *Cauſis Teſtamentariis*;
  - *Legata*;
    - Citatio.
    - Teſtamentum celatum, *ſeu* ſuppreſſum.
    - Æqualis Diviſio.
    - Oblatio
      - *realis.*
      - *verbalis.*
      - *conditionalis.*
      - *Debitorum.*
    - Oblationis Recuſatio.
    - Plena Adminiſtratio.
- De *Cauſis Diffamationum*;
  - *Anni Lapſus, a Verborum Prolatione*;
    - Inſtitutio Actionis.
    - Conſtitutio Provincialis.
  - *Libellus famoſus*, ſeu *Diffamatio in Scriptis*.
    - Forma Libelli.
  - *Teſtium, in Exceptionibus Diffamatio*;
    - Inſtitutio Actionis.
    - Libellus.
    - Probatio unius.
    - Juſtificatio alterius.
  - *Reconventio*;
    - Mutua Petitio.
  - *Executio Sententiæ*;
    - Sententia.
- De *Provocationibus*;
  - *Declinatio Fori, Judicis ſuſpecti*;
    - Provocatio, *ante* Litis Ingreſſum.
    - Intimatio Provocationis, *ante* Litis Ingreſſum, interpoſitæ.
    - Cauſarum Provocationis Probatio.
- De *Recuſatione Judicis*;
  - *Declinatio Fori, Judicis ſuſpecti.*
    - *Poſt* Litis Ingreſſum, Recuſatio.
- De *Duplici Querelâ*;
  - *Reſcriptum Superioris, ad Inferiorem, pro Juſtitiâ miniſtrandâ*;
    - Juriſdictionis Devolutio.
- De *Appellationibus*;
  - *Appellatio, ab eodem, ad eundem*;
    - A Delegato, ad Delegantem.
    - A Foro Archiepiſcopi limitato, ad Officialem Principalem.
  - *Appellationes a Gravamine*, vel *a Sententiâ*;
    - Appellationis duo genera.
  - *Appellatio a Gravaminibus, in genere*;
    - Appellatio in Scriptis.
- De *Appellationibus*;
  - *Appellatio a Gravaminibus; in Specie.*
    - A Rejectione Allegationis.
    - Ab injuſtâ Excommunicatione.
    - A Dilatione Juſtitiæ.
    - Ab Expenſarum Taxatione.
    - Citatio contra Judicem, a Quo.
    - Proceſſus Judiciarius.
    - Conſenſus in Cauſâ principali.
  - *Appellatio a Sententiâ.*
    - Vinculum appellandi a Sententiâ.
  - *Appellatio, apud Acta; a Sententiâ*;
    - Appellatio, vivâ voce.
  - *Aſſignatio Apoſtolorum.*
  - *Aſſignatio ad recipiendum Apoſtolos.*
  - *Aſſignatio Apoſtolorum refutatoriorum.*
  - *Appellatio*;
    - in Scriptis, a Sententiâ.
    - in Scriptis, a Sententiâ, *vel* Decreto Interlocutorio, Sententiæ vim habente.
  - *Inſtrumentum Appellationis.*
  - *Adhæſio.*
  - *Inhibitio, et Citatio*;
    - E Curiis Archiepiſcopi.
    - E Curiâ Regiâ Delegatorum.
  - *Inhibitio, cum Abſolutione in diem.*
  - *Abſolutio ſimpliciter.*
  - *Attentata*;
    - *tempore latæ Sententiæ*;
      - Revocatio Sententiæ.
    - *poſt Inhibitionem*;
      - Revocatio Attentatorum.
  - *Decretum ad proſequendum*;
    - Proteſtatio.
    - Dimiſſio cum Expenſis.
  - *Comparitio Appellati*;
    - Proteſtatio.
  - *Libellus Appellatorius*;
    - Petitio Libelli.
    - Datio Libelli.
  - *Proceſſus Judicis, a Quo*;
    - Expenſæ Tranſmiſſionis.
    - Exhibitio Proceſſûs.
    - Compoſitio pro Proceſſu.

De

OBSERVATIONES.

- De *Appellationibus*;
  - *Exhibitio Appellationis.*
  - *Probationes.*
  - *Deſertio Appellationis.*
    - Terminus Juris.
    - Terminus Hominis.
    - Decretum ad dicendum cauſam.
    - Modus procedendi.
    - Allegatio.
    - Probatio.
  - *Deſertionis Impedimenta*;
    - Terminus Juris.
    - Terminus Hominis.
    - Proteſtatio.
    - Allegatio.
- De *Appellationibus*;
  - *Admiſſio in ſecundum Fatale*;
    - Annus ſecundus integer.
    - Pars Anni ſecundi.
  - *Executio rei judicatæ*;
    - Sors principalis, et Expenſæ.
  - *Sententia remiſſoria*;
    - Expenſæ.
  - *Executio Sententiæ remiſſoriæ*:
    - Expenſæ.
  - *Expenſarum Excuſatio.*
  - *Expenſarum Compenſatio*;
    - Duæ Sententiæ.
- De *Epiſcopis confirmandis*;
  - *Modus procedendi.*

TITU-

De Foro Competenti.

TITULUS XV.

De Juriſdictione *Judicum Curiarum de* ARCUBUS, et AUDIENTIÆ; *et in quibus caſibus* Pars citari poſſit *ad comparendum extra Diœceſin*, ſeu *Juriſdictionem, ubi habitat.*

Electio Fori.

I. QUIA, ut ſuprà dictum eſt (*a*), conſimiles Cauſæ tractantur in Curiâ de *Arcubus*, et *Audientiæ*, datur Actori *Electio Fori*; utrum (ſcilicet) Cauſam ſuam inſtituere voluerit in *Curiâ* de *Arcubus*, vel *Audientiæ* (*b*):

Citatio *exequi non poteſt*, extra Diœceſin:

II. Ita tamen, *ut nemo originaliter ſit citandus* (*c*) *ad comparendum extra Diœceſin*, ſive *Juriſdictionem Peculiarem in quâ moratur*; niſi in caſibus ſubſcriptis (*d*), videlicet:

Quædam *Exceptiones*; ſcilicet; *Poteſt*, [1] *In Lite pro Exceſſu*, ſeu *Neglectu, contra quemvis Juriſdictionem exercentem:*

III. *Niſi* LIS inſtituatur pro *Exceſſu commiſſo*, *Munereve neglecto*, vel *omiſſo* (contra fas, et æquum) per quemvis *Epiſcopum*, *Archidiaconum*, *Officialem*, *aliamve Perſonam Juriſdictionem Eccleſiaſticam habentem*; ſive per *ullum omnino* JUDICEM ECCLESIASTICUM:

[2] In *Appellationibus:* [3] In *Querelis:*

IV. Vel *niſi* in *Cauſâ Appellationis* procedatur:

V. Vel *niſi* agatur ex Cauſâ legitimâ, in quâ *alterutra Partium ſentiet*, *ſeu conqueretur*, *ſe gravatam et læſam*, per *Ordinarium Loci*, per ejus *Subſtitutos*, vel *Miniſtros*, poſt inceptam, vel inchoatam Litem quamcunque, coram eodem *Ordinario:*

[4] Quando *nollet Ordinarius procedere:*

VI. Vel *niſi* Epiſcopus, aliuſve Judex immediatus Ordinarius *non audeat*, vel *nollet procedere* contra Partem coram eo conveniendam:

[5] *Cùm Ordinarius habet Intereſſe:*

VII. Vel *niſi* Epiſcopus, aut ipſe Ordinarius Loci (ubi Cauſa ventilanda eſt) *prætenderit*, *ſeu habuerit*, *Intereſſe in hujuſmodi Negotio*, directè, vel indirectè:

[6] *Ubi ſit Renunciatio Juriſdictionis:*

VIII. Vel *niſi* Epiſcopus, aut alius inferior Judex habens Juriſdictionem Eccleſiaſticam, *ſuo proprio Juri*, *aut Titulo renunciârit*, vel (per quamcunque Commiſſionem) *rogaverit*, vel *requiſiverit* *Archiepiſcopum*, *ejuſve Officialem*, *aut Auditorem*, *quatenus ad ſe aſſumere*, *et debitè examinare*, *et terminare hujuſmodi Cauſam velit:*

[7] *Si ſiant Literæ Requiſitoriales:*

IX. Vel

OBSERVATIONES.

(a) *Ut ſuprà dictum eſt.*] Scilicet, in *Tit.* 5. §. 8.

(b) *Audientiæ.*] Vide *Operis Prolegom.* cap. 3. §. 11.

(c) *Originaliter ſit citandus*, &c.] De hoc, Vide *Statut.* 23. *Hen.* 8. cap. 9. Et *Canon.* (Anno 1603) 94.

(d) *Niſi in Caſibus ſubſcriptis*;] Actor ſequitur Forum Rei.

De Foro Competenti.

IX. Vel *niſi* Lis movenda ſit in *Cauſâ Subſtractionis Legati*, ubi *Teſtamentum* (ex quo petitur *Legatum*) fuerit probatum in *Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis:* Quandoquidem *Executor hujuſmodi Teſtamenti*, illud probando, *agnovit Archiepiſcopum eſſe Judicem ſuum, et in ejus Jurisdictionem conſentiit:*

[8] *In Cauſâ Legati, probato Teſtamento* in *Prærogativâ:* (Ratio)

X. Vel *niſi* Lis inſtituenda ſit tractanda *in iſtis caſibus* in quodam Titulo [*De Cauſis* (e) *tractandis in Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis*] mentionatis.

[9] *In Cauſis in Curiâ Prærogativæ tractandis.*

OBSERVATIONES.

(e) *In quodam Titulo, De Cauſis,* &c.] Vide *Tit.* 6. per totum.

TITULUS XVI.

Stylus Judicum.

De Stylo Judicis, et Curiæ de ARCUBUS, *in omnibus* CITATIONIBUS, COMMISSIONIBUS (*a*) *et* DECRETIS *quibuſcunque.*

I. JOHANNES BETTESWORTH *Legum Doctor*, *Almæ Curiæ Cantuarienſis de Arcubus London Officialis Principalis legitimè conſtitutus*, Univerſis, *et ſingulis* (*b*) *Clericis, et Literatis* (*c*) *quibuſcunque, in et per totam Provinciam Cantuarienſem, ubilibet conſtitutis*, SALUTEM; &c.

Stylus *Judicis* de *Arcubus*, in *Citatione:*

II. Sed quamvis uſu receptum ſit dirigere hujuſmodi Citationes tam *generaliter*, poteſt tamen JUDEX eas dirigere *uni particulari*, ſeu *Mandatario ſpeciali*;

Dirigitur *Generaliter*, et poteſt *uni* dirigi,

III. Et

OBSERVATIONES.

(a) *In omnibus Citationibus, Commiſſionibus,* &c. (b) *Univerſis et ſingulis,* &c.] 1 Cujuſcunque generis *Commiſſiones*, in Almâ Curiâ Cantuarienſi de *Arcubus*, prout etiam omnes *Citationes*, et *Decreta* quæcunque, *Nomine* JUDICIS ejuſdem Curiæ, cum ejus *Stylo*, ſeu *Titulo*, ſemper emanare ſolent.

2 In *Commiſſionibus* autem (utpote, vel ad jurandos et examinandos Teſtes; pro receptione Reſponſorum perſonalium Partis principalis; pro Scrutinio; et in ſimilibus) JUDEX Poteſtatem *quibuſdam perſonis ſpecialiter conſtitutis*, committere ſolet et non ita generaliter; *Univerſis et ſingulis*, &c.

(c) 1 *Clericis, et Literatis,* &c.] In *Decretis* autem, ſeu *Monitionibus*, pro Solutione Expenſarum, *ſeu* Sortis principalis (id eſt; rei adjudicatæ) *vel* in caſibus ſimilibus, *ſub pænâ Excommunicationis*, Ille JUDEX, e Stylo dictæ Curiæ, hoc modo, loquitur:

2 UNIVERSIS *et ſingulis Rectoribus, Vicariis, Capellanis, Curatis, Clericis, et Literatis quibuſcunque, in et per totam Provinciam Cantuarienſem, ubilibet conſtitutis*; Salutem: &c.

3 Et poſtea, cùm venerit (in Formulâ) quoad *Partem* (juxta Decretum prædictum, infra tempus limitatum, *aut* Expenſas, *vel* Rem adjudicatam non ſolventem) *pro Excommunicatâ, denunciandam*, repetuntur hæc Verba, ſcilicet;

4 VOBIS *igitur univerſis et ſingulis Rectoribus, Vicariis, Capellanis, Curatis, et Clericis prædictis* (omiſſis his Verbis, *et Literatis*) *conjunctim et diviſim committimus, ac firmiter injungendo mandamus*; &c.

Stylus Judicum.

Ad comparendum *tertio*, (&c.) *poſt*,

(Juxta Diſtantiam)

Si Juridicus, &c.

III. Et non ſolet JUDEX, in *Citationibus* hujuſmodi, ſtatuere certum aliquem diem Comparitionis Partis Reæ, ſed generaliter *ad comparendum coram Nobis, aut alio dictæ Curiæ Præſidente quocunque, in Eccleſiâ Beatæ Mariæ Virginis de Arcubus London, tertio* [*quarto, ſexto, octavo, decimo, decimo quinto, ſeu vigeſimo*] *die poſt Citationis hujuſmodi Executionem* (juxta diſtantiam habitationis Partis Reæ conveniendæ, a loco Judicii) his adjectis verbis; *Si Juridicus fuerit, alioquin proximo die Juridico, extunc ſequente, horâque Cauſarum conſuetâ* (*d*).

Si *ſpeciali* committitur Mandatario, *dies certus* inſeritur.

IV. Et nota, quòd cùm JUDEX *Mandatario ſpeciali*, committit Poteſtatem (*e*) quemquam citandi, ſolet etiam deſignare *diem certum* (*f*), et *horas definitas* Comparitionis Partis Reæ (videlicet) *tali die menſis* N. *et inter tales horas*, omiſſis his verbis; *Si Juridicus fuerit*, &c. ut ſuprà.

OBSERVATIONES.

(d) 1 *Horâque Cauſarum conſuetâ.*] Praxis, inter Nos, quotidiana talis eſt; Quòd in *communibus Citationibus* (quæ, ſcilicet, emanare ſolent *abſque Decreto Judicis*) nullus exprimitur *certus*, aut *ſtatutus dies*, pro Partis citandæ Comparitione; *Sed*, hoc modo, concipiuntur hujuſmodi *Citationes*, Videlicet;

2 VOBIS *conjunctim, et diviſim, committimus, ac firmiter injungendo mandamus, quatenus citetis, ſeu citari faciatis, peremptoriè, præfatum* N. *quòd compareat coram Nobis, noſtrove Surrogato, aut alio Judice in hâc parte competente quocunque, in Aulâ communi Hoſpitii Dominorum Advocatorum, infra Parochiam Sancti Benedicti, prope Ripam Paulinam London, notoriè ſituatâ, Tertio* [quarto, vel alio, juxta loci diſtantiam] *die poſt Citationem hujuſmodi ei in hâc parte factam, ſi Juridicus fuerit, alioquin proximo die Juridico, extunc proximè ſequente, horis Cauſarum, ibidem, ad Jure reddenda conſuetis.*

(e) *Mandatario ſpeciali committit Poteſtatem.*] Diriguntur tam omnes *Citationes ordinariæ* (ſcilicet ad comparendum tertio, vel alio die poſt; ſi juridicus, &c.) quàm *omnia Decreta Citatoria ſpecialia* (videlicet, ad comparendum in diem certum) haud uni *Mandatario ſpeciali* (prout ſuprà dicitur) ſed hodie; *Univerſis et ſingulis*, &c.

(f) *Solet etiam deſignare diem certum*, &c.] Modò Decretum hujuſmodi Citatorium *ſpeciale* ad petitionem Procuratoris obtinetur, et ex ſpeciali Judicis, ejuſve Surrogati, Mandato emanare ſolet, *ad comparendum, in tali loco, die tali* (ſcilicet, talis Hebdomadæ, et talis Menſis) *inter tales horas* (antemeridianas, vel pomeridianas) *ejuſdem diei*; tunc autem omittuntur illa Verba; *ſi Juridicus fuerit, alioquin*, &c: Et illa Verba; *Horis Cauſarum, ibidem, ad Jura reddenda, conſuetis.*

TITULUS XVII.

De Stylo Judicis, et Curiæ AUDIENTIÆ *Cantuarienſis* (*a*), *in omnibus* CITATIONIBUS, *&c.*

Citationes, cæterique Proceſſus quomodo formantur, in *Audientiâ* Archiepiſcopi,

I. OMNES Citationes, Decreta, et reliqui Judiciarii Proceſſus quicunque concipi ſolent, Nomine, et Stylo *Reverendiſſimi Archiepiſcopi Cantuarienſis*, et dirigi ut (ſuprà) in Curiâ de *Arcubus*, ad

OBSERVATIONES.

(a) *Curiæ Audientiæ Cantuarienſis.*] Vide *Operis Prolegom.* cap. 3. §. 11.

ad comparendum coram *Reverendiſſimo, aut Curiæ ſuæ Audientiæ Cantuarienſis Cauſarum et Negotiorum Auditore quocunque, in Eccleſiâ Cathedrali Divi Pauli London, locoque Conſiſtoriali ibidem, tertio* (*quarto* &c.) *die poſt Citationem* [ut ſuprà, in proximo præcedenti Titulo.]

Stylus Judicum.

Tertio, &c. poſt:

II. Et *Auditor* poteſt (ex cauſis) aut Mandatum Citatorium dirigere *Mandatario ſpeciali*, aut *diem certum*, et *horas certas* Comparitionis Partis citandæ, conſtituere [*ut in dicto præcedenti Titulo pleniùs eſt videri*].

Aliquando *ſpecialiter*, et ad *diem certum*.

TITULUS XVIII.

De Stylo Judicis, et Curiæ PRÆROGATIVÆ CANTUARIENSIS, *in omnibus* CITATIONIBUS, *&c.*

I. SIMILITER omnes *Citationes*, et *Decreta* quæcunque *Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis* emanare ſolent Nomine REVERENDISSIMI (*a*), *ad comparendum* [*in Eccleſiâ Cathedrali* (*b*) *Divi Pauli London, locoque Conſiſtoriali ibidem*] *tali die*, ut ſuprà, *coram Reverendiſſimo* (*c*), *aut Curiæ ſuæ Prærogativæ Cantuarienſis Cuſtode, Magiſtro, aut Commiſſario:*

Citationes concipiuntur, in *Prærogativâ*, Nomine *Archiepiſcopi*;

II. Solet tamen *Judex Curiæ Prærogativæ* (ex cauſis) *diem*, et *horas certas* exprimere in Citatione (*d*), pro Comparitione *Partis Reæ*.

Aliquando ad *diem certum*.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Nomine Reverendiſſimi.*] *Citationes* et *Decreta*, cæterique *Judiciarii Proceſſus* quicunque, in Curiâ *Prærogativæ Cantuarienſis*, cum hoc Stylo, incipiunt:

2 JOHANNES *Providentiâ divinâ Cantuarienſis Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas et Metropolitanus:*

3 Et, hoc modo, diriguntur *Citationes:*

UNIVERSIS *et ſingulis Clericis et Literatis quibuſcunque, in et per totam Provinciam noſtram Cantuarienſem, ubilibet conſtitutis*, SALUTEM; *&c.*

(b) *In Eccleſiâ Cathedrali*, &c.] Citantur Partes, ex Stylo *Curiæ Prærogativæ* hodierno, ad comparendum *in Aulâ communi Hoſpitii Dominorum Advocatorum, infra Parochiam Sancti Benedicti, prope Ripam Paulinam London, notoriè ſituatâ.*

(c) 1 *Coram Reverendiſſimo.*] Modò ad comparendum, coram dictæ Curiæ *Judice*, prout ſequitur, videlicet;

2 VOBIS, *&c. mandamus quatenus citetis, ſeu citari faciatis peremptoriè*, N. *quòd compareat coram Venerabili Viro* JOHANNE BETTESWORTH, *Legum Doctore, Curiæ Prærogativæ noſtræ Cantuarienſis Magiſtro Cuſtode, ſive Commiſſario, legitimè conſtituto, ejuſve Surrogato, aut alio Judice, in hac parte competente, quocunque, in Aulâ*, &c.

(d) *Diem, et horas certas exprimere in Citatione.*] Non in *communi Citatione*; ſed in *Decretis Citatoriis.*

Citatio primaria.

TITULUS XIX.

De CITATIONE *originali, ſive primariâ.*

De *Citatione*, et *Inhibitione*:

I. IN *Curiis ſupradictis*, CITATIONES originales, ſive primariæ, et INHIBITIONES a Sententiis definitivis, et a Gravaminibus, per Judices inferiores (qui dicuntur Judices, a quibus eſt appellatum) latis et illatis, ſine difficultate (*a*), per Judices de *Arcubus*, et *Audientiæ* (*b*), concedi ſolent:

Modus eaſdem obtinendi:

II. Pars enim, aut Procurator ejus, *Judicem* adibit, cum *Citatione*, et *Inhibitione* (in ſcriptis conceptis, et ad Sigillum paratis) *Qui requiſitus*, Sigillum Officii ſui apponi, mandare ſolet (*c*):

Per *quos* concipiuntur?

III. Nota; quòd antiquitus, per hos Centum annos (ut ex Archivis Curiæ de Arcubus apparet) omnes *Citationes*, et *Inhibitiones* concipi

OBSERVATIONES.

(a) *Sine Difficultate.*] Niſi fuerit appellatum *a Sententiis Excommunicationis*; nam tunc petenda eſt *Abſolutio* [prout in *Tit.* 304;] et *Expenſæ, apud Acta, deponendæ ſunt.* [Vide *Tit.* 45, 46.]

(b) *Audientiæ.*] Vide *Operis Prolegom.* cap. 3. §. 11.

(c) 1 *Sigillum Officii ſui apponi, mandare ſolet.*] *Citationes primariæ* (ad comparendum tertio, vel alio, die poſt Executionem, ſi Juridicus, alioquin abinde proximo Juridico) ſine Judicis Interpellatione (utì Mos obtinuit) emanare ſolent, ſub Sigillo; *Inhibitiones* autem, cum *Citationibus primariis*, in eiſdem, inſertis (etſi ad comparendum, tertio poſt, ut ſuprà) ſicuti *Citationes* etiam *primariæ* ubi *quid ſpecialiter* allegandum eſt, vel *ad comparendum, in diem aliquem particularem* (talis Septimanæ, vel Menſis) non niſi ex *Decreto Judicis ſpeciali*, juxta Praxin hodiernam, ſub Sigillo, procurantur:

2 Pro quibus *(ſcilicet)* obtinendis, comparere ſolet Procurator, coram *Domino Curiæ Judicante* (ejuſve *Surrogato*) in ejus Muſæo, vel alibi infra Juriſdictionem ſuam, et (in præſentiâ Regiſtrarii, vel, eo abſente, alii Notarii Publici) exhibere Procuratorium ſuum pro tali Perſonâ (ad cujus Inſtantiam tale Decretum Citatorium petendum eſt) et facere ſe partem pro eâdem, et allegare totam facti materiam: Unde *Dominus*, ad ejus petitionem (ſi, de jure, nil obſtet) decernere ſolet, Partem Ream citandam fore, prout petitur:

3 Quæ omnia (ſicut ita geſta ſint, in Actu Curiæ, per extenſum concepta) per eundem Regiſtrarium, ſeu Notarium, atteſtari debent: Et (Actu prædicto penes Regiſtrum relicto) *Decretum* hoc *Citatorium*, ubi Actuarius eſt per eum atteſtatur, in dorſo (ſcilicet) *idem cum Actis Curiæ concordare:* et Regiſtrarius dictæ Curiæ, in pedem Inſtrumenti hujuſmodi Citatorii, ſubſignare ſolet: His peractis, Sigilli (Judicis Officii) appoſitione munitur.

4 Præter has Citationes Originales, et Decreta citatoria primaria, necnon Inhibitiones, ſunt etiam alia Decreta (tam Citatoria, quàm Monitoria) pendente Lite, neceſſariò, diverſis in caſibus, occurrentia: Quæ omnia, ex ſpeciali Judicis (aut Surrogati) Mandato, ad Procuratoris (in Actis Curiæ) petitionem, obtineri debent: Nempe, Decretum (ut appellatur) viis et modis; Decretum in Negotio Contemptûs Juris, et Juriſdictionis; Decretum (ut appellatur) perſonale (videlicet, pro Reſponſis Partis principalis) Decretum Compulſoriale (ſeu contra Teſtes Compulſorium, ad ſubeundum Examen) Decretum ad exhibendum omnia Scripta; ad videndum ulteriorem Proceſſum; ad proſequendum Appellationem; vel ad dicendum Cauſam quare non debeat pro deſertâ declarari; Monitio ad oſtendendum bona, ad introducendum Sortem principalem; ad videndum ulteriorem Proceſſum; pro Expenſis Alimoniæ; vel retardati Proceſſûs, Ad peragendum Pœnitentiam; ad ſolvendum Expenſas Litis; pro Proceſſu; pro omiſſis; vel pro originalibus tranſmittendis; Et cùm Judices reſcribere ſolent per viam Duplicis Querelæ, et ſimilia.

concipi ſolent *per Procuratores de Arcubus* (*d*), [et non per Appa- ritores, Solicitatores, et alios imperitos (quod his diebus eſt quoti- dianum) in Dedecus dictarum Curiarum, et multoties in Damnum, et Præjudicium Litigantium.] *Citatio Primaria.*

OBSERVATIONES.

(d) *Per Procuratores de Arcubus.*] Citationes, et Inhibitiones, hodie per *Procuratores* ſolummodo concipiuntur.

TITULUS XX.

Quæ continentur in CITATIONE *primariâ, ſeu originali.*

I. IN *Citatione originali* contineri debent *Nomen* JUDICIS [et *Commiſſio* JUDICIS ſi ſit *Delegatus* (*a*), et non *Judex Ordinarius*] et cujus *Curiæ* (*b*) ſit JUDEX; *Nomen* ACTORIS; *Nomen* REI (*c*); CAUSA ob quam *Lis* inſtituenda ſit; LOCUS *Comparitionis* REI (*d*); et DIES *Comparitionis* (*e*) (videlicet) *Tertio* *De Contentis in Citatione.*

OBSERVATIONES.

(a) *Si ſit Delegatus.*] In *Citatione primariâ* (cum Inhibitione) *in ſupremâ Curiâ Delegatorum Regiorum*, ſemper inſeritur *tenor Commiſſionis Delegationis.*

(b) *Cujus Curiæ.*] Nequis in pluribus Curiis, ſuper eodem Crimine, cogatur reſpondere. Vide *Can.* (An. 1603.) 121.

(c) 1 *Nomen Rei.*] Nequà Citatio, niſi expreſſis citandorum Nominibus, e Curiis emittatur. Vide *Can.* 120.

2 MAGNATES citari ſolent, *More Nobilium* (ut dicitur) per *Literas miſſivas*, manu *Judicis* ſubſcriptas.

3 MINOR, infra *viceſimum primum* Ætatis ſuæ annum, non poteſt comparere, quia *non eſt habilis Perſona ſtandi in Judicio*; debet itaque citari, *quòd legitimè compareat*; quæ ſunt Verba Citationis:

4 Ex hoc autem intelligitur, ad comparendum *per Curatorem, ſeu Guardianum ſibi legitimè* (ſcilicet per Judicem competentem) *aſſignatum.*

5 CORPUS item POLITICUM (ſcilicet Decanus et Capitulum, Collegium, Major et Communitas alicujus Civitatis) quoniam ex diverſis componitur Perſonis, eſtque quaſi Multitudo, *quòd compareat per Syndicum, ſufficienter conſtitutum*, citari debet. [De quo Syndico, vide *Tit.* 22. per totum.]

6 In Cauſis MATRIMONIALIBUS *Inhibitio* nonnunquam, unà cum *Intimatione*, inſeritur *Citationi*, ne Pars citata, pendente Cauſâ, Matrimonium cum alio quocunque contrahat, ſeu contractum ſolemnizet. [De hoc, Vide *Tit.* 198. per totum; et *Tit.* 202. §. 3, 4, 5.]

7 CITATIONES EDICTALES aliquando emanant, non contra *unum aliquem*, ſed contra *univerſum genus hominum* (nominatis aliquibus in ſpecie) *Intereſſe in Cauſâ habentium*; non *peremptoriè* ut compareant, ſed (ita demum) *ſi ſua putaverint Intereſſe*; quibus inſeritur *Intimatio*; nempe, ut ſciant citati, quòd *ſive venerint, ſive non, Judex intendit in Cauſâ procedere, juxta Juris exigentiam*:

8 *His utimur*, in Cauſis Probationis Teſtamenti, per Teſtes; in Cauſis Computi; Conceſſionis Adminiſtrationis; et aliis hujuſmodi; *ubi Judex procedit in pœnam non comparentium.*

(d) 1 *Locus Comparitionis Rei.*] Scilicet; Locus Judicialis, in quo Reus comparere teneatur.

2 *Judices* ſolent *invicem*, et *ſub mutuæ viciſſitudinis obtentu*, ſe nominare, in *Citationibus*, et *aliis Mandatis exequendis*; Ac proinde ſi Pars agens habitaverit extra Juriſdictionem Judicis, ubi litigatur, et Judex pro ejus Comparitione decernat, petendum eſt, ab Ordinario ubi habitat (per viam Requiſitionis) ut is eum citare velit, ut coram Judice, ubi agit, die ſtatuto, compareat: quòd ſi neglexerit, petendum eſt rurſus, eodem modo, ut excommunicetur.

(e) *Et dies Comparitionis.*] Citatio continet, apud *quem*, quo *loco*, quo *tempore*, quo *agente*, et ob quam *cauſam*, ſiſti Reum oporteat.

Citatio Primaria.

tio die poſt Executionem Citationis (ſi intra Civitatem London, et Suburbia ejuſdem, Pars citanda habitet, vel tempore Executionis ejuſdem fuerit) *alioquin* (ſi extra Civitatem London, et Suburbia ejuſdem) *quarto, ſexto,* &c. (juxta Loci diſtantiam) his adjectis Verbis, *ſi Juridicus fuerit, alioquin proximo die Juridico, quo Judicem ad Jura reddenda, horâ Cauſarum conſuetâ, pro Tribunali ſedere contigerit* (*f*) *:* [ut in Titulo, *De Stylo Judicis* (*g*), *et Curiæ de Arcubus,* &c.]

OBSERVATIONES.

(f) 1 *Pro Tribunali ſedere contigerit.*] Juxta Formam hodie uſitatam, *ad comparendum* [tali loco] *tertio* [ſeu alio] *die, poſt Executionem Citationis hujuſmodi* [aliàs; poſt Citationem hujuſmodi ei, in hâc parte, factam] *ſi Juridicus fuerit; alioquin proximo die Juridico, extunc proximè ſequente, horis Cauſarum, ibidem, ad Jura reddenda, conſuetis.*

2 Ex cauſâ, ſolet etiam *Judex* conſtituere *certum diem* Comparitionis Rei: [talem, ſcilicet Septimanæ, vel Menſis diem;] Et hoc plerumque fit quoad *Diem Extraordinarium,* alioſque *poſt* Terminum *Dies,* pro Cauſarum Auditione, *ſpecialiter aſſignatos:*

3 At (pro Expeditione) nonnunquam etiam ſtatuitur in *pleno* Termino *Dies certus Comparitionis;* cùm Partem Ream citandam fore Res poſtulaverit, *ad comparendum Die aliquo Juridico,* citiùs forſan adſtante, quàm abinde *triduo.*

4 Hujuſmodi *Citationes,* ad ita comparendum, *in certum aliquem Diem* (ſeu Citationes ex cauſis, coram Judice, *ſpecialiter* allegatis) obtentæ, *Decreta* vocantur *Citatoria;* quia ex ipſius *Judicis,* ejuſve *Surrogati,* Decreto *ſpeciali* (et non aliter) ſub Sigillo obtinentur.

5 Nota verò; quòd hujuſmodi *Decreta Citatoria* (ex ipſius *Domini Judicantis,* aut *Surrogati* Mandato emanantia) non, in omni caſu, concipi debent, *ad comparendum aliquo die certo;* ſed nonnunquam (præcipuè in pleno Termino) Pars, eorundem tenore, citari ſolet, *ad comparendum tertio* [quinto, &c. vel alio] *die poſt Executionem, ſi Juridicus fuerit, alioquin proximo die Juridico, extunc proximè ſequente,* &c: ſcilicet, nunc *hoc,* nunc *illo* modo; prout meliùs videbitur, *Judici,* annuere Petitioni Procuratoris.

(g) *Ut in Titulo, de Stylo Judicis,* &c.] Vide *Tit.* 16.

Executio Citationis.

TITULUS XXI.

De modo exequendi CITATIONES *Primarias.*

Mandatarius quis idoneus?

I. QUIVIS *Literatus* (licèt non intelligat Linguam Latinam) dicitur, et admittitur, ex longo uſu, *Idoneus* (in hâc parte) *Mandatarius* (*a*)*:* Oportet tamen, ut ſit *Literatus,* ita quòd poſſit Literas ſcriptas, vel impreſſas, legere.

Modus *Executionis* Citationis.

II. *Mandatarius* debet oſtendere, *Reo citando,* Mandatum Citatorium, ſub Sigillo *Judicis* communitum, et, Virtute ejuſdem, debet citare Partem Ream, *ad comparendum talibus die et loco* (in Mandato

OBSERVATIONES.

(a) *Idoneus, in hâc parte, Mandatarius.*] Citatio vocatur, in Actis Curiæ, *Mandatum Originale:* Unde *Nuncius literatus,* cui committitur hujuſmodi *Mandatum,* ad Reum citandum, dicitur *Mandatarius.*

Mandato prædicto expreſſis) *et coram tali Judice, ad reſpondendum N: in tali Cauſâ.* *Executio Citationis.*

III. Si *citatus* petierit *Copiam* hujuſmodi Citationis, tenetur *Mandatarius* eandem ſibi tradere, caſu quo ſolvere voluerit, pro eâdem, *ſex denarios*, ſi ſit uſualis, vel ordinaria Citatio (Utpote ad reſpondendum in Cauſâ *Subſtractionis Decimarum*, *Diffamationis*, vel *Legati*, &c.) Sed ſi ſit Citatio extraordinaria, continens *Inhibitionem*, vel *Intimationem*, atque ita magis prolixa, ac plura in ſe habens, tunc *duodecem denarios*, pro *Copiâ ejuſdem Citationis* (*b*), *citatus ſolvet*, *ſi eam habere velit.* *Copia Citationis* quando danda? *Pro eâ*, quid ſolvendum?

TITU-

OBSERVATIONES.

(b) 1 *Pro Copiâ ejuſdem Citationis.*] Jam (ex uſu quotidiano) *Citationis Effectus*, per Procuratorem (hujuſmodi Citationem, ſub Sigillo, extrahentem) in Linguam redditur Vernaculam, et *Notula* vocatur *Anglicana*; cumque *Citatione originali*, traditur Mandatario; Qui Mandatum idem Originale debitè exequatur, *oſtendendo Citationem Reo*, ſub Sigillo Judicis Officii, et *Notulam Anglicanam* prædictam, loco *Copiæ Citationis* (pro More nunc uſitato) *penes Reum (antedictum) relinquendo.*

2 Sin autem non inveniatur *Reus*, ut *perſonaliter* (tali modo, quo ſuprà) *citetur*, Vi *Originalis Mandati*; concedenda ſit etiam *altera Citatio*, quam *Viis et modis* appellant: Quæ vel *perſonaliter*, vel *Publicæ Citationis Edicto*, ſit exequenda: Nempe; ſi *Reum* MANDATARIUS *perſonaliter* apprehenderit, per *Oſtenſionem ejuſdem* (ut præfertur) ſub Sigillo, *peneſque* REUM *veræ Copiæ* (per Procuratorem, Mandatario traditæ) *relictionem*: Alioquin hujuſmodi *Citatio*, *Viis et modis*, vel *Oſtio Ædium* privatarum REI, vel *Valvis Templi* (Foribus exterioribus Eccleſiæ Parochialis) *Die aliquo Dominico, ſeu Feſtivo* (inter Divinorum Solennia, dum major, ibidem, ad Divina audienda, adfuerit Populi Multitudo) per aliquantulum temporis (utputà, circa ſemihoram) affigitur, veraque ejuſdem *Copia* (per Procuratorem Mandatario tradita) per eundem Mandatarium *ibidem* (in loco, ſcilicet, Originalis) *dimittitur*; et ex hiſce, ita peractis, *Publicæ Citationis* (utì dicitur) *Edicto*, REUS debitè admonetur, *ut Judicio ſe ſiſtat.* [Vide *Tit.* 23. *De modo obtinendi Citationem, quæ dicitur Citatio, ſeu Decretum, Viis et modis:* Ac etiam *Tit.* 24. *De modo exequendi Citationes illas, quæ dicuntur Citationes, Viis et modis.*]

3 *Citationes* etiam *Primariæ* quædam ſunt *Edictales*; quæ nimirùm exequuntur per *Publicum* (utì dicitur) *Citationis Edictum*; hujus generis ſunt:

4 *Citatio Primaria* contra *Decanum et Capitulum Eccleſiæ Cathedralis:* Cujus Executio debitè ſit, per *affixionem* ejuſdem, aliquandiu, in *Foribus Domûs Capitularis Decani et Capituli*, et, ejuſdem, *Copiæ relictionem:* [Prout ſit in Executione Citationis, ſeu Decreti, *Viis et modis:*]

5 *Citatio Originalis* contra *Præpoſitum, Socios et Scholares Collegii:* Quæ exequi debet, per *affixionem* ejuſdem in *Foribus exterioribus* ejuſdem Collegii, *Copiâ* (ut ſuprà dicitur) *relictâ:*

6 *Citatio primaria* contra *Majorem, et Communitatem alicujus Civitatis:* Quæ executa eſt, per *affixionem* ejuſdem in *Prætorio ſolito*, vel in *Foribus Excambii* dictæ Civitatis, *relictâ Copiâ*; [ut ſuprà:] *De his*, Vide *Titulum* proximè ſequentem.

† 7 *Aliæ* quædam etiam *Primariæ* ſunt *Citationes Edictales: Citatio* (ſcilicet) tam contra *Partem Ream*, quàm *aliam Perſonam* Intereſſe in Cauſâ habentem, *in partibus tranſmarinis commorantem:* Cujuſmodi Citationis Executio fieri ſolet, per *affixionem* ejuſdem, aliquandiu, ſuper *unâ Columnarum Regalis Excambii*, vel in *Frontiſpicio alii Loci inſignis*, ubi Concurſus publicè haberi ſolet Mercatorum, indiès illuc confluentium; *Copiâ* poſtmodum ibi *relictâ:*

8 *Citatio Primaria*, cum *Intimatione*, in *Cauſâ Sedili*, ſeu *pro Jure ſedendi in Eccleſiâ*; Vel *ad Facultatem*, ſeu *Licentiam obtinendam*, *pro Loco Sepulturæ* (vel in Eccleſiâ, ſeu Cœmeterio) debet emanare contra *Miniſtrum, Guardianos*, ſive *OEconomos Eccleſiæ parochialis*, ac *omnes* etiam *Inhabitantes Parochiæ:* Hujuſmodi *Citationes Primariæ*, ſub hoc igitur modo, ſunt exequendæ; Nimirùm, *in Eâdem Eccleſiâ*, Die *Dominico*, ſeu *Feſtivo*, *tempore Divinorum*, *palàm perlegi*, ſeu *publicari ſolent:* Unde *quilibet* JUS, aut TITULUM, quoad *Rem petitam*, aut *Litem inſtituendam*, habens (ſi ſuum putaverit Intereſſe) juxta tenorem ejuſmodi Citationum, *comparere monetur*; ſin autem *comparere non curaverit*, JUDEX (in pœnam ſic citatorum, et intimatorum) ex parte *Actoris*, procedere ſolet, *ipſorum Abſentiâ*, ſeu veriùs *Contumaciâ*, nihilominus obſtante.

9 *Citatio*

Executio Citationis.

OBSERVATIONES.

9 *Citatio* verò, ſeu *Decretum Citatorium*, pro *Reſponſis* (poſt Litis Conteſtationem) *perſonalibus Partis principalis*, exequi ſolet, vel, in *Partem ipſam principalem*, per *Oſtenſionem ejuſdem*, ſub Sigillo Judicis Officii, et *relictionem Notulæ* (ad effectum ejuſdem) *Anglicanæ*; vel, ut ſuprà, *Viis et Modis:* Aut aliter *Vi Clauſulæ cujuſdam*, in ipſo Decreto (cùm ita petatur a Judice) *ſpecialiter inſerendæ*, ſolummodo nonnunquam exequi ſolet in *Procuratorem originalem* in Cauſâ, pro dictâ Parte, exercentem; *oſtendendo*, ſcilicet, *eidem Procuratori, Decretum hujuſmodi* pro *Reſponſis*, ſub Sigillo; et *veram*, penes eum, *relinquendo Copiam ejuſdem.*

TITULUS XXII.

De CITATIONE, *et modo* Executionis *ejuſdem*, contra *Decanum et Capitulum*, vel *Præpoſitum*, *Socios*, *et Scholares Collegii*, vel *aliquam aliam* Communitatem.

Decanus et Capitulum, Collegium, aut Communitas, *perſonaliter citari nequeunt:* Ratio.

I. SI cui competit *Actio* (aut Legati, aut Subſtractionis Decimarum, vel conſimilis Cauſæ) contra *Decanum et Capitulum*; vel *Præpoſitum*, *Socios*, *et Scholares Collegii*; vel *aliam quamcunque Communitatem* (quia, ratione *Multitudinis*, facilè conveniri, aut citari, ſaltem perſonaliter, non valeant) concipienda eſt, in his caſibus, *Citatio*, in hunc modum; Videlicet:

Forma *Citationis* (in hoc caſu) Per *Affixionem*;

II. CITETIS *Venerabilem Virum* N. *Decanum* ECCLESIÆ CATHEDRALIS M. *et ejuſdem Eccleſiæ Capitulum:* Vel ſic [N. *Præpoſitum, ac Socios, et Scholares* COLLEGII M:] Vel ſic [*Majorem, et Communitatem* CIVITATIS LONDON:] *per affixionem Præſentium* (*a*), *in Foribus Domûs* CAPITULARIS *Decani et Capituli:* Et ſimiliter [*in Foribus exterioribus illius* COLLEGII, contra cujus *Præpoſitum*, *&c.* Cauſa ſit inſtituenda:] Quoad *Majorem*, &c; [*per affixionem in* PRÆTORIO, *ſeu Loco uſitato, et ſolito ad Jus dicendum, qui dicitur* GUILDHALL: Vel, *in Foribus exterioribus* REGALIS EXCAMBII, *ubi communiter habetur recurſus Civium, etiam Aldermannorum dictæ Civitatis*;]

Aliiſque *viis* et *modis:*

III. Adjectis etiam, in omni *Citatione* hujuſmodi, his Verbis: *Aliiſque Viis et modis, quibus meliùs Notitia hujuſmodi Citationis, ad citandorum aures, de veriſimili, pervenire poſſit.*

Intimatio prævia (Urbanitatis ergô) *Citationis hujuſmodi:*

IV. Solent tamen *Litigantes* contra *hujuſmodi Perſonas* (ex gratiâ, et urbanitate) *ante* Executionem hujuſmodi Citationis, *intimare* hanc Citationem *Decano*, vel *alii ex Capitulo*; necnon *Præpoſito Collegii*;

OBSERVATIONES.

(a) *Per affixionem Præſentium.*] Scilicet, *Citationis originalis*; ubi, aliquandiu, manebit illa Citatio originalis *affixa*; cujus in loco, *reaſſumptæ*, dimittenda eſt *vera* ejuſdem *Copia:* Prout fit in Executione Citationis, ſeu Decreti, *Viis et modis.*

Collegii; vel *Majori Civitatis*; et *ſignificare*, quòd intendunt hujuſmodi *Litem*, contra *eos*, inſtituere;

Executio Citationis.

V. Et ſi (hâc *Intimatione* non obſtante) *non comparuerint*, per eorum *legitimum* SYNDICUM, proximo Juridico, *Liti prædictæ reſponſuri*; tunc poteſt *exequi*, modo præmiſſo, hujuſmodi *Citatio*.

Executio poſtmodum *ejuſdem*.

VI. SYNDICUS (*b*) eſt Ille, qui *Mandatum* habet a *Decano et Capitulo*, ſeu *Communitate*, ad *Negotia*, et *Lites*; et, plerumque, ad *conſtituendum Procuratorem* exercentem ejuſdem *Curiæ*, in quâ inſtituitur *Actio*: Poſſunt etiam hujuſmodi Perſonæ *hunc Procuratorem*, in eorum SYNDICUM, conſtituere.

Syndicus, quis dicitur?

VII. Et notandum eſt; quòd, in omni *Citatione* hujuſmodi, *Perſonæ* reſpectivè prædictæ *citandæ ſunt*, non quòd compareant *perſonaliter* (ut in Citatione ordinariâ) ſed *quòd compareant per eorum* SYNDICUM, *ſufficienter inſtructum, et legitimè conſtitutum*: Nam, quoad *has Perſonas*, non valet *generale*, aut *uſuale* PROCURATORIUM [De *Quo* fit mentio, in Titulo (*c*), *Quid ſit Procuratorium, ad Lites; et Conſtitutio Procuratoris, apud Acta, coram Judice, vel, extrajudicialiter, coram Notario Publico, quomodo fiat.*]

In hoc caſu, non fit *Citatio* ad *perſonaliter* comparendum, ſed *per Syndicum*:

Hìc *uſuale* non valet *Procuratorium*.

OBSERVATIONES.

(b) *Syndicus*] ita dicitur, a græco verbo συνδικεῖν, adeſſe, patrocinari, defendere.

(c) *De Quo fit mentio, in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 48.

Decretum Viis et modis.

TITULUS XXIII.

De modo obtinendi CITATIONEM, *quæ dicitur Citatio*, ſeu *Decretum*, Viis *et* modis.

I. SI *Citandus* latitet, vel *ſe* abſentet, *quò minùs citari poſſit* (licèt *Mandatarius*, in eâ parte, ad effectum citandi *eum*, debitam adhibuit Diligentiam) *certificanda eſt hæc Citatio*: videlicet;

Citandus latitat; *certificanda eſt Citatio*,

II. *Perſonaliter per ipſum Mandatarium*: [Ut in Titulo (*a*), *De Certificatorio Executionis Citationis*, habetur]

Per Mandatarium *perſonaliter*,

III. Vel, *per Certificatorium authenticum*: [Ut in Titulo tam prædicto (*b*), quàm ſequenti (*c*), *Quid ſit Certificatorium authenticum*, plenè videri eſt.]

Vel, per *Certificatorium Authenticum*:

IV. In quo, quidem, *Certificatorio* continebitur, *quibus Diebus, ac in quo Loco* [utpote, apud *Ædes*, vel *Eccleſiam parochialem Partis*

Quæ continentur in *Certificatorio* hujuſmodi *Authentico*?

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo*, &c. Vide *Tit.* 25. §. 1. 3, 4.

(b) *Ut in Titulo tam prædicto.*] 25. §. 2, 3, 4.

(c) *Quàm ſequenti.*] *Tit.* 26. per totum.

Decretum Viis et modis.

Partis citandæ; vel (ſi Reus non habet certum Domicilium) *ubi frequentari ſolebat*] *Ille Mandatarius quæſivit Partem Ream, ad effectum eam citandi; et quòd ita latitavit, quò minùs eam perſonaliter apprehendere potuit:*

Forma *Allegationis* (apud Acta) *Procuratoris*, Citationem primariam *exhibentis*; ad *petendum* Citationem *Viis* et *modis.*

V. Quâ *Citatione* (cum Certificatorio de Executione ejuſdem, modo et formâ prædictis) *introductâ*, Procurator Actoris *ejus Procuratorio exhibito, pro Actore* (ut in Titulo, *De exhibitione Citationis* (*d*), &c.) dicet: *Exhibeo Mandatum veſtrum originale* (videlicet, dictam Citationem primariam) *unà cum Certificatorio in dorſo ejuſdem; et allego* N. (*in hujuſmodi Mandato nominatum*) *fuiſſe diligenter quæſitum* (*ad effectum citandi eum, juxta tenorem dicti Mandati*) *et quòd latitavit, et latitat, quò minùs perſonaliter citari poſſit* (*prout in dicto Certificatorio continetur*) *Quare peto eundem* N. *citandum fore decerni, ad effectum quem priùs; perſonaliter* (*ſi ita poſſit apprehendi*) *alioquin viis et modis omnibus, quibus meliùs Notitia hujuſmodi Citationis ad eum, de veriſimili, pervenire valeat, ad comparendum die, et loco, atque ad effectum, in dicto Mandato, ſpecificatis.*

Judicis, inde *Decretum.*

VI. Tunc Judex: *Decernimus*; ſtatuendo *Diem* pro Comparitione *Partis* (*e*).

In *Citatione Viis et modis*, qualis ſit mentio *primariæ.*

VII. In *Citatione hujuſmodi*, quæ dicitur Citatio *Viis* et *modis*, Mentio facienda eſt, de *Emanatione*, et *Certificatorio* (*f*) prædictæ *Citationis primariæ.*

OBSERVATIONES.

(d) *Ut in Titulo de Exhibitione Citationis*, &c.] Vide *Tit.* 37. §. 1. 2.

(e) 1 *Pro Comparitione Partis.*] Reo diligenter quæſito, et non invento, *factâque per Mandatarium fide* (ſcilicet, in vim Juramenti, vel per Certificatorium authenticum) *de Veritate Certificatorii Citationis primariæ*, decernitur *Decretum Viis et modis*, ad effectum quem *priùs*:

2 Sin autem hujuſmodi *Citatio primaria*, ad Procuratoris manus, haud relata fuerit, *antequam adveniat Dies ille Juridicus, in dictâ Citatione primariâ, pro Rei Comparitione, ſtatutus*, ſi (*eo Die, ita adſtante*) Procurator exhibuerit *Citationem primariam*, coram Judice, ſedente Curiâ, et petierit *Decretum viis et modis*, Judex idem decernat, ad *effectum* quem priùs; *alium autem, abinde, ſtatuendo Diem, pro Partis Comparitione:*

3 Non tenetur verò Procurator (juxta morem in Curiis noſtris quotidianum) *poſt Partem quæſitam, et a Mandatario non apprehenſam* (ſi ad Manus interim pervenerit Citatio) ſiſtere, *donec Dies ille Juridicus* (pro Comparitione Partis Reæ, in Citatione primariâ, ſtatutus) *advenerit*; *antequam Decretum*, Viis et modis, *ad effectum quem priùs, petierit:* Sed *immediatè poſt Certificatorium Mandatarii* (*de Parte quæſitâ latitante, et non* inventâ) *debitè factum*, Procurator Judicem adibit, ejuſve Surrogatum, in præſentiâ Notarii Publici, et petet, et obtinebit Decretum, *Viis et modis*, referendum *in eundem Diem, pro Comparitione Rei*, in Citatione primariâ *præſtitutum:* Et hoc, in Foro, contradictorio (etiam in ſupremâ Curiâ Delegatorum) approbatum, et adjudicatum novi.

(f) *De Emanatione et Certificatorio*, &c.] In Formulis antiquioribus, Mentio facta fuit, in Decreto, *Viis et modis*, de Emanatione *et* Certificatorio *Citationis primariæ*, hoc modo; videlicet:

Prout, Coram Nobis, debitè extitit, in hâc parte, allegatum, et ex Certificatorio ſuper Executione Mandati, aliàs contra eum ad effectum prædictum emanati, et coram Nobis exhibiti, factâ deſuper fide, de Jure, in hâc parte requiſitâ, plenè liquet et apparet.

TITU-

Decretum Viis et *modis.*

TITULUS XXIV.

De modo exequendi CITATIONES *illas, quæ dicuntur* CITATIONES Viis *et* modis.

I. CITATIO, quæ dicitur *Viis* et *modis*, eſt in hunc modum exequenda (*a*) ; videlicet : Citatio *Viis* et *modis*

II. *Procurator* curabit veram *Copiam* ejuſdem exſcribi, et *Mandatario*, unà cum Mandato citatorio, tradi : *Mandatario* tradenda eſt,

III. *Mandatarius* verò adibit *Ædes*, et *Eccleſiam parochialem*, Partis citandæ, ubi citabit eandem Partem, *perſonaliter*, ſi ita apprehendi poſſit ; *Qui* Partis adibit *Ædes*, et *Eccleſiam*, et citabit *perſonaliter :*

IV. Sin minùs, tunc (aliquo tempore Celebrationis Divinorum, in dictâ Eccleſiâ) affiget Mandatum *Foribus Eccleſiæ* prædictæ, et (poſtquam ſic affixum ſteterit, per mediam unius horæ partem) tum, reaſſumpto Mandato, affigere debet *Copiam* ejuſdem *Foribus Eccleſiæ*, et ibidem eandem dimittere ; Vel, poteſt hoc *Mandatum*, et *Copiam* ejuſdem, affigere *Foribus exterioribus Habitationis* Partis Reæ, ita ut, de Veriſimili, ejuſdem *Notitia* ad aures Partis citandæ pervenire poſſit. Quid ſi *latitat ?* Affigenda eſt *Foribus Eccleſiæ*, vel *Domûs*, *Copiâ* ibidem *relictâ.*

OBSERVATIONES.

(a) *Eſt in hunc modum exequenda.*] Etiam, de hoc, Vide *Obs.* in *Tit.* 21. ſub *lit.* (b) 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8. item, de modo Executionis *Edicti Publici*, ſeu *Monitionis Viis* et *modis*, contra omnes Parochianos, eorum *Decimas* ſolvere recuſantes ; Vide *Tit.* 174. §. 4.

Certificatorium Commune.

TITULUS XXV.

De CERTIFICATORIO *Executionis Citationis* Primariæ, *et* Viis *et* modis.

Fiat *Certificatorium* Citationis per *Juramentum* Mandatarii,

I. MANDATARIUS tenetur perſonaliter intereſſe (*a*), *coram Judice*, ad certificandum, et fidem faciendum, per *Juramentum corporale* (*b*), de *Executione* Citationis, et *formâ* ejuſdem Executionis;

Vel *Certificatorium Authenticum:*

Inſtructiones pro Conceptione *ejuſdem*;

II. Vel, ſaltem, ipſe *Mandatarius*, vel *Actor*, ſignificare debet Procuratori Actoris (ante diem comparitionis (*c*) Partis citatæ) *Nomen Mandatarii*, *Diem*, *et Locum*, *in quo Reum citavit*; ut Procurator Actoris poſſit concipire *Certificatorium authenticum* (*d*), de Executione ejuſdem.

In *Certificatorio* Citationis, *Viis* et *modis*, quæ continentur.

III. In certificando Citationem *viis et modis*, certificandi ſunt *Dies et Locus in quibus Mandatarius quæſivit Reum*, et, *quoniam non potuit*, *perſonaliter*, *eum apprehendere*, *affixit dictum Mandatum*; ut ſuprà [in Titulo (*e*) *De modo exequendi Citationes illas*, *quæ dicuntur Citationes Viis et modis*]

Quædam etiam *præterea.*

IV. Sed ſi Reum quæſivit *uno die*, et (in caſu prædicto) affixit Mandatum *alio die*, utcunque hoc eſt, *dies* in quo quæſivit Partem, et *dies* quo (ut ſuprà) affixit, certificandi ſunt (*f*).

OBSERVATIONES.

(a) *Perſonaliter intereſſe*] Vide *Tit.* 23. §. 1, 2.

(b) *Per Juramentum corporale.*] Mandatario, ſub Juramento, aſſerenti, *ſe citâſſe* aliquem, creditur; donec contrarium probetur.

(c) *Ante Diem Comparitionis.*] Potiùs hìc legendum eſt; *Ante diem præſtitutum pro Comparitione Partis citatæ*; vel *ante diem in quo comparere Pars iſta debet.*

(d) *Certificatorium Authenticum*]. Vide *Tit.* 23. §. 3, 4. et *Tit.* 26. per totum.

(e) *Ut ſuprà, in Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 24. §. 2, 3, 4. et *Obs.* in *Tit.* 21. ſub *lit.* (b) 2.

(f) 1 *Certificandi ſunt.*] Omninò neceſſarium eſt, ut *dies* etiam et *locus*, Executionis *Primariæ Citationis* perſonaliter factæ, exprimantur *in Certificatorio*; ut conſtet de tempore ſufficienter dato, *pro Comparitione Rei:* Unde etiam, ſi falſo modo certificetur, *Reo* competat probare, illo die *ſe continuò abſentem fuiſſe*, quo certificatur *fuiſſe citatum*.

2 *Certificatorium Mandati introducti* continuari poteſt: ac, ad petitionem Procuratoris [allegantis, *Mandatum originale debitè executum fuiſſe, ſed ad manus ſuas nondum eſſe relatum*]; etiam *Certificatorium Mandati introducendi* continuari ſolet.

TITU-

Certificatorium Authenticum.

TITULUS XXVI.

Quid ſit CERTIFICATORIUM *Authenticum.*

I. CERTIFICATORIUM *Authenticum* (*a*) hæc, in ſe, potiſſimùm continet; videlicet: *Certificatorium Authenticum*

II. Concipitur *nomine Mandatarii:* Dirigitur *Judici*, cum ſolito ſuo *Stylo:* Inſeruntur in eodem *dies* et *locus*, in quibus citatus fuit *Reus:* Ac *Cauſa Comparitionis ſuæ:* Et, in fidem et teſtimonium eorundem, apponitur *Sigillum aliquod authenticum* (videlicet) alicujus *Archidiaconi*, *Officialis*, ſive *Commiſſarii*, vel *Decani ruralis.* Quid ſit, et continere debet? *Sigillum Authenticum*, quid?

III. Quibus *Certificatoriis*, in omnibus Curiis (*b*), a tempore immemorato (ex Stylo hujuſmodi Curiarum) adhibita fuit *fides*, perinde ac ſi ipſe *Mandatarius perſonaliter feciſſet fidem*, de Executione: *Certificatorium Authenticum* qualem facit *fidem*?

IV. Licet tamen *Parti gravatæ*, per hujuſmodi *Certificatorium*, ſi fuerit *fictum*, ac *minùs verè* conceptum et relatum, contra illud objicere, idemque reprobare, vel impugnare [prout, in quodam Titulo particulari (*c*) ſubſcripto, latiùs apparebit.] Competit *Objectio* contra *Certificatorium fictum*, et *falſum.*

V. Et notandum eſt; quòd, in omni *Certificatorio authentico*, Archidiaconus, Officialis, Commiſſarius, *vel* Decanus ruralis (qui dicto Certificatorio Sigillum Officii ſui appoſuit) teſtificari debet, *ſe Sigillum hujuſmodi appoſuiſſe, ad ſpecialem, ſeu perſonalem requiſitionem Mandatarii*; aliàs non valet hujuſmodi *Certificatorium*, nec dicitur *Authenticum:* Hoc objectum, et obtentum novi. *Solennitas* (in Appenſione Sigilli) ſine quâ *Certificatorium* non dicitur *Authenticum.*

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Certificatorium Authenticum.*] Solent Procuratores Certificatoria hæc, in Dorſo ipſius Citationis, exarare, eademque novo Sigillo munire.

2 Sed hujuſmodi *Certificatorio Authentico* rariùs utimur hodie; niſi quùm, in propriâ perſonâ, Mandatarius (propter loci Diſtantiam) in vim Juramenti, coram ipſo Judice, fidem facere commodè non poteſt.

(b) *In omnibus Curiis.*] " Judex Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis nullam revocare ſolet " Adminiſtrationem, ſuper Certificatorio in- " dorſato et ſigillato; niſi priùs factâ fide, " per Mandatarium, de Executione ejuſdem, " in Vim Juramenti. *MSS.*

(c) *Prout in quodam Titulo particulari.*] Vide *Tit.* 27. §. 1, 2, 3, 4, 5. necnon *Tit.* 28. *per totum.*

Objectio contra *Certificatorium.*

TITULUS XXVII.

De Objectione *contra* CERTIFICATORIUM *Mandati citatorii*, et *de Abſolutione ab injuſtâ Excommunicatione, ex* falſo Certificatorio, *latâ.*

Quid faciat, *ex falſo Certificatorio Citationis*, Excommunicatus?

I. COMPAREAT injuſtè Excommunicatus (perſonaliter, vel) per ejus Procuratorem, ut ſequitur:

Modus *objiciendi* contra *Certificatorium fictum* et *falſum*:

II. *Ego N. exhibeo Procuratorium meum pro* M. *et facio me partem pro eodem; et, objiciendo contra Certificatorium, aliâs in hâc Cauſâ introductum, allego, quòd eſt fictum, falſum, fabricatum, et Dolo malo, ac contra rei Veritatem, conceptum; præſertim in eo quòd Mandatarius, in eodem nominatus, omninò non fuit executus dictum Mandatum, ſaltem die et loco prætenſis, in Certificatorio prætenſo Mandati exhibiti, ſpecificatis; et quòd impoſſibile fuit hæc fieri, eò quòd dictus* M. *toto illo die, ac per triduum, ſeu per biduum (eundem diem præcedens, ſeu ſubſequens) abfuit ab illâ Parochiâ, in quâ (licèt minùs verè) dicitur, in dicto prætenſo Certificatorio, eum fuiſſe citatum, et quòd continuò fuit, per idem tempus, in tali loco, diſtante per centum milliaria* [vel, per tot milliaria] *a dicto loco, quo prætenditur Citationem executam fuiſſe:*

[Citatio nondum executa]

[Pars non fuit in loco ſpecificato]

[adfuit in alio]

Negativum, cum *affirmativo* benè probatur; *Exemplum*:

III. Nam *negativa*, juncta cum *affirmativâ* allegatione, æque facilè probari poteſt, atque *affirmativa*; et ſic, in iſto caſu, puta *præſentiam*, in *tali* loco, *tali* tempore, probatam, neceſſariò includit *abſentiam* a quocunque *alio* loco.

Alia *Objectio*;

[abfuit *a loco* Mandatarius]

IV. Poteſt etiam objiciens hujuſmodi allegare *Abſentiam Mandatarii, die et loco, in quibus certificatur eundem Mandatarium Mandatum hujuſmodi executum fuiſſe*; Vel quaſcunque *alias cauſas*, ad reprobandum hujuſmodi Certificatorium:

[Seu fallitur, *aliam* citando *Perſonam*]

V. Utpote, *quòd Mandatarius aliam citavit Perſonam, et non ipſam Perſonam nominatam in Mandato:* Et (ut Allegatio concludat) allegandum eſt: *Quòd Mandatarius ſemel tantùm, et non pluries, illud Mandatum, de facto, executus fuit:* Nam fieri potuit, quòd Mandatarius, quamvis primò (per Errorem) *aliam* citavit Perſonam, tamen poſtea *Ream* citavit.

Datur, *ad probandum*;

Juramentum, (interim) de parendo Juri.

VI. Harum quâcunque (ſuprà dictarum, ſeu ejuſmodi generis) Allegationum, admiſſâ, et dato Termino probatorio (vel ad probandum) Excommunicatus debet præſtare JURAMENTUM, *de parendo Juri*

Juri (*a*), *et ſtando Mandatis Eccleſiæ*; et deponere tenetur *Expenſas Contumaciæ*, apud Acta (*b*).

Expenſæ Contumaciæ *ſunt deponendæ*;

VII. Si probaverit allegata, non ſolùm reſtituendæ ſunt dictæ *Expenſæ Contumaciæ* [apud Acta dimiſſæ] verùm etiam Pars adverſa eſt condemnanda in *Expenſis* (*c*) factis ratione Objectionis hujuſmodi.

Præmiſſis verò probatis, *reſtituendæ*,

Cum *cæteris* Expenſis:

VIII. Et, e contrà, ſi defecerit [objiciens] eſt, non ſolùm, in *Expenſis* condemnandus, verùm etiam *Expenſæ Contumaciæ*, depoſitæ apud Acta, ſunt tradendæ Adverſario, et (de novo) pro Excommunicato denunciandus eſt; niſi ſatisfecerit id, propter quod fuerit primò excommunicatus (*d*).

Secùs *Adverſario tradendæ*,
Et Excommunicatus, *de novo*, *denuncietur*; donec ſatisfecerit *contentis in Mandato*.

IX. Sed Nota; quòd Judex non debet abſolvere Partem, objicientem contra Certificatorium, a dictâ Sententiâ, niſi *ad Cautelam*, ſive *uſque ad diem*, *datum ad probandum objecta* (ſi fuerit excommunicatus in non ſolvendo Expenſas, vel Sortem principalem) et factâ Probatione, *ſimpliciter*.

Excommunicatus *objiciens contra Certificatorium*, quomodo abſolvitur ad *Cautelam*? quando in *diem*?
Quando *ſimpliciter*?

X. Et eſt notandum (quamvis non ſemper inſcribitur) (*e*) quòd eſt cauti Procuratoris (ad evitandas Expenſas, et Lites) aut *fateri allegata hujuſmodi Adverſarii*, *quoad objecta prædicta* [ſi vera ſint] vel *diſſentire*, et *inficiari allegata*, et *proteſtari de nullitate earundem*, et *petere rejici* (*f*).

Regula generalis, *ad parcendas Expenſas*:
Vera fateantur, *Falſa* ſolum inficientur.

OBSERVATIONES.

(a) *Juramentum de parendo Juri*, &c.] Vide, de hoc, *Tit.* 41. §. 1.

(b) *Apud Acta.*] "Id eſt, penes Regiſtrum; "et deinde citatus, a Sententiâ Excommuni- "cationis, abſolvendus eſt, *uſque in diem da- "tum ad probandum ejus Objectionem* contra "Certificatorium Citationis, cujus ratione ſic "excommunicatus fuerat. *MS. Antiq.*

(c) *Eſt condemnanda in Expenſis.*] "Et de- "inde citatus, quoad hoc, abſolvendus eſt ſim- "pliciter. *MS. Antiq.*

(d) 1 *Niſi ſatisfecerit id, propter quod fuit primò excommunicatus.*] Varia Lectio, in *MS. Antiq.* talis eſt:

2 "Niſi ſatisfecerit propter quod fuit ex- "communicatus: Videlicet; ſi fuerit excom- "municatus, *pro non ſolutione Expenſarum*; vel "*Sortis principalis adjudicatæ*; realiter eas *ſol- "vere, et exponere tenetur*, priuſquam abſolvi- "tur:

3 "Similiter, ſi fuerit excommunicatus *in "non reſpondendo Poſitionibus Libelli*, non eſt ab- "ſolvendus, *antequam reſponderit*.

(e) (f) 1 *Quamvis non ſemper inſcribitur*, &c.] Sic legitur in *MS. Antiq.* "Duo, tam "quoad petita in præſenti Titulo, quàm in "nonnullis aliis Titulis obſervanda ſunt:

2 "*Primum*; ut Procurator ille contra quem "ulla Allegatio, et Petitio facta ſit [ut præſen- "ti Titulo, *Allegatio quòd Certificatorium ſit "fictum*, &c. et *Petitio Abſolutionis a Sententiâ "Excommunicationis*] inficietur *allegata ſui "Adverſarii*, et proteſtetur *de nullitate ea- "rundem*, et alleget *non concludere in jure*, nec "eſſe *de jure admittenda*, et petat *eadem re- "jici*:

3 "*Secundum*; quòd Procurator, contra "quem præmiſſa et ſimilia allegata ſint, *ea- "dem* (ad Lites, et Expenſas, amputanda) *fa- "teatur, adſtatim*, ſi ea *vera* fuiſſe ſciverit, "aut crediderit; et ſi de *Veritate* eorundem "non fuerit *informatus* (quàm citò poſſit) de "eiſdem, *ejus Clientem certiorem reddat*; ut, "ab *eo*, quid faceret, *certior* fieri poſſit.

4 "Nam aliter (in his caſibus, ad Negotium "principale minimè pertinentibus) magnum "tempus conteritur, et ſuperfluè exponuntur "Expenſæ.

TITU-

Objectio contra *Certificatorium.*

TITULUS XXVIII.

De aliâ Objectione *contra injuſtam Excommunicationem, propter defectum in* CERTIFICATORIO *Citationis* VIIS *et* MODIS.

Objectio, per injuſtè Excommunicatum, *contra CertificatoriumCitationis, Viis* et *modis*, affixæ Foribus Eccleſiæ, non ſuæ Parochialis.

Alleget ſe (quæſitum) *per Semeſtre Familiam alibi foviſſe:*

Si ita; *abſolvetur* cum Expenſis.

I. SI aliquis fuerit Excommunicatus, per relatum CERTIFICATORIUM, *quòd fuit quæſitus*, *apud Ædes ſuas, in tali Parochiâ, et, quia latitavit, fuit citatus per affixionem Mandati Judicis in foribus Eccleſiæ*; Si Excommunicatus allegaverit, et probaverit, *ſè non habitâſſe, nec familiam foviſſe, in dictâ Parochiâ, per medium Anni, proximè præcedentis, nec prætenſam Affixionem prædictam audiviſſe, ſed tali loco, et omni tempore hujuſmodi, habitâſſe, et familiam foviſſe, in tali Parochiâ*, eſt abſolvendus, et, ut ſuprà, obtinebit Expenſas (*a*) ſuas, factas circa Probationem hujuſmodi allegatorum.

Quæſitus, *in non ſuâ Parochiâ*,

Et deinde, per *Certificatorium Executionis* Citationis *Viis* et *modis*, in Foribus Eccleſiæ ſuæ Parochialis, *Excommunicatus* eſt:

Hinc juſtè datur *Appellatio*;

II. Similiter, ſi *Citatio Viis* et *modis* fuerit conceſſa, ex CERTIFICATORIO primariæ Citationis, vel alicujus Decreti originalis, et perſonalis, *quòd* N. *fuit quæſitus apud tales Ædes, vel in tali Parochiâ* [*quæ non ſunt Ædes, nec Parochia Citandi*] Et, ſuper hujuſmodi *Certificatorio*, JUDEX decreverit Citationem, ſeu Decretum, *viis* et *modis*; Et Pars, obtinens hujuſmodi Decretum, illud curaverit exequi, *per Edictum publicum* [*quamvis in Eccleſiâ parochiali Rei*] et deinde, ex *Certificatorio* hujuſmodi Mandati, curaverit partem excommunicari, datur juſta Cauſa *Appellationis:* Hoc obtinui in Cauſâ Appellationis, coram Judicibus Delegatis:

Vel, in hiſce *Querela Nullitatis* coram *eodem* Judice.

III. Sed, in his caſibus, ſi Pars, virtute hujuſmodi Mandati, *Viis* et *modis*, fuerit excommunicata, poterit *coram eodem Judice*, de hujuſmodi NULLITATE, et *injuſtâ* EXCOMMUNICATIONE, *querelari*, et obtinebit, ut ſuprà (*b*).

IV. Sed

OBSERVATIONES.

(a) *Eſt abſolvendus, et, ut ſuprà, obtinebit Expenſas.*] De his, vide *Tit.* 27. §. 6. et *Obs.* deſuper ſub *lit.* (b) et in eodem *Tit.* §. 7. et *Obs.* ſub. *lit.* (c).

(b) *Et obtinebit, ut ſuprà.*] De his, non ſolùm, datur Excommunicato *juſta Cauſa appellandi*; ſed etiam, *coram eodem Judice, querelandi, de Nullitate*; quâ probatâ, obtinebit, ut ſuprâ, in §. 1, 2. et in proximo præcedenti Titulo §. 7. Vide etiam *Tit.* 280.

IV. Sed nota; quòd dicta *Appellatio* debet interponi, non ſolùm, a dictâ *Sententiâ* EXCOMMUNICATIONIS, ſed etiam a *Conceſſione Decreti*, *Viis* et *modis*, ratione dicti *falſi* CERTIFICATORII (videlicet) *quòd fuit quæſitus* apud *Ædes ſuas*, &c.

Fiat *Appellatio* non rectè quæſiti, tam ab *Excommunicatione*, quàm a *Decreto Viis* et *modis*.

V. Nam idem eſt decernere *Partem citandam fore*, *Viis* et *modis*, ex CERTIFICATORIO, *quòd talis fuit quæſitus, in loco in quo nunquam habitavit*; atque, *nullâ præcedente Citatione primariâ*, decernere *Citationem*, *Viis* et *modis*, ſeu decernere quenquam, niſi fuerit *Fugitivus*, et talis *qui nullum habet Domicilium*, citandum fore, *per Edictum publicum*, *Viis* et *modis*, *nullâ* (ut ſuprà dicitur) *præcedente primariâ Citatione:* Non eſt enim Dubium, quin ſit juſtum *Gravamen*.

Citatio *Viis* et *modis*, ſive *contra malè quæſitum*, ſive *nullâ aliâ præcedente* (niſi contra *fugitivum*, aut *hominem incerti Laris*)

Eſt *Gravamen*.

TITULUS XXIX.

Quòd Actor *poteſt procedere in Cauſâ*, *licèt* Reus *objecerit contra* CERTIFICATORIUM *Citationis*, *quòd fuit injuſtè excommunicatus*, *in non comparendo*.

I. QUAMVIS *Reus*, omninò non citatus *ad reſpondendum in tali Cauſâ*, fuerit (de facto) *excommunicatus*, in non comparendo; Si *excommunicatus* hujuſmodi, per *ſe*, vel *per ejus Procuratorem*, comparuerit, et (ad obtinendum Abſolutionem) objecerit contra CERTIFICATORIUM, ut ſuprà (*a*); tamen (pendente termino, *ad probandum objecta hujuſmodi*, aſſignato) Procurator *Actoris* poteſt (ſi vult) in præſentiâ dicti Procuratoris *Rei*, procedere in Cauſâ *principali*, et dare *Libellum:*

Actor poteſt procedere in Cauſâ, licet *Reus* objecerit contra *Certificatorium:*

II. [Ratio

OBSERVATIONES.

(a) *Objecerit contra Certificatorium, ut ſuprà.*] Scilicet, in *Tit.* 27. §. 2, 4, 5. et in *Tit.* 28. §. 1, 2.

Objectio contra *Certificatorium.*

[Ratio: Procuratorium *limitatum* non admittitur, Sed *generale* in Cauſis motis et movendis]

II. [Ratio eſt; quia not admittantur (de antiquiſſimo *Stylo* Curiarum, ad evitandas Lites infinitas) Procuratoria *limitata* (*b*); id eſt, *ad talem effectum tantùm:* Sed *quilibet Procurator comparens* tenetur exhibere Procuratorium *generale*, in *omnibus Cauſis motis*, et *movendis:* Ut ſic, *ſimul* procedi poſſit, tam quoad *Cauſam principalem*, quàm quoad *Objectionem* contra *Certificatorium.*]

Objecta *probans* obtinebit *Expenſas*, vel, *e contrà.*

III. Sed ſi objiciens objecta probaverit, habebit *Expenſas* [ut in Titulo (*c*), *De Objectione contra Certificatorium*, &c] *ſecùs*, ſi defeciret (*d*).

OBSERVATIONES.

(b) 1 *Non admittantur*, &c. *Procuratoria limitata.*] De Procuratorio ſpeciali, quibuſdam in caſibus, apprimè neceſſario; Vide *Tit.* 67. *De Reſponſis perſonalibus dandis per Decanum et Capitulum*, &c. §. 2, 3 et *Tit.* 68. *De formâ reſpondendi Poſitionibus Libelli, virtute ſpecialis Procuratorii, per Syndicum*, §. 1, 2. 3. Necnon *Tit.* 69. §. 1.

2 Secundùm etiam *Praxin* hodiernam; ad certum aliquod, *in Judicio, ſpecialiter emergens*, exequendum, admittitur aliquando Mandatum, ſeu Procuratorium *ſpeciale.*

(c) *Habebit Expenſas, ut in Titulo*, &c.] De hoc, Vide *Tit.* 27. §. 7. et *Tit.* 28. §. 1, 2.

(d) *Secùs, ſi defecerit.*] Vide, de hoc, *Tit.* 27. §. 8.

TITU-

Petitio Decreti Contemptûs.

Ob Curiæ Vilipendium.

TITULUS XXX.

De Petitione Decreti Contemptûs, *ubi quis Citationem lacerat*; aut *verbis*, ſeu *verberibus*, *malè tractat Mandatarium*; vel *in* Curiæ Vilipendium, *verba profert convitioſa.*

I. Concipienda eſt *Schedula*, et legenda per *Advocatum*, ut infrà, ſub his Verbis: *Schedula Contemptûs, legenda per Advocatum*;

II. Reverende Judex; *Emanârunt, ab hâc* Inclytâ Curiâ, *Literæ quædam Citatoriæ, ad inſtantiam cujuſdam* N. *contra* M. *ad reſpondendum dicto* N. *in Cauſâ Defamationis:* [Vel, in tali Cauſâ] *Quòdque hujuſmodi Literæ Citatoriæ fuerunt communitæ Sigillo Veſtræ Curiæ, et (pro debitâ earundem Executione) traditæ fuerunt Mandatario Veſtro, in hâc parte, legitimè conſtituto; Et quòd idem Veſter Mandatarius hujuſmodi Mandatum in dictum* M. *Executus fuit; Et quòd idem* M. *hujuſmodi Mandatum Veſtrum, e manibus dicti veſtri Mandatarii, violenter (in Contemptum Veſtrum, hujus Curiæ, et Juriſdictionis Veſtræ, non ferendum) eripuit, et illud laceravit; et etiam in et contra eundem Mandatarium (ratione, et tempore Executionis hujuſmodi Mandati) non ſolùm Verba convitioſa protulit, verùm etiam eum verberavit, et Baculo percuſſit:* Vel aliquid aliud (juxta rem geſtam) perpetravit: Forma ejuſdem (*ſcilicet*) Emanavit Citatio, tali Cauſâ, Sub Sigillo Curiæ, Legitimo tradita Mandatario, Executa fuit; Sed e manibus erepta, Lacerata, Verba convitioſa tunc prolata, Maletractatio Mandatarii,

III. Ita tamen quod ſemper addatur; *Quòd hoc factum fuit, ratione Executionis Mandati Judicis, et in Contemptum Juris Eccleſiaſtici, et Juriſdictionis ejuſdem*; ne fortè dicatur, hoc Negotium ſpectare ad *Forum Seculare:* In Curiæ Eccleſiaſticæ Vilipendium:

IV. *Unde peto* [ut infrà in ſubſequenti Titulo (*a*)] *Judex* etiam *decernet*, ut in eodem (*b*). *Petitio* deſuper, et *Decretum.*

V. Nota, quòd iſte *Contemptor* non eſt puniendus, coram *Judice Eccleſiaſtico*, quia præmiſſa fecit *contra Pacem Domini Regis*; ſed quia fecit *in Contemptum Judicis*, et *Juriſdictionis Eccleſiaſticæ:* *Contemptor hujuſmodi*, quamobrem, in *Foro Eccleſiaſtico*, puniendus.

VI. Nam poterit etiam puniri, propter *Pacem violatam*, per *Judices Seculares*; et per *Judicem Eccleſiaſticum*, pro *Contemptu Judicis*, et *Juriſdictionis Eccleſiaſticæ*; Quia, unum et idem Crimen puniri poterit, diverſis modis ſeu reſpectibus, *in utroque Foro:* Ut in caſu *Injectionis manuum violentarum in Clericum*; et in *diverſis aliis* caſibus (*c*). *Idem Crimen* puniri poteſt, in *utroque Foro.* Exempla.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Ut infrà in ſubſequenti Titulo.*] §. 3.
(b) *Decernet ut in eodem*] §. 4.
(c) *Et in diverſis aliis caſibus.*] De quibus, Vide *Statut.* [Articuli Cleri] 9 *Ed.* 2. *cap.* 2. 3, 4, 6.

PetitioDecreti Contemptûs.

TITULUS XXXI.

Ob Violationem Inhibitionis.

De modo petendi Decretum in Negotio Contemptûs, *in Cauſâ Matrimoniali; nempe, propter Solemnizationem Matrimonii (pendente Lite)* INHIBITIONE JUDICIS, *in contrarium, non obſtante.*

Schedula Contemptûs, in Matrimoniali, *per Advocatum legenda:*

I. PROCURATOR, qui cupit Decretum, ſeu Citationem decerni, *in Cauſâ Contemptûs,* concipere debet *Schedulam,* ſummariè continentem cauſas Contemptûs; quam *Schedulam* ADVOCATUS *in Cauſâ* ſolet publicè legere, *in Judicio,* ſub hâc Verborum formâ conceptam, videlicet.

Forma ejuſdem (*viz.*)

II. REVERENDE JUDEX; *Emanârunt, ab hâc* Inclytâ Curiâ, *Literæ quædam Citatoriæ, et Inhibitoriæ, ad inſtantiam* [Emanavit Citatio; cum Inhibitione] *cujuſdam* N. *contra quandam* M. *ad reſpondendum dicto* N. *in Cauſâ Matrimoniali, atque ad inhibendum eidem* M. *mulieri, ne (Lite pendente) contrahat aliunde Matrimonium, ac (quod ſi forſan aliàs contraxerit) quòd illud, in facie Eccleſiæ, ſolemnizari non procuret, ſub pœnâ Contemptûs,* vel *Juris; et quòd hujuſmodi Literæ Inhibitoriæ fuerunt in eandem* M. *debitè executæ, juxta vim, formam et effectum earundem: Quòdque (Veſtris Literis Inhibitoriis, et Executione earundem, non obſtantibus) ipſa, poſt Executionem earundem (in Contemptum Juris, et Juriſdictionis veſtræ, non ferendum) Matrimonium quoddam prætenſum (de facto) contraxit, cum quodam* O. *et illud, in facie Eccleſiæ, ſolemnizari (ſeu potiùs profanari) curavit:*

[De non aliunde contrahendo; — Harum poſt Executionem, — Matrimonium contractum fuit (*in Contemptum*) — Et ſolemnizatum.]

Petitio deſuper *facta.*

III. *Unde peto ipſam vocandam fore decerni, ad comparendum quocunque die competente, per* DOMINATIONEM VESTRAM, *aſſignando, ad reſpondendum, perſonaliter, certis Articulis Contemptum Veſtrum,* DOMINE JUDEX, *et Juriſdictionis hujus Curiæ, concernentibus.*

Judicis Decretum.

IV. Tunc JUDEX: *Decernimus eam vocandam fore, perſonaliter, prout petitur, erga talem diem.*

TITU-

Petitio Decreti Contemptûs.

Ob Commiſſariorum Neglectum.

TITULUS XXXII.

De modo allegandi Conceptum *contra* COMMISSARIOS, *in non tranſmittendo Proceſſum, ſuper Examinatione Teſtium.*

Contemptus Commiſſariorum, *in non tranſmittendo* (in diem aſſignatum) *eorum Proceſſum*, ſuper Teſtium Examinatione, *non* punitur *Excommunicatione.*

I. LIcèt, in omni *Commiſſione* ad partes, pro Teſtibus examinandis, aſſignetur *Commiſſariis* dies certus, *ad tranſmittendum* eorum Proceſſum [ut in Titulo, *De Petitione* (*a*), *et Conceſſione Commiſſionis*, &c.] tamen ſi *Commiſſarii* non curaverint *tranſmittere* Proceſſum hujuſmodi, in Die *ad tranſmittendum* aſſignato, non poſſunt, vel, potiùs, non ſolent, *excommunicari:*

Quæ allegandа ſunt, per Procuratorem, ne labatur *Terminus Probatorius*, ante *Tranſmiſſionem* Commiſſionis;

II. Ideo, in iſto caſu, *non Tranſmiſſionis* Proceſſûs, in Die aſſignato *ad Tranſmittendum*, Procurator obtinens *Commiſſionem*, ne fortè labatur ejus *Terminus Probatorius* (*b*), ante *Proceſſum tranſmiſſum*, poterit allegare, ut ſequitur:

Scilicet; Commiſſionem debitè fuiſſe *extractam, præſentatam, acceptam, expeditam*, Quam requiſiti *tranſmittere non curant*;

III. *Allego Dominum meum, debitis loco et tempore, extraxiſſe Commiſſionem, ad partes, ad examinandum Teſtes,* &c; *ac quòd debitè præſentata fuit Commiſſariis, in eâdem, nominatis, et per eos acceptata, et* (*juxta tenorem ejuſdem*) *expedita, et quòd iidem Commiſſarii, ſaltem* N. *Notarius, per eos, in eâ parte, aſſumptus, non curârunt, nec curat, tranſmittere eorum Proceſſus; et quòd ad id debitè fuerunt requiſiti: Et ſuper præmiſſis offero me promptum, et paratum, ad faciendam fidem:*

De his *Juramentum Procuratoris* offerendum.

Quibus in Incidentibus *non* requiritur *plena Probatio:*

IV. [Nam, in his incidentibus, non requiritur *plena*, et *exacta Probatio*; ſed ſolent Judices decernere petita, *ſolâ fide juratoriâ* Procuratoris (dummodo appareat, per relationem Regiſtrarii, quòd hæc Commiſſio fuit debitè extracta) et hoc *Juramentum* præſtandum eſt per Procuratorem, non de *Veritate*, ſed de *Credulitate, juxta Informationem, quam credit eſſe veram.*]

Sufficit *Juramentum Procuratoris*, juxta Informationem.

Forma Petitionis *Citationis* in Cauſâ *Contemptûs* hujuſmodi, *et* pro Prorogatione *Termini Probatorii*;

V. Et nota; quòd, ſuprà allegatis, hoc ſubſequenter addendum eſt: *Unde peto eos vocandos fore decerni, ad reſpondendum in Cauſâ Contemptûs* [vel, *Articulis Contemptum concernentibus*] *necnon Terminum probatorium prorogari, uſque in aliquem diem competentem.*

Unde decernitur, per *Judicem*, juxta *petita* Procuratoris:

VI. Hanc *Petitionem* (ſi Procurator de *Credulitate*, juxta Informationem ut ſuprà dicitur, *ejuſdem Allegationis antedictæ*, fidem fecerit)

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo, De Petitione,* &c.] Vide *Tit.* 86. §. 3.

(b) *Ne fortè labatur ejus Terminus probatorius.*] Hìc adjicitur, in *MSS.* "Licèt petatur "Contemptus contra Commiſſarios, tamen "procedatur in Cauſâ, *ſi lapſus ſit Terminus* "*Probatorius.*

Niſi inficiata ſint allegata,

Et aſſumptum ſit *Onus probandi*, *in* contrarium:

Quâ deficiente *Probatione*,

Conceduntur (ex adverſo) petita,

Cum Expenſis retardati Proceſſûs.

Cautela bona, per *Commiſſarios*, ad evitandum *Contemptum*, obſervanda.

cerit) JUDEX *ſolet concedere*; ſtatuendo Terminum competentem, tam *pro Comparitione Commiſſariorum*, quàm *Prorogatione Termini Probatorii*; niſi Adverſarius inficiatus fuerit dicta allegata, et allegaverit, et aſſumpſerit in ſe *Onus probandi* contrarium Allegationi prædictæ, Videlicet; *Quod Commiſſio non fuit Commiſſariis præſentata*: Et ſi defecerit in *Probatione* ejuſdem, non ſolùm, priùs *petita*, per ejus *Adverſarium* concedenda ſunt, verùm etiam *eſt condemnandus in Expenſis retardati Proceſſûs* (*c*).

VII. Caveant igitur *Commiſſarii* (ad evitandum hanc moleſtiam) quòd ſignificent *Judici*, concedenti Commiſſionem, per *Literas miſſivas*, cauſas ob *quas* non poterant *tranſmittere* hujuſmodi Commiſſionem, in die, *ad tranſmittendum*, aſſignato.

OBSERVATIONES.

(c) *In Expenſis retardati Proceſſûs.*] Hìc addenda ſunt, ut in *MSS.* " Si probaverit obtinebit ſuas Expenſas, et deneganda eſt Petitio Adverſarii ſui, quoad præmiſſa.

Proceſſus de *Contemptu.*

Articuli.

TITULUS XXXIII.

De modo procedendi in Cauſâ Contemptûs; [*et Formulâ Proœmii* ARTICULORUM, *in eâdem.*]

Articuli Contemptûs Nomine *Judicis* concipiendi ſunt.

I. ERGA Diem *relationis Citationis* (*a*), Procurator, hoc *Negotium Contemptûs* promovens, curabit *cauſas Contemptûs* ſcribi, in ARTICULIS, concipiendis *Nomine* JUDICIS, per viam *Objectionum*, utpote;

Formula *Proœmii Articulorum*, in Cauſâ *Contemptûs*.

II. IN DEI NOMINE AMEN; *Nos* N. *Officialis*, &c. (recitando JUDICIS Stylum, miniſtrantis Interrogatoria) *Tibi* M. *Articulos, Capitula, ſive Interrogatoria omnia et ſingula* [*inſcripta*] *Contemptum noſtrum, et Juriſdictionis Eccleſiaſticæ, concernentia, ex Officio noſtro mero* (vel, *ad Promotionem* O. ſi JUDEX noluerit procedere

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Erga diem relationis Citationis*, &c.] Hujus Sectionis *varia Lectio* talis eſt, in *MS. Antiq.* videlicet:

2 " De *Certificatorio*, ſeu *relatione Decreti* " *Citatorii*, in Cauſâ *Contemptûs*, et *Aſſignatione Promotoris neceſſarii Officii Judicis*, hìc notandum eſt; quòd certificari debet *Mandatum* " *Citatorium* prædictum, ſeu *perſonaliter*, per " Mandatarium, aut per *Certificatorium authenticum*; ut in cæteris Cauſis:

3 " Sed primò, ſi *Judex* intendit procedere " *ex Officio ſuo mero*, aſſignare ſolet aliquem " Procuratorem Curiæ ſuæ, *in Promotorem neceſſarium Officii ſui*; et concipi curabit *Articulos*, contra *Reum* miniſtrandos, continentes *Factum* (id eſt, Contemptum) *quod* intendit objicere contra *Reum*; quorum *Articulorum Exordium*, tenorem ſequentem continebit. [*In Dei Nomine Amen*, &c. *ut ſuprà*, in §. 2.]

cedere ex ſuo *mero* Officio) *objicimus, miniſtramus et articulamur: Quibus et cuilibet eorundem, volumus et mandamus* Te, *plenum, planum, et fidele, dare Reponſum, mediante tuo Juramento.*

Proceſſus de Contemptu.

TITULUS XXXIV.

De Datione, ſive Exhibitione Articulorum, *in Cauſâ* Contemptûs [*et* Productione *Partis Reæ, ſuper eiſdem.*]

Productio Partis.

I. SI *Judex* intendit procedere *ex Officio ſuo mero*, tunc aſſignabit aliquem Procuratorem ſuæ Curiæ *in Promotorem Neceſſarium Officii ſui*; qui dicet (*a*):

Judex in *Cauſâ Contemptûs* aſſignat *Procuratorem* in *Promotorem*,

II. *Accepto in me Onus Promotoris, Officii Domini Judicantis*; *et do Articulos* (*b*); *et peto procedendum fore ſummariè* (*c*), *ac de plano:*

Dat Ille *Articulos*,

Petit *ſummariè* procedi.

III. Tunc Judex; *decernimus:* Et tunc *producenda eſt Pars principalis*, ſuper hujuſmodi *Articulis*, ſi fuerit *præſens* in Judicio.

Decretum Judicis.

Productio Partis principalis.

IV. Sed ſi *Judicis Officium* fuerit promotum per *Voluntarium* Promotorem, *Is*, vel *ejus Procurator* (exhibendo, primò, ejus Procuratorium pro dicto Voluntario Promotore) dicet: *Do Articulos*; *et ſuper hujuſmodi Articulis produco Partem principalem, præſentem in Judicio*; quam Judex Juramento onerabit, *de fideliter reſpondendo eiſdem Articulis*, citra proximam Curiam, et monebit eandem Partem, *ad comparendum* in proximo die juridico, *ad recognoſcendum ejus Reſponſa* (*d*): quæ quidèm *Recognitio* ſolet fieri in *præſentiâ Procuratoris* Partis promoventis Officium.

Ubi Promotor eſt *Voluntarius*,

Dat *Is*, ejuſve *Procurator* Articulos,

Productio Partis principalis;

Ejus *Juramentum*.

Monitio ad *recognoſcendum Reſponſa*,

Fiat *Recognitio* in præſentiâ Procuratoris Promoventis.

V. Et nota; quòd in iſtis Negotiis *Contemptûs*, ſive ex Officio *mero*, ſeu *promoto*, non licet alicui *Procuratori* comparere pro *Contemptore*, nec alicui *Advocato* advocare pro *eo*; niſi factis priùs *Reſponſis* Partis Reæ: Nec tunc; *niſi*, primò, petitâ, et obtentâ, Judicis

Procurator, nec *Advocatus* poteſt comparere pro *Contemptore*, ante *Reſponſa* ſua data;

Nec *tunc*, ſine *Judicis Licentiâ*;

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Qui dicet.*] Aliàs legitur hujuſmodi Sectio, prout *in MS. Antiq.* hoc modo, videlicet:

2 " Si *Judex*, ut ſuprà, proceſſerit *ex Officio* " *ſuo mero*, et aſſignaverit aliquem Procurato- " rem ſuæ Curiæ in *Promotorem neceſſarium* " *Officii ſui*, et *Reus conventus comparuerit*, tunc " dicat Procurator hujuſmodi.

(b) *Et do Articulos.*] Sic in *MS. Antiq.* " Et, " *illud promovendo*, do Articulos.

(c) *Procedendum fore ſummariè.*] Hìc additur, in *MS. Antiq.* " Hujuſmodi *Cauſæ Contemptûs*, " ex Stylo Curiæ, ſunt *Cauſæ Summariæ*; ſal- " tem, in eiſdem, procedi ſolet *ſummariè*; In- " tellige tamen, ſi procedatur *ex Officio mero.*

(d) *Ad recognoſcendum ejus Reſponſa.*] Tum pergit hìc ulteriùs *MS. Antiq.* " Diſſentiat *Reus* " omnibus, et proteſtetur de nullitate eorundem, " et de non reſpondendo alicui Poſitioni, cui, " *de Jure*, non tenetur reſpondere; et quòd ſi " alicui *hujuſmodi* Poſitioni reſponderit, petat " ut *ea Reſponſio* habeatur, pro *nullâ*, et *non* " *factâ.*

Nec habeat *Reus*, ante Examinationem, *Articulorum Copiam.*

JUDICIS *Licentiâ*; nec habebit *Reus* Copiam Articulorum prædictorum, antequam fuerit *examinatus* ſuper eiſdem.

An poſſit Promotor *Voluntarius* Officii *conſtituere Procuratorem*, ante *Litis Conteſtationem?*

VI. Hìc tamen notandum eſt; Quòd licèt ſuprà dicitur (*e*), Quòd ſi Promotor *Voluntarius* non ſit *præſens* in Judicio, ad *dandum Articulos*, quòd ejus *Procurator* (exhibendo, primò, ejus Procuratorium pro hujumodi Promotore) *dabit eoſdem*; Tamen dubito, utrum in iſto caſu, *voluntariè* promoto, aut in *Cauſâ Correctionis*, originaliter ad alicujus inſtantiam, promotâ, *Voluntarius* iſte Promotor poſſit conſtitùere iſtum *Procuratorem*, ante *Litis Conteſtationem:*

Hoc vocatur in dubium.

[*Publicè intereſt*, ut Crimina puniantur]

VII. Qui Promotor *Voluntarius*, licèt habet *Intereſſe* ſufficiens, ad *promovendum*, et, in hoc caſu, *implorandum* Judicis Officium, *ut Peccatum puniatur*; quod quidem, *publicè Intereſt:* Tamen quære, utrum hujuſmodi Promotor *Voluntarius* poſſet *Procuratorem ad Lites* conſtituere, ante *Litis Conteſtationem*; et utrùm acta, et geſta, per talem *Procuratorem*, valeant?

Antiqua, hâc de Quæſtione, *Praxis.*

VIII. Sanè, credo quòd *non* valent: Et ad hoc inductus ſum, *quia* circiter abhinc quinquennium (ad inſtantiam Partis) *Ego* (communi Errore ductus) *nomine procuratorio* Promotoris *voluntarii*, dedi *Articulos*, et *Lis* fuit per adverſum Procuratorem, ad meam petitionem, *conteſtata* (*f*)*:* Quibus autem ita *geſtis*, dubitavi; Utrùm *hæc*, per *me*, nomine *procuratorio* dicti *Promotoris*, *geſta* valerent?

Duorum *Advocatorum*, olim, *eâ de re*,

IX. De hâc igitur *Quæſtione* conſului duos *Advocatos*, in dictâ Cauſâ ſalariatos (quorum unus, meâ ſententiâ, fuit nemini ſecundus) Qui, primò, de hâc Quæſtione dubitantes (*g*), per diem unum, aut alterum, deliberârunt: Deinde mihi retulerunt, *omnia geſta*, per *me* (nomine Procuratorio, *ante* Litis Conteſtationem) fuiſſe *nulla:*

Suſpenſa } *Opinio:*
Declarata }

Caſus, olim,

Exempli gratiâ:

X. Unde *Ego* (eorum Conſilio, et mandato) *omnia prædicta*, per *me*, nomine (procuratorio) *dicti Promotoris*, *geſta*, judicialiter *ſubduxi*, et pro *ſubductis* haberi petii; [ac obtuli me promptum, ad ſolvendum quaſcunque *Expenſas*, ratione Nullitatis et injuſtæ Vexationis hujuſmodi, *debitas*, et per Dominum Judicem, *taxandas*] Quam *Subductionem* Procurator Adverſarii acceptans, Partem meam in *Expenſis* condemnari obtinuit; et *Judex* eaſdem, ad quadraginta ſolidos, taxavit, quos ſtatim enumeravi; et illico Promotor *Voluntarius*, perſonaliter *præſens* in Judicio, *dedit Articulos* (aliàs per *me* datos)

OBSERVATIONES.

(e) *Suprà dicitur.*] Scilicet, in §. 4. *hujus Tituli.*

(f) *Ad meam petitionem, conteſtata.*] Poſt hæc, inſeruntur Verba ſequentia, in *MS. Antiq.* " Et, ex meâ certâ ſcientiâ (per hos quadraginta Annos) ſemper practicatum fuit, quòd " *Procurator* qui exhibuit *Procuratorium* pro " *Promatore*, obtinuit *Litis Conteſtationem*, ut in " *cæteris* Cauſis Inſtantiarum.

(g) *De hâc Quæſtione dubitantes.*] Tum adjiciuntur hæc Verba, in *MS. Antiq.* " (Nam hæc " Quæſtio nunquàm antehàc in Controverſiam " fuit vocata, per hos quadraginta Annos)

datos) in præſentiâ Procuratoris *Rei*, ac *petiit Reſponſum dari eiſdem*; Et tunc, *factâ Litis Conteſtatione*, dictus *Promotor* conſtituit me in *ejus Procuratorem*, et *poſtea* Reſponſum *Parti Reæ* injungebatur: Et obtinui in eâdem Cauſâ *Sententiam*, cum *Expenſis*, et *publicam Pœnitentiam* Parti Reæ injungi. Igitur, de hâc *Quæſtione* conſule peritos *Advocatos*.

Proceſſus de *Contemptu.*

Sed *Quæſtionis* eſt.

TITULUS XXXV.

De Petitione Procuratoris Promotoris Officii Judicis, et modo procedendi in Cauſâ Contemptûs, *factis* RESPONSIS, *ſi Reus, in eiſdem,* fateatur ARTICULOS.

Reſponſa.

I. SI REUS fateatur *Contemptum objectum*, tunc PROCURATOR Promotoris Officii, *factâ Recognitione Reſponſionum* Partis principalis (*a*), *primò*, acceptabit hujuſmodi Reſponſa, *quatenus faciunt pro Parte ſuâ, et Officio Domini Judicis*, et dicet;

Quomodo *Procurator Promotoris* acceptabit *Reſponſa Partis* (adverſæ) *principalis?*

II. *Allego Intentionem Domini Judicis, et mei Promotoris Officii ſui, deductam in Articulis Contemptûs, eſſe ſufficienter fundatam, ex Reſponſis Partis Reæ; referendo me ad Articulos, Reſponſa, et Jura: Quare peto eum pronunciari pro* CONTEMPTORE, *et* PŒNITENTIAM *ſibi injungi* (*b*), *et in* EXPENSIS *hujus Litis condemnari, ac Jus, et Juſtitiam fieri, et miniſtrari.*

Quid inſuper *allegandum*, et *petendum* eſt?

III. Huic Petitioni *diſſentiat* REUS, et *inficietur allegata* PROMOTORIS:

Quid inde dicat *Reus?*

IV. Tunc JUDEX aſſignabit, *ad audiendum Voluntatem ſuam, ſuper hujuſmodi Petitione* [vel, *ad audiendum ejus finale Decretum*] *in proximum diem juridicum*; Vel, JUDEX poterit, ſi vult, in *ipſo die* quo *Reus* recognovit ejus Reſponſa, *ſi ex eiſdem Intentio Officii fuerit fundata* (factâ petitione prædictâ, per Promotorem Officii) pronunciare *Reum* pro CONTEMPTORE, et injungere *ei* PŒNITENTIAM, et condemnare *eum* in EXPENSIS:

Quid faciat *Judex?*

Fundatâ Intentione, ex *Reſponſis*, *Reus* pronunciatur *pro Contemptore*,

Injungitur ei *Pœnitentia*,

Condemnatur in *Expenſis*.

V. Nam

OBSERVATIONES.

(a) *Factâ Recognitione Reſponſionum Partis principalis.*] Hìc adjicitur, in *MSS.* "Hæc Recognitio ſolet fieri in Judicio, vel ſaltem, ſi extra, "in præſentiâ Procuratoris Promotoris.

(b) *Pœnitentiam ſibi injungi.*] Pœna *Contemptûs*; Pœnitentiæ *Injunctio*.

Cauſæ *Contemptûs* (ex *Stylo* Curiæ) Sunt *Summariæ*: Haud hìc admittitur *Defenſio* contraria *Confeſſioni*: Vel *Exceptio* contra *Teſtes*, ex parte *Judicis* Officii; Ad *Pœnitentiam* mitigandam.

V. Nam nota (ut (*c*) ſuprà) quòd *Cauſæ hujuſmodi*, ex *Stylo* Curiæ, et *Statutis antiquis* (*d*) ejuſdem, ſunt *Summariæ Cauſæ*; ſaltem procedi ſolet, in eiſdem, *ſummariè*; ac rarò, aut nunquam admittitur *Defenſio*, contraria *Confeſſioni*, aut *Probationibus* factis pro *Officio Judicis*; quamvis confitens voluerit eam *Confeſſionem* qualificare, et extenuare; vel, contra *Teſtes* examinatos, ex parte *Judicis Officii*, excipere; ut *mitiùs* ſecum agatur quoad *Pœnitentiam*.

OBSERVATIONES.

(c) *Nota, ut ſuprà*] Vide *Tit.* 34. §. 2. et *Obs.* deſuper, ſub *lit.* (c).

(d) *Statutis antiquis.*] Vide *Statuta Curiæ de Arcubus*; Anno 1295. *Winchelſey.* §. 29. *De modo procedendi in Contemptibus, tam contra Suffraganeos, quàm cæteros*: Necnon *Statuta ejuſdem Curiæ*; Anno 1342. *Stratford.* §. 56. *De Contemptoribus Curiæ Cantuarienſis.*

Proceſſus de *Contemptu.*

TITULUS XXXVI.

Probatio *et* Sent
tentia.

De Petitione Procuratoris Promotoris Officii Judicis, et modo procedendi in Negotio Contemptûs, *ſi Reus* negaverit ARTICULOS; *et de* Sententiâ JUDICIS, ſi probatus *fuerit* Contemptus.

In *Cauſâ Contemptûs*, ſi reſpondetur *negativè*, Petitur Terminus *ad convincendum Reum*, Loco *Probatorii.* Proceditur *ſummariè*: *Cauſæ* ſunt *favorabiles.* *Plena Probatio* non requiritur: Sufficit *Juramentum Mandatarii*; Unà cum *Præſumptionibus.*

I. SI REUS negaverit *Articulos Contemptûs*, petat PROCURATOR Promotoris Officii (ſeu *Voluntarii*, ſive *Neceſſarii*) Terminum ſibi aſſignari, *ad convincendum Reum*; qui eſt loco *Termini probatorii*: Et, factâ *Probatione*, procedendum eſt, in *omnibus*, ut in *Cauſâ ſummariâ*.

II. Et nota; quòd (ut (*a*) ſuprà) iſtæ *Cauſæ ſummariæ* dicuntur *Cauſæ favorabiles*; et non requiritur tam *directa*, et *plena Probatio*, ut in *cæteris* Cauſis:

III. Nam aliquando ſtatur *ſolo Teſtimonio jurato ipſius Mandatarii*; ſaltem, ſi ſit *publicus Mandatarius*, ac *probus*, et *honeſtus*; præſertim, adjectis aliis quibuſdam *Adminiculis*, ſeu *Præſumptionibus*.

IV. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Ut ſuprà.*] In *Tit.* 35. §. 5.

IV. Et ſi *Contemptus* probetur, petat *Promovens* Terminum aſſignari, ad *audiendum Diſcuſſiones in Cauſâ, ſeu finale Decretum* (*b*). *Terminus ad audiendum Diſcuſſiones*, quid?

V. Tunc JUDEX (factâ Concluſione in Cauſâ, ut in cæteris Cauſis (*c*) ſummariis) feret *Sententiam* contra *Contemptorem*, ad Effectum, in proximo præcedenti Titulo, ſpecificatum (*d*); vel, poterit JUDEX, per *Decretum Interlocutorium* (*e*), pronunciare ut ſuprà (*f*). Poſt *concluſum* eſt in Cauſâ, *Sententia* fertur, aut *Interlocutorium*.

OBSERVATIONES.

(b) *Ad audiendum Diſcuſſiones in Cauſâ, ſeu finale Decretum.*] Hìc intenditur, quatenus intelligo, quòd (in Negotio Contemptûs) prima Aſſignatio, *ad audiendum Diſcuſſiones in Cauſâ*, idem eſt cum Aſſignatione *ad audiendum Sententiam* ex primâ, in cæteris Cauſis Summariis; et quòd poſtmodum altera, ſeu ſecunda Aſſignatio, *ad audiendum Diſcuſſiones in Cauſâ, ſeu finale Decretum*, idem eſt cum Aſſignatione, *ad audiendum Sententiam ex ſecundâ, et ad informandum:* Et hoc mihi probari videtur, ex Obſervatione ſequenti [ſub *lit.* c.] quam excerpſi e *MSS. Antiq.*

(c) 1 *Factâ Concluſione in Cauſâ, ut in cæteris Cauſis Summariis.*] Hìc adjicitur, in *MSS.* "*Duæ* Aſſignationes, *ad audiendum Diſcuſſiones*, inducunt *Concluſionem.*

2 Similì modo in *cæteris* Cauſis Summariis, *Duæ* Aſſignationes, *ad audiendum* Sententiam [ut in *Tit.* 121. De *Concluſione, in Cauſâ Summariâ*; §. 3, 4. et in *Tit.* 117. §. 2] dicuntur inducere *Concluſionem.*

(d) *Ad Effectum, in proximo præcedenti Titulo, ſpecificatum.*] Scilicet, *Judex* feret *Sententiam*; pronunciando *Reum* eſſe *Contemptorem*, injungendo ei *Pœnitentiam*, et eum in *Expenſis* condemnando; *prout* in *Tit.* 35. §. 4.

(e) *Per Decretum Interlocutorium.* De *Decreto Interlocutorio*, Vide *Tit.* 123.

(f) *Pronunciare, ut ſuprà.*] Scilicet, ut in *Tit.* 35. §. 4. *ad Calcem.*

TITULUS XXXVII.

Pœna Contumaciæ.

De Exhibitione Citationis, coram Judice, *et de modo petendi* non comparentem *pronunciari* Contumacem, *et*, in pœnam, *excommunicari.*

Reo *citato* (comparente, *vel* non) *Procurator Actoris* conſtituitur, *apud Acta*, vel *in Scriptis.*

I. Primò, *Procurator Actoris* (in die Comparitionis Partis (*a*) Reæ) aut procurabit *Actorem* intereſſe in Judicio, *perſonaliter*, ad *conſtituendum* eum *in* Procuratorem; Vel, exhibebit Procuratorium, aliàs per eum, in *ſcriptis*, conceptum, ac *authenticè* ſigillatum (ut in Titulo (*b*), *Quid ſit Procuratorium ad Lites, et Conſtitutio Procuratoris, apud Acta coram Judice*, vel *extrajudicialiter coram Notario Publico, quomodo fiat*, mentionatur) dicendo, ut ſequitur:

Forma Exhibitionis *Procuratorii.*

Exhibitio *Citationis*, et *Certificatorii* de *quo* fides facienda.

Accuſatio Contumaciæ Rei

(Factâ, priùs, *præconizatione*)

Petitur, *non comparentem* pronunciari *Contumacem*,

Et *excommunicari.*

II. *Exhibeo Procuratorium meum, apud Acta factum* [ſi ita fuerit conſtitutus] vel, *literatoriè* [cùm Procuratorium ſit in ſcriptis conceptum] *pro* N. *Actore, et facio me Partem pro eodem, et exhibeo Mandatum originale* (*c*), *cum Certificatorio* (*d*), *in dorſo ejuſdem* [vel, ſuper ejus Executione Mandatarius, præſens in Judicio, faciet fidem] *et accuſo Contumaciam* (*e*) N. *citati ad comparendum, coram Vobis, iſtis die et loco*, M. *Actori, in tali Cauſâ* (exprimendo Cauſam) *de Juſtitiâ reſponſuri, præconizati, et non comparentis: Quare peto eum reputari Contumacem* (*f*), *et, in pænam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi, excommunicari* (*g*).

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *In die Comparitionis Partis Reæ.*] Potiùs hìc lege; *In die pro Comparitione Partis Reæ ſtatuto*; ſeu *quo comparere debuiſſet*: Quia ſi comparuerit, non ſubeſt Ratio *accuſandi Contumaciam*, ut in §. 2.

(b) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 48. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (g).

(c) *Exhibeo Mandatum originale.*] Id eſt, *Citationem* primariam; *ſeu originalem.*

(d) *Cum Certificatorio.*] Scilicet; de *die*, et *loco* Executionis Mandati. *De Certificatorio Executionis Citationis primariæ, et viis et modis*, Vide *Tit.* 25. et *Obs ibid.*

(e) *Et accuſo Contumaciam.*] Non comparens non eſt *Contumax*, niſi Pars adverſa, expreſsè, *ejus Contumaciam* accuſavit; Nec valet Proceſſus contra *eum*, qui reverà *Contumax* eſt, niſi conſtiterit *Judici* de *Contumaciâ.*

(f) 1 *Reputari Contumacem.*] Qui *citatus* non comparet, vel *monitus*, a *Judice*, non obtemperat, nec *juſto Impedimento* ſe excuſare poteſt, Is *Contumax* dicitur.

2 *Contumacia* tamen poteſt elidi, per *ſemiplenam Probationem Impedimenti*; puta, per *Juramentum*

3 *Impedimentum* voca, quoties non de *Voluntate*, ſed *Neceſſitate* impeditur; ſeu cùm Impedimentum *Culpâ ſuâ* non interveniat.

4 Verè *Contumax* is dicitur, qui, *perſonaliter* citatus, dicit, *ſe nolle venire, nec venit*; Item *is* qui citatus, *vel* monitus, *non venit, omni Impedimento ceſſante.*

5 Hæc *Contumacia præſumpta* eſt, ubi Reus *non comparet*; Illa verò *manifeſta*, ubi *compariturum ſe negat.*

6 Con-

Exhibitio Citationis.

OBSERVATIONES.

6 *Contumax* etiam eſt, qui venit, et *ſine Licentiâ* receſſit; et *Actoris* major eſt *Contumacia* quàm *Rei*.

7 *Abſens* autem non eſt *Contumax*, ad *alium* finem, quàm ad *quem* ſe ſiſtere movebatur.

8 *Contumacia* verò contra *Contumaciam*, ſi *neuter litigantium* compareat, *compenſatur*.

9 Si *citatus* Contumax fuerit, et *Judex* eum expectaverit, in *alium diem*, non eſt Contumax, *de novo*, in *illum* diem, *citandus*.

10 *Continuare*, quoad Contumaciam, in *unâ* Cauſâ, poteſt Judex; et *denegare* Juriſdictionem ſuam, in *aliâ* Cauſâ, inter *eaſdem* Perſonas, pendente.

(g) 1 *Excommunicari.*] Creſcente *Contumaciâ*, creſcere debet et *Pœna*: Sed pro *primô* Contumaciâ (juxta *Stylum* Curiarum) poteſt quis excommunicari; Quia *Contumacia quælibet digna eſt Excommunicatione*:

2 Nonnunquam autem viſum eſt Judici, *die relationis Citationis*, ſolummodo pronunciare *Reum*, non comparentem, *Contumacem*, et (ex gratiâ) reſervare ejus *Pœnam*, et continuare *Certificatorium* Mandati, in *proximum* diem Juridicum.

Sententia Excommunicationis.

TITULUS XXXVIII.

De Formâ Petitionis EXCOMMUNICATIONIS, *contra* Contumacem, *et de modo ferendi Sententiam* Excommunicationis, *contra* eundem.

Forma Porrectionis *Schedulæ Excommunicationis.*

Præconizatio.

Judex pronunciat *Reum* Contumacem; decernit *excommunicandum.*

I. ACCUSATÂ *Contumaciâ* (*a*) Partis citatæ, præconizatæ, et *non comparentis*, factâque *Petitione* (prout in Titulo proximè præcedenti) *non comparentem pronunciari Contumacem, et, in pœnam, excommunicari*, PROCURATOR *Actoris* porriget JUDICI *Schedulam* Excommunicationis, in *ſcriptis* debitè conceptam: Et tunc JUDEX mandabit *Reum*, trinâ vice, per *Præconem* (*b*) Curiæ, publicè præconizari: Quo facto, *Reoque non comparente*, dicet JUDEX: *Nos pronunciamus* N. *Contumacem, et, in pœnam Contumaciæ hujuſmodi, decernimus eum eſſe excommunicandum:*

Schedula Excommunicationis, per quem legenda?

II. Et tunc leget *Schedulam* Excommunicationis prædictam, vel (ſi Judex non ſit in ſacris Ordinibus conſtitutus) illam legendam Presbytero (per Archiepiſcopum, ad hoc, conſtituto) tradet: Ille Presbyter ad hujuſmodi effectum, judicialiter ſedet cum ipſo Judice.

Abſolvendus eſt Reus, *eodem die* comparens, *quo excommunicatur, ſine Expenſis* Contumaciæ: *Ratio,* Tota dies debetur.

III. Sed *nota*; quòd *ſi* poſtea REUS, *eodem die*, per ſe, vel per Procuratorem ſuum, *comparuerit*, eſt *abſolvendus* a dictâ Excommunicatione, *ſine Expenſis Contumaciæ* [ſolvet tamen ſex denarios pro actu, et lecturâ Schedulæ Excommunicationis] *Quia*, ut receptum eſt, *Tota Dies debetur pro Comparitione Rei:*

Excommunicatio quando *extrahenda, et denuncianda?*

IV. Et Literæ *Denunciatoriæ* (*c*) Excommunicationis hujuſmodi, non ſolent extrahi, nec Sigillo Judicis communiri, ſaltem Parti tradi, *eodem die*, quo *Sententia Excommunicationis lata fuit:*

Stylus *Curiæ*, quando, *et* quomodo, *Comparitio* dicatur *legitima.*

V. Et (ex *Stylo* Curiarum) dicitur LEGITIMA COMPARITIO, ſi *Procurator* Rei, *aliquo tempore diei, in quo* Pars Rea *comparere debuiſſet*, dimiſerit, penes Regiſtrum, *procuratorium authenticum*, pro Reo excommunicato.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Accuſatâ Contumaciâ.*] Pœna *Contumaciæ* eſt Excommunicatio, *vel* Suſpenſio. De *his*, Vide *plura*, inter *Obs.* in *Tit.* 137. ſub *lit.* (a)

(b) *Per Præconem.*] Id eſt; per Apparitorem, *vel* Bedellum Curiæ: Nam *is*, qui in *cæteris* Curiis appellatur *Apparitor*, in Curiâ de *Arcubus* appellatur *Bedellus Curiæ*.

(c) *Literæ Denunciatoriæ Excommunicationis*] Sententiam Excommunicationis, in *ſcriptis* latam, ſequitur *Denunciatio* (in Eccleſiâ Parochiali excommunicati, vel aliâ quâcunque Eccleſiâ, infra Juriſdictionem citantis) quæ fit ex *Judicis* Mandato, et ſub *ejus* Sigillo emanat.

TITULUS XXXIX.

De modo DENUNCIATIONIS *Excommunicationis.*

I. SI *Reus* (ut ſuprà *Excommunicatus* (*a*), nec per ſe, nec per Procuratorem ſuum, comparuerit, *Procurator Actoris* concipiet, in ſcriptis, Literas *Denunciatorias* Excommunicationis, et eaſdem, *Sigillo Judicis*, communiri faciet; mittetque *Rectori*, *Vicario*, ſive *Curato* Eccleſiæ Parochialis perſonæ Excommunicatæ, *ad denunciandum, et publicandum eaſdem, Divinorum tempore* (*b*), *aliquo die Dominico, ſeu Feſtivo.*

Quæ facienda ſunt per *Procuratores*, ante Denunciationem *Excommunicationis*:

II. Hìc admonendi ſunt illi, qui cupiunt dictas Literas *Denunciatorias* publicari, ut, *debito tempore* (id eſt, die præcedente diem illam Dominicam, vel Feſtivam, in quâ Denunciationem prædictæ Excommunicationis petunt, vel, ſaltem, eâdem die, ante inchoatas Preces matutinas, vel verſpertinas) dictas Literas *Denunciatorias* tradant *Rectori*, *Vicario*, ſeu *Curato* antedicto (ut ille eaſdem legat, ac quod ad Officium ſuum, in eâ parte, ſpectat, ſciat) et tunc requirant, ut, *Divinorum tempore*, publicentur Literæ *Denunciatoriæ* hujuſmodi.

Ulterior, *ad hoc*, eâ de *re*, Admonitio.

III. *Deinde* caveant *Rectores*, *Vicarii*, et *Curati* antedicti, quòd (ſi debito tempore, modo præmiſſo, rogati fuerint, ad publicandum dictas Literas Excommunicationis) *ſine dilatione*, eas *publicent*; et publicatas, modo infra ſcripto, *tradant*, et *certificent*: Nam ſi *hoc* non fecerint, corrigi, et puniri poſſunt, etiam *per Suſpenſionem ab eorum Functione*, per JUDICEM, cujus *Nomine*, et *Authoritate*, Literæ *Denunciatoriæ* hujuſmodi emanârunt:

Cautela bona, *per Denunciantem* obſervanda:

Ne ſit *in Morâ*;

Pœna cujus *Suſpenſio* eſt:

IV. Nam meminiſci debent, quòd, non ſolùm, per Literas *Denunciatorias* hujuſmodi, eis ſtrictè mandatur, *ad publicandum*, et *denunciandum* dictas *Literas Excommunicationis*, etiam *immediatè poſt receptionem earundem*; ſed etiam, *ad certificandum* JUDICEM, *eaſdem concedentem*, de *die*, *modo*, et *formâ*, *Denunciationis earundem*, unà cum *eiſdem Literis Denunciatoriis.*

Ratio;

Excommunicatio *denuncianda* eſt, immediatè poſt *Receptionem*,

Et protinus *certificanda.*

V. Quibus ergo denunciatis, *ſive* publicatis, *Rector*, *Vicarius*, *Curatus*, vel *alius Presbyter*, qui eas publicavit, *ſeu* denunciavit, debet

OBSERVATIONES.

(a) *Ut ſuprà Excommunicatus.*] Prout in *Tit.* 38. §. 1, 2.

(b) *Divinorum tempore.*] Dum major adfuerit Populi Multitudo. Vide *Tit.* 42. §. 1. et *Liturg. Eccleſ. Anglican.* De Ordine adminiſtrandæ Cœnæ Dom. *Rubric.* ¶. 9. *Item* De Effectu Publicationis Excommunicationis: Vide *Otkob. Conſt.* 28. v. *publicè notum.*

Denunciatio.

bet *perſonaliter* [aut per *ſuas Literas*, aut per *Chirographum ſuum* eiſdem Literis Excommunicationis *appoſitum*] *certificare* hujuſmodi *Denunciationem*, ac *Nomen*, et *Cognomen Denunciantis*, ac *diem*, et *locum Publicationis earundem*, eaſdemque Literas *Denunciatorias* tradere *Parti*, ad cujus inſtantiam impetratæ fuerunt; ut eadem *Pars* eaſdem, *debito tempore*, certificare, et in Curiam referre poſſit [Ut in Titulo, *De Petitione* (*c*) *Literarum Significatoriarum*, *pro Corporis Captione Excommunicati*.]

Denunciatâ Excommunicatione, quomodo certificanda eſt ejus Publicatio?

OBSERVATIONES.

( ) *Ut in Titulo, De Petitione*, &c.] Vide *Tit.* 43.

TITULUS XL.

Excommunicatus obduratus.

De modo procedendi contra perſonas perſiſtentes *in Sententiâ* Excommunicationis, *poſt* DENUNCIATIONEM; *et de* Pœnis, *hujuſmodi perſonis, infligendis* [et de *Litibus abbreviandis*.]

Subterfugium obduratè perſiſtentium *in Sententiâ Excommunicationis*,

Uſque diem *quadrageſimum*:

I. TANTA eſt, noſtris diebus, hominum Malitia, et Juris Eccleſiaſtici Contemptus! quòd (ad Lites protrahendas) perſiſtunt *Excommunicati*, poſt *Denunciationem*, per *triginta octo*, etiam per *triginta novem dies*; et deinde in ipſâ *quadrageſimâ die*, ad evitandum *Incarcerationem* [per BREVE REGIUM, *De Excommunicato capiendo* (*a*)] et *Expenſas Litis*, eâ Occaſione, *ſolvendas* (nullâ *Conſcientiâ*, ad hoc, inducti) petunt *Abſolutionem*: Jactitantes, ſe poſſe obtinere *Abſolutionem*, ante lapſum *quadraginta dierum*, per ſolam Solutionem *quarundam Expenſarum Contumaciæ!*

Spes horum *nefaria*, tunc demum, *Abſolutionem* obtinendi.

Hujus *Pertinaciæ* Remedium:

Judex poteſt procedere contra *hos*, ex *Officio*, quà *Contemptores*:

Quibus (niſi, cauſâ Abſentiæ, procul, aut e Regno)

Injungenda eſt *Pœnitentia*,

Cum *Condemnatione* in *Expenſis*:

II. Ad obviandum, igitur, *huic malo*; ſi JUDICES dignarentur (ex eorum Officio *mero*, vel *promoto* per *Partem*, in cujus præjudicium Lis retardata fuit) procedere contra hujuſmodi *Perſonas Excommunicatas*, et *Contemptores Juriſdictionis Eccleſiaſticæ*, et, niſi probaverint *juſtas* cauſas, et *rationabiles*, ob quas, *tanto tempore*, ſteterunt *Excommunicati* [utpote, quia *abſentes* fuerunt *extra* Regnum, vel in *remotioribus* partibus Regni, *tempore Denunciationis Excommunicationis*, et per *triginta dies*, ad minùs, *poſt Denunciationem*] eis *Pœnitentiam condignam* injungere, et in *Expenſis*, in eâ parte, *factis*, præter dictas *Contumaciæ Expenſas*, condemnare, facilè

OBSERVATIONES.

(a) *Breve Regium de Excommunicato capiendo.*] Si *Denunciatus*, infra *quadraginta* dies continuos, *Abſolutionem* non obtineat; *ſignificandum* eſt *hoc*, nomine *Epiſcopi*, ſub *Sigillo* Judicis, *Regi* in *Cancellariâ*; et impetrandum eſt, *ibi*, BREVE REGIUM, *De Excommunicato capiendo*: De quo *Brevi Regio*, pro Captione Corporis *Excommunicati*, Vide *Tit.* 44.

facilè curabunt, ne *in poſterum* (ſaltem, tam frequenter) *tanta Contumacia* committatur: Nam tunc, de eis, verè dicetur;

Denunciatio.

Oderunt peccare mali, formidine pœnæ,
————————*et non virtutis amore:*

Hos domabit *Pœnæ Timor*, quos non *Virtutis Amor*;

Abbreviabuntur etiam maximè Lites: de quo, apud multos, communis eſt querela.

Unde *citiùs* finiantur Lites.

Dilationis *Exempla:*

III. Nam ſi Reus, *primò*, ſteterit *Excommunicatus*, et *Denunciatus*, per *tempus* prædictum, *antequam comparuerit*, per ſe, vel per Procuratorem, *ad reſpondendum in Cauſâ:*

(1) *Citatus originaliter*, diem uſque ad *Quadrageſimum* Excommunicatus perſiſtit:

IV. *Deinde*, cum *citatus* fuerit, *ad perſonaliter reſpondendum Poſitionibus Libelli*, etiam ſteterit, *tanto* tempore, *Excommunicatus*, et *Denunciatus*, antequam *reſponderit:*

(2) *Similiter*, iterum *vocatus* ad perſonaliter *reſpondendum:*

V. Si, etiam, cùm fuerit *monitus*, ad *ſubeundum Examen*, non curaverit *Examen* ſubire *ante tempus* ſibi, in eâ parte, *conſtitutum*, et, *eâ de cauſâ*, fuerit *Excommunicatus*, et *Denunciatus:*

(3) *Similiter* etiam, poſt *Monitionem*, pro *Reſponſis dandis:*

VI. Si, etiam, cùm fuerit *examinatus* forſan, datâ operâ, *recuſaverit plenè reſpondere* alicui Poſitioni, *vel* reſponderit, *ſe* tali Poſitioni *reſpondere non teneri* (ut, de hâc quæſtione, *tempus* teratur) et, deinde, cùm interlocutum fuerit, per Judicem, *dictam Partem Ream non plenè reſpondiſſe*, ac *vocandum* eſſe *ad plenè reſpondendum*, vel, *eandem Partem teneri tali Poſitioni reſpondere*, cui omninò *reſpondere recuſavit*, et *ad reſpondendum eidem*, etiam *vocandam* fore; ſi, inquam, quamvis *Reus*, ad *reſpondendum præmiſſis*, legitimè fuerit monitus, *non tamen curaverit reſpondere*, ſed, propter *ſuam*, in eâ parte, *etiam Contumaciam* fuerit *Excommunicatus*, et *Denunciatus*, perſtiterit, in eâdem Sententiâ, per *tempus prædictum:*

(4) *Similiter*, *vocatus ſuper Plenioribus Reſponſis:*

(5) Similiter, vocatus *ad reſpondendum Poſitioni*, cui *omninò* reſpondere *recuſatur:*

VII. *Denique*, cùm fuerit *condemnatus*, per Sententiam definitivam, in *Legato*, *Decimis*, et *ſimilibus*, et monitus *ad ſolvendum*; tamen ſteterit *Excommunicatus*, per *tempus antedictum*, antequàm *ſatisfecerit* hujuſmodi Monitioni:

(6) *Similiter*, in *non ſolvendo* Rem adjudicatam:

VIII. Nonne, *ex hoc*, maximè differuntur Lites, et finales Cauſarum Terminationes? Etiam, differuntur; cum maximo Scandalo totius Juriſdictionis Eccleſiaſticæ.

Pertinaciter, *hinc* nectuntur *Moræ*.

IX. Curent igitur Judices, *de cætero*, ut, in omni caſu prædicto, procedant, *ex Officio*, contra *manifeſtos Contemptores* hujuſmodi, et *eos* debitè, etiam *publicâ Pœnitentiâ*, corrigant; præſertim ſi, *ſecundò*, in hujuſmodi Sententiâ Excommunicationis, *poſt Denunciationem*, perſiſterint.

Contemptores *publicâ Pœnitentiâ* puniendi;

Præſertim, *bis* Delinquentes.

TITU-

Denunciatio.

TITULUS XLI.

Excommunicatus Perjurus.

De alio modo procedendi contra perſiſtentes *in Sententiâ Excommunicationis poſt* DENUNCIATIONEM *ejuſdem.*

Jurat *abſolvendus* de parendo *Juri*, et ſtando Mandatis *Eccleſiæ*.

I. QUONIAM, ut (in diverſis *hujus Libri* (*a*) Titulis) dictum ſit (ac *Jura* etiam hoc volunt) neminem debere abſolvi, *a Sententiâ Excommunicationis*, niſi, *primò* præſtiterit JURAMENTUM, *de parendo Juri, et ſtando Mandatis Eccleſiæ* (*b*); Igitur, ſi *Quis* hujuſmodi JURAMENTUM *præſtans*, poſtea *reinciderit in eandem Sententiam* [id eſt; propter *ſecundam Contumaciam*, in non parendo *Juri*, et non ſtando *Mandatis Eccleſiæ*, fuerit denuo *Excommunicatus*, et *Denunciatus*] ſi non poterit *ſe*, de hujuſmodi *ſecundâ Contumaciâ*, legitimè purgare, procedere poteſt (et neceſſe eſt, ut procedat) JUDEX contra hujuſmodi *Contumacem*, in *Cauſâ* PERJURII, et *eum*, tanquam *Perjurii Reum manifeſti*, corrigere, et punire debet: Et tunc cavebunt *Excommunicati*, quomodo in hujuſmodi *Excommunicatione* perſiſtant, *poſt præſtitum* JURAMENTUM *prædictum*.

Contra *ſecundò Excommunicatum*, proceditur *in Cauſâ Perjurii*.

Ne fiat *Abſolutio*, donec *ſatisfactum fuerit Eccleſiæ*.

II. Et *notandum* eſt; quòd (de *Legibus* hujus Regni) *quilibet* EXCOMMUNICATUS tenetur *ſatisfacere Eccleſiæ* (*c*) pro *Contemptu*, priuſquam ſit *abſolutus*; ut apparet tam in BREVI REGIO, *De Excommunicato capiendo*, quàm in BREVI REGIO, *De Excommunicato deliberando.*

OBSERVATIONES.

(a) *In diverſis hujus Libri Titulis.*] Vide *Tit.* 27. §. 6. necnon *Tit.* 47. §. 1. *Tit.* 211. §. 1.

(b) *Niſi, primò præſtiterit Juramentum, de parendo Juri, et ſtando Mandatis Eccleſiæ.*] Id eſt; *De parendo, in poſterum, omnibus licitis Mandatis Ordinarii, quódque, de futuro, ſcienter non inciderit in Sententiam Excommunicationis.*

(c) *Tenetur ſatisfacere Eccleſiæ.*] “ Tam de “ Contemptu, quàm de Injuriâ ei illatâ: *Prout, inter Verba Brevis Regii*, De Excommunicato capiendo, *apparet*: Ad *eundem* etiam *effectum* recitatur, in BREVI REGIO, De Excommunicato deliberando: *Quorum* reſpectivè *Brevium* Tenor exhibetur, in *Formulario noſtro Eccleſiaſtico*, &c.

TITU-

Denunciatio.

TITULUS XLII.

Quòd Judex Eccleſiaſticus procedere poteſt contra COMMUNICANTES *cum* EXCOMMUNICATO.

Excommunicationis Participes.

I. LEGIBUS non ſolùm, ſed etiam, ex PRAXI *antiquâ*, et *hodiernâ*, ſtatutum, et uſitatum eſt, *quòd Omnis Excommunicatus, publicè, in Eccleſiâ ſuâ Parochiali, pro Excommunicato, Divinorum tempore, ac dum major Populi Multitudo interfuerit, denuncietur* (*a*); ut non ſolùm *Perſona ipſa Excommunicata*, ſed etiam *cæteri Omnes*, præſertim *Parochiani ejuſdem Parochiæ*, Notitiam haberent, et non Ignorantiam ejuſdem *Excommunicationis* prætenderent.

Ratio *Denunciationis Excommunicationis* publicè in *Eccleſiâ*:

Ut *in majus* innoteſcat.

II. Si, igitur, aliquis cum *Excommunicato Denunciato* communicaverit, *vel* converſatus fuerit (niſi, *animo eum reconciliandi* (*b*) *ad Eccleſiam*, hoc fecerit, vel *ad petendum Abſolutionem*) et, de eo, fuerit convictus, eſt etiam, *ipſo facto*, *Excommunicatus*; et, pro *tali*, denunciandus; et *Pœnitentia* ei, antequam abſolvatur, injungi poteſt, *Judicis Arbitrio*; cum *Expenſarum* Condemnatione.

Communicans cum *Excommunicato* eſt (ipſo facto) *Excommunicatus*:

Inde *Injunctio* Pœnitentiæ,

Judicis Arbitrio,

Cum *Condemnatione* in *Expenſis*.

III. *Sciant* igitur *Omnes*, hanc SENTENTIAM EXCOMMUNICATIONIS non eſſe *tam leviter æſtimandam*, ut a quamplurimis habetur: *Quia* non ſolùm, de *Jure Eccleſiaſtico*, Legibus hujus Regni approbato, procedi poſſit contra *eos*, et *communicantes cum eis* (ut ſuprà) per JUDICEM *Eccleſiaſticum*: Verùm etiam ſi ſteterint EXCOMMUNICATI, per *Annum*, poſt *Denunciationem*, procedere et inquirere poteſt JUDEX *Eccleſiaſticus* contra *eos*, in *Cauſâ* HÆRETICÆ PRAVITATIS: Necnon etiam, tam de *Jure Eccleſiaſtico*, quàm ex *Lege Municipali* hujus Regni, quemadmodum *Homines* BANNITI (*c*), et (ut vocant) UTLAGATI, non poſſunt *agere* in aliquo

Excommunicatio non leviter æſtimanda,

Ratio:

Proceditur contra *Excommunicatos*, et eiſcum *Communicantes*:

Contra *Excommunicatos*, per Annum, *perſiſtentes*, poteſt agi *quaſi* contra *Hæreticos*:

Excommunicati ſunt, *quaſi* Homines *Banniti*, et *Utlagati*;

OBSERVATIONES.

(a) *Pro Excommunicato, Divinorum tempore, &c. denuncietur.*] De modo *Denunciationis* Excommunicationis, Vide *Obs.* in *Tit.* 38. ſub *lit.* (c) Vide etiam *Tit.* 39. *per totum*, et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (b).

(b) 1 *Niſi animo eum reconciliandi.*] Niſi ut eum, *ad petendum Abſolutionem*, et *ad ſe reconciliandum Eccleſiæ*, hortetur:

2 *Canones* item præſcribunt; ut in *Excommunicatione*, per *tres* Menſes, *perſiſtens*, de *novo*, ſingulis *ſex* Menſibus, *denuncietur*; cum *Intimatione*, ut habeatur *pro Excommunicato*, qui cum *Illo*, quovis in Negotio, *communicet*. Vide *Artic. Relig. Eccleſ. Ang.* Anno 1562. §. 33. De *Excommunicatis vitandis*; Necnon *Canon.* (An. 1603.) 65.

(c) *Quemadmodum Homines Banniti.*] De modo ſiſtendi Proceſſum, ſi *Utlagatus* quicquam petierit; Vide *Tit.* 13. *per totum*: Vide etiam *Tit.* 11. §. 1, 3. De *Excommunicato*; ad conſimilem effectum.

Inhabiles in utroque Foro: aliquo Foro, ſive *Eccleſiaſtico*, ſive *Temporali*, in ullâ Cauſâ, aut Actione; ita non poſſunt Excommunicatæ Personæ.

Plurimis, de Jure, afficiuntur Pœnis: *His denegatur Sepultura, &c.* IV. Multæ etiam *aliæ Pœnæ* ſunt, de Jure Ecclesiastico, *Perſonis Excommunicatis*, imponendæ et infligendæ: Nam deneganda eſt eis Sepultura in *Eccleſiâ*, et *Cæmeterio*.

Corporis Captio.

TITULUS XLIII.

De Petitione Literarum Significatoriarum, pro Corporis Captione *Excommunicati.*

Lapſis quadraginta diebus, Exhibenda eſt Excommunicatio, cum Certificatorio Denunciationis: I. Si Reus *Excommunicatus* (*a*), et (ut præfertur) *Denunciatus* (*b*), nec per ſe, nec per ejus Procuratorem, *infra quadraginta dies*, poſt *Denunciationem Literarum Excommunicationis* comparuerit, *Mandatum originale dictarum Literarum* (*c*) (cum Certificatorio authentico (*d*), in dorſo ejuſdem) *eſt coram Judice exhibendum*; ſub hâc formâ:

Forma Exhibitionis ejuſdem, per Procuratorem, II. *Ego* N. *exhibeo Mandatum originale denunciatorium, cum Certificatorio, in dorſo ejuſdem; et allego* M. (*in hujuſmodi Mandato nominatum*) *fuiſſe et eſſe, Authoritate veſtrâ, excommunicatum; ac pro excommunicato* (*debitis loco et tempore*) *publicè denunciatum; et quòd in hujuſmodi Sententiâ Excommunicationis, per quadraginta dies* (*e*), *et ampliùs, poſt earum Denunciationem, animo pertinaci et indurato, Juriſdictionem Eccleſiaſticam* (*f*) *nequiter contemnendo, perſeveravit, et adhuc perſeverat; prout in Certificatorio prædicto* (*per me jam exhibito*) *apparet: Quare peto, ſcribendum fore decerni Regiæ Majeſtati* (*g*), *pro ejus Corporis Captione.*

Petitio Literarum Significatoriarum, pro Corporis Captione. *Decretum Judicis.* Tunc Judex: *Decernimus, ut petitur.*

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Si Reus Excommunicatus,* &c] Quod ſuprà dicitur de *Reo*, locum etiam habet de *Actore*, in quâlibet parte Judicii, *pro Contumace pronunciato, excommunicato,* et *denunciato.*

(b) *Ut præfertur, denunciatus.*] Prout in *Tit.* 39. §. 1. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (b)

(c) *Mandatum originale dictarum Literarum*] Id eſt; *Literæ Denunciatoriæ*; ſcilicet, *Excommunicatio*, ſub *Sigillo.*

(d) *Cum Certificatorio authentico.*] Denunciatâ Excommunicatione, quomodo *certificanda* eſt ejus *Publicatio*; Vide *Tit.* 39. §. 5.

(e) *Quadraginta dies.*] *Lyndw.* c. *Sæculi*, De *Immunitate Eccleſiæ.* v. *obtinet.* Idem c. *Authoritate.* De *Sententiâ Excommunicationis*, v. *contemnentes.*

(f) *Juriſdictionem Eccleſiaſticam*] Ab antiquo, loco horum Verborum, [Juriſdictionem Eccleſiaſticam] ſcribi ſolebat [Claves Sanctæ Matris Eccleſiæ.]

(g) 1 *Scribendum fore decerni Regiæ Majeſtati.*] Hæ Literæ *Significatoriæ* non poſſunt ab *inferioribus Prælatis* procedere, ſed ab *Epiſcopis* tantùm: Vide *Lyndw.* c. *Sæculi.* De *Immunitate Eccleſiarum.* Verb. *Prælatorum:*

2 Ideoque *Archidiaconus*, ejuſve *Officialis*, a Se *excommunicatum* ſignificat *Epiſcopo*, et *Epiſcopus* Regi.

3 De *Literis Significatoriis*, et *Brevi Regio*, De *Excommunicato capiendo.* Vide *Statut.* Anno 3. *Ed.* 1. *cap* 15. §. 3. An. 9. *Ed.* 2. *cap.* 12. An. 1. *Hen.* 5. *cap.* 5. An. 2. *Ed.* 6. *cap.* 13. §. 13. §. 4. An. 5. *Eliz. cap.* 23.

Corporis Captio.

TITULUS XLIV.

De Literis Significatoriis (*a*), et *Brevi Regio*, de Excommunicato Capiendo.

Literæ Significatoriæ ſub *Sigillo* impetratæ, *Cui* dirigendæ? *Breve Regium* inde *cui* dirigitur? *Captus* incarceratur, *Uſque ad* Abſolutionem, Satisfactionem Eccleſiæ, Expenſarum Solutionem. *Officiarii Cancellariæ* quinam, *hoc caſu*, adeundi?

I. HOC *Decretum Significatorium* Actor, *ſeu* ejus Procurator, *ſub* Judicis Sigillo, tanquam *Teſtimoniale* (*b*), impetrabit; directum *Regiæ Majeſtati*; et tradet Regni *Cancellario*, vel alii *Officiario* in Curiâ *Cancellariæ*, ad hoc conſtituto; a *Quo* habebit Breve Regium, *de Excommunicato Capiendo* (*c*); directum *Vicecomiti* illius Comitatûs, in quo *Excommunicatus* habitat; per *Quem* (ſi apprehendi poſſit) incarcerabitur; *donec* comparuerit, per *Procuratorem*; et fuerit, per *Judicem*, abſolutus; et ſatisfecerit Eccleſiæ, pro *Contemptu*; et Parti adverſæ, pro *Expenſis Contumaciæ*.

II. Sed hìc notandum eſt; quòd, in *Curiâ* Cancellariæ, ſunt quidam *Clerici* [qui dicuntur (*d*), The Cursitors of the Chancery] quibus ſi *Literæ Significatoriæ* tradantur, curabunt *Breve Regium* ſigillari; et pro *quolibet Comitatu* ſunt hujuſmodi *Officiarii*, ad hunc effectum, conſtituti.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Literis Significatoriis.*] De *his*; Vide *Lyndw.* c. *Præterea.* De *Sententiâ Excommunicationis.*

(b) *Sub Judicis Sigillo, tanquam Teſtimoniale.*] Nam, *Judex loquitur per Sigillum.*

(c) *Breve Regium, de Excommunicato capiendo.*] Tenor hujuſmodi *Brevis* inſeritur, in *Formulario noſtro Eccleſiaſtico.*

(d) *Qui dicuntur,* &c.] Clerici Brevium *de* Curſu.

Depoſitum apud *Acta.*

TITULUS XLV.

Quòd Excommunicatus, ſive *pro non Solutione* Expensarum, ſive Sortis Principalis, *non eſt* abſolvendus, *donec eaſdem*, apud Acta, *depoſuerit.*

Excommunicatus, *ob non Solutionem*, non eſt abſolvendus, *donec depoſuerit*, apud Acta, *Condemnationem.*

I. SI quis fuerit *Excommunicatus*, in non ſolvendo Expensas Litis, *vel* Sortem Principalem [hoc eſt, *Rem adjudicatam*; utpote *Legatum*, vel *Decimas adjudicatas*] quámvis forſan *injuſtè* (*a*); non eſt *Abſolvendus* (*b*), niſi depoſuerit, *apud Acta*, Condemnationem; et quamprimùm probaverit *hujuſmodi Injuſtitiam*, Deposita prædicta ſunt ſibi *tradenda*.

Injuſtè Excommunicato *Depoſita* ſunt *retradenda*.

II. Hoc

OBSERVATIONES.

(a) *Quamvis forſan injuſtè.*] Scilicet; ex *falſo* Certificatorio; *ſeu* propter *defectum* in eodem; *prout* in *Tit.* 27. §. 2, 4, 5. necnon in *Tit.* 28. §. 1, 2.

(b) 1 *Non eſt abſolvendus.*] Poſt verba [*quámvis forſan injuſtè*] hujus Tituli; *varia Lectio* (in *veteri*, penes me, *MS.*) talis eſt:

2 " Et hanc injuſtitiam allegaverit, et ſe " promptum *ad eandem probandum* obtulerit, " *abſolvendus* tamen non eſt, niſi *Expenſas Contumaciæ* depoſuerit, *apud Acta*, et *Condemnationem*; et præſtiterit Juramentum, *de parendo Juri, et ſtando mandatis Eccleſiæ* (ut " in Titulo, *De Objectione contra Certificatorium Mandati citatorii, et de Abſolutione ab injuſtâ Excommunicatione, ex falſo Certificatorio, latâ*) et tunc *abſolvendus* non eſt *ſimpliciter*, ſed uſque in *diem* datum *ad probandum*; et (ſi allegata probaverit) obtinebit *Expenſas ſuas*, et *Abſolutionem ſimpliciter*, et retradendæ ſunt tam *Expenſæ Contumaciæ*, quàm " *Expenſæ Litis*, vel *Sortes principales*, depoſitæ, " *apud Acta*, tempore *Abſolutionis prædictæ, in diem.*

3 " Quære tamen, a *peritiſſimis Advocatis*, " quid *Juris* ſit, in hoc caſu? Id eſt; *utrùm* " Excommunicatus, *pro non Solutione Expenſarum*, vel *Sortis principalis*, allegans, et ſe " promptum *ad probandum* offerens, *quòd has Expenſas*, vel *Sortem principalem ſolverit*, non " ſit *abſolvendus*, priuſquàm, *apud Acta*, depoſuerit tam *Expenſas Contumaciæ*, quàm *Expenſas Litis*, vel *Sortem principalem*, pro quarum *non Solutione* fuerat Excommunicatus?

4 " *Ex Stylo Curiarum Reverendiſſimi*, Excommunicatus, in caſu *prædicto*, non eſt abſolvendus, *aliter*, nec *alio modo*, quàm *in præſenti Titulo* narratur.

5 " *Stylus* hujuſmodi (ut a majoribus audivi) *primò* introductus fuit; *quia* Excommunicatio prædicta non fuit fulminata, priuſquàm " *Pars*, quæ præmiſſa ſolvere tenebatur, *fuit legitimè monita* [*ſequentia intellige*, cum Excommunicatus fatetur, *ſe legitimè monitum fuiſſe*, et allegat *Solutionem*] ad eas ſolvendas, " *certo die* in eâ parte *conſtituto*, et etiam (caſu quo *ante*, vel *in eodem die*, eaſdem non ſolverit) citata ad comparendum, *alio ſtato die*, " ad dicendum cauſam, *quare propter non Solutionem eaſdem excommunicari non deberet*, et quòd Pars ita *monita*, et *citata*, quámvis *ſolverit Expenſas*, vel *Sortem principalem*, " tamen (ad purgandam ſuam *Contumaciam*) " comparere debuiſſet, in *die prædicto*, vel ejus " Procuratori *Solutionem hujuſmodi* ſignificare, " et allegare *Solutionem* præmiſſorum: Quod " cùm *non* fecerit, *meritò* excommunicanda " fuit.

6 " Adde etiam; quòd ſi *quilibet Excommunicatus*, in caſu prædicto, *abſolveretur ſimpliciter*, quamprimùm *allegaverit Solutionem*, " et petierit Terminum *ad eandem probandam*, ſi *Allegatio* non fuerit *vera*, Abſolutio " hujuſmodi ceciderit *in maximum præjudicium Partis*, quæ dictam *Sententiam* obtinuit: " Nam, *de novo*, tenebitur monere *Partem abſolutam*, ad præmiſſa *ſolvenda*, citra *aliud tempus*, et (in caſu quo *non* ſolvit eadem) " *ſecundò*, etiam *tertiò*, et *quartò* (ſi *ſimpliciter abſolveretur*) eam *excommunicari* obtinere.

II. Hoc etiam locum habet, ſi *Excommunicatus* allegaverit SOLUTIONEM *Sortis principalis*, ſeu *Expenſarum adjudicatarum:* *Similiter ei, qui priùs ſolverat:*

III. RATIO eſt; quia cùm, *primò*, fuit monitus, ad ſolvendum [*tali die*] et *deinde* citatus, ad comparendum [*tali die*] *ad dicendum cauſam quare* (*c*), in non ſolvendo, *non deberet excommunicari*, debuiſſet *eodem die* comparere, et allegare SOLUTIONEM, et ita ejus *Contumaciam* purgare : [Ratio, verò, *quare deponatur* Condemnatio]

IV. Sed, *hoc probato*, non ſolùm DEPOSITA prædicta ſunt *retradenda*; verùm etiam *injuſtè excommunicatus* obtinebit ſuas *Expenſas*, factas circa *hujuſmodi Allegationis* Probationem. *Probatâ Solutione*, injuſte Excommunicato *etiam* allocantur *Expenſæ*.

OBSERVATIONES.

(c) *Ad dicendum cauſam quare*, &c.] Tenor *Monitionis* hujuſmodi, juxta *Stylum hodiernum*, aliter ſe habet; ſcilicet, *ad ſolvendum infra* [tot dierum ſpatium] *poſt Executionem Monitionis, ſub pœnâ majoris Excommunicationis Sententiæ, exnunc prout extunc, propter non Solutionem, prolatæ*. Vide de hoc *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (c). vide etiam *Tit.* 135. §. 1, 2.

Depoſitum apud *Acta*.

TITULUS XLVI.

In quo caſu EXPENSÆ CONTUMACIÆ *ſunt deponendæ*, apud Acta *antequam concedenda ſit* ABSOLUTIO.

I. SIQUIS non appellaverit, a *Sententiâ* EXCOMMUNICATIONIS, priuſquàm ſteterit *Excommunicatus*, per *quadraginta dies*, poſt *Denunciationem*, et *Significatum* fuerit *pro* ejus *Corporis Captione*; tunc *petens* ABSOLUTIONEM non eſt *abſolvendus*, niſi *primò* fiat DEPOSITUM, apud Regiſtrum, *Expenſarum Contumaciæ*, per JUDICEM *taxandarum:* Et quæ iſtæ *Expenſæ* ſunt, lege Titulum, *Quæ Expenſæ dicuntur*, *Expenſæ Contumaciæ* (*a*): Appellans, *poſt Literas Significatorias*, non eſt abſolvendus, *Niſi*, depoſitis *Expenſis Contumaciæ*, taxandis: Quænam *iſtæ*?

II. Tamen,

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Lege Titulum, Quæ Expenſæ dicuntur, Expenſæ Contumaciæ.*] De his *Expenſis*, nullum (ut ſuprà promittitur) invenio *Titulum*; cujus igitur *loco*, ſubſtituuntur hìc *ſequentia*; quæque variis ex *Antiquis* excerpſi *Monumentis*.

2 Præter autem *Expenſas quaſdam*, quæ dicuntur *Contumaciæ*, ſcilicet, *duorum Denariorum* [ut in §. 8. *Tit.* 47.] pro *qualibet Milliari*, quo *Excommunicatus habitat* a *Loco Judicii*; inſuper adſcribendæ ſunt etiam *Expenſæ*, quæ, *ratione Contumaciæ hujuſmodi*, neceſſariò exponuntur:

3 Addenda ſunt ad *feoda* deſuper, ex uſu, *debita*, uſque *Literas Significatorias*, de Excommunicato capiendo, *ſub Sigillo*, *obtentas*; *Proque* Breve Regio: *Pro* Irrotulatione ejuſdem Brevis in Regio Banco; *Pro* feodo Ballivi Vicecomitis; *Pro* feodo Attornati, in Banco Regio:

4 Ut breviter in pauca conferam; Pro *Expenſis omnibus neceſſariis, Partis*, vel *ejus Procuratoris*, unácum *feodis uſitatis*, ad impetrandum has *Literas Significatorias*, et *Breve Regium* hujuſmodi:

5 Quas Expenſas *Judex* taxare, et allocare ſolet, *juxta* Diſtantiam loci habitationis Partis (ad cujus inſtantiam præmiſſa conceſſa fuerunt) a loco Judicii, et prout res poſtulare videbitur, *juxta* operam, laborem, et difficultatem.

6 *Etenim*

Sint *incertæ*:

II. Tamen, quia non poſſit JUDICI conſtare, *quæ Expenſæ factæ fuerunt*, per *adverſam Partem*, donec ipſa *Pars* comparuerit; Procurator, *petens Abſolutionem*, tenetur [ultra Summam, *apud Acta*, depoſitam] *Pignus deponere*, aut *Juratoriam* dare *Cautionem*, de ſolvendis *aliis* quibuſcunque *Expenſis*, per *Dominum* JUDICEM *taxandis*, caſu quo *Pars adverſa* poterit docere, *plures* deberi *Expenſas*, quàm Summam *aliàs* taxatam.

Ergo fiat, præterea, *Pignoris Depoſitum*, ſeu *Cautio juratoria*, de *cæteris* ſolvendis, *præter* aliàs taxatas.

III. Et nota; quòd apparebit JUDICI *utrùm fuerat* aliàs *Significatum* REGI, pro *Corporis Captione* Appellantis; quia Appellans, in *Actu* prædicto, debet *hoc* allegare, et petere *ſcribendum fore decerni Regiæ Majeſtati*, pro *Corporis Deliberatione* dictæ Excommunicatæ Perſonæ.

Petitur, *apud Acta*, ſcribendum fore *pro Corporis Deliberatione*.

OBSERVATIONES.

6 *Etenim* licèt deſignentur, pro feodo Ballivi, *quinque* Solidi; tamen quia aliquando Excommunicatus ſe ſubducit, et occultat, quominus poſſit apprehendi; Unde Ballivus aſſiduè, diuque laborat, et quamplurimas Expenſas facit, priuſquàm Excommunicatum (Virtute Brevis Regii) capere poſſit; atque ita Pars principalis (in cujus favorem præmiſſa facta ſunt) exponere hujuſmodi Ballivo cogetur *Viginti* (etiam) aliquando *quadraginta* Solidos:

7 Et *ſimiliter*, ſi excommunicatus (ad evitandum Executionem Brevis Regii) fugerit de *Comitatu* in *Comitatum*, ita Pars adverſa (vel invita) cogatur *diverſa Brevia Regia* obtinere:

8 Ideoque (fide debitâ inde factâ) JUDEX *hujuſmodi etiam Expenſas* (unà cum *præmiſſis Expenſis ordinariis*) taxabit, et *Parti* allocabit.

Corporis Deliberatio.

TITULUS XLVII.

De Literis Significatoriis, ſuper ABSOLUTIONE (*a*); et de *Brevi Regio*, pro CORPORIS DELIBERATIONE.

Forma *Juramenti*, per Excommunicatum *præſtandi*, ad obtinendum *Abſolutionem*, et Breve *pro Corporis Deliberatione*.

I. PROCURATOR *Excommunicati*, poſtquàm exhibuerit *Procuratorium* ſuum (*b*), pro *Excommunicato*, debet præſtare JURAMENTUM; *Quòd credit Dominum ſuum* (*c*), *de cætero, parere Juri, et ſtare Mandatis Eccleſiæ, licitis, et honeſtis:*

II. Et

OBSERVATIONES.

(a) *De Literis Significatoriis, ſuper Abſolutione.*] Vide *Statut.* 9. *Ed.* 2. c. 7. *et* 5. *Eliz.* c. 23. §. 11.

(b) *Procuratorium ſuum.*] Poteſtas *jurandi, in Animam Domini*, expreſſis verbis, dari ſolebat *Procuratori*, in omni *Mandato Procuratorio*; Vide *Formulas Antiquas.*

(c) *Quòd credit Dominum ſuum*, &c.] Hodie, Pars *ipſa* Excommunicata (ad obtinendum Beneficium Abſolutionis) *Juramentum* præſtare ſolet, *de parendo Juri*, *et ſtando Mandatis Eccleſiæ, in omnibus licitis, et honeſtis.*

II. Et ulteriùs, *Procurator* (petens *Abſolutionem* Domini ſui) *realiter* ſolvet *Parti*, ſeu *Procuratori Partis adverſæ* (ſi ejus præſentiam habere poterit, alioquin deponet, *apud* Acta (*d*), *penes* Regiſtrum) *Expenſas* (ut appellant) *Contumaciæ*, quæ, *per* JUDICEM, taxabuntur (*e*): — Expenſæ Contumaciæ, *apud Acta*, deponendæ, Per *Judicem* taxandæ.

III. Quibus ſic geſtis, JUDEX abſolvet *Excommunicatum* (*f*), et *eum Communioni fidelium* reſtituet; et (ad Petitionem Procuratoris ſui) decernet, *ſcribendum fore Regiæ Majeſtati*, pro *Deliberatione Corporis Excommunicati*, e *Carceribus*: — Abſolvitur *Excommunicatus*; Decernitur *ſcribendum fore*, pro *Corporis Deliberatione*.

IV. Et *eo* modo, hujuſmodi BREVE REGIUM [De *Excommunicato deliberando*] eſt obtinendum, et dirigendum, modo *quo* prædictum BREVE REGIUM [De *Excommunicato capiendo*] obtentum, et directum fuit (*g*). — *Breve Regium* inde, *quomodo obtinendum?*

V. Notandum autem eſt; quòd *quoties* Procurator *Actoris* non fuerit præſens, *ad exhibendum Billam Expenſarum Contumaciæ*, et *petendum Taxationem earundem*, tempore quo *Abſolutio* prædicta petita fuerit; *toties* Procurator *Rei* (petens Abſolutionem) *præter Expenſas*, per JUDICEM (ut ſuperiùs dicitur) *taxatas* (*h*), et apud Regiſtrum *depoſitas*, debet *Cautionem* interponere, *Juratoriam*, aut *Pignoratoriam*, de ſolvendo *alias Expenſas*, ratione Contumaciæ hujuſmodi, *expoſitas*, et per *dictum* JUDICEM *taxandas*, caſu quo *Pars adverſa* docuerit, *plures Expenſas*, ratione Contumaciæ, *Parti ſuæ* deberi, quàm *quæ priùs* taxatæ fuerant: — Petitâ *Abſolutione*, et pro *Corporis Deliberatione*, in *Abſentiâ* Procuratoris adverſi, Interponenda eſt *Cautio Juratoria*, ſeu *Pignoratoria*, De ſolvendo *cæteras* Expenſas, taxandas,

VI. Et JUDEX (in *hoc* caſu) cùm ſibi conſtiterit, *majores Expenſas factas fuiſſe, ratione Contumaciæ*, debet deinceps *Expenſas*, in *priori* Taxatione *omiſſas*, Parti petenti allocare, et Partem adverſam *ad Solutionem earundem* compellere; non obſtante *anteriori* ſuâ Taxatione: — Quæ, *ultra Taxationem priorem*, allocandæ ſunt:

VII. Ratio iſtius *ſecundæ* Taxationis *Expenſarum* eſt: Quia *Expenſæ Contumaciæ* non ſunt *certæ*; ita quòd PARS, *petens Abſolutionem*, non ſcit *quas* deponeret *Expenſas*; nec JUDEX, *quas* taxabit: — Quia *prior Taxatio* fuit de *incertis*:

VIII. Nam

OBSERVATIONES.

(d) *Deponet apud Acta.*] Vide *Tit.* 45, 46. necnon *Tit* 38. §. 3.

(e) *Quæ per Judicem taxabuntur.*] Vide *Tit.* 46. §. 1. et *Obs. ibid.* Vide etiam §. 5, 6, 7, 8. *hujus Tituli.*

(f) *Abſolvet Excommunicatum.*] Abſolutio hæc *publicanda* eſt, quando Excommunicatio *denunciata* fuit. *Othob.* de *publicâ Abſolutione.* c. *ſicut Eccleſiaſticæ.* Abſolutio ab Excommunicatione, quæ fit ratione Juriſdictionis, non requirit Sacerdotem. Vide *Lyndw.* De *Pœniten.* c. *Cùm ſalubriter.* v. *Clavibus.*

(g) *Modo quo Breve Regium, de Excommunicato capiendo, obtentum, et directum fuit.*] Vide de hoc, *Tit.* 44. per totum.

(h) *Ut ſuperiùs dicitur, taxatas.*] Suprà, ſcilicet, in §. 2. *hujus Tituli.*

I

Etſi conſtat, *Duos deberi Denarios pro quolibet Milliari*;

In occulto ſuit, Brevia Regia *quot* ſuere obtenta;

Et *quantum* erogatum erat, circa *Captionem*.

Qualia *pro Expenſis Contumaciæ* taxanda ſunt?

VIII. Nam quamvis *certum* ſit, EXCOMMUNICATUM teneri ſolvere, *duos Denarios* pro *quolibet Milliari*, quo *Locus ſolitæ ſuæ Habitationis diſtat* a *Loco Judicii*; ignoratur tamen, *quot* BREVIA REGIA [*De Excommunicato capiendo*] ACTOR *obtinuit*, priuſquàm *Excommunicatus captus fuerit*: Neſcitur etiam, *quas Expenſas* ACTOR *erogavit*, in et circa *Apprehenſionem Excommunicati*; Nam Expenſæ hujuſmodi *omnes* dicuntur, *Expenſæ Contumaciæ*, ac, *eo nomine*, allocandæ et taxandæ ſunt (*i*).

OBSERVATIONES.

(*i*) *Allocandæ et taxandæ ſunt.*] De Expenſis, per Judicem (nomine Expenſarum Contumaciæ) taxandis, et allocandis. Vide *Obs.* in *Tit.* 46.

TITU-

Procuratorium ad *Lites.*

TITULUS XLVIII.

Quid ſit PROCURATORIUM, ad *Lites*; et CONSTITUTIO *Procuratoris*, apud Acta, *coram* JUDICE, *vel* extrajudicialiter, *coram* NOTARIO PUBLICO, *quomodo fiat.*

I. PROCURATORIUM, ad *Lites*, eſt Poteſtas, *ſeu* Mandatum quod Procuratori *datur*, a Domino (*a*), *ad comparendum*, pro eo; *et ad agendum*, pro eo, *omnia quæ ipſe* Cliens *ageret*, *ſi præſens* perſonaliter *eſſet:* Cum Poteſtate, *alium*, loco ſuo, ſubſtituendi (*b*), quoties *neceſſariò abſuerit* (*c*). *Quid ſit Procuratorium, ad Lites?*

II. Et, ut hoc PROCURATORIUM fiat *Authenticum*, ſolet ſigillari *Sigillo* aliquo *Authentico*; juxta ea quæ ſuprà dicta ſunt [in Titulo (*d*), *De Certificatorio Executionis Citationis*, et Titulo (*e*), *Quid ſit Certificatorium Authenticum*] Quando dicitur *Authenticum?*

III. CONSTITUTIO autem *Procuratoris* eſt; quando *Cliens*, ſive *judicialiter*, apud Acta, coram *Regiſtrario Judicis*, conſtituet *Procuratorem*, ad effectus prædictos (*f*); *Conſtitutio* Procuratoris, *apud Acta*, quomodò fiat?

IV. Vel, ſi hæc CONSTITUTIO, aliàs facta (*g*), coram *aliquo Notario Publico*, fuerit *exhibita*, ſub *Inſtrumento publico* ejuſdem *Notarii*, Stipulationem recipientis, *vel* hujuſmodi Conſtitutionem, in formam publici Inſtrumenti, redigentis (*h*). Quomodò *Conſtitutio extrajudicialiter?*

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Quod Procuratori datur a Domino.*] Scilicet; per ejus *Clientem:* Qui communiter, in *Actis Curiæ*, vocatur, *vel* ejus *Dominus*, vel *Pars* ſua.

(b) *Loco ſuo, ſubſtituendi.*] Quòd Procurator non poteſt *alium*, loco ſuo, *ſubſtituere*, ante *Litis Conteſtationem*; Vide *Tit.* 50.

(c) 1 *Quoties neceſſariò abſuerit.*] Fit *tacita* Revocatio Procuratoris, *per* Partem principalem comparentem, *et* quid in propriâ perſonâ petentem; niſi *expreſsè* in contrarium dixerit: nempe; ſub *Proteſtatione*, quòd hoc petit, *citra Revocationem Procuratoris ſui, aliàs, in hujuſmodi Negotio, conſtituti*; Vide *Tit* 89. §. 4, 5.

2 Poſt autem aliquam Petitionem *per* Partem Principalem (etiamſi *citra revocationem Procuratoris ſui*) factam, nobiſcum dicere ſolet hodie Procurator (antequàm iterum Ipſe, *pro* dictâ Parte principali, quicquam petierit) quòd *exhibet, ex ſuperabundanti, Procuratorium ſuum pro dictâ Parte, et facit ſe Partem pro eâdem.*

(d) *In Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 25.

(e) *Et Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 26.

(f) *Ad Effectus prædictos*] Nimirùm, in §. 1. *hujus Tituli.*

(g) (h) 1 *Aliàs facta,* &c.] Die Comparitionis Partis Reæ, Actor (ſi præſens fuerit in Judicio) *vivâ voce*, apud Acta, mandat alicui e Procuratoribus, in Curiâ exercentibus, ut pro *eo* (cùm abſens fuerit) compareat, et ea omnia, in dictâ Cauſâ, faciat, quæ *ipſe*, ſi præſens eſſet, faceret; cum Poteſtate etiam, *alium*, loco ſuo, *ſubſtituendi*, ſiquando *abſens* fuerit:

2 *Vel* Procurator (pro Actore abſente) *Mandatum Procuratorium*, ad effectum prædictum, in *ſcriptis* conceptum, exhibeat, Actoris *manu* et *ſigillo*, coram *Notario Publico*, vel *Teſtibus fide dignis*, obſirmatum; ſeu *Sigillo alicujus Ordinarii* authenticè ſigillatum: Etiam aliquando (remiſſiùs autem, et minùs accuratè practicatur) *literatoriè*, ſolummodo ſub *manu Conſtituentis*, exaratum.

3 Deinde Reus, *ſimiliter*, vel *vivâ voce*, Procuratorem

OBSERVATIONES.

ratorem ſibi conſtituat, vel pro eodem alius e Procuratoribus *Mandatum*, modo quo *ſuprà*, firmatum exhibeat.

4 Ubi *quis*, in promptu, *Procuratorium* non habeat, hodie ſolet *Judex* (ad petitionem aſſerentis, ſe habere *Procuratorium*) aſſignare ei, *ad docendum de Procuratorio*, in *proximum*, ſeu talem diem, *Juridicum*.

5 Poſt *Litem conteſtatam*, non *Pars ipſa*, ſed *Procurator* eſt monendus, ut præſens ſit, *ad Actum quemcunque* judicialiter *exercendum*.

6 Procurator *generaliter*, ad *omnia*, conſtitutus, nil poteſt in *iſtis*, quæ *ſpeciale* Mandatum requirunt; ſed Factum Procuratoris nocet Domino, in *his* quæ *non excedunt* fines Mandati.

7 Si verò *Pars* principalis *alterum* Procuratorem (non conjunctim, et aſſiſtendo *priori*) conſtituerit, *Judex* (juxta Stylum Curiarum, hodie uſitatum) allocare ſolet Procuratori *primo*, FEODA, quæ *ſibi* debeantur, antequam *iſta Pars* ulterius audiatur in Cauſâ.

8 De modo *Exhibitionis* Procuratorii (vel apud *Acta*, vel *literatoriè*, facti) Vide *Tit.* 37. §. 1, 2.

Aſſignatio Advocatorum et *Procuratorum.*

TITULUS XLIX.

De Aſſignatione ADVOCATORUM *et* PROCURATORUM, tam *admiſſo in Formâ Pauperis*, quàm *aliis*; et *de refrænando numerum* Advocatorum *et* Procuratorum, *per* unam Partem, *in fraudem* alterius Partis *ſalariatorum.*

Quando *Judex* aſſignat *Advocatum* et *Procuratorem*, *Pauperibus?*

I. SI admiſſus in *Formâ Pauperis* petierit, a JUDICE, *Advocatum* et *Procuratorem*, ſibi aſſignari; JUDEX debet ita adſtatim aſſignare: *Qui* gratis, ac ſine ullâ ſpe receptionis Feodorum, *ei* Conſilium dabunt (*a*).

Quando *aliis*, cùm *una* Pars *complures* aſſumpſerit?

II. Conſimilis etiam *Aſſignatio Advocatorum* et *Procuratorum* fieri debet, ſi *una Pars* Litigantium ſalariaverit *plures* (*b*) *Advocatos* et *Procuratores*, eoſque de *Senioribus*, et (communi opinione) *Doctiſſimis*:

Forma *Petitionis* Partis *borum Conſilio* deſtitutæ: *Aſſignatio Judicis.* Feoda *ſtatim* præſtanda.

III. JUDEX, enim, ad petitionem *alterius Partis*, hoc allegantis [et addentis, *quòd, de veriſimili, ſuccumbet in Cauſâ, ob defectum Advocatorum* et *Procuratorum*] aſſignabit ſibi unum *vel* alterum ex *Advocatis* prædictis, priùs ſalariatis, per *alteram Partem*; quibus *Pars* ſtatim dabit *Feoda* ſolita.

IV. Similiter;

OBSERVATIONES.

(a) *Ei Conſilium dabunt.*] Vide *Statuta* Curiæ de *Arcubus*, per Robertum *Winchelſey*, Archiepiſcopum Cantuarienſem (Anno 1295) ſtabilita, ſub hoc Titulo, videlicet; " *Quòd Procuratores, ſine Advocatis, Cauſas non aſſumant*; *et quòd tam Advocati, quàm Procuratores*, et *cæteri Miniſtri, in Cauſis Pauperum, Officium ſuum gratis impendant.*

(b) 1 *Salariaverit plures.*] De hoc, ſic habetur, inter *Statuta* Curiæ de *Arcubus*, videlicet;

2 " Sæpe contingit, ut *Pars una* potentior, " *vel* (in malitiâ excogitandâ) ſagacior, *tot Advocatos*, et *Procuratores* aſſumit, quòd *Pars altera* (propter *Advocatorum*, vel *Procuratorum* defectum) remanet indefenſa, *ſeu* opportuno præſidio deſtituta. Vide *Statut.* de " Arc. *Winchelſey*, Anno 1295.

Quid ſi *Munus implere* recuſant?

IV. Similiter; ſi *Actor* ſit *Nobilis*, vel *Egregia Perſona*, aliquando *Advocati* et *Procuratores* recuſant fungi eorum Officio, et patrocinari *contra* hujuſmodi Perſonas:

Forma *Allegationis*, in *eo* caſu;

Judex, de *Advocato* et *Procuratore*, Parti petenti *providebit*;

Sub *pœnâ*, recuſantium *Suſpenſionis*.

Feoda *ſtatim* numeranda.

V. In iſto caſu, *hoc allegato*, et *fide factâ*, per Partem [*ſe tales Advocatos et Procuratores conveniſſe, et eis eorum Feoda obtuliſſe, et quòd recuſârunt eorum Feoda, et Conſilium dare*] Judex debet, dictæ *Parti* petenti, *Advocatos* et *Procuratores* hujuſmodi aſſignare; *eoſque* monere et compellere, *ſub pœnâ Suſpenſionis ab eorum Officio*, ut ſint a *Conſiliis* cum dictâ *Parte:* Quæ etiam debet iis ſtatim ſolvere eorum *Feoda*.

Alicui permittuntur *Advocati* tres, *Procuratores* duo;

Nobili, et *Epiſcopo* ſex *Advocati*, et tres *Procuratores* [Stylus Curiæ]

Ex *bis* non aſſignatur *ullus* Adverſario;

Niſi *ob defectum* aliorum:

VI. Sed, in caſibus prædictis, licet Alicui habere *tres Advocatos*, et *duos Procuratores*; atque Nobili, *et* Episcopo, *ſex Advocatos*, et *tres Procuratores* [de Statutis, et Stylo Curiæ de (*c*) Arcubus] ex *quibus*, Judex (niſi ob magnum defectum *aliorum* Advocatorum *et* Procuratorum) non debet *ullos* aſſignare *Parti adverſæ*; ſaltem ſi remanent *tres*, vel *quatuor*, docti et experti *Advocati* et *Procuratores*, pro *Parte* hanc petitionem faciente, *ſalariandi*.

Feoda pro *pluribus* quàm *duobus*, aut *tribus* horum reſpectivè, *non taxanda:*

VII. Et nota; quòd licèt *Pars*, quæ *tot* (ut ſuprà) ſalariavit *Advocatos* et *Procuratores*, obtinuerit Victoriam in Cauſâ; Judex tamen, in *taxandis Expenſis*, non ſolet allocare *Feoda* pro *omnibus*, ſed pro *duobus*, aut, ad ſummum, *tribus Advocatis*, et *totidem Procuratoribus:*

Ratio.

VIII. Quia, aliquando, *Litigantes*, (datâ operâ) hujuſmodi *Multitudinem* ſalariant, *ad gravandum Adverſarium* infinitis Expenſis.

OBSERVATIONES.

(c) *De Statutis, et Stylo Curiæ de Arcubus.*] Vide *Statut.* Curiæ de *Arcubus* per *Winchelſey:* ſub hoc Titulo (ſcilicet) "*Quot Advocatos,* " aut *Procuratores, una Pars habere valeat*; et " *de dando Advocatum*, aut *Procuratorem, Par-* " *ti non habenti*, et *præcipuè in Cauſis tangen-* " *tibus Miniſtros Curiæ.*

Subſtitutio Procuratoris.

TITULUS L.

Quòd Procurator *non poteſt* alium, *loco ſuo, ſubſtituere*, ante Litis *Conteſtationem*.

Datur in *Procuratorio* Facultas *ſubſtituendi*.

I. QUamvis, in omni *Mandato Procuratorio*, datur a *Domino* (*a*), ejus *Procuratori*, Potestas, *alium*, loco ſuo, *ſubſtituendi* [ut in Titulo, *Quid ſit Procuratorium*, &c. (*b*)] tamen ſi *Procurator*

OBSERVATIONES.

(a) *Datur a Domino.*] Id eſt; a Cliente, *ſeu* Parte principali.

(b) *Ut in Titulo, Quid ſit Procuratorium*, &c.] Vide *Tit.* 48. §. 1.

Subſtitutio Procuratoris, ante Litem *conteſtatam*, non valet:

Procurator Originalis [id eſt, *Procurator* ille qui *primò* exhibuit *Mandatum Procuratorium*, et ſe *Partem* fecit, pro *Conſtituente*] ſubſtituerit *alium*, ante LITIS *Conteſtationem* (*c*), non valet, nec admitti ſolet iſta *Subſtitutio:*

Ratio,

Per Conteſtationem, Procurator fit *Dominus Litis:*

II. Quia, *Originalis Procurator* non eſt factus DOMINUS LITIS, niſi per LITIS *Conteſtationem*; et omnia geſta per hujuſmodi *Subſtitutum*, ſunt *nulla*, ante LITIS *Conteſtationem*; quæ ſæpe ſic fieri vidi, et obtinui:

Quid ſit *Juris?* cùm datur *ſubſtituendi Poteſtas.*

III. Sed quære, quid ſit JURIS? cùm, in *Mandato Procuratorio*, exprimatur *Clauſula ſubſtituendi* (*d*).

OBSERVATIONES.

(c) *Ante Litis Conteſtationem.*] Quid ſit Litis Conteſtatio; Vide *Tit.* 61.

(d) *Clauſula ſubſtituendi.*] Quoties me *abeſſe* contigerit. Vide *Tit.* 48. §. 1. *in Calce:* Seu (ut in antiquis, aliquando, Formulis habetur) Diebus, horis, et locis, quibus nos *adeſſe*, vel *abeſſe* contigerit. Vide *Formulas.*

Procurator functus Officio.

TITULUS LI.

In quibus caſibus, PROCURATOR deſinit eſſe Procurator, *et* functus eſt Officio: *ſcilicet*, vel ante *Litis Conteſtationem*; ſeu poſt *Appellationem*, *ex adverſâ Parte*, *interpoſitam* a Sententiâ definitivâ.

Lite non conteſtatâ, Clienteque demortuo, *deſinit eſſe Procurator:*

I. MORTUO *Cliente tuo*, ante LITIS *Conteſtationem* (*a*), non es ulteriùs cogendus litigare, nec Cauſam defendere; licèt aliàs exhibuiſti *Procuratorium* pro *eodem*; et feciſti *te* etiam *Partem* pro *eodem*; ac forſan, in *tuâ præſentiâ*, datus erat *Libellus*; cùm LIS non fuerit *conteſtata:*

In *iſto caſu*, quomodò vocandi ſunt *Executores*, vel *Adminiſtratores* defuncti?

II. Sed *Adverſarius* tenetur vocare *Executores*, vel *Adminiſtratores defuncti*; allegando ut in quodam ſequenti Titulo (*b*) [*De Petitione Procuratoris* contra *Executores*, &c.] continetur.

Ubi *Procurator* obtinet Sententiam,

III. Si *Procurator* obtinuerit SENTENTIAM, pro *Domino ſuo*; et fuerit, per *Adverſam Partem*, ab *eâdem*, appellatum; *uterque Procuratorum functus eſt Officio*; et nihil poteſt peti, per *unum* contra *alium Procuratorem*, aut in *ejus* præſentiâ:

A quâ *Procurator*, *ex adverſò*, appellat, *Uterque* functus eſt Officio;

Niſi Procurator alteruterque, *de novo*, exhibuerit *Procuratorium*,

IV. *Niſi* ipſe *Procurator*, contra *quem* hoc petitum fuerit, *de novo*, poſt latam SENTENTIAM, *exhibuerit Procuratorium ſuum* pro *Domino*

OBSERVATIONES.

(a) *Ante Litis Conteſtationem.*] Vide, De Litis Conteſtatione *Tit.* 61. et *Obs. ibid.*

(b) *In quodam ſequenti Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 132. §. 1.

Domino ſuo: Quod ſæpiſſimè contingit, cùm *Procurator appellans* comparuerit, coram JUDICE *a Quo*, ad allegandum *fuiſſe appellatum*; vel quando *Appellatus* (qui obtinuit in Cauſâ) comparuerit, ad obtinendum Decretum *ad dicendum cauſam, quare Sententia non deberet Executioni demandari:* — Quoties *hoc* fieri ſolet?

V. Ac licèt *Appellatus* obtinuerit SENTENTIAM REMISSORIAM, ac *Literas* REMISSIONIS (Judici a *Quo*) præſentaverit; tamen nihil faciendum eſt in præſentiâ *Procuratoris Adverſarii*, ſed vocanda eſt *Pars principalis*, ut ſuprà: — Si *Appellatus* obtinuerit *Remiſſorias* Judici a *Quo*; Vocanda eſt Pars *Principalis:* Ratio;

VI. Nam poſt SENTENTIAM et APPELLATIONEM ab eâdem, *Procurator deſinit eſſe Procurator*, et *functus eſt Officio.* — Poſt *Sententiam* et *Appellationem*, Procurator functus eſt Officio.

Procurator non *functus Officio.*

TITULUS LII.

Quomodo PROCURATOR *non* deſinit eſſe Procurator, *nec* functus eſt Officio: *ſcilicet*, neque poſt *Litem conteſtatam*; nec poſt *Remiſſionem Cauſæ Appellationis* a Gravaminibus.

I. SI LIS fuerit *conteſtata*, cum *Procuratoribus* (*a*), et tunc *Pars principalis* Fatis ceſſerit; *Procurator demortui*, ſive *Actoris*, ſive *Rei* [quoniam, per LITIS *Conteſtationem*, factus eſt DOMINUS LITIS] poteſt LITEM hujuſmodi proſequi et defendere; ac omnia facere, quæ facienda eſſent, *ſi Pars principalis* non fuiſſet *mortua* (*b*); etiam obtinere SENTENTIAM *definitivam*. — *Lite* inter Procuratores, *conteſtatâ*, Fit uterque *Dominus Litis*; et, mortuo Cliente, *non deſinit eſſe Procurator*; uſque *Sententiam* incluſivè.

II. *Similiter*, Siquis appellaverit, a GRAVAMINIBUS (ut prætenditur) illatis *ante* SENTENTIAM *definitivam*; et JUDEX *Appellationis* pronunciaverit, *malè appellatum*; ac Cauſam JUDICI a *Quo* (*c*), remiſerit; *et appellatus*, coram eodem JUDICE *a* QUO *Literas Remiſſorias* hujuſmodi exhibuerit; procedique *juxta formam retroactorum* [videlicet, in eodem ſtatu quo Cauſa fuit, tempore interpoſitæ Appellationis] petierit; Procurator hujuſmodi *Appellati* poteſt, in *præſentiâ* Procuratoris Partis *Appellantis*, omnia facere, agere, et expedire, *perinde ac ſi* non *fuiſſet appellatum omnino:* — Appellatur a *Gravamine*, Cauſa *remittitur*, Rectè petitur procedi *juxta retroacta*, &c. In *præſentiâ* Procuratoris *Appellantis*;

III. Nam *Procurator*, *appellans* a GRAVAMINIBUS, non *deſinit eſſe Procurator*, per *Appellationem* a *Gravaminibus*, ante *latam Sententiam:* — Procurator Appellans, a *Gravaminibus*, non deſinit ante *Sententiam*, in principali:

IV. Quia

OBSERVATIONES.

(a) *Cum Procuratoribus.*] " Id eſt, *per* Pro- " curatorem Rei, *cum* Procuratore Actoris. *MSS.*

(b) *Non fuiſſet mortua.*] Lege §. 6. *hujus Tituli*, et *Obs. infrà*, ſub *lit.* (d)

(c) *Judici a Quo.*] Intellige; *a quo fuit appellatum*; nam *Ille Judex* communiter vocatur, *Judex* a *Quo*, ſine aliâ *Adjectione.*

Ratio; Procuratorium durat *uſque* Sentententiam latam:

IV. Quia, *Mandatum Procuratorium* durat, uſque in *Prolationem* SENTENTIÆ *definitivæ:*

Quo caſu non vocatur *Pars* ad videndum Proceſſum.

V. Et ideo, in hoc caſu REMISSIONIS, *Appellatus* non tenetur vocare Partem principalem *Appellantem*, ad videndum *ulteriorem proceſſum*, ut ſuprà.

Præmiſſorum *Limitatio:*

Ratio.

VI. Nota tamen; quòd *præmiſſa* locum habent in Cauſis *realibus:* Quia, *Actio Perſonalis moritur cum Perſonâ* (*d*).

OBSERVATIONES.

(d) *Actio perſonalis moritur cum perſoná,*] Hìc adjiciuntur in *MSS.* " Et *mortuo* Cliente, *Procurator* in Cauſis *perſonalibus*, deſinit eſſe " *Procurator:* Secùs, in *realibus.*

TITU-

Dimiſſio in non *proſequendo.*

TITULUS LIII.

De Petitione PROCURATORIS *Partis Reæ*, cùm *Actor* citavit *Reum*, et *ulteriùs* non proſequitur *Cauſam.*

Allegatio *Procuratoris Rei*, cùm *Actor* non proſequitur.

I. PROCURATOR *Rei* dicet (*a*): *Exhibeo Procuratorium meum pro* N. *et facio me Partem pro eodem*; *ac allego Dominum meum fuiſſe et eſſe citatum, ad comparendum iſtis die et loco, ad reſpondendum* M. [in tali Cauſâ] *et quòd idem* M. *non curat proſequi Cauſam hujuſmodi :*

Petitio Decreti *ad proſequendum.*

II. *Quare peto eum vocandum fore decerni* [erga talem diem] *ad proſequendum* (*b*) *hujuſmodi Cauſam*, *ſub pœnâ finalis* DIMISSIONIS, *unà cum* EXPENSIS (*c*).

Decretum *Judicis.*

III. Tunc JUDEX: *Decernimus* (*d*); ſtatuendo *diem* Comparitionis *Actoris*, juxta diſtantiam habitationis *a loco Judicii* (*e*).

Modus *ulteriùs* procedendi: *Præconizatio*; Pronunciatio *Contumaciæ*; Dimiſſio cum *Expenſis*: *Taxatio*, juxta Stylum: *Monitio* ad ſolvendum.

IV. Si hoc Mandatum Citatorium, *ad proſequendum*, fuerit debitè executum (*f*), et relatum (*g*), ac *Actor* (publicè, trinâ vice, præconizatus) in *die* prædicto, pro *ejus Comparitione* conſtituto, *non* comparuerit, *nec* hujuſmodi Cauſam proſecutus fuerit, pronunciandus eſt *Contumax*; et (in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi (*h*)) *Reus* eſt dimittendus, cum *Expenſis*; quæ ſunt taxandæ (nullâ porrectâ Schedulâ (*i*)) ad Summam *quatuor nobilium* (*l*) (juxta *antiquum Stylum* omnium Curiarum Archiepiſcopi Cantuarienſis) et decernenda eſt *Monitio*, ad ſolvendum eaſdem, *ut infrà* (*m*).

Ulteriùs (in præmiſſis) *obſervanda.*

V. Sed nota; quòd quàmvis *Procurator Rei* non comparuerit, nec petitionem fecerit *Actorem vocandum fore ad proſequendum Cauſam*, *in ipſo die* ad quem *Reus* (ut ſuprà dictum eſt) citatus fuerat; tamen (ſi vult) poteſt, *alio die* quocunque, comparere, et prædictum Decretum *ad proſequendum* petere (ut ſuprà) omittendo *quòd fuit citatus*, *erga* illum *diem*, et allegando generaliter, *quòd Dominus ſuus fuit citatus ad reſpondendum* M. [in tali Cauſâ] *et quòd idem* M. *non ſit eandem proſecutus*, ut ſuprà (*n*).

Parte *comparente*, Reſervantur *Feoda* in Finem *Litis.*

VI. Et etiam nota; quòd ſi *Actor*, ſic citatus (*o*), comparuerit, et Cauſam proſecutus fuerit; tunc *Actor* nullas ſolvet *Expenſas*; niſi in *fine Litis*, ſi ſuccubuerit in Cauſâ.

VII. Tertiò,

OBSERVATIONES.

(a) *Procurator Rei dicet.*] Scilicet; *Actore*, ſeu *Procuratore ſuo* non *comparente*, nec *Mandatum originale* (in Partem Ream executum) ullo modo, *referente*, dicat Procurator *Rei* : *Exhibeo*, &c. prout *ſuprà*, §. 1.

(b) (c) (d) (e) (f) (g) (h) (i) (l) (m) (n) (o)] 1 Praxis hujuſmodi [De Procuratoris Petitione, et Judicis Decreto Citatorio, contra *Actorem*

Quo caſu *Expenſæ* debentur, *ex Stylo*, abſque *Juramento*?

VII. Tertiò, notandum eſt; quòd etiam in Expenſarum Taxatione, *propter non Proſecutionem Cauſæ*, nullum ſolet præſtari JURAMENTUM, *ſuper Taxationem Expenſarum*, ex cauſis ſpecificatis in Titulo, *De Dimiſſione* (*p*) *Partis Reæ, cum Expenſis ſuis, ſi Actor non libellaverit* (*q*).

OBSERVATIONES.

Actorem (eo die, in primariâ Citatione, pro Comparitione Partis Reæ, ſtatuto, vel alio ſubſequente Juridico) ſeipſum abſentantem, et Cauſam hujuſmodi (per eum inſtitutam) inde proſequi nullo modo curantem, *ad comparendum, et Cauſam proſequendum, ſub pœnâ Dimiſſionis*; deque executione, et relatione dicti Decreti Citatorii] licèt *olim* [utì in Titulo ſuprà ſcripto, §. 2, 3, 4, 5, 6, fit mentio] hiſce Curiis *pro more fuit*, jamdudum autem *exolevit*; et, *Stylo* Curiarum *hodierno*, minimè comprobatur:

2 Nam (ad hujuſmodi Dilationem amputandam) Si *Actor* (iſto tempore, pro Rei Comparitione, præſtituto, vel poſtea prorogato) non omnino comparuerit, ad petitionem Procuratoris Partis Reæ, *generaliter*, ad hunc effectum, allegantis, ſcilicet; *Partem ſuam fuiſſe citatam, ad reſpondendum* M. [in tali Cauſâ] *et quod idem* M. *non omnino ſit eandem Cauſam, ulteriùs, proſecutus*, ſine aliquâ *Citatione*, contra Actorem, *ad proſequendum*, emanari *petitâ*, Pars Rea *dimittitur*; et condemnandus eſt Actor *in Expenſis*:

3 Quoniam ſi *Reus* comparuerit, juxta Mandatum originale, ſeu primariam Citationem, et in Jus vocationem, vel die quolibet Continuationis Certificatorii ejuſdem, *Actore* vel *Procuratore ſuo non etiam comparente*, evaneſcit *Citatio*, et circumducitur ejuſdem *Certificatorium*:

4 Unde *Reus* abſolvendus eſt *ab Obſervatione Judicii*; et *Actor* condemnandus eſt *in Expenſis*, quas tenetur reficere, *antequàm* iterum agat.

5 *Expenſæ* verò hujuſmodi taxari ſolent, ad Summam *ſex ſolidorum*, et *octo denariorum*, ex *ſtylo* Curiæ; nullo deſuper [de neceſſariâ *earundem* Erogatione] præſtito *Juramento*.

(m) *Decernenda eſt Monitio ad ſolvendum eaſdem, ut infrà.*] Id eſt; ut in *Tit.* 134. ubi vide *Obs.* ſub *lit.* (a) 2. et ſub *lit.* (c) 1, 2, 3.

(p) *Ex cauſis ſpecificatis, in Titulo de Dimiſſione*, &c.] Vide *Tit.* 56. §. 3, 4.

(q) *Non libellaverit.*] Hìc pergit *MS.* "Et "*Actor*, poſtquàm has ſolvit *Expenſas*, tum poterit nihilominus, *de novo*, citare, et proſequi eandem Cauſam, et eundem Reum.

De Petitione Libelli.

TITULUS LIV.

De Petitione LIBELLI, *per Rei Procuratorem* in *die* Comparitionis *ſuæ Judicialis*.

Quid dicat *Procurator* petens Libellum?

I. DICAT Procurator REI (*a*): *Exhibeo Procuratorium meum* (*b*) *pro* N. *et facio me Partem pro eodem*; *et peto Libellum, vel Partem meam dimitti unà cum Expenſis:*

II. Tunc

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Dicat Procurator Rei.*] Scilicet; in die *Comparitionis ſuæ* judicialis (poſt relatum Mandatum originale Citatorium in Partem ſuam executum) in *præſentiâ* Procuratoris Adverſarii, tunc temporis etiam *pro Parte ſuâ comparentis*, dicat Procurator Rei: *Exhibeo*, &c; prout *ſuprà* §. 1.

2 Alioquin, Procuratore Actoris *non comparente*, ſeu Mandatum Originale *non referente*, dicat Procurator Rei; prout in *Tit.* 53. §. 1. et petat *Partem ſuam dimitti, unà cum Expenſis*.

(b) *Exhibeo Procuratorium meum.*] Siqua Exceptio competit Reo [ſeu *Fori* declinatoria, vel quoad *Partem*, aut *Cauſam* inſtituendam] compareat, *ſub Proteſtatione*, &c; prout in *Tit.* 60. et *Obs. ibid.*

II. Tunc Procurator Actoris aut *dabit Libellum* (*c*), aut petet *Terminum ſibi aſſignari, ad libellandum, in proximo die juridico*; et Judex aſſignabit, Actori, *ad libellandum in proximo*, vel *ſecundo die juridico*, ſi hoc ab eo petatur, ac *gravitas* Cauſæ illud requirat (*d*).

Datur *Libellus*, Vel petitur *ad libellandum*: Quid faciat *Judex*?

OBSERVATIONES.

(c) 1 *Dabit Libellum.*] Reo (perſonaliter, aut per Procuratorem ſuum) *comparente*, Actor, aut ejus Procurator, *Libellum dat*, et eundem *admitti*, et Reum, ejuſve Procuratorem moneri, ut *reſpondeat*, petit:

2 Nonnunquam autem (ob cauſas) per *Judicem*, indultum eſt Actori, *ad libellandum in proximum* [ſeu alium] *diem juridicum*; juxta (ſcilicet) *Arbitrium Judicis*, et *qualitatem Cauſæ*.

3 *Libellus*, apud Nos hodie, per *Poſitiones* et *Articulos* concipitur; et ſolent Procuratores *triplicare* Libellos; *unam Copiam* Judici dant (aut penes Regiſtrum dimittunt) ut ferat *Sententiam* eidem conformem; *alteram* Reo, ut deliberare poſſit, an cedere velit, aut contendere; *tertiam* Sibi reſervant.

4 Caveant Procuratores, in *Libellis*, et *Allegationibus concipiendis*; ne quicquam ad Emolumentum *Partis adverſæ*, et præter quod faciat pro *Partibus ſuis*, inferatur in *eiſdem*: Quoniam; *Qui ponit fatetur.*

5 *Libellum datum* Judex admittere *adſtatim* ſolet; cum hoc tamen Temperamento (ſcilicet) *quatenus, de Jure, ſit admittendus:*

6 Alioquin, in *arduis*, cùm *Pars Rea*, per *Juriſperitorum Argumenta* (in quantum *non* ſit, de *Jure*, admiſſibilis) *ejuſdem admiſſioni opponere* petit, Judex aſſignare ſolet, *ad audiendum Voluntatem ſuam ſuper Admiſſione* ejuſdem, in *diem ulteriorem*.

7 Quo *die*, coram *Domino Judicante*, dantur *Informationes*, alternis vicibus, per *Advocatos*, ex utrâque parte; quamobrem ſit iſte *Libellus*, de *Jure*, vel *admittendus*, vel *rejiciendus*.

8 *Poſitionem* impertinentem, ſuperfluam, non relevantem, Judex non omnino admittit.

9 *Admiſſo Libello*, Judex *Partem Ream* moneat, ut reſpondeat *adſtatim*; vel, ſi petatur, *in proximum diem juridicum*.

(d) *Ac gravitas Cauſæ illud requirat.*] In Cauſis autem *Summariis* non eſt opus *Libello* in *Scriptis*; ſed ſufficit, *ore tenus*, Allegationem *apud Acta*, dare.

De non libellando.

TITULUS LV.

Quid faciendum ſit, ſi Actor, *in die aſſignato* ad libellandum, *non curaverit dare* Libellum.

I. In die aſſignato, Actori, *ad dandum Libellum*, dicet Reus, vel Rei Procurator: *Peto Libellum juxta veſtram Aſſignationem, vel* Partem meam *dimitti*, *unà cum Expenſis:*

Quid dicat *Procurator Rei*, in die aſſignato, *ad libellandum*?

II. Tunc Judex poteſt, ex gratiâ, vel cauſâ allegatâ per Procuratorem Actoris, ſine juſto Gravamine, ſtatuere alium diem *ad libellandum*, ſolutis tamen Reo *duodecim denariis*, pro *Expenſis retardati Proceſſûs* illius diei;

Judex nonnunquam indulget *diem ulteriorem*, Solutis *Expenſis*,

N III. Hæcque

Stylus *Curiæ* antiquus.

III. Hæcque Solutio *duodecim denariorum*, ab antiquo, fieri conſuevit, et obſervabatur, pro *Stylo Curiæ*; nuper verò (per aliquos retroactos annos) hujuſmodi pecunia, per Procuratorem Rei, petita non fuit; ex quo evenit, quòd Procuratores plerique ſint negligentes, *in non libellando*, et aliquando habent, *de die, in diem* (*a*), tres ad minus, dies juridicos, *ad libellandum*.

OBSERVATIONES.

(a) 1 *De Die, in diem.*] Vide *Tit.* 54. §. 2. 2 Cùm autem, ex gratiâ, Judex *Actori* plures dies juridicos, *ad libellandum*, indulget, *eum* (ſi ſibi viſum fuerit) condemnare poteſt *in Expenſis* ratardati Proceſſûs, *Parti Reæ* ſolvendis, *Arbitrio boni Judicis*, taxandis.

Dimiſſio in non *libellando.*

TITULUS LVI.

De Dimissione Partis Reæ, *cum Expenſis ſuis*, ſi Actor *non libellaverit*.

Libello non *dato*, quid dicat *Reus?*

I. SI in die aſſignato *ad libellandum*, Actor non dederit *Libellum*, dicet Reus (*a*); *ut ſuprà*, *in præcedenti Titulo* (*b*):

Dimittitur *Reus*, cum *Expenſis*, ſi Actor non *libellaverit*.

Stylus *Curiæ* quoad *Expenſas*.

Decernitur *Monitio* pro *Expenſis*.

II. Tunc Judex: *Dimittimus Partem* (*c*) *unà cum Expenſis:* Quas Judex, ad tredecim *ſolidos* et quatuor *denarios* [juxta *Stylum* Curiæ] præcedente petitione *Partis Reæ*, taxabit; et decernet Monitionem *ad ſolvendum hujuſmodi Expenſas* [ut in quodam ſequenti Titulo (*d*).]

Taxatio Expenſarum, *in* non *libellando*,

III. Notandum hìc eſt; quòd quámvis communiter judicatur, *Taxationem Expenſarum*, ſine Juramento Partis (*e*) eas taxari petentis, *de verâ Taxatione* earundem (*f*) [ſcilicet, *Partem ſuam Summam* taxandam *vel* taxatam (*g*) *expoſuiſſe*] *nullam eſſe*; et, ſi *appelletur* ab eâdem (*h*), *Appellans obtinebit*; tamen *in hâc* Taxatione Expenſarum,

OBSERVATIONES.

(a) *Dicet Reus.*] Ejuſve Procurator.

(b) *Ut ſuprà, in præcedenti Titulo.*] Vide *Tit.* 55. §. 1.

(c) *Dimittimus Partem.*] "Reum (ſcilicet, "conventum) *MSS.*

(d) *Ut in quodam ſequenti Titulo.*] De Petitione, et Decreto Monitionis, ad ſolvendum Expenſas; Vide *Tit.* 134. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c)

(e) *Sine Juramento Partis.*] Vel ejus Procuratoris.

(f) *De verâ Taxatione earundem.*] Potiùs; "*de Erogatione, ſeu Expoſitione earundem*; "prout legitur in *MSS.*

(g) *Summam taxandam, vel taxatam.*] Quoad Summam *taxandam* non juratur, ſed Summam *taxatam*; Juramentum enim *ſubſequi* debet, non *præcedere* Taxationem Judicis. Vide *Tit.* 331. §. 5. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (g)

(h) *Et, ſi appelletur ab eâdem.*] "Taxatione "factâ ſine Juramento. *MSS.*

2

Expenſarum, *in non libellando,* non requiritur, nec præſtari ſolet, JURAMENTUM *prædictum* (*i*). Fit ſine *Juramento:*

IV. *Ratio* eſt; quia [ex *Stylo* Curiæ] hæc Summa [tredecim *ſolidorum*, et quatuor *denariorum*] debetur; quámvis REUS *expoſuerit*, vel *non expoſuerit* tantam, *vel* majorem Summam. Ratio; *Stylus Curiæ.*

OBSERVATIONES.

(i) *Nec præſtari ſolet Juramentum prædictum.*] Varia Lectio, ad ſimilem effectum in *MS.* " Non ſolet Reus, *ejuſve* Procurator, *facere fidem* ſuper *hâc* Taxatione; quin *hæc* Taxatio " (ſi Actor *non* libellaverit) fieri, et *Reo* allocari " ſolet, *ſine Juramento.*

Oblatio Libelli.

Plenariè.

TITULUS LVII.

De Oblatione LIBELLI, *in Cauſâ* plenariâ (*a*).

I. ACTOR, ſeu potiùs *Actoris* PROCURATOR: *Do Libellum quem peto admitti, ac Reſponſum* (*b*) *a Procuratore Partis adverſæ dari eidem:* In *Cauſâ Plenariâ,* Quid dicat dans *Libellum?*

II. QUI tunc, viciſſim, petet *Terminum ſibi aſſignari, in proximum, ad reſpondendum eidem.* JUDEX: *Aſſignamus.* Quid *Pars adverſa?* Quid *Judex?*

OBSERVATIONES.

(a) *De oblatione Libelli, in Cauſâ plenariâ.*] In Cauſis *Summariis,* non eſt Opus *Libello*; ſed ſufficit, *vivâ voce,* ſuam Intentionem, *apud Acta,* declarare.

(b) *Ac Reſponſum.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 61. ſub *lit.* (c).

Summariè.

TITULUS LVIII.

De Oblatione LIBELLI, *in Cauſâ* ſummariâ.

I. ACTOR: *Do Libellum* (*a*), *et peto procedendum fore decerni ſummariè, et de plano.* JUDEX: *Decernimus.* In *Cauſâ Summariâ,* Quid dicat *Actor,* dans *Libellum?* Quid *Judex?*

OBSERVATIONES.

(a) *Actor, Do Libellum.*] Quàmvis in Cauſâ *ſummariâ,* ſine *Libello,* in *ſcriptis* concepto, ſat eſt, in *Actis Curiæ,* per *Allegationem* (vivâ voce) datam, facti proponere materiam: Attamen aliquando, juxta Cauſæ gravitatem, dari potiùs ſolet *Libellus,* aut *Allegatio* articulatim in *ſcriptis.*

II. REUS:

Quid *Reus?* II. Reus: *Diſſentio* (*b*); nam, in Summariis, ſufficit ſi *Procurator* tantùm dicat; *diſſentio* (*c*).

Iterum *Actor?* III. Actor: *Repeto Libellum, in vim Poſitionum, et Articulorum, et ita peto per* Vos *repeti, ſi placebit* (*d*).

Denuo *Judex?* IV. Judex: *Repetimus, et admittimus, ſalvo Jure impertinentium, et non admittendorum* (*e*).

Rurſus *Actor?* V. Actor: *Peto a Procuratore Partis adverſæ Reſponſum dari Poſitionibus* Libelli (*f*).

Denique *Reus?* VI. Reus: *Non credo Poſitiones eſſe veras* (*g*).

Quid *ulteriùs* petendum, *et* decernendum? VII. Tunc, in omnibus, eſt petendum per *Procuratores*, ac per *Judicem* decernendum, ut in Titulo (*h*), *De Conteſtatione Litis, in Cauſâ* plenariâ.

OBSERVATIONES.

(b) *Reus diſſentio.*] Sic pergit *MS.* " *et proteſtor de nullitate, ineptitudine, nimiâ generalitate, et obſcuritate, ac indebitâ ſpecificatione ejuſdem.*

(c) *Sufficit ſi Procurator tantùm dicat; diſſentio,*] Sine expreſſâ Litis Conteſtatione, *negativè:* Nam in *Summariis* non requiritur, de neceſſitate, *Litis Conteſtatio*; de cujus Formulâ Vide *Tit.* 61. §. 3.

(d) *Peto per Vos repeti, ſi placebit.*] Vide *Tit.* 61. §. 4.

(e) *Et non admittendorum.*] Vide *Tit.* 61. §. 5.

(f) *Reſponſum dari Poſitionibus Libelli:*] Vide *Tit.* 61. §. 6.

(g) *Eſſe veras*] Vide *Tit.* 61. §. 7.

(h) *Ut in Titulo, &c.*] Vide *Tit.* 61. §. 8, 9, 10, 11, 12, 13. et *Obs. ibid.*

Error Scriptoris revocandus.

TITULUS LIX.

De modo revocandi Errorem *in* Nomine, *ſeu* Cognomine *Actoris*, aut *Rei*; ſive *cujuſcunque* Verbi, *per vitium Scriptoris*, inſerti in Libello, vel *aliquibus* aliis *Propoſitis*.

Evenit *Vitium Scriptoris*, in Nomine Partis; I. Si Error *in Nomine*, vel *Cognomine Actoris*, vel *Rei* fuerit, ex *ipſo Proceſſu*, in Cauſâ Apparens:

In Summâ Pecuniæ; II. Si Error fuerit *in quocunque Calculo*; ſcribendo *Centum*, cùm *Viginti* ſcribi debuiſſet; vel *e contrà* (*a*):

In Nomine Eccleſiæ; III. Si in *Nomine Eccleſiæ*; pro *quâ* contenditur, inter *duos Clericos*, vel pro cujus *Decimis* controvertitur:

Vel aliter, ex Actis, apparens; IV. Vel in *quocunque alio*; dummodo (ut præfertur) Error hujuſmodi ex *ipſo Proceſſu*, et *cæteris Actis* in Cauſâ *habitis*, Conſtare poſſit:

V. Procurator

OBSERVATIONES.

(a) *Vel, e contrà.*] Scribendo *Viginti*, cùm *Centum* ſcribi debuiſſet.

Forma Allegationis Procuratoris, in his caſibus.

V. PROCURATOR allegabit, ut ſequitur; *Allego, quòd, per vitium ſcribentis Libellum* [vel ſaltem *talem Materiam*, aut *Allegationem, ex Parte meâ, datam*] *hoc Nomen* [JOHANNES] vel *hoc Vocabulum* [RECTOR] (nominando verbum *in quo*, vel ſententiam *ubi*, erratum eſt) *inſcriptum et inſertum eſt, in* tali *Articulo, ſive Poſitione dicti Libelli* [vel Materiæ, vel Allegationis] *et in* tali *Lineâ ejuſdem* (a Capite, vel a Calce (*b*), computandâ) *ubi, in rei veritate, hoc Verbum, ſeu Nomen* [THOMAS] vel *hoc Vocabulum* [*] ſeu *hæc Verba* [**] (*c*) *inſeri et inſcribi debuiſſent*; *prout ex Proceſſu, et cæteris Actis judicialibus, in hâc Cauſâ, habitis, ad quæ me refero, liquet et apparet*:

Revocatio et Subductio Erroris per Procuratorem.

Petitur revocatio Judicis.

Decretum Judicis de Errore revocando.

VI. *Quare, ad omnem Juris effectum, hujuſmodi Errorem revoco, et ſubduco, atque pro revocato, et ſubducto haberi volo et peto*; *ac, loco dicti Verbi, ſeu Nominis* [JOHANNES] vel *dictarum Dictionum* [***] (*d*) *inſeri peto hoc Verbum* [THOMAS] vel *hoc Verbum* [VICARIUS] et ſic de *cæteris* Verbis erratis. JUDEX: *Decernimus, ut petitur.*

An Revocatio et Subductio, per Procuratorem tantùm, valent?

VII. Licèt hoc *Decretum* JUDICIS, *de Errore revocando* (*e*), interponi ſolet, et poſſit; valet tamen *Revocatio*, et *Subductio* per PROCURATOREM *tantùm facta*, ſi Vitium, *ſeu* Error SCRIPTORIS *ſit in Proceſſu* (ut prædicitur) APPARENS (*f*).

OBSERVATIONES.

(b) *A Capite, vel a Calce, computandâ.*] "Si Verba errata ſint magìs propinqua *Capiti*, "quàm *Calci*, tunc *ita* fiet Computatio, ſcilicet, ab illo *Capite*; ſecùs (e contrà) a *Calce*, *MSS.*

(c) *Hoc Vocabulum* [*] *ſeu hæc Verba* [**] Hìc exprimi debent Verba *inſerenda.*

(d) *Vel dictarum Dictionum* [***] Hìc repetenda ſunt Verba, *vitio Scriptoris, introducta.*

(e) *Decretum Judicis, de Errore revocando.*] Benè memini, quòd in Cauſâ *inter Archiepiſcopum Dublinenſem*, ac *Decanum et Capitulum Eccleſiæ Chriſti* (aliquot abhinc Annis, per viam Appellationis, in Supremâ Curiâ Delegatorum Regiorum Angliæ, pendente) emanavit Commiſſio, ſub Sigillo Curiæ, pro Teſtium Examinatione, in Hiberniâ; *Error* verò fuit in *Nomine unius Commiſſariorum*, et, per *Actum Curiæ* Dominorum Judicum Delegatorum, *reformatus.*

(f) *Apparens*] Poſt Verba [*tantùm facta*] ſic legitur, in *MSS. Antiq.* "Si *Vitium*, ſeu *Error Scriptoris* ſit in Proceſſu, *ut dicitur*, "APPARENS REVOCATIO.

TITU-

Exceptiones peremptoriæ.

TITULUS LX.

De EXCEPTIONIBUS *quæ, per* Reum, *proponi poſſunt,* ante LITIS CONTESTATIONEM; et *de neceſſariâ,* tunc temporis, PROTESTATIONE *faciendâ, per* Reum.

Exceptiones quænam proponendæ ſint, ante Litis Conteſtationem?

I. EXCEPTIONES *ſequentes,* videlicet [1] *Pendentia Litis* (*a*) [2] *Recuſatio Judicis* (*b*) [3] *Declinatio* et [4] *Incompetentia Fori* (*c*) [5] *Tua non intereſt* (*d*) [6] *Exceptio Litis finitæ* (*e*), et [7] *falſi Procuratoris* (*f*) et [8] *Similia* (*g*), proponi poſſunt et allegari, *ante* LITIS CONTESTATIONEM (*h*).

Proteſtatio neceſſaria, *ante propoſitas Exceptiones peremptorias.*

II. Compareat igitur REUS, ſeu *Rei* PROCURATOR (ſi intendit uti Beneficio harum Exceptionum) ſub PROTESTATIONIBUS *ſequentibus,* videlicet; *ſub Proteſtatione de non conſentiendo in Dominum Judicantem hujus Curiæ, tanquam in Judicem ſibi* [ſeu Parti ſuæ, *in hâc Cauſâ*] *competentem*; *neque de, quovis modo, ejus Juriſdictionem prorogando* (*i*); *niſi quatenus, de Jure, tenetur:* Et tunc PRÆMISSAS EXCEPTIONES *proponat* (*l*).

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Pendentia Litis.*] Coram *alio* Judice.

(b) *Recuſatio Judicis.*] De *quâ,* Vide *Tit.* 272.

(c) *Declinatio et Incompetentia Fori.*] Vide *Tit.* 223. ac *Tit.* 224.

(d) *Tua non intereſt*] Vide *Tit.* 227, 228, 229, 230.

(e) *Exceptio Litis finitæ.*] Hæc autem *Exceptio* non valet in *Cauſâ Matrimoniali:* Prout in *Tit.* 205. §. 3.

(f) *Et falſi Procuratoris.*] Vide *infrà,* ſub *notâ* (h) 2, 4.

(g) *Et ſimilia*] "Quæ *aliæ Exceptiones* proponi poſſunt, conſule ADVOCATOS. *MS. Antiq.*

(h) 1 *Proponi poſſunt et allegari, ante Litis Conteſtationem.*] "Exceptionum hujuſmodi quædam reſpiciunt *Perſonam* JUDICIS; qualis eſt *Exceptio* FORI *declinatoria*; quæ debet proponi *ante* alias *dilatorias:* Quia, ſi *opponitur alia,* priùs, per *ejus oppoſitionem* inducitur *Conſenſus in* JUDICEM; et tunc non poteſt poſtea opponi *Declinatio* FORI.

2 "Reſpiciunt Exceptiones aliæ *Perſonam* LITIGANTIS; cujuſmodi ſunt omnes Exceptiones *Legitimationis Perſonæ*; ut ſi compareat Minor *ſine Curatore*; Communitas *abſque Syndico*; Procurator *cum Mandato dubio:* "Item *Excommunicatio* poteſt opponi, vel *ante* vel *poteſt* Litem conteſtatam: Etiam, *Tua non intereſt,* poteſt opponi *ante* Litis Conteſtationem, vel *poſt.*

3 "Quædam Exceptiones reſpiciuut CAUSAM; qualis eſt Exceptio *Libelli incerti et obſcuri,* et Exceptio *malè Agentis.*

4 "Exceptio, *falſi Procuratorii,* opponi poteſt, tam *ante,* quàm *poſt* Litem conteſtatam, ac etiam *poſt Sententiam*; quia *reddit Judicium, retro, nullum. MSS.*

(i) *Ejus Juriſdictionem prorogando.*] Aliàs ſic habetur: "Neque de ejus *Juriſdictione,* quovis modo, *prorogandâ*; niſi *ſi et* quatenus *ad id,* de Jure, *aſtringatur. MSS.*

(l) 1 *Tunc præmiſſas Exceptiones proponat.*] Tum inſeruntur, in *MS. Antiq.* hæc Verba ſequentia: "Quæ Exceptiones *admittendæ ſunt,* et *Terminus probatorius* aſſignandus eſt; et *Proceſſus,* (quoad contenta in Libello) *ſiſtendus* eſt, donec proponens has Exceptiones probaverit, *aut* defecerit in probatione earundem: et proponens non tenetur *Litem conteſtari,* niſi defecerit in probatione, *in quo caſu,* non ſolùm, *Litem conteſtari* tenetur, ſed etiam condemnandus eſt *in Expenſis retardati Proceſſûs.*

2 "Curet

OBSERVATIONES.

Exceptiones peremptoriæ

2 " Curet *Procurator Actoris* (ſi crediderit " has Exceptiones propoſitas eſſe, animo differendi Litem) ut *Procurator Rei*, ſeu *Pars eaſdem proponens*, præſtet *Juramentum*, ante admiſſionem harum Exceptionum; *Quòd non proponit eaſdem animo malitioſo, nec differendi Litem plus juſto, et quòd credit ſe eaſdem probare poſſe:*

3 " Vel præſtet *Procurator Actoris* Juramentum, *de obſervando omnia Capitula in Juramento Calumniæ contenta*; et petat, a *Reo*, " Juramentum conſimile præſtari.

4 " Quæ Capitula continentur in *Juramento Calumniæ*, et quale Damnum non præſtantes " hoc *Juramentum* (ſi ab eis requiratur) ſuſtinebunt, inferiùs declarabitur, in Titulis de " hujuſmodi *Juramento* tractantibus.

[Vide *Tit.* 110. et *Tit.* 99. §. 7, 8, 9, 11, 12.]

Conteſtatio Litis.

TITULUS LXI.

De CONTESTATIONE LITIS, *in Cauſâ* plenariâ (*a*).

I. ACTOR, ſeu potiùs *Procurator Actoris* (*b*), in die aſſignato, REO, *ad reſpondendum Libello*, dicet; in *præſentiâ* Rei, *ſeu* ejus Procuratoris: *Peto Reſponſum dari Libello, juxta Aſſignationem veſtram* (*c*). — *Petitur Reſponſum dari Libello.*

II. Tunc REUS, ſi *non* vult Litem *negativè* conteſtari, poteſt *fateri Libellum* (*d*), et Litem conteſtari *affirmativè*, et ſubmittere ſe JUDICI, et offerre *Expenſas*, per eum *taxandas*: Quod ſæpiſſimè contingit in *Cauſis Diffamationum*. — *Forma Conteſtationis affirmativè.*

III. Sed ſi intendit conteſtari Litem *negativè* (*e*), dicendum eſt, in hunc modum: *Ego* [*ſub Proteſtatione de nimiâ generalitate, ineptitudine, obſcuritate, nullitate, et indebitâ ſpecificatione dicti Libelli, reſpondendo eidem*] *dico narrata, prout in eodem Libello narrantur,* — *Forma Conteſtationis negativè.*

OBSERVATIONES.

(a) 1 *De Litis Conteſtatione, in Cauſâ plenariâ.*] LITIS CONTESTATIO tanquam *Lapis angularis* eſt, et *Fundamentum Judicii*, quo deficiente, omnia ruunt.

2 Teſtes non ſunt regulariter, *ante* Litis Conteſtationem, admittendi *ſimpliciter*:

3 Frequenter autem (juxta Stylum Praxeôs hodiernæ) producuntur Teſtes, et admittuntur (*utì* dicimus) *de bene eſſe*, ad ſubeundum Juramentum (a Teſtibus præſtari ſolitum) etiam *ante* Litis Conteſtationem; id eſt, *conditionaliter*, et caſu quo Lis, ex adverſâ Parte, conteſtata fuerit *negativè*.

4 Litis Conteſtatio facit *Procuratores*, hinc-inde, *Litis Dominos.*

(b) *Actor, ſeu potiùs Procurator Actoris.*] Litis Conteſtatio non poteſt fieri in Judicio, abſente *Actore*, vel ejus *Procuratore.*

(c) 1 *Juxta aſſignationem veſtram.*] Die Libelli dati, et admiſſi, petat Procurator Actoris, *Reſponſum eidem dari adſtatim* [ut in §. 1. *Tit.* 57.] alioquin, ſi induitum ſit, per Judicem, Parti Reæ, *ad reſpondendum, in diem ulteriorem* [ut in §. 2. ejuſdem *Tit.*] tunc, eo die prorogato, petat Actor *Reſponſum eidem Libello dari; juxta aſſignationem Judicis, in eâ parte, factam.*

2 Si *Procurator*, vel *Pars ipſa*, recuſaverit *reſpondere* Libello [vel Materiæ cuicunque, per Judicem admiſſæ] ut inde *Litis Conteſtatio* judicetur: Hic eſt *ab Officio ſuſpendendus*, ILLA *Excommunicanda.*

(d) *Poteſt fateri Libellum.*] " Si REUS *conſitetur* contenta in Libello, *illius Confeſſio* habet vim *Sententiæ*, et habetur pro *condemnato*: Nam nulla eſt *major Probatio*, quàm *proprii Oris Confeſſio. MS.*

(e) *Sed ſi intendit conteſtari Litem negativè.*] Sic legitur in *MS. Antiq.* " Sed ſi Reus intendit Litem inſtitutam defendere, et Litem conteſtari negativè.

Conteſtatio Litis.

rantur, vera non eſſe, et ideo petita, prout petuntur, fieri non debere, animo Litem conteſtandi negativè (*f*).

Actor repetit *Libellum* in vim *Poſitionum :*

IV. Tunc ACTOR: *Libellus eſt articulatus, et ideo eundem, in vim Poſitionum et Articulorum* (*g*), *repeto, et, per Dominationem veſtram, ſic repeti, et admitti peto.*

Judex ita repetit, *et* admittit.

V. Quibus JUDEX: *Repetimus hunc Libellum, in Vim Poſitionum et Articulorum; et pro repetito habere volumus; eundemque admittimus; ſalvo Jure* [*impertinentium, et non admittendorum*].

Actor petit Reſponſa *Procuratoris ;*

VI. ACTOR: *Eſt Libellus articulatus, et in vim Poſitionum et Articulorum repetitus, et ideo peto Reſponſum dari Poſitionibus ejuſdem, ab ipſo Reo* et *Procuratore Partis adverſæ.*

Is non credit.

VII. REUS (*h*): *Non credo Poſitiones eſſe veras* (*i*).

Actor petit Reſponſa *Partis Principalis :*

VIII. ACTOR: *Juro, quòd credo me poſſe meliùs relevari ex Reſponſis Partis principalis, quàm Procuratoris ejus, occupantis in Cauſâ* (*l*): *Placebit igitur decernere Partem principalem citandam fore* (*m*), *erga aliquem diem competentem, ad perſonaliter reſpondendum Poſitionibus dicti Libelli* (*n*).

Decernitur *pro Reſponſis :*

IX. JUDEX: *Decernimus Partem principalem eſſe citandam, ad perſonaliter reſpondendum Poſitionibus dicti Libelli* [tali *die*] ſtatuendo *diem*; juxta *Diſtantiam* loci habitationis REI, a loco *Judicii.*

Reus, diſſentiens, petit *ad probandum :*

X. PROCURATOR REI: *Diſſentio; et peto Terminum aſſignari* ACTORI, *ad probandum Libellum.*

Judex aſſignat:

XI. JUDEX: *Aſſignamus, ad probandum, tres* [vel quatuor] *dies Juridicos* (*o*); juxta loci *Diſtantiam*, in quo ACTOR habitat, a loco *Judicii*, et *gravitatem* Cauſæ.

XII. REUS:

OBSERVATIONES.

(f) 1 *Animo litem conteſtandi negativè.*] Hìc inſeruntur hæc ſequentia, in *MS. Antiq.* "Si omiſſa ſit *Litis Conteſtatio*, in *Plenariis*, "non valet totus Proceſſus; etiamſi *Actor* plenisſimè probavit Libellum:

"2 Fallit tamen, ſi *Reus*, in aliquâ parte Litis, "*fateatur* contenta in Libello; nam *per Confeſſionem Partis, omnis tollitur Nullitas.*

(g) *In vim Poſitionum et Articulorum.*] Solent Procuratores Libellum articulatim concipere, et in *Poſitiones* partiri [quæ ſunt Capita, in quibus Libellus diſtribuitur] indeque nomen habent, quòd *ponunt*; id eſt, ſtatuunt *vera eſſe, quæ in eis aſſeruntur.*

(h) *Reus.*] Ejuſve Procurator.

(i) *Non credo Poſitiones eſſe veras.*] Sic legitur in *MS. Antiq.* "Non credo Poſitiones, "*prout ponuntur*, eſſe veras.

(l) *Juro, quòd credo me poſſe meliùs relevari ex Reſponſis Partis principalis, quàm Procuratoris ejus, occupantis in Cauſâ.*] Hæc (modò nobiſcum) ad Decretum, *pro Reſponſis*, obtinendum, per *Procuratorem* (abſque *Juramento*) apud Acta Curiæ (nudo *Verbo*, ſolummodo) allegantur: Scilicet; loco Verborum, *Juro quòd credo me poſſe*, &c. (ut ſuprà) dic; *Allego me poſſe*, &c.

(m) *Partem principalem citandam fore*, &c.] De *Decreto perſonali* contra Partem principalem, Vide *Tit.* 62. *per totum.*

(n) *Ad perſonaliter reſpondendum Poſitionibus dicti Libelli*] Additur in *MSS.* "Tanquam legaliorem Perſonam, e *quâ*, Veritas meliùs "erui et inquiri poterit, quàm ab ejus *Procu-* "*ratore.*

(o) 1 *Tres, vel quatuor dies Juridicos*] Ad *probandum Libellum* (de *Stylo* Curiarum) *tres Juridici dies* debentur.

2 *Terminus* autem *probatorius* non currit, antequam *Reus* dederit (ubi petuntur) *Reſponſa.*

XII. Reus: *Diſſentio*; et [ſi *Terminus* datus, *ad probandum*, ſit nimis *prolixus*, et *incompetens*] addat; *propter longitudinem et prolixitatem Termini:*

Reus diſſentit, ob *Diuturnitatem Probatorii.*

XIII. Nam, *quemadmodum*; ſi datur Actori, per Judicem, *Terminus Probatorius* nimis *brevis*, et omnino *incompetens* (habitâ conſideratione *gravitatis* Cauſæ) licet ei *appellare*: *Ita*; ſi *Terminus* nimis *prolixus* datus fuerit, Reus habet juſtam Cauſam *appellandi*; quod facere non potuit, *ſi non diſſentiat Aſſignationi.*

Propter Terminum datum, *minus competentem*, appellat *Actor*; Ob *nimis* prolixum, *Reus*: Quare *perutile* eſt *diſſentire.*

XIV. Sed nota; quòd, in Cauſâ *Diffamationis*, Judex non *ſolet* decernere *pro Parte principali*; niſi *poſt publicatas Atteſtationes* Testium, *ſuper* Libello: Si *verò* decreverit, *ante Publicationem*, additur ſemper, in Actis; *Ita ut hoc Decretum, pro Parte principali, non extrahatur, nec Executio ejuſdem fiat, ante Publicationem* Testium: Quia *Pars Principalis* non tenetur *reſpondere* Positionibus Criminosis; niſi *probatæ* fuerint per Testes.

In *Diffamatione*, non decernitur *pro Reſponſis* Partis principalis, *ante Publicationem Depoſitionum*: Niſi, *ita quòd* Decretum non extrahatur, *ante Publicationem*: Ratio; *Poſitioni Criminoſæ*, niſi probatæ, *non eſt reſpondendum.*

XV. Decretum *pro Parte Principali*, in omni Cauſâ, peti ſolet per Advocatum *in Cauſâ ſalariatum*; quamvis in *Actis*, ſemper ſcribitur, Procuratorem illud *Decretum* petiiſſe: Et hoc, ab antiquo, diligenter obſervatum fuit; ut Judici conſtare poſſit, Advocatum eſſe *ſalariatum in Cauſâ* (*p*); quod, jam, *aliunde* conſtabit Judici: Quia *nullus* Libellus *admittendus eſt*, niſi ſubſcribatur manu *alicujus* Advocati (*q*).

Decretum, *pro Reſponſis*, petitur per *Advocatum*: Ratio: *Advocati manus* quando requiritur?

XVI. Nota etiam; quòd Procurator *Actoris*, poſtquam Lis ſit *conteſtata*, ſi crediderit se, *in aliquo*, [videlicet, in aliquâ Poſitione *materiali* Libelli, præſertim Poſitione aliquâ Libelli *Matrimonialis*] *poſſe relevari* ex *Reſponſis* Procuratoris *Partis adverſæ*, poteſt *primò* [ſcilicet, ante Decretum *pro Parte principali*] jurare, pro Parte ſuâ, *quòd credit* se *fideliter potuiſſe contenta in* Libello, et petere Juramentum *a* Procuratore *Partis adverſæ* præſtari, *de fideliter reſpondendo Poſitionibus ejuſdem* Libelli, *in proximo die Juridico*: Quod eſt concedendum:

Reſponſio *Procuratoris Rei* quando neceſſaria? (præcipuè in *Matrimoniali*) quando petenda? Juramentum inde *Procuratoris Actoris*: Juramentum inde *Procuratoris Rei*,

XVII. Et eſt admodum neceſſarium, ut hoc fiat, in Cauſâ *Reſtitutionis Obſequiorum Conjugalium*, vel *Divortii*; aut *Separationis a Thoro*, et *Menſâ*: Nam, de veriſimili, *Procurator* Rei eſt ita inſtructus, a Domino ſuo, quòd *vult fateri* Solemnizationem *Matrimonii allegati*; ex *quo*, Procurator *Mulieris agentis* poteſt *adſtatim* petere Sumptus Litis, *et* Alimoniæ (*r*), *Dominæ*

Reſponſio *Procuratoris Rei* perquàm neceſſaria; Præſertim in *Matrimoniali*: Ratio.

OBSERVATIONES.

(p) *Advocatum eſſe ſalariatum in Cauſâ.*] Vide *Canon.* (Anno 1603.) 130.

(q) *Niſi ſubſcribatur manu alicujus Advocati.*] Vide *Canon.* 131.

(r) *Petere Sumptus Litis et Alimoniæ.*] De Petitione Sumptûs Litis et Alimoniæ; Vide *Tit.* 206. §. 1, 2, 3.

Dominæ ſuæ, decerni; quod *aliàs* petere non poſſit, niſi *poſtquam* ipſæ *Pars principalis fuerit examinata*; quod *plerúmque* (præſertim in his caſibus) differtur, *per* REI *Contumaciam*, ad evitandum *Condemnationem*, in eiſdem *Expenſis* LITIS, *et* ALIMONIÆ;

Reſponſio *Procuratoris* petenda eſt, *ante* Decretum *pro Reſponſis Partis*:

XVIII. Et, in his caſibus, videtur, quòd PROCURATOR *Actoris* [ſi credat ſe poſſe, in hoc Articulo SOLEMNIZATIONIS *Matrimonii*, relevari per *Reſponſa* PROCURATORIS *Adverſarii*] non deberet petere, *pro Parte principali*, niſi habitis priùs *Reſponſis* PROCURATORIS: Quia (ut *ſuprà* dicitur) in omni Cauſâ, priuſquam decernatur *pro Parte principali*, PROCURATOR, *hoc Decretum petens*, tenetur præſtare JURAMENTUM (*ſ*), *quòd credit ſe poſſe meliùs relevari*, *ex Reſponſis Partis* PRINCIPALIS, *quàm* EJUS PROCURATORIS: Ut *ſuprà* (*t*) dictum eſt (*u*).

Ratio.

OBSERVATIONES.

(ſ) *Præſtare Juramentum.*] Loco horum Verborum, lege; *Allegare.*

(t) *Ut ſuprà.*] Scilicet; in §. 8. *hujus Tituli.* Juramentum autem per Procuratorem, Decretum *pro Reſponſis Partis principalis*, petentem, hodie præſtari non ſolet; *prout annotatur ſuprà* ſub *lit.* (l).

(u) *Dictum eſt.*] Ad Calcem hujus Tituli, hæc adjiciuntur, in *MSS.* "Sed credo, quòd "quis fideliter ponens, et de eo jurans, poteſt "habere *Reſponſum Procuratoris*, in aliquo tem"pore Litis; priuſquam *extractum* ſit Decre"tum *pro Parte principali*; imò licèt ſit *decre*"*tum*.

TITU-

Decretum pro *Reſponſis.*

TITULUS LXII.

De DECRETO PERSONALI (*a*), *contra Partem principalem*, ad reſpondendum *Poſitionibus Libelli.*

I. ACTOR cavere debet, ut, *poſt Litis Conteſtationem*, procuret (quàm citò poſſit) RESPONSA *Partis principalis* (*b*) *adverſæ*, Poſitionibus *Libelli*; ut [ſi ejus *Intentio* fuerit, ex *Adverſarii* CONFESSIONE, *fundata*] procedere poſſit *ad Concluſionem*, et *Sententiam* in Cauſâ, *ſine* TESTIBUS: Vel, ſi ex hujuſmodi RESPONSIS, in *aliquo Articulo*, fuerit *relevatus*, poterit, ſuper *cæteris Articulis*, producere TESTES; et ita exonerare CLIENTEM ſuum, *ab Onere probandi Articulos confeſſatos.*

Reſponſa Partis Principalis quando petenda? Horum *Utilitas*: Vel *probant* ſine *Teſtibus*; Vel relevant ab Onere *ſuperfluæ Probationis.*

II. DECRETUM hujuſmodi *pro Parte principali*, curare debet *Actor* concipi, ac ſub Sigillo JUDICIS communiri (*c*), et exequi contra *Partem Ream* (*d*); eoque executo, concipere *Certificatorium*, in Dorſo ejuſdem, et illud die Comparitionis (*e*) exhibere; et ſi REUS *comparuerit*, eum producere [ut in Titulo (*f*), *De Productione Partis principalis*, &c.] et ſi *non comparuerit*, accuſare ejus *Contumaciam*, et petere eum *excommunicari* [ut in Titulo (*g*), *De Exhibitione Citationis, coram Judice*, &c.]

Modus obtinendi *Decretum* pro *Reſponſis*, Et *Excommunicationem* contra Partem Principalem, *in non comparendo*,

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *De Decreto perſonali.*] De modo petendi Decretum hujuſmodi, pro Reſponſis; Vide *Tit.* 61. §. 8, 9. et *Obs. ibid.* ſub *lit* (l) (n).

(b) *Reſponſa Partis principalis.*] De Formâ concipiendi Reſponſa; Vide *Tit.* 106. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (b) 2.

(c) *Sub Sigillo Judicis communiri.*] Si verò Pars principalis adverſa *præſens* ſit, in Judicio, tempore *petitionis*, pro Reſponſis ſuis perſonalibus, *factæ*, non opus eſt Decreto pro Reſponſis, *ſub Sigillo*; ſed producenda eſt *Pars principalis*, et Juramento oneranda, de fideliter reſpondendo: Prout in *Tit.* 65. et *Obs. ibid.*

(d) *Et exequi contra Partem Ream.*] Nonnunquam etiam fieri ſolet *Executio* Decreti hujuſmodi, *pro Reſponſis* (cùm ſpecialiter hoc petitum eſt) in *Procuratorem* Partis principalis. Vide *Obs.* in *Tit.* 21. ſub *lit.* (b) 9.

(e) *Die Comparitionis.*] Scilicet; Die (in dicto Decreto) *pro Rei Comparitione*, ſtatuto.

(f) *Eum producere, ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 65.

(g) *Petere eum excommunicari, ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 37. §. 2. necnon *Tit.* 38. [*De formâ petitionis Excommunicationis*, &c.] *per totum.*

Commiſſio pro *Reſponſis.*

TITULUS LXIII.

De Commissione, *ad partes,* pro Examinatione *Partis Principalis.*

Commiſſio pro *Examinatione* Partis Principalis,

Quâ ratione, conceditur:

Ubi *temporis,* et *loci* exequenda.

Dies aſſignatur *ad tranſmittendum Reſponſa:*

Dies *totus* debetur:

Continuatur *Certificatorium* Decreti pro *Reſponſis* in proximum:

Tunc, ſi *Reſponſa* non ſint data, *Pars* excommunicetur.

I. AD parcendas, *vel* minuendas Expensas *Partium litigantium,* ſolet Judex concedere Commissionem, ad partes (*a*), *ad jurandum,* et *examinandum Partem principalem* (præſertim habitantem in longinquis partibus) nullis *diebus* ſtatutis, nulloque *certo loco* conſtituto, ſed *quibuſcunque diebus* et *loco,* ante *talem* diem [conſtituendum, per Judicem, juxta loci *diſtantiam* habitationis Rei, a loco Judicii] et Dies etiam, *ad tranſmittendum hujuſmodi* Responsa eſt aſſignandus:

II. Erga *quem* Diem, ſeu potiùs *ſubſequentem* [nam in nullâ parte Diei, *ad tranſmittendum,* Pars dicitur *Contumax*; quoniam, *totus debetur* Dies] Actor curabit *Certificatorium* dicti Decreti (*b*) *continuari:* Ut ſi Pars non curaverit *ſubire Examen,* et *Reſponſa tranſmittere,* poſſit excommunicari.

OBSERVATIONES.

(a) *Concedere Commiſſionem ad partes.*] Ubi (ſcilicet) Pars Principalis examinanda commoratur.

(b) *Certificatorium dicti Decreti.*] Nempe Certificatorium *Decreti perſonalis,* ſeu *pro Reſponſis Partis principalis*; de quo *Decreto,* ſuperiùs, in *præcedenti Titulo,* tractatum eſt, §. 2.

TITULUS LXIV.

Cujus Sumptibus Commissio, *pro Parte Principali, ſit concedenda.*

Ubi *Commiſſio pro Reſponſis* fiat aliquando *mutuis Expenſis*;

Aliquando *Sumptibus Actoris:*

Hodie Sumptibus *cujuſlibet eandem petentis.*

I. SI *Perſona Privilegiata* (*a*) ſit provocata, ad Judicium; fiat Commiſſio, *communibus Expenſis* (videlicet) *Actoris* et *Rei:*

II. Sed ſi *Perſona Privilegiata* provocet, et litiget; tunc fiat Commiſſio *Expenſis Privilegiatæ:*

III. Sed his diebus (ut ſumptibus parcatur) ſolet Judex, nullâ allegatâ cauſâ (*b*), concedere Commiſſionem, *ad examinandum Partem principalem* (nullo modo Privilegiatam) ſi hoc, ab ea, petatur; in

OBSERVATIONES.

(a) *Perſona Privilegiata*] Quænam Perſonæ dicuntur *Privilegiatæ?* Vide *Tit.* 236. §. 1.

(b) *Nullâ allegatâ Cauſâ.*] Scilicet; Abſentiæ Partis, quà *Privilegiatæ*; cujus generis *Allegatio* patet in *Tit.* 231. §. 3. in *Calce.*

in quo caſu, *petens* Commiſſionem *integras Expenſas* præſtare tenetur (*c*).

IV. In Cauſis tamen *Matrimonialibus*, Judex non ſolet decernere Commiſſionem, *pro Examinatione Partium principalium*; ſed cogentur *Partes Reæ* perſonaliter, *et* judicialiter comparere, et Judicis *Examen* ſubire, ut poſſint [in caſibus, de *Jure*, permiſſis] in locum aliquem *ſequeſtrari* [ut in Titulo, *De hujuſmodi Sequeſtratione* (*d*), ſpecialiter ſcripto, *apparet*] donec fuerint *examinatæ*, ſuper Libello.

In *Matrimoniali*, non conceditur *Commiſſio* pro *Reſponſis Partium*:

Ratio;

Ut *Judicis* ſubeant *Examen*, et fiat *Sequeſtratio* Perſonæ.

OBSERVATIONES.

(c) 1 *Petens Commiſſionem integras Expenſas præſtare tenetur.*] Poſtquam *Decretum perſonale* (ut appellatur Mandatum, ſub Sigillo, pro Reſponſis *perſonalibus* Partis principalis) debitè fuerit *executum*, tenetur Pars ipſa *principalis* præſtare *Juramentum*, et ſua dare *Reſponſa* perſonaliter, in *Judicio*; vel, per *Commiſſionem Judicis*, coram *Commiſſariis*, in *partibus* ubi degit.

2 Et quum petitur hujuſmodi *Commiſſio pro Reſponſis*, quamvis Pars illa principalis *producenda* ſit, et *examinanda* ſuper Libello *tuo*, vel *tuâ* Allegatione, et ad tuam (ut ſperatur) utilitatem, ſolet autem hujuſmodi *Commiſſio* fieri Sumptibus *illius* Partis principalis *Abſentis:*

3 Sin *Abſentia* Partis principalis *non ſit voluntaria*; utputà propter *Ægritudinem* (Dei Digitum) nonnulli putant, quòd fieri debet Sumptibus Adverſarii *Reſponſa petentis*; non *Ægroti:*

4 Poſt *Decretum* autem, pro *Reſponſis* dandis, debitè *executum*, exinde tenetur iſta Pars *principalis* (ſi commodè perſonaliter, in *Judicio*, comparere non poterit, ad præſtandum *Juramentum*, et ſubeundum *Examen* juxta tenorem ejuſdem *Decreti*) per ejus *Procuratorem* [animo excuſandi ejus *Contumaciam*] petere *Commiſſionem* fieri ad partes (in quibus commoratur) pro *Reſponſis ſuis recipiendis:* Ideoque *Expenſis ſuis propriis* (utì, Nobiſcum, hodie practicari ſolet) extrahere tenetur, ſub Sigillo Judicis, hanc *Commiſſionem*.

(d) *Ut in Titulo, de hujuſmodi Sequeſtratione,* &c.] Quòd Fœmina ſit *ſequeſtranda*, in Cauſâ *Matrimoniali*, et de petitione ejuſdem *Sequeſtrationis*; Vide *Tit.* 200.

Productio Partis Principalis.

TITULUS LXV.

De Productione *Partis principalis*, et Juramento ſuo; deque *modo procedendi*, contra *eandem Partem*, *ſi* non ſubiverit Examen.

I. SI Pars Principalis *fuerit* præſens *in Judicio*, poſt Reſponſum Procuratoris *ſui* factum Poſitionibus Libelli [ut in Titulo, *De Conteſtatione Litis* (*a*), &c.] eſt *producenda* (*b*), in hunc modum :

Pars Principalis quando producenda?

II. Actor:

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo de Conteſtatione Litis,* &c.] De Reſponſo, hanc Litis Conteſtationem, inſtituente; Vide *Tit.* 61. §. 3.

(b) *Eſt producenda.*] De neceſſariâ Proteſtatione Partis Reæ, tempore productionis ſuæ; Vide *Tit.* 66. *per totum.*

Forma *Productionis* Partis Principalis.

II. Actor: *Domine Judex, ſuper Poſitionibus Libelli (per me, in hâc Cauſâ, dati) produco hanc Partem principalem, et peto, eam Juramento onerari, de fideliter reſpondendo Poſitionibus ejuſdem:*

Forma *Juramenti* Partis Principalis.

III. Tunc Judex dicat Reo: *Manum* Libro *appone*; Tu Jurabis (*c*), *quòd, omni Affectione, quam propriæ tuæ Cauſæ geris, poſtpoſitâ, fideliter, et verè reſpondebis Poſitionibus Libelli, contra te* [per talem, in tali Cauſâ] *in hoc Judicio, dati*; *de* Scientiâ tuâ, *in his quæ proprium tuum factum concernunt, et de* Credulitate (*d*) tuâ, *in facto alieno: Ita te* Deus *adjuvet, et Sacra* Dei Evangelia:

Evangelia tacta, deoſculanda.

IV. Et Pars *producta* (in Teſtimonium quòd ſubivit *Juramentum*, modo et formâ quibus ſit delatum) *oſculari tenetur* Librum *Sacro-Sancta* Dei Evangelia *continentem.*

Petitur *Reum* moneri, *ad ſubeundum Examen,*

Sub *pœnâ* Excommunicationis:

V. Quo *Juramento* præſtito, dicet Actor: *Placebit monere* Reum *ad ſubeundum Examen, ſuper Poſitionibus dicti Libelli, citra proximum Juridicum [vel ad comparendum, in proximo die Juridico* (*e*), *ſcipſum (propter ejus Contumaciam, in non ſubeundo Examen) excommunicari viſurum]*

Monitio Judicis.

VI. Judex: *Monemus.* Et ſi *Reus* non ſubiverit *Examinationem,* ante *diem prædictum,* nec comparuerit eodem die, nec allegaverit *cauſas rationabiles,* ad purgandum ejus Contumaciam, *in non ſubeundo ejus Examen,* accuſanda eſt ejus *Contumacia* (*f*); et, in pœnam *ejuſdem,* eſt *excommunicandus,* ut ſuprà (*g*); Et ſi ſteterit Excommunicatus, *poſt* Denunciationem, *quadraginta dies,* hujuſmodi Denunciatio eſt *certificanda*; et eſt, per *Judicem,* de ejus *Perſeverantiâ* in Sententiâ Excommunicationis, *poſt* Denunciationem ejuſdem, *Regiæ Majeſtati* ſignificandum; et Decretum Regium,

Si Reus *non dederit Reſponſa,*

Accuſatur ejus *Contumacia,*

Et *excommunicetur,*

Denuncietur,

Obduratus *ſignificetur,*

OBSERVATIONES.

(c) *Tu jurabis.*] De modo procedendi contra Partem principalem recuſantem ſubire Juramentum, de reſpondendo Poſitionibus Libelli, vel aliæ Materiæ; Vide *Tit.* 74.

(d) *De Credulitate.*] Vide *Tit.* 4. §. 3, 4, 5, 6, 7. *Tit.* 141. §. 1.

(e) 1 *Vel ad comparendum, in proximo die Juridico.*] Juxta Morem autem Curiarum hodiernum (Parte principali, de fideliter reſpondendo Poſitionibus Libelli, juratâ) petit, ex alterâ Parte, Procurator, *hujuſmodi Partem principalem, Reum (ſcilicet) præſentem in Judicio, per Dominum Judicantem moneri, ad danda Reſponſa ſua perſonaliter, in proximum diem Juridicum.*

2 Sed omittitur, in hujuſmodi Petitione Procuratoris, ſupraſcripta Clauſula, ſcilicet [*vel ad comparendum in proximo die Juridico, ſeipſum (propter ejus Contumaciam, in non ſubeundo Examen) Excommunicari viſurum.*]

3 Quia Monitio *Judicialis* eundem ſortitur Effectum, ac Citatio, Decretum, ſeu Monitio, *in Scriptis*; et æquè benè loquitur Judex *vivâ voce*, in præſentiâ, perinde ac per ſuum *Sigillum Officii*, in abſentiâ Partis:

4 Unde caſu quo, *die* (juxta Monitionem *Judicialem*) *pro dandis Reſponſis ſtatuto,* Pars principalis *Reſponſa ſua*, in ſcriptis, perſonaliter *non* dederit, repetierit, *et* recognoverit (in pœnam *Contumaciæ* ſuæ, accuſatæ) excommunicetur.

(f) *Accuſanda eſt ejus Contumacia.*] De modo accuſandi Contumaciam; Vide *Tit.* 37. §. 2. prope finem.

(g) *Eſt excommunicandus, ut ſuprà.*] Scilicet; in *Tit.* 38. §. 2.

Regium, *pro ejus Corporis Captione*, eſt obtinendum; necnon in CARCERIBUS, *donec ſubiverit Examinationem, ac ſatisfecerit Eccleſiæ pro Contumaciâ, ſeu Contemptu, et ſolverit Expenſas Contumaciæ*, detinendus eſt (*h*).

Incarceretur,

Uſque dum dederit *Reſponſa,*

Et ſatisfecerit *Eccleſiæ.*

VII. Sed ſi *Pars*, vel ejus *Procurator* (*i*) [in die dato pro Comparitione Partis, ad videndum ſe excommunicari, caſu quo non ſubiverit Examen, ante diem aſſignatum] allegaverit *cauſas ſufficientes*, *ob quas non fuerat examinatus* (utpote, quia adivit Regiſtrarium, ad effectum ſubeundi Examinationem, et quòd Regiſtrarius non potuit vacare ejus Examinationi (*l*); Vel aliam quamcunque legitimam cauſam) tunc *reſervanda eſt pœna ejus Contumaciæ, in proximum:* Vel potiùs (quia, in iſto caſu, verè dici non poteſt eum fuiſſe Contumacem) *de novo, monendus eſt, ad ſubeundum Examen* (ut ſuprà) ſi ſit præſens in Judicio, et ſi non ſit, tunc *continuanda eſt Cauſa, in ſtatu quo tunc fuit, in proximum diem Juridicum* (*m*); ut ſi *Reus*, ante illum diem, non curaverit *ſubire Examinationem*, poſſit excommunicari in die prorogato, ſeu continuato, ſeu in dicto die erga quem REUS, *ad ſubeundum Examen*, de novo monitus fuit.

Quo caſu continuatur Aſſignatio, *pro dandis Reſponſis*, in alium diem?

In *non reſpondendo*, tum demum *excommunicetur.*

OBSERVATIONES.

(h) *In Carceribus*, (&c.) *detinendus eſt.*] Vide *Tit.* 39, 43, 44,

(i) *Sed ſi Pars, vel ejus Procurator.*] Tunc omittenda ſit iſta Clauſula ſupraſcripta, hiſce Signaculis [ ] incluſa; et ejuſdem locum repleant hæc ſequentia: *Sed ſi Pars, vel ejus Procurator* [*in die, per Judicem, aſſignato Parti principali ad dandum Reſponſa ſua perſonalia, juxta Monitionem Judicialem, aliàs factam: Vel in Die relationis Decreti pro Reſponſis, aliàs ſub Sigillo* (*ſi* ita ſit) *emanati, et debitè executi*] *allegaverit Cauſas ſufficientes*, &c. ut ſuprà.

(l) 1 *Quòd Regiſtrarius non potuit vacare ejus Examinationi.*] " In quo caſu ſufficit relatio Regiſtrarii. *MSS.*

2 Solent autem hodie, *Procuratores* concipere *Reſponſiones perſonales* pro Clientibus ſuis; *niſi aliter fieri per Judicem decernatur.* Vide *Obs.* in *Tit.* 4. ſub *lit.* (g).

(m) *In proximum diem Juridicum.*] Additur in *MS.* " Et pœna ejus Contumaciæ reſervanda eſt, in eundem diem.

Productio Partis Principalis.

TITULUS LXVI.

De neceſſariâ PROTESTATIONE *Partis Reæ, tempore* PRODUCTIONIS *ſuæ.*

Proteſtatio Tempore Productionis.

I. ALIQUANDO producuntur *Partes Principales*, ſuper Poſitionibus *criminoſis*, et *captioſis*, quibus, *de Jure, non tenentur reſpondere* (*a*); ut in Cauſis *Diffamationum, Correctionum*, et *Perjurii*, &c:

Criminoſis, *et* captioſis, *Pars Principalis* non tenetur reſpondere.

II. Neceſſarium

OBSERVATIONES.

(a) *Quibus, de Jure, non tenentur reſpondere.*] Vide *Tit.* 61. §. 14. *prope finem.* Vide etiam *Obs.* in *Tit.* 141. Vide etiam *Tit.* 143.

Proteſtatio *Partis Principalis* tempore Productionis.

II. Neceſſarium eſt in his, et ſimilibus Cauſis, ut *producti* proteſtentur, ut ſequitur: *In præſentiâ* N. *proteſtantis, quòd non intendit reſpondere alicui Poſitioni criminoſæ, aut captioſæ* (*b*); *et quòd ſi contigerit ſe alicui tali Poſitioni reſpondere, petentis ut eadem Reſponſa habeantur pro nullis, et non factis.*

Proteſtationis *Utilitas.*

III. Si hæc *Proteſtatio*, in his caſibus, omiſſa fuerit, recedit *Reſpondens* a Beneficio *Juris*, ſibi, in hâc parte competente.

OBSERVATIONES.

(b) 1 *Captioſæ*] Poſitioni obſcuræ non eſt reſpondendum: Ideoque, ex Judicis Decreto, priùs reformatur.

2 Poſitiones negativas (niſi tempore, et loco, ſic coarctatas, ut probari poſſint) Judex, quoad Reſponſa Partis, admittit, non quoad Probationes.

3 E contrà; Poſitioni criminoſæ Pars non cogitur reſpondere, vi Juramenti; ſed, quoad Probationes, admittenda eſt Poſitio.

Reſponſio per *Syndicum.*

TITULUS LXVII.

De RESPONSIS PERSONALIBUS, dandis per *Decanum* et *Capitulum*; *Præpoſitum, Socios,* et *Scholares Collegii*; ac *Communitatem*; *Poſitionibus Libelli,* ſeu *cujuſcunque Materiæ Adverſarii.*

Modus obtinendi *Decretum pro Reſponſis Communitatis,* in vim Juramenti, *per Syndicum, dandis.*

I. SI ACTOR, in quâcunque Cauſâ tangente *Perſonas ſuprà mentionatas* (*a*), cupit habere *Reſponſa Perſonalia* dictarum *Partium*, Poſitionibus Libelli, &c. (*b*) decernendum eſt *pro Partibus principalibus* hujuſmodi, *quòd compareant* [tali die, et loco] *per eorum* SYNDICUM (*c*), *ſufficienter inſtructum, ac legitimè conſtitutum, Poſitionibus prædictis, in vim Juramenti, ac in Animas Perſonarum prædictarum, reſponſurum.*

Contenta quædam in *ſpeciali Procuratorio Syndicali* pro Reſponſis:

II. Erga diem *Comparitionis*, tenentur prædicti *citati* deſtinare SYNDICUM, cum *ſpeciali* PROCURATORIO, *ad reſpondendum articulatim, virtute eorum Juramenti, et in eorum Animas, cuilibet Poſitioni Libelli*; prout, magìs ſpecificè, declaratur in *ſequenti Titulo* (*d*):

III. [Nam

OBSERVATIONES.

(a) *Perſonas ſuprà mentionatas.*] Scilicet; in Deſcriptione *hujus Tituli*; ac etiam in *Tit.* 22. §. 1, 2, 4.

(b) *Libelli,* &c] Seu cujuſcunque Materiæ Adverſarii.

(c) *Per eorum Syndicum.*] Capitulum non poteſt cogi, ut reſpondeat *ſingulatim*, vel *ſimul omnes*; ſed tantùm per *Syndicum*.

(d) *Prout, magìs ſpecificè, declaratur in ſequenti Titulo.*] 68. §. 2, 3. Vide etiam *Tit.* 69. *per totum*.

III. [Nam PROCURATORIUM (de *quo*, in particulari quodam Titulo præcedenti, fit (*e*) mentio) quamvis ſit *authenticum*, non eſt *ſufficiens* ad *hos* effectus.] Quo caſu, *Commune Procuratorium Syndicale* non valet?

IV. Et ſi *citati* (ut (*f*) ſuprà) *hoc* non fecerint, *excommunicandi* ſunt (ut cæteræ quæcunque Perſonæ) per hæc Nomina generalia (videlicet) *Decanum et Capitulum*, *Omnes et ſingulos*, &c: Et ſic de *cæteris* PERSONIS, in præſentis Tituli Deſcriptione, *mentionatis*. Communitas, per *Syndicum*, non comparens, quomodo *excommunicetur?*

OBSERVATIONES.

(e) *De quo, in particulari quodam Titulo præcedenti, fit mentio.*] Videlicet; in *Tit.* 22. §. 6.

(f) *Et ſi citati, ut ſuprà.*] Nimirùm; ut ſuprà dicitur in §. 1. *hujus Tituli*; quod compareant, per eorum *Syndicum* ſufficienter *inſtructum*, &c.

Reſponſio per *Syndicum.*

TITULUS LXVIII.

De formâ reſpondendi *Poſitionibus Libelli*, &c. *virtute* SPECIALIS *Procuratorii*, *per* SYNDICUM.

I. SI *Epiſcopus*, *Decanus* et *Capitulum*, *Præpoſitus*, *Socii*, et *Scholares Collegii*, *Communitas*, vel alia quæcunque *Egregia*, vel *Privilegiata* Perſona, vocati fuerint, *ad perſonaliter reſpondendum* (*a*), mittere tenentur SPECIALEM *Procuratorem*; vel quemcunque ALIUM *Syndicum*, habentem *Procuratorium* SPECIALE, et *authenticum*: *Communitas* mittit *ſpeciale* et *authenticum* Procuratorium Syndicale, *ad reſpondendum*:

II. Nam, ad *hunc finem*, tantùm admittitur SPECIALIS *Procurator* [non obſtantibus iſtis quæ notantur, in quodam præcedenti Titulo, de *Syndico* (*b*), eorumve *Procuratore*, GENERALI, exercente in Cauſâ] videlicet, *ad reſpondendum eorum Nominibus et in eorum Animas*, *Poſitionibus hujuſmodi* (*c*): *Syndicus ſpecialis*, ad *hoc*, tantùm admittitur; non obſtante *generali.* Qualiter reſpondebit *Syndicus?*

III. Sed in hujuſmodi *Procuratorio*, non ſolùm POSITIONES omnes et ſingulæ, *quibus reſpondere tenentur*, *inſerendæ ſunt*; verùm etiam *ſeparata*, et *diſtincta* RESPONSIO, *cuilibet* POSITIONI *hujuſmodi* Modus concipiendi *Reſponſa Communitatis.*

OBSERVATIONES.

(a) *Ad perſonaliter reſpondendum.*] In *MS. Antiq.* omittitur [*perſonaliter*] et rectè quidem, quoad *Decanum* et *Capitulum*, *Præpoſitum*, &c. Qui citari non ſolent, *ad comparendum perſonaliter*; ſed *per eorum Syndicum:* Prout in *Tit.* 22. §. 1, 7. et in *Tit.* 67. §. 1. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c).

(b) *Quæ notantur, in quodam præcedenti Titulo, de Syndico*, &c.] Scilicet; in *Tit.* 22. §. 6.

(c) *Et in eorum Animas, Poſitionibus hujuſmodi.*] Vide *Tit.* 67. §. 1, 2, 3. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c). ac etiam *Tit.* 69. *per totum.*

Reſponſio per *Syndicum.*

hujuſmodi [per verba, *Credo*, vel *Non Credo*] eſt *inſerenda*; aliàs non valet, nec dicitur *hujuſmodi* Responsio eſſe *ſufficiens*, et *plena* Responsio (*d*).

OBSERVATIONES.

(d) *Plena Reſponſio.*] Hìc additur, in *MS.* " Et conſtituentes etiam tenentur, in hoc *ſpeciali* " *Procuratorio*, dare dicto Procuratori Mandatum *ſpeciale*, ad *dandum eadem Reſponſa, coram Judice* (coram quo Cauſa ventilata ſit) et " ad *præſtandum Juramentum, in eorum Animas*, de *Veritate Reſponſionum hujuſmodi, juxta eorum Credulitatem, in facto alieno, vel* " *Scientiam, in proprio facto.*

TITULUS LXIX.

De formâ exhibendi Reſponſa, *virtute* Specialis *Procuratorii.*

Modus *Exhibitionis* Reſponſorum *Communitatis.*

I. Procurator exhibebit hujuſmodi *Procuratorium* Speciale, dicendo: *Exhibeo Procuratorium meum ſpeciale pro* B. *ac facio me Partem pro eodem; et, nomine Domini mei, reſpondeo et credo, in omnibus et per omnia, prout in dicto Procuratorio ſpeciali continetur:*

Juramentum Procuratoris, *Seu* Syndici ſpecialis.

II. *Atque in animam ejuſdem Domini mei*, juro, *ad hæc Sancta* Dei Evangelia; *hujuſmodi Reſponſa eſſe vera, juxta Informationem Domini mei, et Credulitatem ejus Procuratoris, in his quæ concernunt Factum alienum; et de Scientiâ ipſius Domini mei, in his quæ concernunt Factum ejus proprium.*

Proteſtatio.

TITULUS LXX.

De Protestatione *Procuratoris Adverſarii*, tempore Exhibitionis *Procuratorii* Specialis, cum *Reſponſis.*

Proteſtatio Procuratoris Adverſarii, *die Exhibitionis Reſponſorum*, vigore Procuratorii *ſpecialis.*

I. Accepto *contenta in hujuſmodi Procuratorio, et Reſponſa in eodem, quatenus faciunt pro Parte meâ, et Domini mei; et quatenus faciunt contra, diſſentio, et proteſtor de nullitate, et inauthenticitate eorundem; et allego non eſſe plenè, nec ſufficienter reſponſum; referendo me ad hujuſmodi Procuratorium, et ad Reſponſa, et ad Jura.*

Relato Decreto pro *Reſponſis*, petitur *Excommunicatio.*

II. Et tunc, ſi inſtat *Dies Comparitionis* [ſive ex *Certificatorio* tunc *introducto*, ſive in eundem diem *continuato*, vel ex *Pœnâ reſervatâ*]

reſervatâ] PARTIS, *dantis* dicta Reſponſa; dicat PROCURATOR, petens Reſponſa: *Exhibeo Mandatum originale*, &c. *et peto excommunicari*, &c. [ut ſuprà, in Titulo (*a*) *De Exhibitione Citationis, coram Judice, et de formâ Excommunicationis.*]

Reſponſio per Syndicum.

III. Si *Reſponſa* hujuſmodi non ſunt *authentica*, ob defectum *Procuratorii authentici*; vel *ſi Jura non admittunt Reſponſa Procuratoris*; vel *Reſponſa fuerint frivola*, et (datâ operâ) *facta animo differendi Litem, plus juſto*; vel aliquando *faciendi Judicium fruſtratorium* (*b*): Si, de *his*, JUDICI conſtiterit; *excommunicanda eſt* PARS; non obſtantibus *Reſponſis* prædictis.

Objectiones contra Reſponſa; Quibus conſtantibus, *Pars excommunicanda eſt;* Non obſtantibus *Reſponſis datis.*

IV. Sed nota; quòd ſi JUDEX deliberaverit, *ſuper Petitione hujuſmodi* [videlicet; *an Reſponſa ſint admittenda? vel dans eadem excommunicanda?*] continuandum eſt *Certificatorium Decreti perſonalis*, uſque in *diem*, in quem JUDEX aſſignavit, *ad audiendum ejus Voluntatem*:

Quo caſu, continuatur *Certificatorium Decreti* pro *Reſponſis?*

V. Nam aliàs [*diſcontinuato*, vel *circumducto* dicto *Mandato*] PARS, *non* reſpondens (*c*), *non poteſt excommunicari*; ſed eſt *de novo* (ad effectum ut priùs) *citanda*.

Diſcontinuato *Certificatorio*, Pars (de novo) *citanda* eſt.

OBSERVATIONES.

(a) *Ut ſuprà, in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 37. §. 2. et *Tit.* 38. *per totum*.

(b) *Vel aliquando faciendi Judicium fruſtratorium.*] Aliàs legitur, in nonnullis *MSS.* "Vel, "aliquo modo, faciendi Judicium illuſorium.

(c) 1 *Pars non reſpondens.*] Intellige; non effectualiter, ac prout de Jure debet, reſpondens; ſed (ut *ſuprà* in §. 3.) malè cum defectu, contra Juris Ordinem, frivolè, dilatoriè, ſeu fruſtatoriè reſpondens; qui dici poteſt, quaſi *non reſpondens*.

2 Si Pars principalis Reſponſa ſua perſonalia dederit, non autem *plena*; Judex eum in *Expenſis* condemnare ſolet, et (de novo) decernere pro *plenioribus*. De Reſponſis non *plenè* datis; Vide *Tit.* 72, 73. et *Obs. ibid.*

Revocatio Confeſſionis.

TITULUS LXXI.

De Revocatione CONFESSIONIS JUDICIALIS *Partis Principalis*, ſeu *Procuratoris*, etiam *acceptatæ* per *Adverſarium*.

I. SI *Pars principalis*, per ERROREM, quicquam, in *Reſponſis* ſuis perſonalibus, *confeſſa* fuerit, tenetur *perſonaliter* comparere, coram JUDICE, et hujuſmodi *Errorem revocare*:

Confeſſio Erroris, *per Partem Principalem*, revocanda eſt,

II. Nam *Procurator*, in *generali* Procuratorio ad Lites, non habet *ſpeciale* Mandatum, ad hujuſmodi *Errorem revocandum*; poteſt tamen *Pars*, ad hujuſmodi effectus, concedere *Procuratori* Mandatum *ſpeciale*; quæ *Pars*, vel *Procurator* (comparendo coram Judice, in præſentiâ Procuratoris Partis adverſæ) dicet, ut ſequitur:

Non *per Procuratorem*, Abſque *Mandato ſpeciali.*

 III. *Ego*

Forma *Revocationis* Confeſſionis *erroneæ*.

III. *Ego* N. *primò, et ante omnia, ſubduco, et* (*ad omnem Juris effectum*) *revoco Confeſſionem, ſeu Reſponſa mea* [tali die] *facta* [ad talem Articulum Libelli, vel Materiæ, &c.] *et hujuſmodi Reſponſa mea pro ſubductis, et revocatis haberi volo, et peto:*

Modus docendi de *Errore*.

IV. *Et (docendo de Errore hujuſmodi, et Rem vel Veritatem aliter habere) ad omnem Juris effectum, allego hujuſmodi Confeſſionem, ſeu Reſponſa mea, emanâſſe per Errorem manifeſtum, et Veritatem ſe aliter habere* (*a*).

Exemplum;

V. Exempli gratiâ; *Licèt, in Reſponſis meis perſonalibus prædictis, reſpondi: Quòd credebam* N. *fuiſſe*, Annis et Menſibus libellatis [vel tali Anno] FIRMARIUM *Rectoriæ, pro cujus Decimis agitur:* Attamen (in rei Veritate) *non fuit* tunc FIRMARIUS *ejuſdem Rectoriæ: Quia*, ante Annos libellatos [videlicet, talibus Anno Die et Menſe] *dictus* N. ACTOR *vendidit, tranſtulit, ſeu alienavit totum et omne Jus, Titulum et Intereſſe ſua, in Decimis prædictis, cuidam* D. cujus prætextu *idem* D. *et* non *dictus* N. *fuit*, dictis Annis confeſſatis, *verus et legitimus* FIRMARIUS *dictæ Eccleſiæ, ac omnium, et ſingularum Decimarum quarumcunque, ad eandem qualitercunque ſpectantium:*

Error in *Qualitate*:

Similiter, *Error* in *Quantitate*:

VI. Vel; *Quòd habui* [tali Anno] *Octo Acras* HORDEI: Cùm (in Rei Veritate) habui tantùm *Quatuor*; et forſan, *nihil omnino* Hordei:

De *quibus* priùs *ignorabatur*.

VII. *Et quòd præmiſſa fuerunt mihi incognita, tempore emanationis dictæ* erroneæ Confeſſionis.

Confeſſio erronea, per Partem adverſam *acceptata* (Errore probato) per Decretum Judicis *revocanda*:

VIII. Si hujuſmodi ERROR fuerit (ſive per legitimas *Probationes*, ſive per *Confeſſionem* Partis adverſæ) *probatus*, tunc petat Pars, *ſeu* Procurator, *Hujuſmodi Reſponſa erronea, per* JUDICIS *Decretum, revocari:* Præſertim, ſi *Reſponſa* prædicta fuerint *acceptata*, per ADVERSARIUM, priuſquam fuerint *revocata:*

Revocari poteſt *etiam, acceptata*, abſque *Decreto*:

IX. Sed ego exiſtimo, quòd etiam in *iſto caſu*, id eſt, ſi *Reſponſa* ſint *acceptata*; tamen valet hujuſmodi REVOCATIO, quamvis JUDEX non interpoſuerit *ſuum Decretum:*

Ratio,

Conſtat Veritatem aliter ſe habere.

X. Quia, in eo quòd probatur, *Rem et Veritatem aliter ſe habere*, Pars adverſa non poteſt aliquid *Commodi* reportare, ex dictâ *erroneâ* Confeſſione, *quamvis acceptatâ*.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Per Errorem manifeſtum, et Veritatem ſe aliter habere.*] Hìc adjicitur in *MSS.* "Nam "Reſponſa *acceptata*, revocari non poſſunt; niſi "probetur, ea per *Errorem* emanâſſe, et *Veritatem* aliter ſe habere.

Reſponſio inſufficiens.

TITULUS LXXII.

De PETITIONE PROCURATORIS, *ſi Adverſarius* non plenè reſponderit *alicui Poſitioni Libelli*, vel *Materiæ*.

Petitio.

Petitio Procuratoris adverſi, ſi *Pars Principalis* non *plenè* reſponderit:

I. ALLEGO N. *non plenè reſpondiſſe* [tali Poſitioni, *vel* talibus Poſitionibus] *referendo me ad Reſponſa hujuſmodi, et dictas Poſitiones, et ad Jura: Et ideo peto Partem adverſam vocandam fore decerni* [ad talem diem] *ad plenè reſpondendum dictis Poſitionibus:*

Unde decernitur, pro *plenioribus Reſponſis:* Vel ad audiendum Voluntatem *ſuper plenioribus.*

II. Tunc JUDEX (ſi ita allegans habuerit, in Judicio, *Reſponſa Partis*, et *Poſitiones Libelli*, vel *Materiæ*, quibus *aliàs* reſpondebat (*a*), ita ut conſtare poſſit, *adſtatim*, Judici, *non eſſe plenè reſponſum*) decernet *Partem vocandam*, ut *petitur*; alioquin poteſt aſſignare, *ad audiendum Partem in proximum* (*b*); et tunc (receptis *Informationibus* Facti, *et* Juris) *decernere*, vel *rejicere petita* (*c*).

Decretum pro *Parte principali*;

III. Et ſi JUDEX decreverit *pro plenioribus Reſponſis*, ſtatuendus eſt DIES, *citra* quem N. debet *plenè reſpondere:* et decernenda eſt CITATIO *ad comparendum* [tali die] *et ſeipſum excommunicari viſurum* (*d*), *caſu quo non plenè reſponderit:* Et ſi, *ante* DIEM *conſtitutum*, non reſponderit, nec, *in* DIÉ *ad quem citatus fuerit*, comparuerit; eſt *excommunicandus.*

Non *comparens* excommunicatur.

Juramentum non *iterandum.*

IV. Sed ſi ſic *citatus* comparuerit, nullam tamen allegaverit *Cauſam ſufficientem*, ob quam *non reſponderit*, non eſt, *de novo*, jurandus *ad reſpondendum*; ſed monendus, jubendus, et cogendus (*e*) eſt, *ad*

OBSERVATIONES.

(a) *Quibus aliàs reſpondebat.*] " Quibus a- " liàs reſponſum ſit, per Partem Principalem. *MSS.*

(b) *Ad audiendum Partem, in proximum.*] Hodie dicimus: *Ad audiendum Voluntatem Domini, ſuper plenioribus Reſponſis, in proximum diem juridicum*; et hoc ita JUDEX ad petitionem *Procuratoris* [ſolummodo allegantis *Reſponſa, ex Parte adverſâ data, non eſſe plena*] *adſtatim* aſſignare ſolet.

(c) 1 *Decernere, vel rejicere petita.*] Quo die adveniente, *pro audiendâ Voluntate Domini Judicantis, ſuper plenioribus Reſponſis* (auditis *Advocatis*, ex utrâque parte, ſalariatis) JUDEX, *ſi Reſponſa ſint plena*, condemnat *Partem* (ut ſuprà, *malè* petentem pleniora) in *Expenſis* (juxta Stylum Curiæ) *retardati Proceſſûs*; præter feoda *Monitionis*, pro earundem *Expenſarum* Solutione.

2 *Secùs* autem, decernit *pro plenioribus Reſponſis*, et eo caſu, *Pars* quæ *Reſponſa reddere pleniora* tenetur, in *Expenſis ſimiliter* condemnatur.

(d) *Seipſum excommunicari viſurum.*] Iſtâ Formulâ Citationis hodie non utimur: ſed hoc modo, ſcilicet; *ad planius et pleniùs reſpondendum* [tali Poſitioni, *ſeu* talibus Poſitionibus, *tali die*] *ſub pœnâ Juris et Contemptûs*; et ſi, *die ſtatuto*, non comparuerit *Pars Principalis*, nec dederit Reſponſa, *in pœnam Contumaciæ*, excommunicanda eſt.

(e) *Cogendus.*] Legitur in *MSS.* " rogandus. Vide etiam *Tit.* 73. §. 4. ubi verba ſunt: *Interrogatus*, juſſus, et monitus. *ſimiliter ibidem* §. 3. Vide præterea *Tit.* 142. §. 3, 4. necnon *Tit.* 143. §. 2.

Non reſpondens habetur pro Confeſſo.

ad plenè reſpondendum, ut ſuprà (*f*), *virtute Juramenti, aliàs præſtiti*, ante proximam Curiam, *ſub pœnâ Declarationis pro* CONFESSO: vel, *ad comparendum in proximum, ad videndum ſe pro* CONFESSO *declarari et pronunciari.*

OBSERVATIONES.

(f) *Ad plenè reſpondendum, ut ſuprà.*] Scilicet; ad plenè reſpondendum, tali Poſitioni, vel talibus Poſitionibus, *prout ſuperiùs habetur* in §. 1.

Reſponſio inſufficiens.

TITULUS LXXIII.

Declaratio pro Confeſſo.

De PRONUNCIATIONE *pro* CONFESSO, *ſi Pars Principalis* recuſaverit *plenè reſpondere*, vel *non plenè reſponderit.*

Vocatur Pars ad pleniùs reſpondendum,

I. SI PARS PRINCIPALIS producta ſuper *Libello* [vel aliquâ *aliâ Materiâ*] et examinata, *non reſponderit plenè*, vocanda et monenda eſt (ut (*a*) ſuprà) *plenè ad reſpondendum:*

Quid tunc faciendum?

II. Et tunc, *ſi plenè non reſponderit*, denuo eſt *vocanda* [ſed, ſi placeat JUDICI, poteſt hoc quod ſequitur decernere, in *primo die* quo decreverit *Partem vocandam eſſe*, ad plenè reſpondendum, ut ſuprà, virtute Juramenti aliàs præſtiti] *ad comparendum perſonaliter* [tali die] *ad plenè reſpondendum.*

Monetur Pars ad pleniùs reſpondendum, ſub pœnâ Declarationis pro Confeſſo.

III. Et ſi tunc comparuerit, eſt (ad petitionem Partis petentis Reſponſa pleniora) per JUDICEM, interroganda, monenda, et jubenda *ad plenè reſpondendum*, adſtatim, *ſub pœnâ Declarationis pro* CONFESSO (*b*).

Forma Declarationis pro Confeſſo;

IV. Et tunc, *ſi non reſponderit*, dicet JUDEX: *Quia* N. *præſens in Judicio, interrogatus, juſſus, et monitus, ad plenè reſpondendum* [tali Articulo, ſeu Poſitioni] *non curaverit plenè reſpondere, pronunciamus ipſum Contumacem, et (in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi) ad petitionem* M. *declaramus eum pro* CONFESSO, ſuper HIS, *quibus non plenè reſponſum eſt:*

Potiùs fiat ſpecificè, quàm generaliter.

V. Sed tutius eſt, ut JUDEX non pronunciaret ita *generaliter* [ſuper HIS, *&c.*] ſed ſuper *tali* ARTICULO, vel *tali parte* ARTICULI (*c*).

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Vocanda, et monenda eſt, ut ſuprà.*] Scilicet, in *Tit.* 72.

(b) *Sub pœnâ Declarationis pro Confeſſo.*] Vide *Tit.* 72. §. 4.

(c) *Articuli.*] Hìc pergit *MS. Antiq.* hiſce verbis ſequentibus: "Et notandum eſt, quòd "*Expenſæ* (factæ, in et circa hujuſmodi pleniora Reſponſa) ſolvendæ ſunt, per *Partem* "*non plenè reſpondentem:* Quia, per *iſtam Partem*, Proceſſus fuit retardatus.

Reſponſorum Recuſatio.

TITULUS LXXIV.

De modo procedendi, tam contra PARTEM PRINCIPALEM *recuſantem* ſubire JURAMENTUM, *de reſpondendo Poſitionibus Libelli*, vel *aliæ Materiæ*, *quàm etiam contra ejus* PROCURATOREM, reſpondere *recuſantem*.

Excommunicatio.

I. SI PARS PRINCIPALIS recuſaverit (*a*) *ſubire* JURAMENTUM, *de reſpondendo* Poſitionibus *Libelli*, vel *cujuſcunque Materiæ* [quibus, *de Jure*, tenetur reſpondere] *vel* frivolas aliquas cauſas allegaverit, ob quas, *hoc* JURAMENTUM *ſubire non teneatur*; non eſt pronuncianda *pro* CONFESSO (ut (*b*) ſuprà) quamvis fuerit *ſæpius* monita (*c*), rogata, et juſſa ad *præſtandum* JURAMENTUM; ſed eſt [propter ejus *Contumaciam*] excommunicanda (*d*), denuncianda (*e*), Regiæ Majeſtati, pro excommunicatâ, ſignificanda (*f*), incarceranda (*g*), et ibidem detinenda, donec *ſubiverit hujuſmodi* JURAMENTUM (*h*).

Juramentum ſubire debet *Pars Principalis*, de reſpondendo.

Pœna recuſantis;

Excommunicatio,

Incarceratio.

II. Similiter; in Cauſis *Plenariis*, PROCURATOR habens ex Aſſignatione JUDICIS, *ad reſpondendum Libello* (*i*); ſi recuſaverit, ſeu plus juſto diſtulerit *reſpondere*, et *Litem conteſtari* [*negativè*, vel *affirmativè*] eſt monendus *ad reſpondendum*; et ſi tunc *non reſponderit*, eſt excommunicandus (*l*), et *non* pronunciandus pro CONFESSO.

Pœna conſimilis *Procuratoris*, moniti ad reſpondendum *affirmativè*, vel *negativè*.

III. Nam

OBSERVATIONES.

(a) *Si Pars Principalis recuſaverit.*] Legitur in *MSS.* "Si Pars Principalis, *citata ad reſpondendum Poſitionibus Libelli, vel Materiæ*, recuſaverit, *&c.*

(b) *Ut ſuprà.*] Scilicet; in *Tit.* 72. §. 4. ac etiam in *Tit.* 73. §. 4.

(c) *Sæpius monita.*] Id eſt; factâ Monitione trinâ; primò, ſecundò, et tertiò: Vide *Tit.* 141. §. 2.

(d) *Eſt, propter ejus Contumaciam, excommunicanda.*] De formâ petitionis Excommunicationis; Vide *Tit.* 38.

(e) *Denuncianda.*] De modo Denunciationis Excommunicationis; Vide *Tit.* 38. §. 4. et *Tit.* 39. *per totum.*

(f) (g) *Significanda, incarceranda.*] De Literis Significatoriis, pro Corporis Captione, et Incarceratione Excommunicati; Vide *Tit.* 43, 44.

(h) *Donec ſubiverit hujuſmodi Juramentum.*] "Habens ad reſpondendum, et non reſpondens, "eſt excommunicandus; et juratus ad reſpondendum, et non reſpondens, eſt pronunciandus pro Confeſſo. *MS. Antiq.*

(i) *Ad reſpondendum Libello.*] "Vel cuicunque alii Materiæ, vel Allegationi (in Actis, "vel Scriptis) datæ, poſt Juramentum, *quòd* "*fideliter ponit*, per Partem adverſam, præſtitum. *MSS.*

(l) *Eſt excommunicandus.*] Hodiè, ſi *Procurator* monitus ad *reſpondendum Libello*, et ad *conteſtandam Litem* (animo eandem protrahendi) *reſpondere recuſaverit*; eſt pro *Contumace* (Judicis non obtemperando Mandatis) *puniendus*; et ab *Exercitio Officii ſui, Procuratoris* (durante Judicis Beneplacito) *ſuſpendendus.*

Ubi habetur *quis* pro *Confeſſo*?

III. Nam hæc Pronunciatio *pro* CONFESSO (*m*), non habet locum [ſaltem in caſibus *Inſtantiarum* (*n*)] niſi *Pars*, ſeu *Procurator* fuerit *primò* JURATUS *de reſpondendo* (*o*).

Quando *Hæreticus* habetur pro *Confeſſo*?

IV. Quanquam novi *accuſatum de* HÆRESI, et Articulis objectis *reſpondere recuſantem*, pronunciatum fuiſſe *pro* CONFESSO.

Pœna *Procuratoris jurati*, cuivis Materiæ *reſpondere recuſantis*.

V. Et ulteriùs nota: Quòd *ſimiliter*, *ut in principio præcedentis Tituli*, eſt petendum, et procedendum contra *Procuratorem*, juratum *ad reſpondendum* Poſitionibus *Libelli*, vel cujuſcunque *alterius Materiæ*, et non curantem *omnino reſpondere*, vel *non plenè reſpondentem* (*p*).

OBSERVATIONES.

(m) *Hæc Pronunciatio, pro Confeſſo.*] De Pronunciatione, pro Confeſſo, Vide *Tit.* 72. §. 4. *Tit.* 73. §. 3, 4, 5. *Tit.* 142. §. 3, 4, 5. *Tit.* 143. §. 2. 3.

(n) *Saltem in caſibus Inſtantiarum.*] Vide *Tit.* 65. §. 5, 6.

(o) *Juratus de reſpondendo.*] Hìc additur in *MS. Antiq.* " Et non reſponderit.

(p) *Vel, non plenè reſpondentem.*] Hæc Verba ſequuntur, in *MS. Antiq.* " Et nota; Quòd expedit Procuratori, in cujus favorem, ſeu ad cujus petitionem, Adverſarius, ſeu Adverſarii Procurator fuerit *pro confeſſo* pronunciatus, acceptare Pronunciationem hujuſmodi, *quatenus facit pro Parte ſuâ.*

TITU-

Terminus utrique *communis.*

TITULUS LXXV.

Quòd Terminus Probatorius *ſit utrique Parti communis* (*a*).

I. SI datus ſit *Actori*, vel *Reo*, Terminus Probatorius (*b*); *ipſe* tamen, *cui* hujuſmodi Terminus aſſignatur (ſi, *ante* Lapſum ejuſdem (*c*), credit *ſe* ſufficienter probâſſe *ejus* Intentionem) *poteſt* renunciare (*d*) hujuſmodi *Termino Probatorio*; et non ſolùm *Publicationem Teſtium*, verùm etiam aſſignari *ad audiendum Sententiam*, in Summariis (*e*), et *ad proponendum omnia*, in Plenariis (*f*), reſpectivè petere; et etiam obtinere *Concluſionem in Cauſâ*, ſi nihil propoſitum fuit per *Adverſarium*:

Poteſt Is, cui datus eſt *Terminus Probatorius*, eidem renunciare,

Et petere *Proceſſus ulteriores*, in Cauſâ:

II. Fallit tamen; ſi *Adverſarius* tuus, *tempore quo* datus, *vel* aſſignatus fuerat tibi *Terminus Probatorius*, vel *alio quocunque die* priuſquam (*g*) tu hujuſmodi *Termino Probatorio* renunciâſti, *acceptaverit Terminum*

Niſi ſit *acceptatus* per alteram Partem, proteſtantem *de utendo eodem Termino*;

OBSERVATIONES.

(a) *Communis.*] Inſcribitur hic Titulus, hoc modo, in *MS. Antiq.* "Terminus Probatorius, "*uni* Partium litigantium datus, eſt *alteri* com-"munis, ſi *acceptatus* fuerit ab *eâdem* Parte.

(b) *Si datus ſit Actori, vel Reo, Terminus probatorius.*] Si *Reus* in Reſponſione factâ Poſitionibus, non fundaverit Intentionem *Actoris*; vel, e contrà, ſi *Actor*, in Reſponſis ſuis, Intentionem *Rei* non fundaverit, Judex, ad petitionem Partis (cujus Intentio minimè fundata ſit, ex Reſponſis) aſſignat ei Terminum, *infra quem eam probet Intentionem*; pro loci Diſtantiâ, perſonarum Conditione, vel juxta Stylum Curiæ, ex quo deberi ſolent, *ad probandum*, tres Dies Juridici.

(c) 1 *Ante Lapſum ejuſdem.*] Terminus *ad probandum* datus vocatur Terminus *peremptorius*:

2 Solet tamen Judex, ex cauſâ (puta, quòd latitant Teſtes, *vel* in partibus remotis habitant) *prorogare* Terminum hujuſmodi, *et* in ulteriorem diem *continuare*; præcipuè quoad Teſtes jam productos, et nondum examinatos.

3 Et, ex gravi cauſâ, ſolet etiam Judex Terminum lapſum *renovare*. Vide *Obs. infrà*, ſub *lit.* (i) 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19. Vide etiam *Tit.* 94. §. 9.

4 De *Reſtitutione*, in Cauſâ Decimarum, *verſus Lapſum Termini Probatorii*; Vid *Tit.* 190.

5 Quòd Articulus Additionalis, aut Specificationes, *infrà Terminum priùs datum*, probari debent; Vide *Tit.* 99. §. 10. *Tit.* 115. §. 5. *Tit.* 255. §. 5.

6 Terminus autem non currit, *impeditus Dilatione Adverſarii.*

(d) 1 *Poteſt renunciare.*] Si Terminus datus fuerit, *in pœnam Contumaciæ*, non poteſt renunciari, in præjudicium eorum qui contumaciter abſunt:

2 Puta; in *Cauſâ Matrimoniali*, vel in *probandum Teſtamentum per Teſtes*, aut in caſibus *ſimilibus*, ubi (aliquando) ſinguli Actus, *in pœnam Contumaciæ*, expediuntur.

(e) *Ad audiendum Sententiam, in Summariis.*] Scilicet; ad audiendum Sententiam, *ex primâ Aſſignatione*; quod petitur in Cauſis Summariis. De hoc habemus in *Tit.* 114. §. 1, 2. in *Tit.* 115. §. 2, 4. *Tit.* 116. §. 1, 2. *Tit.* 117. §. 1, 2.

(f) *Ad proponendum omnia, in Plenariis.*] De Aſſignatione hujuſmodi, in Cauſis Plenariis, petendâ; Videri eſt *in Titulo* 113. et *in quatuor Titulis ſequentibus.*

(g) *Vel, alio quocunque die priuſquam*, &c.] "Imò eodem die, et poſt Renunciationem "factam, poteſt Pars adverſa proteſtari, *de utendo eodem Termino*; et valet hujuſmodi "Proteſtatio. *MSS.*

Terminum Probatorium, aliàs tibi datum, et *proteſtatus* fuerit *de utendo eodem* ;

Quo caſu, peti poteſt *Publicatio*, et non *ulteriùs* :

Ratio ;

Terminus Probatorius, *uni* Partium litigantium datus, eſt *alteri* communis.

III. Nam, in hoc caſu, quamvis *Pars*, quæ hujuſmodi Terminum Probatorium *ſibi dari obtinuit*, poterit petere *Publicationem Teſtium, ex Parte ſuâ, productorum* ; non poteſt tamen, *pendente* dicto Termino Probatorio, *qui eſt utrique Parti communis*, obtinere aſſignationem *ad audiendum Sententiam*, vel *ad proponendum omnia, in* PRÆJUDICIUM ejus Adverſarii ; qui habet *idem et conſimile* JUS ſibi *acquiſitum*, per *acceptationem* Termini Probatorii Adverſarii, *ac ſi* Terminus aliquis Probatorius, *datus* eidem Parti, *ad probandum aliquam Materiam*, adhuc penderet, vel duraret.

Acceptans *Adverſarii Probatorium* ;
Etſi *nil* proponens,
Habeat *ad* proponendum, *et* probandum, *eo lapſo* :

IV. Et dato, quòd *Pars* illa quæ (ut præfertur) *proteſtata* eſt, *de utendo Termino Probatorio ejus Adverſarii*, nihil omnino propoſuerit, aut probaverit, *pendente eodem* ; poteſt tamen, *eo lapſo*, quamcunque Materiam proponere, et probare (*h*) :

Tamen, Adverſarium *ſic impediens*, et *nil probans*, condemnabitur *in Expenſis* retardati Proceſſûs.

V. Sed hìc *quære* : Utrùm iſta *Pars* impediens *ejus Adverſarium*, per dictam PROTESTATIONEM, *de utendo ejus Termino*, quominùs *ipſe* potuit *procedere in Cauſâ*, non ſit meritò *condemnanda in Expenſis retardati Proceſſûs?* Ego puto, *quòd ſit* ; *ſi nihil probaverit* (*i*).

TITU-

OBSERVATIONES.

(h) *Proponere, et probare*] Aliàs legitur in *MS.* " Proponere, et Probatorium Terminum " ſibi aſſignari obtinere.

(i) 1 *Si nihil probaverit*] Hìc additur (in *MS. Antiq.* penes me) Titulus infrà poſitus.

TITULUS. " *De Condemnatione, in* Expenſis, " *Partis proteſtantis de utendo* " TERMINO PROBATORIO " *Adverſarii ſui, et nihil probantis, nec quidem allegantis* " *infra eundem* TERMINUM.

" Quamvis (in proximo præcedenti Titulo) dicitur, *Terminum probatorium eſſe utrique Parti* communem, *ita ut* (*eo pendente*) *Pars*, " *quæ eundem ſibi aſſignare obtinuit, eidem Termino* renunciare *non poſſit* ; *ſaltem ſi per Adverſarium* acceptatus *fuerit* :

" 2 Tamen *ſi acceptans* hujuſmodi, *infra Terminum Probatorium*, per *eum acceptatum*, " nullos produxerit *Teſtes*, nec *Materiam*, aut " *Allegationem* Defenſionis ſuæ propoſuerit, tamen, per dictam ACCEPTATIONEM, *Impedimento* fuerit, *quominùs Adverſarius ſuus poſſit* " *procedere in Cauſâ*, condemnandus eſt *in Expenſis retardati Proceſſûs* :

3 " Nam aliquando per hujuſmodi *Impedimentum*, Proceſſus retardatur, in *Præjudicium Partis adverſæ*, per unum, aut alterum " Terminum

4 " *Exempli gratiâ* ; in Terminis *Paſchæ* et " *Trinitatis* (in quibus *quatuor* communiter celebrantur dies Juridici) ſi, in *primo* Juridico, " Actor dederit *Libellum* ; et, *eodem* die, vel " *proximo* Juridico, produxerit *Teſtes* ; et, in " *tertio*, obtineret *Publicationem, et ad audiendum Sententiam* (in Summariis) vel *ad proponendum omnia* (in Plenariis) in *quarto* (ſi, " in illo *quarto* Juridico, Reus non propoſuerit " Defenſiones ſuas) *concluditur in Cauſâ*, et Reus præcluditur ; et ita Cauſa facilè terminari " poſſit, *in proximo ſequenti Termino* :

5 " *Secùs* ; ſi, per *Acceptationem Termini* " *Probatorii*, Actor (quamvis petierit *Publicationem*) non poterit *ad audiendum Sententiam* " petere, nec *ad proponendum omnia*, dato Termino *Probatorio* pendente.

6 " Et ſi Reus, in *proximo Termino*, dederit " ſuas *Defenſiones*, ac Terminum *Probatorium* " ſibi aſſignari, ac *Commiſſionem* ad partes decerni, petierit et obtinuerit ; et, in eo, ita " Proceſſum retardaverit, quòd *Sententiari* Cauſa, ne quidem ad *Concluſionem* produci poſſit, eodem *proximo Termino* :

7 " Quod (ut ſuprà dicitur) fieri poterit, ſi " in *dicto Termino*, in quo datus fuit *Libellus*, " Reus (ne concludatur in Cauſâ) propoſuerit " ſuas *Defenſiones* ; Nam tunc ſolet Judex duos,

" aut

OBSERVATIONES.

“ aut tres Juridicos, ſequentes Terminum, Reo aſſignare *ad probandum*, et (ad evitandas dilationes) hanc adjicere limitationem (videlicet) *Quòd, ſi Reus intendit uti Beneficio Commiſſionis, quòd eandem petat, expediat, et certificet, infra eundem Terminum Probatorium, ſub pœnâ Carenciæ*; id eſt, ut, in poſterum, Commiſſio (ſi petita fuerit) denegetur.

8 “ Ex quibus concludo, *ut ſuprà*, quòd (ad has dilationes, et Proceſſûs retardationes amputandas) Reus, in hoc caſu, meritò condemnandus eſt *in Expenſis retardati Proceſſûs*.

9 “ Caveat igitur *Rei* PROCURATOR, ne acceptet *Terminum Probatorium* ſui ADVERSARII, *animo protrahendi Litem*; niſi etiam producat *Teſtes*; ſaltem proponat *Materiam* aliquam defenſivam, *infra eundem Terminum*.

10 “ Quod hìc dicitur, de REO, locum etiam habet, de ACTORE; et intelligendum eſt, de ACTORE *proteſtante de utendo Termino Probatorio dato* REO, ad probandum Exceptiones, *vel* Materiam aliam defenſivam.

11 Inſeritur etiam in *MSS*. Titulus hic alter Additionalis.

TITULUS. { “ *De generali Reſtitutione Termini Probatorii.*

12 “ Licèt *Terminus Probatorius*, aſſignatus per JUDICEM *Litigantibus*, dicatur eſſe *peremptorius*; ita ut *Pars Actrix*, ſive *Rea*, tenetur producere *Teſtes* ſuos infra *eundem*: Tamen, ex cauſis quibuſdam, *Partes* litigantes *reſtituendæ* ſunt in *novum Terminum Probatorium*.

13 “ Exempli gratiâ; *Si locus Judicii non ſit tutus*; utpote, quia *Peſtis* ibidem ſæviebat, *toto* Termino Probatorio, vel *pro majori parte* ejuſdem, *Pars* non tenetur hujuſmodi *locum* adire, et (ſi *Pars* voluerit) *Teſtes* non ſunt compellendi, ad comparendum *in tali non tuto loco*:

Terminus utrique *communis.*

14 “ Si, pendente Termino Probatorio, *Cauſa fuerit* (Conſenſu Partium) *compromiſſa*, vel *in Arbitros relata*, et ita ſteterit *toto* Termino Probatorio, vel *pro majore parte* ejuſdem;

15 “ Si *Pars principalis*, quæ *Teſtes* produceret, fuerit continuò *incarcerata*, vel ita *ægrota*, ut (ſine periculo vitæ) non potuerit adire *locum Judicii*, vel *Cauſam* proſequi;

16 “ Si fuerit *Regiis Negotiis impedita*, pendente hujuſmodi Termino Probatorio; *danda eſt* RESTITUTIO.

17 “ Sunt etiam nonnulla *alia Impedimenta*, propter quæ *concedenda eſt* RESTITUTIO; quæ relinquuntur *boni* JUDICIS *Arbitrio*.

18 “ Si, *Impedimentis hujuſmodi allegatis*, et RESTITUTIONE *petitâ*, PARS *adverſa* hujuſmodi RESTITUTIONI obſteterit, et ea (vera eſſe inficiando) negaverit, cogeretque ADVERSARIUM *eadem Impedimenta probare*; ſi probaverit; *Adverſa* PARS (hanc Probationem cogens) eſt *condemnanda in Expenſis*, eâ ratione factis, et *concedenda eſt petita* RESTITUTIO.

19 “ Et, econtrà; ſi PETENS *hanc* RESTITUTIONEM defecerit, in Probatione cauſarum allegatarum, ad obtinendum RESTITUTIONEM; *deneganda eſt* RESTITUTIO, et condemnanda eſt PARS, *petens* RESTITUTIONEM *in Expenſis retardati Proceſſûs*.

TITU-

Compulſorium.

TITULUS LXXVI.

De COMPULSORIO *contra* Teſtes *requiſitos ad perhibendum Teſtimonium* [*deque* COMPULSORIO, *Viis* et *modis*, *contra* Teſtes *ita latitantes*, *quominus conveniri poſſint ad effectum eos* perſonaliter *citandi*.]

Rogandi ſunt Teſtes, *oblatis Viaticis*, ad perhibendum Teſtimonium, *pendente Probatorio*.

I. ACTOR, ante *Lapſum Termini Probatorii*, debet rogare *Teſtes* (quos credit eſſe *neceſſarios*, ad probandum Libellum, *vel* aliam quamcunque Materiam, ex parte ſuâ, propoſitam) *ad comparendum* [tali] die Juridico, contingente *infra Terminum Probatorium*, et eis offerre, *vel* ſe daturum promittere, *Expenſas*, ſeu *Viatica* [ut in Titulo *De Productione Teſtium* (*a*), &c.]

Modus petendi *Compulſorium* contra Teſtes.

II. Et, ſi non comparuerint in dicto die, dicet: DOMINE JUDEX; *allego* [tales] *Teſtes Parti meæ neceſſarios* (*b*), *ad probandum contenta in Libello* (*aliàs per me in hâc Cauſâ dato*) *rogatos, ac requiſitos fuiſſe, ad comparendum iſtis die et loco, ad perhibendum Teſtimonium, in hâc Cauſâ; et quòd* (*oblatis eis Viaticis, et Expenſis*) *recusârunt venire* [*vel plus juſto differunt venire*] vel ſi ita ſit [*promiſerunt venire, et non veniunt*] *Quam peto ipſos compellendos fore decerni, ad comparendum* [tali die] *ad perhibendum Teſtimonium, in hâc Cauſâ.*

Praxis obſoleta, de *Juramento Procuratoris*, petentis *Compulſorium*:

III. Tunc *Procurator*, qui hæc allegat et petit, jurabit (*c*) *De Veritate hujuſmodi Allegationis, juxta Informationem ſibi traditam, quam credit eſſe veram* [id eſt; quòd eſt informatus de Requiſitione Teſtium, et de Oblatione Expenſarum, et quòd credit Informationem eſſe veram (*d*)]

De *Juramento* olim ejus, qui Teſtes requiſivit.

IV. Niſi *Pars principalis*, vel aliquis alius qui eos requiſivit, ſit *præſens* in Judicio; nam *Ille* jurabit de *Veritate*, et non *Credulitate* (*e*).

V. JUDEX:

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo, De Productione Teſtium,*&c.] Vide *Tit* 80. §. 3.

(b) 1 *Allego tales Teſtes Parti meæ neceſſarios,* &c] Ex Stylo, jam uſitato, Curiarum, hoc modo dicendum eſt: *Allego Partem meam habere nonnullos Teſtes, valde neceſſarios, ad probandum contenta in Libello* [ſeu Allegatione] *et in Exhibitis* (ſi ita ſit) *eidem annexis, qui requiſiti, et oblatis eis Viaticis, et Expenſis, venire recuſârunt, niſi compulſi: Quare peto eos* (ſcilicet, in Actis Curiæ poſtea nominandos) *compellendos fore decerni,* &c. ut ſuprà:

2 Neque tenetur (in iſtâ ſuâ petitione) Procurator, *Teſtium Nomina* ſpecificare, vel *Parti adverſæ* dare (niſi ex *Juſſu*, ob cauſas, *ſpeciali Judicis*; vel ex *conſenſu* nonnunquam *proprio*, expediendi gratiâ Cauſam, et quò citiùs *Interrogatoria* ſint, ex adverſâ Parte, parata) ne forſan aliquando, *Teſtibus eiſcum*, interea communicet hujuſmodi *Pars adverſa*, vel impediat ne interſint: At in Actis Curiæ (per extenſum) conceptis, inſtanti tempore Extractionis Compulſorii, *ſint eorum Nomina inſerenda.*

(c) (d) (e)] Quæ *ſuprà* narrantur, *in* §. 3, *et* 4. obſoleta ſunt; et, juxta *Praxin* hiſce diebus *uſitatam,*

V. Judex: *Decernimus eos eſſe compellendos* [ad talem diem, et effectum petitum] — Decretum *Judicis* Compulſoriale.

VI. Reus: *Diſſentio; et proteſtor de Nullitate hujuſmodi Decreti.* — Quid dicat *Reus?*

VII. Hìc autem cautè proſpicere debet *Procurator* Actoris, *ne labatur Terminus Probatorius, ante hujuſmodi Compulſorium ſit certificandum* (*f*); de quo ſi veretur, petenda et concedenda eſt *Prorogatio Termini Probatorii*, quoad hujuſmodi *Teſtes*, uſque in *illum* Diem, erga *quem* credit ſe poſſe citare dictos *Teſtes*, et illum *Citationem* certificare. — *Relatio* Compulſorii fieri debet, *infra Probatorium;* Alioquin petenda eſt Termini *Prorogatio*, uſque diem *relationis*.

VIII. Et ſi, in eodem Die *prorogato*, Procurator *Actoris* (*g*) (oſtendendo Diligentiam ſuam) exhibuerit dictum *Decretum Compulſoriale*, et fidem fecerit [ſive per Certificatorium Authenticum, ſive per Juramentum Mandatarii] *quòd adhibuit omnem* (*quam potuit*) *Diligentiam, ad effectum citandi dictos Teſtes; et quòd ita latitârunt, vel abſuerunt ab eorum Ædibus, ſeu Habitationibus ſolitis, quominùs potuit eos perſonaliter citare*; non ſolùm concedendum eſt Compulſorium, *Viis et modis*, quoad latitantes (*h*), verùm etiam, denuo *prorogandus eſt Terminus Probatorius*, in aliquem Diem competentem. — Modus petendi Compulſorium, *Viis et modis*, contra Teſtes *latitantes:* Fiat Certificatorium *Authenticum*, ſeu Juramentum *Mandatarii:* Unde conceditur, *Viis et modis*, Et fit *ulteriùs* Prorogatio *Probatorii*.

OBSERVATIONES.

uſitatam, omnino rejiciuntur: Nec *hodie* ſit Opus ullo *Juramento* Partis, vel alterius Perſonæ de *Veritate*, ſeu Procuratoris de *Credulitate*; ſed ex merè nudâ Suggeſtione Procuratoris, *apud Acta Curiæ*, de *Teſtibus requiſitis ad perhibendum Teſtimonium*; de *Viaticis eiſdem oblatis*; deque *eorum recuſatione*; Judex (ad petitionem ejuſdem Procuratoris) ſtatim decernere ſolet, *eoſdem Teſtes compellendos fore, ad comparendum* [tali die] *ad perhibendum Teſtimonium* [in tali Cauſâ pendente.]

(f) *Ante hujuſmodi Compulſorium ſit certificandum.*] Hoc eſt; ſit referendum in Curiam.

(g) *Procurator Actoris.*] Nota; quòd ea quæ dicuntur, in hujuſmodi Titulo, de compellendis Teſtibus *Actoris*, locum habent in Teſtibus *Rei*.

(h) *Quoad latitantes.*] Si Teſtes autem, *extra Juriſdictionem Domini Judicantis*, Domicilium habuerint (ita ut abinde compelli non poſſint) ſolet *Ille* Judex, per Commiſſionem, ſive Requiſitionem, *ſub mutuæ Viciſſitudinis obtentu*, rogare Ordinarium, ſub quo degunt, et *eidem* committere eorum Examinationem, ut (eâ perfectâ) Sibi tranſmittat Depoſitiones, et totum Proceſſum.

TITU-

Compulſorium.

TITULUS LXXVII.

De PETITIONE Procuratoris, *ſi aliqui* TESTES *comparuerint*, et *alii latitaverint*.

Forma Accuſationis Contumaciæ Teſtium citatorum, et *non comparentium.*

I. ACTOR: *Exhibeo Mandatum originale*, cum *Certificatorio, in dorſo* (*a*), *ſuper Executione ejuſdem Mandati* (*b*), et *accuſo Contumaciam*, M. N. *et* O. *Teſtium citatorum ad comparendum, iſtis die et loco, et Teſtimonium, in hâc Cauſâ, perhibendum*; et *peto eos reputari Contumaces*, et (*in pœnam Contumaciarum ſuarum hujuſmodi*) *excommunicari.*

Petitio Excommunicationis.

Teſtium Præconizatio.

Productio comparentium.

Proteſtatio Partis adverſæ.

II. Tunc facienda eſt, per PRÆCONEM *Curiæ*, publica *Præconizatio*, pro TESTIBUS *hujuſmodi*, et (ſi comparuerint) *producendi*, *admittendi*, et *jurandi* ſunt; et PROCURATOR *adverſæ Partis* poterit *diſſentire*, et in omnibus et per omnia *proteſtari*, prout in Titulo, *De Productione Teſtium* (*c*), et *de formâ Juramenti eis deferendi*, ac *Proteſtatione Partis adverſæ cùm Teſtes producuntur.*

Forma Petitionis Compulſorii, viis et modis, contra latitantes.

III. Et quoad TESTES *latitantes*, dicet PROCURATOR: *Allego* * * * [tales] *Teſtes, in Mandato* (*jam per me introducto*) *nominatos, fuiſſe diligenter quæſitos* (*d*) [prout in præcedenti Titulo (*e*)] *Quare peto eos vocandos fore decerni, ad comparendum* [tali die] *perſonaliter, ſi ita apprehendi poſſint* (*f*), *alioquin Viis et modis omnibus* (*g*), *quibus meliùs, de veriſimili, notitia hujuſmodi Citationis ad eorum aures pervenire poſſit* (*h*).

IV. JUDEX:

OBSERVATIONES.

(a) *Cum Certificatorio, in dorſo.*] In Certificatorio ſpecificandum et certificandum eſt, non ſolùm qui Teſtes *citati* fuerunt; ſed qui *latitârunt*, quominùs *citari* poſſunt.

(b) *Super Executione ejuſdem Mandati.*] Hìc ſuppletur, in *MS. Antiq.* "Et produco ſuper "Libello * * * [tales teſtes compulſos] *qui* "*ſunt admittendi*, et *Juramento onerandi.*

(c) *Prout in Titulo, de Productione Teſtium*, &c.] Vide *Tit.* 80. §. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16. Etiam *Obs. ibid.*

(d) *Fuiſſe diligenter quæſitos.*] Scilicet; *animo et intentione eos citandi; ita tamen latitâſſe, et, in præſenti, latitare, quominùs perſonaliter apprehendi poſſint.*

(e) *Prout in præcedenti Titulo.*] §. 8.

(f) *Perſonaliter, ſi ita apprehendi poſſint.*] Additur in Formulâ: *Et ad eos, ſic citandos, tutus vobis pateat acceſſus.*

(g) *Alioquin Viis et modis omnibus*, &c.] Decretum Compulſoriale, quod dicitur *Viis* et *modis* (olim aliquando) exequi ſolebat per *Publicationem* ejuſdem *in Eccleſiâ Parochiali*, ubi Teſtes habitabant; ſive (prout hodie) per *Affixionem* ejuſdem *ſuper Valvis Eccleſiæ* (inter Divinorum Solemnia) vel *Oſtio dictorum Teſtium Ædium*, ubi morati ſunt, morarive dudum conſueverant.

(h) *Pervenire poſſit.*] Hìc addenda ſunt, in Formulâ: *Ad ſubeundum Juramentum, a Teſtibus præſtari ſolitum et conſuetum*; et *ad perhibendum Teſtimonium Veritati, quam in hâc parte noverint.*

IV. JUDEX: *Decernimus ut petitur.* Decretum *Judicis.*

V. Tunc petat PROCURATOR *Prorogationem Termini Probatorii, ad hos Teſtes citandos Viis et modis:* Quam JUDEX debet decernere; conſtituendo *Diem* (ſuo Arbitrio) erga *quem* credit *Partem* poſſe *eos* citare, ſi adhibuerit *Diligentiam* (*i*). Petitur *Prorogatio Termini Probatorii*, quoad Teſtes *latitantes*: Annuit *Judex.*

OBSERVATIONES.

(i) *Diligentiam.*] Hìc ſequitur Clauſula, in *MS. Antiq.* ſub hiſce Verbis: "Sed nota; " quoniam hæc *Prorogatio* facta fuerit, in Di- " em *poſt Lapſum Termini probatorii*, ea facien- " da eſt, *quoad Teſtes compulſos.*

Compulſorium.

TITULUS LXXVIII.

De modo procedendi *contra* TESTES *citatos*, et *non comparentes.*

I. DECRETUM *Compulſoriale*, contra TESTES, eſt *exhibendum*; et authenticè *certificandum* (*a*); eorumque *Contumacia accuſanda*; et, ſi *non* comparuerint, *excommunicandi* ſunt [ut ſuprà, in Titulo, *De Exhibitione Citationis* (*b*), *coram Judice, et de formâ Excommunicationis.*] Relato *Compulſorio*, debitè *certificato*, Excommunicantur *non comparentes.*

II. Et, in iſto caſu, etiam *prorogandus eſt Terminus Probatorius*, erga *Diem* aliquem competentem, infra *quem* (de veriſimili) *Excommunicatio* hujuſmodi *extrahi*, *denunciari*, et *certificari* poterit. Quouſque ſit inde *Prorogatio Probatorii?*

III. Denique, ſi TESTES hujuſmodi ſteterint *Excommunicati*, per *quadraginta dies*, poſt *Denunciationem* Excommunicationis, ACTOR (ſi vult) poteſt procurare Proceſſum fieri contra *eos* [ut in præcedentibus Titulis, *De Petitione Literarum Significatoriarum, pro Corporis Captione Excommunicati* (*c*); Et *De Literis Significatoriis, et Brevi Regio de Excommunicato capiendo* (*d*)]. Teſtes in *Excommunicatione* perſiſtentes *Significandi* ſunt; Et *incarcerandi.*

IV. Et ſi PARS ACTRIX non uſa fuerit *omni Diligentiâ*, in *præmiſſis*; [videlicet in procurando TESTES *denunciari* pro *Excommunicatis*, et de Excommunicatis *Literas Significatorias*, et *Breve Regium* concedi, ac TESTES, vigore ejuſdem, *incarcerari*] Proceſſus Si *Actor* non utitur *Diligentiâ*, Teſtes excommunicatos *denunciari*, *Significari*, *Incarcerari*,

OBSERVATIONES.

(a) *Authenticè certificandum.*] De Certificatorio Authentico; Vide *Tit.* 25. §. 2. et *Tit.* 26. *per totum:* Sed hìc etiam ſufficit Certificatorium, *in vim Juramenti Mandatarii*, factum.

(b) *Ut in Titulo, De Exhibitione Citationis, &c.*] Excommunicandi ſunt, in non comparendo; ut in *Tit.* 37. §. 2. et in *Tit.* 38. *per totum.*

(c) Vide *Tit.* 43. *per totum.*

(d) Vide *Tit.* 44. *per totum.*

Non ſiſtitur *Proceſſus;* Uſque ad *Concluſionem* in Cauſâ,

Proceſſus non erit ſiſtendus, *in præjudicium* PARTIS REÆ; ſed REUS poterit petere, *ut concludatur in Cauſâ.*

Similiter intellige de *Reo,*

V. Et nota; quòd omnia quæ dicta ſunt, in *hoc* (*e*), locum habent et in ACTORE contra REUM, ſi fuerit in eodem caſu.

Sin utitur *Diligentiâ;* [Ne fiat ulteriùs *Prorogatio Probatorii,* Et *nova* Teſtium *Productio,* Et *Litis Procraſtinatio.*]

VI. Et etiam nota; quòd quamvis PARS ACTRIX uſa ſit *omni Diligentiâ* prædictâ; tamen, *ne Lites prædictæ fierent infinitæ;* et *ne* PARS COGENS (*f*) *ſi prorogetur Terminus Probatorius* [intuitu *Teſtium* Excommunicatorum (*g*), *et* forſan Incarceratorum] *produceret* alios *Teſtes:*

VII. Et quia, aliquando, præmiſſa geſta ſunt, per ACTOREM, *quando malam Cauſam fovet, animo protrahendi Litem,* et, *infinitis Expenſis, gravandi et fatigandi* PARTEM ADVERSAM, forſan *Pauperem:*

Petenda eſt *Concluſio,* et *Sententia;*

VIII. JUDEX poteſt (petente *Parte*) procedere *ad Concluſionem in Cauſâ* (*h*), et ferre *Sententiam abſolutoriam,* pro REO:

Quo caſu, poſt *Concluſionem* in Cauſâ, Teſtes *examinari* poſſunt, Etiam et *reprobari;*

IX. *Admittendi* tamen ſunt *prædicti* TESTES, ſi comparuerint (*i*), quandocunque *ante Prolationem Sententiæ,* et quamvis fuerit *concluſum in Cauſâ;* et REUS poteſt *excipere contra hos* TESTES (*l*), perinde ac ſi fuiſſent producti *infra Terminum Probatorium,* vel *ante Concluſionem in Cauſâ:*

Ratio. *Teſtium Productio reſcindit Concluſionem.*

X. Nam, per hanc TESTIUM *Productionem,* Cauſæ *Concluſio reſcinditur.*

OBSERVATIONES.

(e) *Quæ dicta ſunt in hoc.*] Scilicet, Titulo, de *Actore,* etiam locum habent pro *Reo,* contra *Actorem;* et quæ dicta ſunt de *Reo,* locum etiam habent pro *Actore,* contra *Reum.*

(f) *Pars cogens.*] Scilicet, Pars (vel Agens, vel Rea) quæ, *Compulſorio,* Teſtes cogebat.

(g) *Intuitu Teſtium Excommunicatorum*] Varia Lectio in *MSS.* eſt; *In loco* Teſtium Excommunicatorum.

(h) *Procedere ad Concluſionem in Cauſâ*] De Concluſione in Cauſâ; Vide *Tit.* 119, 120, 121

(i) *Si comparuerint.*] Ubi contra Teſtes decernitur Compulſorium, et tamen hi, non comparendo, excommunicantur; ſi tunc demum compareant, ſunt primò [præſtito Juramento, *de parendo Juri, et ſtando Mandatis Eccleſiæ*] abſolvendi; et poſtea Juramentum ſubeant [a Teſtibus præſtari ſolitum] *de Veritate dicendâ.*

(l) *Poteſt excipere contra hos Teſtes.*] De Exceptionibus contra Teſtes: Vide *Tit.* 98, 99, 100, 101, 102, 103.

TITU-

Teſtium Viatica, et *Expenſæ*.

TITULUS LXXIX.

De Allocatione, ſive *Taxatione Expenſarum*, ſeu *Viaticorum* Testium.

I. SI Pars *producens Teſtes*, et *iidem Teſtes*, invicem, non compoſuerint (*a*), pro *eorum Sumptibus* et *Viaticis*, ante *eorum Productionem*; Tunc *Teſtes* poſſunt (aut *per ſe*, aut *per* aliquem ſuum *Procuratorem*, eorum nomine) *ante præſtitum per eos Juramentum*, petere a Judice, *ut decernat eis hujuſmodi Sumptus:*

Si *Viatica* non deciduntur, cum *Producente* et *Teſtibus*, Quomodò petitur, *Allocationem eorundem*, fieri *per Judicem?*

II. Tunc Judex [habitâ ratione ad *Diſtantiam* loci *habitationis Teſtium*, a loco *Judicii*; necnon utrùm ſint *Pedeſtres*, vel *Equeſtres*; habitâ etiam ratione *Perſonarum Teſtium*; ac *Moræ* eorundem, circa eorum *Examinationem*] taxabit, et allocabit *hujuſmodi Sumptus*; et decernet *eos non eſſe examinandos, niſi priùs ſolutis hujuſmodi Expenſis*; vel poteſt decernere (ſi Teſtes hoc petierint) *Monitionem, ad ſolvendum has Expenſas, contra Producentem*, ſi non ſit *præſens* in Judicio; nam ſi ſit *præſens*, tunc eſt monendus *ad ſolvendum eaſdem*, *infra* certum diem:

Modus *allocandi* Viatica, *per Judicem*, Vel *ante Examinationem* ſolvenda; Vel decernitur *Monitio* pro *Solutione* eorundem;

III. Et, in hujuſmodi Taxatione *Expenſarum*, Judex allocare ſolet Feodum *Monitionis ad ſolvendum*, et *Procuratoris*; ſi Taxatio prædicta petita fuit per *Procuratorem:*

Unà cum Feodis *Monitionis*, et *Procuratoris:*

IV. Et ſi *Pars*, producens dictos *Teſtes*, non curaverit *eos* ſolvere (*b*), juxta *Monitionem*; ita ut neceſſe habeant *Teſtes* eum *excommunicari*, et *denunciari*, ac forſan Regiæ Majeſtati *ſignificari* (ut moris eſt) petere (*c*); Judex etiam taxabit *hujuſmodi Expenſas*, Partemque (producentem Teſtes) ad *Solutionem* earundemque, *priuſquam* (*d*) *abſolvatur*, compellere debet.

His *non* ſolutis, *Excommunicationis, Denunciationis*, et *Significationis*, accumulantur Feoda, Ante *Abſolutionem*, perſolvenda.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Invicèm non compoſuerint*] Aliàs; "*Si* "*Pars producat Teſtes, et non compoſuerit, cum* "*eis*, pro eorum Sumptibus, &c. *MS*.

(b) *Eos ſolvere.*] Eis Teſtibus, eaſdem Expenſas ſolvere.]

(c) *Significari* (*ut moris eſt*) *petere.*] Scilicet, ut habetur in Titulo 43. *De Petitione Literarum Significatoriarum, pro Corporis Captione Excommunicati*.

(d) *Ad Solutionem earundemque, priúſquam*, &c.] Legitur in *MSS*. "Ad Solutionem earundem Expenſarum, et ad eaſdem deponendas, priúſquam, &c.

Productio Teſtium.

TITULUS LXXX.

De PRODUCTIONE Teſtium, *et de formâ* JURAMENTI *eis deferendi, ac* PROTESTATIONE *Partis adverſæ, cùm* Teſtes *producuntur.*

Pendente Probatorio, producuntur *Teſtes,*

Aut petitur *Commiſſio.*

I. ACTOR (*a*), *ante Lapſum Termini Probatorii,* producere debet *Teſtes* (*b*), ad probandum Libellum (*c*); *vel* ſaltem petere *Commiſſionem,* ad partes ubi *Teſtes* commorantur, pro eorum *Examinatione:*

Lapſo Probatorio, non poteſt *Compulſorium,* nec *Commiſſio* decerni;

Niſi in Cauſis Privilegiatis.

II. Nam *Compulſorium* contra *Teſtes,* ad comparendum *in Judicio,* ad perhibendum *Teſtimonium*; aut *Commiſſio* ad partes, pro *Teſtibus examinandis,* non debet, *poſt Lapſum Termini Probatorii,* exceptis Cauſis *Privilegiatis* (*d*), decerni [de quibus *Cauſis,* et de *Compulſorio* contra *Teſtes* (*e*), et de *Commiſſione* (*f*), in Titulis quibuſdam, ſuo loco, tractabitur].

Pendente Probatorio, rogandi ſunt Teſtes, *oblatis Viaticis,* ad teſtificandum:

Datur *Compulſorium* contra *venire recuſantes.*

III. Ideoque debet ACTOR cavere, ut roget *Teſtes* ad comparendum aliquo ſtatuto die Juridico, *infra Terminum Probatorium,* et ut offerat eis *Expenſas,* ſeu *Viatica* (*g*), ad effectum obtinendi *Compulſorium* contra eos, ſi rogati non comparuerint [ut in Titulo quodam præcedenti (*h*)]

IV. Et,

OBSERVATIONES.

(a) *Actor*] Quæ, de *Actore,* dicta ſunt, etiam locum habent de *Reo*; cùm fuerit in eodem caſu.

(b) 1 *Producere debet Teſtes.*] Infra *Terminum Probatorium,* ACTOR *Teſtes* ſuos [vel unà omnes, *vel* ſeparatis Vicibus, nunc *hos,* nunc *illos*] producat in Judicio, et JUDEX *eos* admittit; et, *de Veritate dicendâ,* Juramento onerat:

2 Hæc omnia fieri debent, *præſente Parte* adverſâ; *vel,* per Contumaciam, *abſente*; Vel, ſi *Procuratorem* habet in Judicio, in *præſentiâ,* vel in *pœnam* ejuſdem *Procuratoris,* ſedente Curiâ, *trinâ Vice præconizati:*

3 Nonnunquam etiam JUDEX monere ſolet *Procuratorem* Partis adverſæ (cùm hoc, ab eo, petitur) ad præſtandum *præſentiam* (ſoluto feodo) tempore Productionis Teſtium, *extra Curiam:* Et hanc, inter ſe, Gratiam Procuratores (abſque tali Monitione) frequenter, adinvicem, mutuare ſolent.

4 Teſtes, ſi ſint producti *et* jurati, *infra Terminum probatorium,* poſſunt, *poſt Terminum,* examinari.

(c) *Ad probandum Libellum.*] Vel aliam quamcunque Materiam

(d) *Exceptis Cauſis Privilegiatis.*] Scilicet, *Matrimonialibus,* &c. Vide *Tit.* 205. *per totum.*

(e) *De Compulſorio contra Teſtes.*] Vide *Tit.* 76, 77, 78.

(f) *De Commiſſione.*] Ante Lapſum Termini Probatorii, petenda eſt *Commiſſio* (ſi quâ uti velis) *pro Teſtium Examinatione.* Vide *Tit.* 86. §. 1.

(g) *Expenſas, ſeu Viatica.*] Viatica Teſtibus ante Juramenti præſtationem (ad ipſorum, ſeu Procuratoris petitionem) ſunt, per Judicem, allocanda: Vide *Tit.* 79 §. 1.

(h) *Ut in Titulo quodam præcedenti.*] Vide *Tit.* 76. §. 1, 2, 5.

IV. Et, ſi *Teſtes* comparuerint, dicet PROCURATOR (*i*): *Produco hos in Teſtes, ſuper Libello* (*l*), *quos peto recipi, et Juramento onerari* (*m*), *de fideliter deponendo omnem Veritatem, quam noverint, ſuper eodem Libello.* Forma *Productionis Teſtium.*

V. Tunc REUS, ſi quid habeat, quod objiciat contra *Admiſſionem Teſtium* hujuſmodi, id proponendum erit, *ante Juramenti præſtationem* (*n*). Exceptio, contra *Teſtium Admiſſionem,* quando proponenda?

VI. Et ſi *nihil* propoſuerit, JUDEX dicet: *Admittimus hos Teſtes.* Tunc manibus eorum ſuper *Libro* (continente *Sacro-Sancta Dei Evangelia*) poſitis, etiam dicet, in effectu, prout ſequitur: *Teſtium Admiſſio* qualis?

VII. *Producti eſtis in Teſtes* [in tali Cauſâ, et inter tales perſonas] *et ideo jurabitis, et quilibet veſtrûm jurabit, quòd tempore veſtræ, in hâc parte, Examinationis, teſtificabimini et deponetis* (*o*), *ac quilibet veſtrûm teſtificabitur, et deponet, omnem et omnimodam Veritatem quam noveritis, ſive noverit; omnibus Amore, Favore, et Affectione, necnon omnibus Inimicitiâ, Malitiâ et Odio, quæ geritis, vel gerit quilibet, in hâc parte Litigantibus, ſeu eorum alteri, ac etiam Corruptionum generibus quibuſcunque penitùs ſemotis; ſicut vos, et quemlibet veſtrum,* DEUS *adjuvet, et* SANCTA *ejus* EVANGELIA. Forma *Juramenti* Teſtium.

VIII. Quibus peractis, TESTES [in Teſtimonium quòd hujuſmodi *Juramentum,* modo et formâ per JUDICEM eis delatum, liberè et voluntariè ſubeunt] *Librum prædictum* deoſculari ſolent (*p*). *Evangelia* tacta, deoſculanda.

IX. REUS (*q*): *Diſſentio* PRODUCTIONI *hujuſmodi Teſtium; et proteſtor de* NULLITATE *ejuſdem; et de dicendo contra hujuſmodi* TESTES, *et eorum Dicta, et Depoſitiones, ac Perſonas, ſi et quatenus depoſuerint* (*r*) *contra Intentionem Domini mei;* Forma *Proteſtationis* Partis adverſæ, tempore *Teſtium Productionis.*

OBSERVATIONES.

(i) *Dicet Procurator.*] Scilicet, in præſentiâ Adverſarii, vel in ejus pœnam, alioquin non valet.

(l) *Super Libello.*] Vel aliâ quâcunque Materiâ.

(m) *Juramento onerari.*] Si Teſtis compareat, et non vult ſubire Juramentum, rogetur, moneatur, jubeatur, inſtanter; et ſi recuſet, excommunicetur.

(n) *Proponendum erit, ante Juramenti præſtationem.*] Procurator Partis adverſæ, tempore *Productionis,* (ne, tacendo, videatur perſonas Teſtium approbare) diſſentire ſolet, et proteſtari *de dicendo contra eos, et eorum dicta, cùm tempus fuerit*; aut ſi quamcunque tunc habet, in promptu, *rationabilem Objectionem,* eandem offerat; et *Judex,* hoc modo, *Teſtes* (contra quos objectum eſt) admittere ſolet, nempe, *ſub omnibus (Juris) limitationibus.*

(o) *Teſtificabimini, et deponetis.*] "Si Teſtis "priùs deponet, poſtea juret, non probat. *MS.*

(p) *Librum prædictum deoſculari ſolent.*] Teſtes (ut præfertur) Juramento oneratos JUDEX monere ſolet, *ad ſubeundum eorum Examen,* ante proximum diem Juridicum; *vel,* infra tempus aliquod competens.

(q) *Reus*] Seu, potiùs, Rei Procurator.

(r) *Si et quatenus depoſuerint.*] "Hanc *Proteſtationem* (tempore Productionis Teſtium) "plurimi putant eſſe Cautelam nullius Momenti; quódque ſufficiat ſolummodo *diſſentire:* "Quia, ſive ſit proteſtatum, *de objiciendo contra Teſtes,* ſive non; ſi appareat (ex Proceſſu) *Teſtes non eſſe idoneos,* nullam fidem faciunt. *MS.*

mei; *et peto quòd reddant veras cauſas* (*ſ*) SCIENTIARUM *ſuarum, in ſingulis eorum Dictis, et Depoſitionibus*; *alioquin proteſtor de* NULLITATE *eorundem*: *Et peto Terminum competentem mihi aſſignari, ad miniſtrandum* INTERROGATORIA (*t*) *contra hujuſmodi Teſtes.*

Petitio Termini, *pro Interrogatoriis.*

X. JUDEX: *Aſſignamus tibi, ad miniſtrandum* INTERROGATORIA, *citra Meridiem Craſtini Diei* (*u*) [ſi Teſtes habitant *intra* (*x*) Civitatem, ut eò citiùs poſſint examinari] vel *totum Craſtinum* [ſi *extra* (*y*) Civitatem habitant] et *quandocunque ante eorum Examinationem* (*z*):

Aſſignatio Termini, *pro Interrogatoriis* miniſtrandis.

XI. Infra quod tempus [videlicet, infra tempus *per* JUDICEM, *ut præfertur, conſtitutum*; vel infra illud *generale* tempus, *quandocunque ante Examinationem*] Procurator REI dabit INTERROGATORIA (*aa*) (quæ proponet miniſtrari) *Regiſtrario*, vel *Examinatori* (*bb*).

Interrogatoria tempeſtivè, *et* cui, *tradenda?*

XII. Sed nota; quòd eſt *cauti* PROCURATORIS, quoties credit TESTES (productos per Partem adverſam) eſſe *fide dignos*, vel, *tales* qui, *de veriſimili*, poſſunt deponere *pro Defenſione* et *Intentione Partis ſuæ*, dicere, tempore eorum PRODUCTIONIS: *Accepto Perſonas*

Quomodo, tempore *Productionis*, acceptandæ ſint *Perſonæ*, et fiat *Proteſtatio* contra *Dicta* Teſtium?

OBSERVATIONES.

(ſ) *Quòd reddant veras cauſas.*] Id eſt; ſufficientes et concludentes cauſas Scientiarum. Vide ſimilem petitionem in *Tit.* 84. §. 4, 5. et in *Tit*, 86. §. 4.

(t) 1 *Ad miniſtrandum Interrogatoria.*] Per Productionem et Juramenti Præſtationem, *Teſtes* efficiuntur *utrique Parti communes*; Ideoque ſuper *Interrogatoriis*, ex Parte adverſâ (ſi quæ dicta Pars miniſtrare curaverit) non minùs quàm ſuper *Articulis*, examinandi ſunt.

2 Procurator igitur Partis, *Interrogatoria miniſtrare intendentis*, interponere ſolet (juratis Teſtibus) et petere tempus, *ſibi* competens, indulgeri, pro *Interrogatoriis*, ex Parte ſuâ, miniſtrandis, *Teſtibus*, ex alterâ Parte, productis:

3 *Cui* JUDEX [pro eiſdem Interrogatoriis concipiendis, et Examinatori tradendis] modicum tempus, juxta Stylum Curiæ, *et* Negotii qualitatem [*biduum* putà, aut *diem*, aut *horas aliquot*] concedit.

4 Non obſtat autem hujuſmodi *Examinatio ſuper Interrogatoriis* ſuis, quin Pars (miniſtrans Interrogatoria) poſtea *objiciat* contra Teſtem Adverſarii.

(u) *Citra meridiem craſtini diei.*] "Licèt "*Judices* (ne moram Teſtes faciant, in Civi-"tate, Expenſis Producentis) ſolent *hos dies* "inſtituere, *pro Interrogatoriis miniſtrandis*; "tamen (ex cauſâ) poſſunt *hos dies* prorogare, "*vel* abbreviare. *MSS.*

(x) *Intra.*] Legitur in *MS. extra.*

(y) *Extra.*] In *MSS.* legitur *intra.*

(z) *Quandocunque ante eorum Examinationem.*] Nobiſcum hodie dicitur, Procuratorem habere *horas viginti et quatuor, a Teſtium Productione, numerandas*, quà *Tempus* (ex Stylo Curiæ) *conſuetum* (niſi Judici viſum fuerit, ex cauſis, ut tempus arctiùs cohibeatur, vel in ulteriùs extendatur) *aut quandocunque ante eorum Examen*, pro Interrogatoriis miniſtrandis.

(aa) 1 *Dabit Interrogatoria.*] Interrogatoria *Rei*, ex Poſitionibus *Actoris*, et Circumſtantiis *Negotii*, formanda ſunt; et ſi quæ *ſuperflua* ſint, *captioſa*, vel *impertinentia*, JUDEX *ea* reſecat.

2 De quibuſdam Interrogatoriis neceſſariis, contra Teſtes Adverſarii, miniſtrandis; ac de petitione et proteſtatione neceſſariis, in fine Interrogatoriorum, adjiciendis; Vide *Tit.* 84. *per totum.*

(bb) 1 *Regiſtrario, vel Examinatori.*] Parti adverſæ non datur *Copia Interrogatoriorum*, ante Examinationem; ne Teſtes inſtruat, quid deponant.

2 Si Pars neglexerit *Interrogatoria dare*, Examinator *expertus* accuratè ſupplebit, quoad *Circumſtantias, Cauſas Scientiæ, Conditionem Perſonarum*; et de his omnibus diligenter inquiret.

Perſonas et Productionem hujuſmodi Teſtium, quatenus faciant pro Parte meâ; et Perſonas eorundem Teſtium approbo: Proteſtor tamen de dicendo contra eorum Dicta, et Depoſitiones, ſi et quatenus depoſuerint contra Intentionem Domini mei:

Productio Teſtium.

XIII. Quo caſu, quamvis REUS poterit reprobare *Dicta et Depoſitiones* dictorum *Teſtium*, ſeu contra eadem *Dicta* objicere, *ſi depoſuerint contra Intentionem Domini ſui*; tamen non poterit excipere contra eorum *Perſonas*; quia *Perſonas* eorundem *Teſtium* (ut ſuprà) *approbavit:*

Quo caſu, fiat *Reprobatio*, quoad *Dicta*, non quoad *Perſonas* Teſtium?

XIV. Caveat itaque *producens Teſtes* (cc), ne aliquos producat qui poſſunt deponere *contra Intentionem ſuam*, et *pro Jure*, ſeu *Defenſione Adverſarii:*

Ne producas Teſtem *vergentem*, ad *Adverſarium*.

XV. Nam *producens Teſtes*, in Judicio, per hujuſmodi *Productionem*, ita approbat *Perſonas* eorundem *Teſtium*, ut non poterit poſtea excipere, nec contra eorum *Perſonas*, nec contra eorum *Dicta:*

Teſtem *producens* Hunc *approbat*.

XVI. Similiter caveat REUS (*dd*), ne producat *Teſtes*, aliàs per ejus *Adverſarium*, productos; nam tunc videbitur ita approbare eorum Perſonas, *ut non liceat ei contra eos excipere*, ut ſuprà.

Ne *producas* Teſtem *Adverſarii*; Ni *approbat*.

OBSERVATIONES.

(cc) 1 *Caveat itaque producens Teſtes.*] Producens Productionis ſuæ pœnitere, et Productioni Teſtium renunciare, non poteſt:

2 Proinde, cùm aliquem, in Teſtem, produxerit *Adverſarius*, quem attamen *Ille* ſuper *Articulis* (ex parte ſuâ datis) examinari poſtea non audebit, aut curabit; Tunc *alteri* licebit *Parti*, Teſtem hunc ſuper *Interrogatoriis* (ex parte ſuâ miniſtrandis) examinari procurare.

(dd) *Caveat Reus.*] Quod hìc dicitur de *Reo*, ſimiliter etiam intelligendum ſit de *Actore*, cùm accidit in eodem caſu.

Productio poſt *Publicationem.*

TITULUS LXXXI.

De PRODUCTIONE Teſtium, *poſt* PUBLICATIONEM, ſuper priùs poſitis; *ex Capite*, *quòd* de novo *pervenerant ad* Producentis *Notitiam.*

I. SI PARS *Actrix*, vel *Rea*, produxerit *Teſtes*, et eorum Dicta *publicari* obtinuerit, et eadem *percontata* fuerit; tamen ſi *poſt Publicationem*, et *Percontationem* hujuſmodi, *de novo* [id eſt; *poſt* publicatas Atteſtationes] *pervenerit ad ejus* Notitiam *quoſdam* alios *Teſtes fuiſſe ſibi admodùm neceſſarios*; poterit, *re integrâ exiſtente* [id eſt; *ante Concluſionem in Cauſâ*] ſi fuerint *præſentes* in Judicio, *eos* producere; et ſunt *recipiendi*, et *admittendi.*

Teſtes, poſt Publicationem, *noviter ad Notitiam perventi*, ſunt, ante *Concluſionem* in Cauſâ, *producendi*.

II. Sed

Allegända per *Partem Principalem*, ante *Productionem Teſtium*, poſt *Publicationem* :

II. Sed ſi hujuſmodi *novi Teſtes* recuſaverint *comparere*, niſi *compulſi*, PARS PRINCIPALIS, et *non* PROCURATOR [nam ejus *Procurator*, in Mandato ſuo *generali* Procuratorio, non habet, ad infrà ſcripta, *ſufficiens* Mandatum (*a*)] debet comparere judicialiter, et allegare (*b*), ut ſequitur :

Forma *Productionis Teſtium*, per Partem Principalem, poſt *Publicationem* ; quorum *noviter*, ad ſe, *perveniebat Notitia.*

III. *Ego* N. *citra revocationem Procuratoris mei* [vel *ſub Proteſtatione de non revocando Procuratorem, aliàs per me conſtitutum*] *allegò* M. N. *et* O. *fuiſſe et eſſe Teſtes* (*Parti meæ*) *admodùm neceſſarios, ad probandum contenta in Libello* ; *et quòd pervenit ad meam* Notitiam *eos fuiſſe mihi Teſtes neceſſarios*, citra *Publicationem Teſtium, aliàs ex parte meâ in hâc Cauſâ, productorum, et* non antea ; *ac deſuper offero* me *promptum et paratum ad faciendam fidem* : *Et ideo peto hos Teſtes, hìc* præſentes *in Judicio, quos in Teſtes* produco, *recipi, admitti, et Juramento onerari, de fideliter deponendo ſuper contentis in Libello, aliàs* [*per me*] *dato* (*c*) :

Modus petendi *Compulſorium*, contra Teſtes, poſt *Publicationem.*

IV. [Vel ſic (ſi Teſtes fuerint *requiſiti*, ad intereſſendum (*d*), et *non* venerint) *Allego me hujuſmodi Teſtes requiſiviſſe ad comparendum, iſtis die et loco, ad perhibendum Teſtimonium in hâc parte, et quòd obtuli eis eorum Sumptus, et Expenſas viaticas* (*e*) (et deſuper etiam offero, me promptum et paratum, ad faciendum fidem) (*f*) *Unde peto hujuſmodi Teſtes* compellendos *fore decerni, ad comparendum* aliquo die, *ad perhibendum Teſtimonium*, &c. (*g*)]

Ubi, poſt *Publicationem*, Teſtes, ſuper priùs poſitis, *admitti non debeant ?*
[1] Probatâ *Partis Notitiâ*, ſeu *probabili Scientiâ* :
[2] Cauſæ *Natura* vetat : *Alioquin* admittantur *præſentes*, cæteri *compellantur.*

V. Tunc JUDEX [*niſi Pars adverſa* docuerit, *Partem, petentem hos* novos *Teſtes admitti, habuiſſe* Notitiam, *vel* Scientiam, *ſaltem* Probabilem (*h*), *eorundem Teſtium*, ante *Publicationem Dictorum* priorum *Teſtium* ; vel *quòd Cauſa, in quâ iſta Admiſſio Teſtium requiritur, ſit ejus naturæ quòd Teſtes*, de novo *pervenientes ad* Notitiam, *non ſunt admittendi*] debet *eos* admittere, ſi ſint *præſentes* in Judicio ; vel decernere *Compulſorium*, ſi ſint *abſentes :*

VI. Factâ

OBSERVATIONES.

(a) *Non habet, ad infrà ſcripta ſufficiens Mandatum.*] Legitur in *MS.* " Procurator (in ge-" nerali ſuo Mandato, ſeu Procuratorio) non " habet Poteſtatem ſequentia *allegandi*, ſeu de " Veritate eorundem *fidem faciendi.*

(b) *Et allegare.*] Scilicet ; " *ante Concluſio-" nem in Cauſâ. MS.*

(c) *Aliàs (per me) dato.*] Vel ; *aliàs* [*ex Parte meâ*] *dato :* Ubi per *Procuratorem* (et non per Partem principalem) *datus erat Libellus.*

(d) *Ad intereſſendum.*] " Ad comparendum. *MS.*

(e) *Expenſas Viaticas.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 76. ſub *lit.* (o) 1.

(f) *Ad faciendum fidem.*] Hodie fieri non ſolet *Juramentum* (de requiſitione Teſtium, et Expenſarum et Viaticorum Oblatione) *ad obtinendum Compulſorium, contra Teſtes.* Vide *Obs.* in *Tit.* 76. ſub *lit.* (c) (d) (e).

(g) *Teſtimonium*, &c.] Et ad dicendum Veritatem, quam in hâc parte noverint.

(h) *Vel Scientiam, ſaltem probabilem*] Quænam ſit (in quibuſdam caſibus) *probabilis cauſa Scientiæ?* Vide *Tit.* 83. *per totum.*

VI. Factâ tamen priùs fide, per *petentem* Admiſſionem Teſtium, tam *quòd dicti Teſtes ſunt neceſſarii, et quòd, de novo, poſt publicatas Atteſtationes, ad ejus notitiam primò pervenit, eos fuiſſe Teſtes ſibi neceſſarios* [quàm etiam quòd eoſdem Teſtes requiſivit, et eis Expenſas Viaticas obtulit (*i*)]

Forma *Juramenti* Partis, *de Teſtibus*, poſt Publicationem, *ad Notitiam noviter perventis.*

VII. REUS: *Ego diſſentio, et proteſtor de Nullitate petitionis dicti Procuratoris, ſeu Partis; et allego eam non concludere in Jure, nec concedi debere; et quòd Publicatio Teſtium, aliàs facta per Partem adverſam, et Percontatio eorundem, obſtant, quò minùs admittantur; et quòd ſubeſt maximus Timor Subornationis Teſtium; referendo me ad Acta Curiæ, et ad Jura.*

Forma *Proteſtationis* Partis *adverſæ*, contra *Teſtium Admiſſionem*, poſt *Publicationem:* Allegatio (Scilicet) [1] *Didicita Teſtificata*; [2] *Timor Subornationis.*

OBSERVATIONES.

( ) *Expenſas viaticas obtulit.*] Vide *Obſervationes* prævias, ſub *lit.* (f).

Productio poſt *Publicationem.*

TITULUS LXXXII.

De aliâ PRODUCTIONE *Teſtium* ſuper priùs poſitis, *poſt* PUBLICATIONEM (*a*).

I. SI ACTOR produxerit *duos* Teſtes, aut *plures*, ad probandum LIBELLUM; et poſtea REUS, per viam EXCEPTIONIS, repulit *eoſdem*, vel ſaltem *eorum aliquos*, ita quòd non ſint relicti *Duo fide digni* et *concordes Teſtes*; tunc, ſi hujuſmodi Teſtes fuerint *infamati*, *per tales* EXCEPTIONES, de *quibus* non conſtat PARTEM, eos producentem, habuiſſe *Notitiam*, poteſt, per viam CORROBORATIONIS *priorum* Teſtium, vel *directè* ſuper LIBELLO, alios *quoſcunque producere Teſtes* (*b*):

Teſtes examinati, et, ex alterâ Parte, *per Exceptiones* (Parti Producenti ignotas) *infamati*, quò non ſuperſunt *duo concordes*, corroborantur ex *aliorum Productione*, ſuper priùs poſitis, *poſt Publicationem:*

II. Et Ratio eſt; quia, *omnis homo præſumitur Honeſtus, donec contrarium probatur*; et JURA dicunt, quòd regulariter *Duo Teſtes ſufficiunt*; et ideo ACTOR, producendo *Duos*, potuit probabiliter cogitare, *eos* ſufficere (*c*).

Ratio; Prævia Præſumptio *bonæ Fidei.*

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Poſt Publicationem.*] Hìc adduntur Verba ſequentia, in MS. *Antiq.* "Sine JURAMENTO, "*quòd de novo, pervenerunt ad Notitiam*, eos pro-"ducens [illegible].

(b) *Alios quoſcunque producere Teſtes*] De Productione Teſtium, in Cauſâ Matrimoniali, *per Partem*, poſt publicatas Atteſtationes, abſque juramento, quòd noviter ad Notitiam pervenerint; Vide *Tit.* 205. *Item*, De productione Teſtium, *per Tertium intervenientem*, in Cauſâ Matrimonia [illegible] publicationem Depoſitionum; Vide *Tit.* 14. §. 3, 4. *Etiam*, De Productione Teſtium, in Cauſa Decima[illegible] m. po[illegible] Lapſum Termini Probatorii; Vide *Tit.* 190.

(c) *Cogitare, eos ſufficere*] Quia dicitur: *Ex Ore Duorum judicaberis.*

I

Productionis Impedimenta.

TITULUS LXXXIII.

De cauſis quæ impediunt PRODUCTIONEM Teſtium, *poſt* PUBLICATIONEM.

Impedimenta Productionis, *poſt* Publicationem; *Probabilis Cauſa Scientiæ:* Quænam *hæc* ſit, in Cauſâ *Teſtamentaria?* Qualis, in *Diffamatoria?* Quæ, in *cæteris?* *Scientiæ vehemens Præſumptio* quomodo purgatur, *Juramento Partis?* Forma *Juramenti:* Ratio quare, *purgatur Juramento*, in *Teſtamentariâ:* Quâ gratiâ, in *Diffamatoriâ:*

I. PROBABILIS *cauſa Scientiæ* (*a*) dicitur, in *Cauſâ Teſtamentariâ*, ſi Teſtes, *aliàs producti*, depoſuerint, *Partem petentem* novos *Teſtes*, *fuiſſe præſentem cum hujuſmodi Teſtibus* (quos dicit, *de novo*, ad ejus Notitiam perveniſſe) *tempore conditi Teſtamenti:*

II. Similiter, in *Cauſâ Diffamationis*; ſi *primi* Teſtes depoſuerint, *Verba diffamatoria fuiſſe prolata in Præſentiâ Actoris, et Teſtium quos petit* (de novo) *produci:*

III. Et ſic in omnibus *ſimilibus* caſibus.

IV. Hæcque *Probabilis cauſa Scientiæ* (*b*) eſt cauſa *Sufficiens*, ad impediendam prædictam Petitionem, *de* novis *Teſtibus admittendis* (*c*); niſi *Pars ipſa* (petens hanc *novam* Teſtium Productionem) *Scientiam hanc* [ſeu potiùs, *Scientiæ vehementem Præſumptionem*] *purgaverit*, *ſuo* JURAMENTO (*d*), expreſſè jurando, *quòd Teſtes* hos *non videbat*; vel *de* eorum *Præſentiis non recordatus fuerat*, *tempore quo* aliàs *produxerat Teſtes, et eorum Dicta publicari obtinuerat:*

V. Nam, in *Teſtamentariâ Cauſâ*, fieri poteſt (et aliquando contingit) quòd *aliqui Teſtes* fuerunt in proximo Cubiculo, vel, per Parietes, *auſcultando* (*e*) quid Actum fuerit, per Teſtatorem, circa Conditionem Teſtamenti; et quòd licèt *Teſtes aliàs producti*, nôrunt, et forſan videbant *dictos Teſtes* ſic *auſcultantes*, PARS tamen, *novos Teſtes prædictos* producere conans, *eos* nec videbat, nec *eos* ita *auſcultantes* noverat:

VI. Similiter, in *Cauſâ Diffamationis*; ſi Verba diffamatoria libellata *prolata fuerint* in Loco aliquo publico [utpote, in Eccleſiâ, vel Plateâ, *ubi communis habetur Populi concurſus*] ſæpiſſimè contingit

OBSERVATIONES.

(a) (b) *Probabilis cauſa Scientiæ.*] De quâ, *Scientiâ Probabili*, in *Titulo* 81. §. 5. fit mentio.

(c) *Ad impediendam prædictam Petitionem, de novis Teſtibus admittendis.*] Seu potiùs; ad impediendum *Admiſſionem*, ſaltem *Conceſſionem* dictæ *Petitionis*, ſiquando facta fuerit.

(d) *Purgaverit, ſuo Juramento.*] De hujuſmodi Juramenti Præſtatione; Vide *Tit.* 81. §. 3.

(e) *Vel, per Parietes, auſcultando.*] Aliàs (in loco horum verborum) legitur in *MSS.* "*Vel, præ* "*Foribus, auſcultantes.*

2

Productionis Impedimenta.

tingit TRANSEUNTES *audire*, et *notare* Verba diffamatoria; et etiam *Teſtes*, *primo loco* (ut præfertur) *productos*, hujuſmodi TRANSEUNTES *vidiſſe*, et ideo *de* EORUM *Præſentiis depoſuiſſe*; quámvis PARS PRINCIPALIS ita (ratione Prolationis Verborum diffamatoriorum) fuerat commotus, ut *non videbat Teſtes:*

Quâ de re, ulteriùs, in *Diffamatoriâ*.

VII. Et his addi poteſt: Quòd ſi Verba *prolata fuerint* per plures Menſes, *ante* Inſtitutionem Actionis; quòd ACTOR poſſit, probabiliter, obliviſci *Præſentiam* OMNIUM *Teſtium*, licèt EOS *tunc* videbat; et quòd *jam* recordatur EOS *præſentes* fuiſſe; quia *Teſtes* aliàs per eum producti, *de* EORUM *Præſentiis depoſuerunt*.

Ignorantia probatur *Juramento Partis*, licèt *Præſumptio* ſit in contrarium.

VIII. Sed (ut ſupradictum (*f*) eſt) de his ACTOR tenetur, expreſſè (*g*), præſtare JURAMENTUM, ſi id ab *Adverſario* petatur; quia (ut etiam antedictum eſt) *ex præmiſſis* (*h*), *præſumitur ejus Scientia*.

OBSERVATIONES.

(f) *Ut ſupradictum eſt.*] § 4.

(g) *Expreſſè*] Vide *Lynd.* c. *Quia quidam*; De temporibus Ordinandorum. *Verb.* ſcienter.

(h) *Ex præmiſſis.*] Scilicet; ex iſtis, quæ *ſuprà* ponuntur in §. 1, 2, 3. *hujus Tit*

Interrogatoria.

TITULUS LXXXIV.

De quibuſdam INTERROGATORIIS neceſſariis, *contra Teſtes Adverſarii*, miniſtrandis ; *ac de* Petitione *et* Proteſtatione neceſſariis, *ad finem* Interrogatoriorum *adjiciendis.*

Interrogatoria quænam eſſe debent?

I. LICET *Parti contrariæ* (*a*), quum *Teſtes* producuntur, miniſtrare, contra eoſdem *Teſtes*, quæcunque INTERROGATORIA (*b*) *pertinentia ad Cauſam inſtitutam* ; ſive *tangentia Negotium agitatum* : ſive *Perſonas Teſtium.* Exempli gratiâ :

Formula *Interrogatoriorum*, in Cauſâ *Teſtamentariâ*, quoad *Rem litigatam.*

II. Si *Teſtes* producti fuerint, contra TE, *ad probandum aliquod* TESTAMENTUM, *quod* TU *infirmari* cupis et conaris ; poteris interrogare *Teſtes* hujuſmodi : *Utrùm Teſtator fuerit ſanæ Memoriæ, et Mentis, tempore quo prætenditur, ex adverſo, Teſtamentum fuiſſe conditum?* vel, *utrùm hoc, vel illud, geſſerit,* ſeu *talia Verba protulerit, indicantia et demonſtrantia Sanitatem Mentis defuncti?* vel *de aliis Circumſtantiis* (veluti) *de die, horâ diei, et loco, quibus Teſtamentum eſſe conditum prætenditur?* ac *quibus Verbis Teſtator illud approbavit? Quis illud ſcripſit?* necnon *de Præſentiis Teſtium quorumcunque?*

Interrogatoria, quâlibet *in Cauſâ*, quoad *Perſonas Teſtium*, quæ miniſtranda?

III. Et, quoad *Perſonas* ; poteris eos interrogare : *An ſint Conſanguinei, Affines, Famuli, Domeſtici,* vel *Tenentes, de Robâ* aut *Stipendio, Partis eos producentis?* vel *eidem Parti producenti indebitati?* necnon, *an ſint Inimici capitales Parti contra quam producuntur?* et ſimilia.

Proteſtatio neceſſaria, in fine *Interrogatoriorum* ; Ut, in Teſtimoniis, *Scientiæ cauſa* reddatur ; *Secùs*, proteſtetur de *Nullitate* ;

IV. Et, ad FINEM *horum* INTERROGATORIORUM, ſubjungatur hæc ſequens PETITIO, et PROTESTATIO (*c*): *Et petit Pars iſta, Interrogatoria miniſtrans, ut quilibet Teſtis reddat veram, ſufficientem, et concludentem cauſam* SCIENTIÆ *ſuæ, in ſingulis ſuis Dictis, et Depoſitionibus prætenſis, in hâc Cauſâ, reddendis* ; *alioquin proteſtatur Pars iſta miniſtrans, de* NULLITATE *eorum Examinationis.*

V. Audivi,

OBSERVATIONES.

(a) *Parti contrariæ, quum.*] Legitur ; " Parti " contra quam. *MSS.*

(b) 1 *Quæcunque Interrogatoria*] De petendo Tempus, ad miniſtranda Interrogatoria, competens ; Vide *Tit.* 80. §. 9, 10, 11. et *Obs. ibid.*

2 Interrogatoria nullo modo ſint *propalanda* ; nec a Teſtibus, *ante* eorum Examinationem (ſuper dictis Interrogatoriis) *inſpicienda*, aut *percontanda.*

(c) *Hæc ſequens Petitio, et Proteſtatio.*] De hujuſmodi Petitione, et Proteſtatione ; Vide etiam *Tit.* 80. §. 9. necnon *Tit.* 86. §. 4.

V. Audivi, a *Doctiſſimis*, has PETITIONEM *et* PROTESTATIONEM fuiſſe admódum *neceſſarias*; et quòd, ſi *omiſſæ* fuerint, *probant* TESTES ADVERSARII (in nonnullis caſibus) quámvis *non* reddiderunt *cauſas* SCIENTIARUM, *quas* reddere *tenebantur*, ſi *interrogati* fuiſſent.

Aliter *probant* aliquando Teſtes, *abſque* cauſis *Scientiarum* expreſſis.

VI. *Caveat* tamen PROCURATOR *miniſtrans* INTERROGATORIA, ut ſit *cautus*, et *expertus* in INTERROGATORIIS *miniſtrandis*: Quia, *plerúmque*, *magìs proſunt* INTERROGATORIA *Parti producenti* TESTES, *quàm nocent* (*d*); et *e contrà*.

Interrogatoria cautè *miniſtranda*;

Sæpe, plus *nocent*, quàm *proſunt*.

OBSERVATIONES.

(d) 1 *Magìs proſunt Interrogatoria, Parti producenti Teſtes, quàm nocent.*] Hæc *Opinio* nimis frequenter (in præjudicium Partis *incautè*, miniſtrantis Interrogatoria) confirmatur; ut Experientia *quotidiana* docet.

2 De Interrogatoriis miniſtrandis; Vide etiam *Obs.* in *Tit.* 91. ſub *lit.* (c).

Examinatio in Regiſtro.

TITULUS LXXXV.

De modo et formâ examinandi *Teſtes*, *per* REGISTRARIUM, *deque* Repetitione *Depoſitionum*, *eorundem Teſtium*, *coram* JUDICE.

I. SI TESTES, tempore eorum Productionis, *publicè*, et *judicialiter examinarentur*, de eorum Scientiâ, ſuper Poſitionibus illis ſuper quibus fuerint producti, de veriſimili (ſaltem ſi non eſſent admódum probi, et fide digni) *in unum convenire*, *ſeu conſpirare facilè poſſunt*, *Sermonemque conferre*; et, aliquando, ſi PARS PRODUCENS etiam *præſens* eſſet, *metu* ejuſdem PARTIS, *Verum aliud* (*a*) *ſubtacere*, quod aliàs, ſi ſciretur, plurimùm faceret contra Intentionem PRODUCENTIS; hoc quóque dici poteſt de *præſentiâ* REI:

Teſtium Examinatio *in apertâ Curiâ*, quare reprobanda?

II. Ideoque, in omnibus Curiis Eccleſiaſticis Reverendiſſimi Cantuarienſis Archiepiſcopi, REGISTRARIUS, *ad hoc juratus* (*b*), (poſtquàm Teſtes judicialiter producti, et jurati fuerint in præſentiâ Partis adverſæ) ſolet, *in aliquo loco ſecreto* (ſemotis omnibus, præſertim cæteris Teſtibus, et Partibus litigantibus) *Teſtes* hujuſmodi, *ſigillatim*,

Quomodo ſolent Teſtes, *ſecretò*, et *ſeparatim* examinari, per *Regiſtrarium*?

OBSERVATIONES.

(a) *Verum aliud.*] Legitur in *MSS.* "Verum aliquando; In *aliis*; "Verum aliquod.

(b) *Regiſtrarius, ad hoc juratus.*] Scilicet; in vim Juramenti *Notarii Publici*; quod *ante* præſtabat, *tempore* ſuæ Admiſſionis in *Notariatûs Officium*.

Depoſitio in ſcriptis *mandanda*, Teſti *perlegenda*, In prætermiſſis *caſtiganda*,

ſigillatim (*c*), in vim eorum Juramenti, *ſuper his* (ſuper quibus fuerant producti) interrogare *et* examinare; et cujuſlibet eorum Dicta, *et* Depoſitiones *in Scriptis*, redigere; eademque diſtinctè legere *Teſti cuilibet*, *ſigillatim*; eumque interrogare *et* examinare, *an aliquod ſit ſcriptum contra*, *vel præter mentem ſuam?* et ſi, in aliquo, *Teſtis* petierit *Correctionem*, *Emendationem*, *Additionem*, aut *Subſtractionem*, hoc illico fiet:

Per *Teſtem ſignanda*, (Ratio)

III. Deinde, REGISTRARIUS curare ſolet, ut *Teſtis* hujuſmodi Depoſitionibus *Chirographum*, vel *Signum ſuum* (ejus manu propriâ) apponat; ne Regiſtrarius, aut quivis poſtea corrumpere poſſit, in aliquo, hujuſmodi *Depoſitionem:*

Coram *Judice repetenda:*

IV. Quâ *Examinatione*, ſic per *Regiſtrarium*, captâ, producitur *Teſtis* ad ipſum JUDICEM, coram QUO (ipſo *Teſte* præſente) idem *Regiſtrarius* verbatim legere ſolet (*d*) *Depoſitionem* hujuſmodi *Teſtis:*

Interrogat *Judex*; an ſit ex animi ſententiâ? An continet *omnia* quæ dicturus eſt? Ac utrùm *corrigi* velit?

V. Quâ lectâ, JUDEX etiam interrogare ſolet (*e*) eundem TESTEM, *Utrùm omnia quæ ſcripta* (et per *Regiſtrarium* lecta) *fuerint*, *ſint ſecundùm Mentem*, *et veram Intentionem ipſius Teſtis? et an contineant ea omnia quæ idem Teſtis poſſit deponere? et utrùm voluerit aliquid aliud hujuſmodi ſuæ Depoſitioni addi*, *vel quidpiam ab eâdem ſubſtrahi?*

Jam tum poteſt *emendari.*

VI. *Nam*, tempore hujuſmodi REPETITIONIS, *coram* JUDICE, *Teſtis* poterit *omnia*, priùs per *eum* depoſita, et per *Regiſtrarium* ſcripta, *vel* quamcunque *partem* eorundem, corrigi, revocari, *ſeu* deleri petere:

Cur *repetenda* ſit Depoſitio? Coram Judice *recognita* valet:

VII. Sed ſi TESTIS *omnia* quæ per *Regiſtrarium* (modo præmiſſo) Scripta [et lecta] fuerint, ratificaverit, *et* approbaverit; *hæc* EXAMINATIO dicitur *perfecta*, et *completa:*

VIII. Nam

OBSERVATIONES.

(c) *Sigillatim.*] Teſtes *ſecretò* et *ſingulatim* examinantur, non *palàm*, et in *turba*; idque ab *ipſo* JUDICE, ſi ita viſum fuerit; cæterùm (ob tædium Examinis) Examinatio ſolet committi *fidei* REGISTRARIORUM, *et* NOTARIORUM, *repetitione* et *agnitione* Depoſitionis cujuſlibet Teſtis, JUDICI, *reſervatis*.

(d) 1 *Verbatim legere ſolet*] Haud neceſſarium eſt (ut hodie practicatur) *Depoſitionem*, a Regiſtrario, *vel* Examinatore, in Scriptis conceptam, Teſtique prælectam, *iterum* coram *Judice* (niſi eo hoc ſpecialiter jubente) *perlegendam* fore:

2 Sufficit enim (ex uſu moderno) ſi Teſtis, *poſt* ejus Depoſitionem in Scriptis redactam, interrogatus fuerit, *per* Judicem, *ejuſve* Surrogatum (ſeu, *coram* eo, *per* Regiſtrarium, *aut* Examinatorem) ad effectum in §. 5. ſuprà ſpecificatum; et hæc dicitur, Repetitio, *ſeu* Recognitio Depoſitionis *coram* Judice; Et (in fidem, et teſtimonium hujuſmodi Repetitionis) *Idem Examinans* atteſtari ſolet, per Subſcriptionem *ſuam* (quà *Notarius Publicus*) talem Repetitionem coram Judice (*vel* tali Surrogato ſuo) factam fuiſſe, tali die, in *ejus* præſentiâ.

(e) *Quâ lectâ, Judex etiam interrogare ſolet.*] Quâ Depoſitione, in Scriptis (Manu propriâ, *vel* Signo Teſtis, ſubſcriptâ, *vel* ſignatâ) JUDICI *oſtenſâ*, interrogetur Teſtis (vel *per* Judicem, aut, ex *ejus* licentiâ, *per* Regiſtrarium, *ſeu* Examinatorem, coram eo) an Manum, *aut* Signum ejus, huic Depoſitioni agnoſcat, et an omnia contenta ſunt vera? &c. prout ſupra in §. 5.

VIII. Nam EXAMINATIO, aliàs capta per *Regiſtrarium* (obſervatis etiam omnibus *Solemnitatibus* prædictis) ſi eadem DEPOSITIO non fuerit (modo præmiſſo) *coram* JUDICE *recognita*, et *repetita*, non valet (*f*). *Secùs*; non.

IX. Et notandum eſt; quòd non ſolùm *Regiſtrarius*, tempore SCRIPTURÆ *Depoſitionis Teſtium*, ſed etiam ipſe *Judex*, tempore REPETITIONIS, ſæpe admonet Teſtes *de Periculo* PERJURII, *tam Corporis, quàm Animæ, ſi, in aliquo, deponerent contra* VERITATEM. Teſtis *quoties admonendus*, ut caveat de *Perjurio*, et *pœnâ Falſidici?*

X. *Caveat* PROCURATOR, quòd *Articuli*, ſive *Poſitiones* ſuper quibus producuntur *Teſtes*, non ſint dubiæ, *vel* prolixæ, multa *et* diverſa Capita continentes: In Poſitionibus evitabitur, [1] *Ambiguitas*: [2] *Prolixitas*: [3] *Multiplicitas*: [4] *Diverſitas*.

XI. *Nam*, tunc plerúmque, REGISTRARII facilè *omittere* poſſunt aliquas particulares *Poſitiones*, ſeu *Clauſulas* [etiam neceſſarias, et ad Cauſam inſtitutam ſpectantes] *Articulorum hujuſmodi*, tempore *Examinationis* TESTIUM: Quod ſi fecerint, facilè decipiuntur TESTES, in non plenè deponendo, de *ſingulis contentis in Poſitione*; et PARS *eos* PRODUCENS, per *omiſſas* has *Depoſitiones*, quoad hujuſmodi *Poſitiones*, ſuccumbit in *Cauſâ*. Ratio.

XII. Et quia *Poſitiones*, et *Articuli* quicunque ſcribi ſolent in *Linguâ Latinâ* (quam communiter *Teſtes*, præſertim *Ruſtici*, non intelligunt) expedit ut *Regiſtrarius*, ſeu *Examinator* Teſtium hujuſmodi, diligentem curam habeat in exponendo, et declarando *Teſtibus*, diſtinctè ac plenè, omnia et ſingula capita, et contenta in *Articulis*, ſeu *Poſitionibus* hujuſmodi. Articulos, *latinè* conceptos, Teſtibus *explicare* debet Examinator, in *linguâ vernaculâ*.

OBSERVATIONES.

(f) *Non valet.*] Ratio hujus Praxeôs talis eſſe videtur; nempe, quia *Examinatio* coram JUDICE fieri præſumitur.

Examinatio vigore *Commiſſionis*.

TITULUS LXXXVI.

De Petitione et *Conceſſione* COMMISSIONIS, *ad partes*, *pro* Examinatione *Teſtium*; et *de Proteſtatione* et *Petitione Procuratoris* Partis adverſæ, *tempore* Commiſſionis *hujuſmodi decretæ*.

Conceſſio Commiſſionis.

I. ANTE LAPSUM *Termini Probatorii* (ut in quodam præcedenti Titulo (*a*) dictum eſt) *Procurator Actoris* [licèt *alios* produxerit *Teſtes*, in JUDICIO, vel quámvis *nullos* omnino produxerat] *Pendente Probatorio*, petenda eſt *Commiſſio*.

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in quodam præcedenti Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 80. §. 1, 2.

produxerat] ſi intendit uti beneficio COMMISSIONIS, poterit eandem petere, in hunc modum:

Forma *Petitionis Commiſſionis* (pro Teſtium Examinatione) *per* Procuratorem.

II. DOMINE JUDEX; *allego Dominum meum habere nonnullos Teſtes, Parti meæ neceſſarios, ad probandum contenta in Libello (ex Parte meâ, in hoc Judicio, dato) Senes, et Valetudinarios* (*b*); *quos, propter Loci Diſtantiam, Viæ Diſcrimen (præſertim hoc Hyemali tempore) ſine magnis Expenſis Domini mei, et Periculo, ſive Incommodo dictorum Teſtium, ad hoc Tribunal non commodè poſſum producere: QUARE peto Commiſſionem ad partes decerni, et Vices veſtras committi, aliquibus probis viris (in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis) conjunctim, et diviſim, ad ſedendum* [in tali loco (*videlicet*; in aliquâ *Eccleſiâ*, ſive *Conſiſtorio*) talibus diebus] *cum poteſtate prorogandi, ac (ſi et quando opus fuerit) dies et locum continuandi, aſſumpto Notario Publico quocunque, Partibus indifferenti; et peto Terminum aſſignari eiſdem Commiſſariis, ad tranſmittendum hujuſmodi Commiſſionem, et eorum Proceſſum, in eâ parte, expeditum; necnon Terminum Probatorium prorogari, uſque in diem Tranſmiſſionis dictæ Commiſſionis; et Procuratorem Partis adverſæ moneri, ad tunc et ibidem intereſſendum* (*c*).

Commiſſio *quibus* dirigenda? *Ubi* (loci *et* temporis) exequenda? Petitur Poteſtas *Prorogationis* Commiſſionis, et *Aſſumptionis* Notarii; *Petitur* Terminus *ad tranſmittendum* Commiſſionem; *Petitur* Prorogatio Probatorii; *Petitur* Procuratorem moneri *ut interſit.*

Forma *Conceſſionis Commiſſionis* (pro Teſtium Examinatione) per *Judicem.*

III. JUDEX: *Concedimus hujuſmodi Commiſſionem, ac Vices noſtras committimus* talibus (*d*) (*videlicet*; quibuſdam in Dignitate Eccleſiaſticâ

OBSERVATIONES.

(b) 1 *Senes, et Valetudinarios.*] Siqui *Teſtium* Valetudinarii ſint, et Senes, vel Debilitate confecti, aut Paupertate depreſſi, ita quòd non poſſunt *ad Domini Judicantis præſentiam* adduci; ad ipſos mittit JUDEX perſonas idoneas, et diſcretas:

2 Scilicet; ſi *Teſtes* hujuſmodi commorantur in partibus, *a loco Judicii remotis*, Vices ſuas JUDEX committere ſolet quibuſdam *Clericis*, conjunctim, et diviſim [ut in §. 3. hujus Tituli] pro eorundem Examinatione:

3 Vel aliter (idque præcipuè in Commiſſionibus, ſeu Requiſitionibus, ſub mutuæ Viciſſitudinis obtentu) diriguntur pro Teſtium Examinatione Commiſſiones *Ordinario loci*, quo degunt Teſtes, *vel ejus Vicario in ſpiritualibus generali, et Officiali Principali, ejuſve Surrogato legitimè conſtituto:* Alioquin, ubi gentium *tales* Ordinarii, ſeu Copia *Clericorum*, deſiderantur, dirigendæ ſunt hujuſmodi Commiſſiones *Dominis Juſdicentibus*, et *Magiſtratibus Oppidi*, aut *Gubernatori, ejuſve Deputato*; et *Principalibus Magiſtratibus*, ſive *Juſdicentibns Provinciæ.*

4 Sin autem hujuſmodi *Teſtes* exiguo tantùm Intervallo, *nec procul a loco Judicii*, diſtant; attamen *iſti* (ſive Senectute, vel Ægritudine, ſeu Negotiis Regiis, aut Incarceratione, aliiſve Rationibus, et Cauſis legitimis) *ita præpediti ſint et detenti*, quominus tempeſtivè *coram* JUDICE, *loco Judiciali*, præſentiam eorum adhibere poterint, etiamſi *prope* degant (ut ſuprà) et *in Vicinatu*; tum JUDEX, ad petitionem *Procuratoris*, decernere ſolet, *deſcendendum fore ad eos examinandos:*

5 Quocirca JUDEX *ipſe*, vel unus e *Surrogatis ejus*, adibit locum, ubi *Teſtes* ita manent præpediti; *monito Procuratore, ex adverſâ Parte* (ſoluto priùs ejus feodo) *ad ibidem intereſſendum, tempore Productionis Teſtium, ſi ſuum putaverit Intereſſe:*

6 Tunc Procurator Partis producentis (in præſentiâ Procuratoris adverſi, ut ſuprà, moniti, aut in ejus pœnam) *eo loco, Teſtes* (præſente Regiſtrario, ejuſve Deputato) *producere ſolet*; et in omnibus et per omnia ſit agendum, prout in *Titulo* 80. §. 4 et abinde *per totum:* Vide etiem *Obſervationes* deſuper habitas, ſub *literâ* (i) et deinceps *uſque finem.*

(c) *Ad tunc et ibidem intereſſendum.*] Scilicet; *tempore et loco, Expeditionis Commiſſionis, ſi ſuum putaverit Intereſſe.* Vide *Tit.* 236. §. 7.

(d) *Vices noſtras committimus talibus.*] Hodie *Procuratores*

Eccleſiaſticâ conſtitutis) *conjunctim, et diviſim* (*e*), *ad ſedendum* [talibus diebus et loco (*f*)] *aſſumpto quocunque Notario Publico indifferenti* (*g*) ; *et aſſignamus* [talem diem] *ad tranſmittendum hujuſmodi*

Aſſignatur *ad tranſmittendum.*

OBSERVATIONES.

Procuratores, ex utrâque parte, *duos, aut plures Clericos*, pro Teſtium-Examinatione, quà *Commiſſarios*, per *Dominum Judicantem approbandos*, nominare ſolent; *quibus* JUDEX (ſi eorum aliquos, ex mero motu, vel ob cauſas, ex alterutrâque Partium, objectas, non rejecerit Vices et Authoritatem ſuas (pro illâ vice) circa Teſtium Examinationem, impertiri ſolet.

2 Quamvis autem, in *Actis Curiæ*, appellantur *Commiſſarii*, hi *ex unâ*, illi *ex alterâ Parte* (prout ita ſe *Stylus* habet) hoc modo, videlicet; *Procurator* N. *petit Commiſſionem fieri ad partes, pro Teſtium Examinatione, Viceſque Domini Judicantis, in hâc parte, committi* A. B et C. *Clericis, Commiſſariis* ex parte N. *nominatis*; *necnon* E. F. et G. *Clericis, Commiſſariis* ex parte M. *nominatis*: Tamen etiamſi *Procuratoribus hincinde*, ex veniâ, ſit indulta facultas *nominandi Commiſſarios*, JUDEX autem *Eos* approbat; atque nonnunquam (inter Partes, abſque earum alterius Nominatione) *Commiſſarios* hujuſmodi, pro *Arbitrio ſuo*, conſtituit; ſunt igitur, in utroque caſu, *ipſius* Commiſſarii *Judicis*, et non *Partium* Commiſſionarii.

3 Hæc animo perpendentes, et apud ſe reputantes, procedant *Commiſſarii*, Onus Executionis Literarum Commiſſionalium in ſe ſuſcipientes, *ſecundùm Conſcientiæ Puritatem*; de *quâ* plurimùm *Eis*, in hâc parte, *Judex* confidit: et, *ob Reverentiam Domino committenti debitam*, oportet eoſdem *Commiſſarios*, hâc in parte, *Vices* JUDICIS gerentes, tali dum Munere fungerentur, *Officium ejus* integrè et fideliter adimplere, ac Provinciam ſibi conceſſam benè adminiſtrare:

4 Sint ergo *Partibus utrinque* plani, libentes, æqui, *et* honeſti, *ſine* Præjudicio, *vel* in *alteram Partem* declinando. Vide §. 6, 7, 8. *hujus Tituli*, et *Obs*. infrà, ſub *lit*. (n).

(e) 1 *Conjunctim et diviſim*.] Sic habetur in Formulis Literarum Commiſſionalium, in *Curiis Eccleſiaſticis*, præterquam in *Curiâ Delegatorum*: etenim inde ita diriguntur hujuſmodi Commiſſiones: *Vobis, ſeu aliquibus veſtrum duobus, vel pluribus.*

2 Unus enim e *Judicibus Delegatis*, diviſim, et ipſe ſolus, non omninò (niſi ex Conſenſu Partium hincinde, qui tollit Errorem) procedere poteſt; ex eo quòd, in tenore Commiſſionis originalis, *Delegationis Regiæ*, requiritur, hoc modo (nempe) *Quatenus Vos Omnes, aut Duo veſtrûm, ad minùs, in omnibus Actis ordinariis, in dictâ Cauſâ, expediendis, procedatis.*

(f) 1 *Talibus diebus et loco*.] Cùm exequenda ſit, *in partibus tranſmarinis*, fieri ſolet hujuſmodi *Commiſſio*, pro receptione, juramenti præſtatione, et examinatione Teſtium, *quibuſcunque diebus, a tali die, talis menſis* (poſt datum Commiſſionis) *uſque talem diem menſis cujuſlibet ſubſequentis* (juxta loci diſtantiam) Diebus *Dominicis*. et *Feſtivis* exceptis; ad ſedendum in *Eccleſiâ Cathedrali*, ſeu *Conſiſtorio* (nonnunquam in loco Prætoriali, Tribunali, ſeu ſolito Judiciali Civitatis, aut Oppidi) *cum poteſtate continuationis, et prorogationis dierum extunc, et etiam loci.*

2 Et, non raro quidem, *hiſce Commiſſionibus* (in quibus aliqui ſtati dies, pro eorundem Expeditione, præſcribi non poterint, tempus autem magìs indefinitum, infra talem, ſcilicet, et talem menſem, aſſignatur) ſi petatur per *Procuratorem* Partis adverſæ (propter Incertitudinem hujuſmodi) *Subſtitutum ſuum certiorem fieri, de tempore Executionis hujuſmodi*: Clauſula ſit *in Commiſſione* inſerenda, ad *hunc* effectum, videlicet:

3 *Factâ priùs Notitiâ, per triduum, ante præſentationem et acceptationem hujuſmodi Commiſſionis*, N. *apud talem locum* [haud procul a loco in Commiſſione, pro Expeditione ejuſdem, deſignato]

4 Vel ſic: *Ita tamen ut data ſit Notitia cuidam* N. [infra talem locum commoranti] *de certo tempore incipiendi Proceſſus, ſuper Executione hujuſmodi Commiſſionis, per triduum, antequàm aliquis Proceſſus deſuper erit factus.*

(g) 1 *Aſſumpto quocunque Notario Publico indifferenti*.] Stylum *Almæ Curiæ* de ARCUBUS, ex antiquis, hoc modo, fuiſſe patet, nempe; *Noſtro aſſumpto, in Actuarium, ſeu alio quocunque Notario Publico indifferenti, per eum nominando.*

2 Ad ſimilem etiam effectum, exprimitur in Literis Commiſſionalibus, e *Curiâ* DELEGATORUM REGIORUM, ſcilicet; *Aſſumpto Vobis quocunque Notario Publico, Partibus indifferenti, per* A. B. *Notarium Publicum, ſupremæ Curiæ noſtræ Delegatorum Regiorum Regiſtrarii Deputatum, ſubſtituendo, in Actorum veſtrorum, in hâc parte, Scribam, ſeu Regiſtrarium:*

3 Et deinde, in pedem ejuſdem Commiſſionis, ita

Prorogatur *Probatorius.*

Monetur *Procurator.*

hujuſmodi Proceſſum (*h*); *et prorogamus Terminum Probatorium in eundem diem*; *ac monemus Procuratorem Partis adverſæ ad tunc et ibidem intereſſendum* (*i*).

Proteſtatio Procuratoris Rei diſſentientis, tempore *Conceſſionis Commiſſionis*, pro Teſtium Examinatione.

IV. Reus: *Diſſentio omnibus et ſingulis geſtis, tam per Dominum Judicem, quàm per Partem adverſam*; *et proteſtor de Nullitate eorundem, et* (*ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc*) *de dicendo contra hos Teſtes, et eorum Dicta et Depoſitiones, ac Perſonas, ſi et quatenus depoſuerint contra Intentionem Domini mei*;

Petitio pro *Interrogatoriis* miniſtrandis;

et peto eoſdem Teſtes examinari ſuper Interrogatoriis (*l*) *quibuſcunque, per me, vel per Dominum meum, Commiſſioni annectendis, vel* (diebus aſſignatis ad expediendam dictam Commiſſionem) *coram Commiſſariis, in partibus, miniſtrandis*;

Deque Teſtibus *cauſas Scientiarum* reddendis;

et peto quòd reddant veras Cauſas (*m*), *et concludentes, Scientiarum ſuarum, in ſingulis eorum Dictis reddendis*;

Secùs; *Proteſtatio* Nullitatis.

alioquin proteſtor de Nullitate eorum Examinationis,

Annuit *Judex.*

V. Judex: *Decernimus.*

Commiſſarios nominant *hinc inde* Procuratores;

VI. His diebus, ſolent Procuratores *hincinde* nominare *Commiſſarios*, ex quibus Judex eligere ſolet *quatuor*; duos (videlicet) per *unam Partem*, et duos per *alteram Partem* nominatos:

Quos *olim* Judex.

VII. Judex tamen (et non Partes) ab antiquo, ſolebat nominare *omnes Commiſſarios*; et tunc plerúmque fuerunt *Partibus* indifferentes:

Reprehenſio in *Commiſſarios*, Partium ſtudioſos.

VIII. Secùs autem nunc; nam *Partes* ſolent nominare *Commiſſarios ſibi amiciſſimos*; et ita communiter non dicuntur *Commiſſarii Judicis*, ſed *Partium*; et gerunt ſe ut *Partes*, in Teſtibus examinandis; et eorum Dicta ſæpe ſignificant *Partibus*, priuſquam *Publicatio*

OBSERVATIONES.

ita ſubſcribitur: *Et Ego* A. B. *Notarius Publicus ſupramentionatus, variis Negotiis impeditus, Dilectum mihi in Chriſto* C. D. *Notarium Publicum, pro Expeditione hujuſmodi Commiſſionis, Vice loco et nomine meis, nomino et ſubſtituo, per præſentes.*

4 Cùm autem aliquando Commiſſio, pro Teſtium Examinatione, dirigenda ſit *Gubernatori*, ejuſve *Deputato*, *Magiſtratibus*, ſive *Juſdicentibus* Provinciæ cujuſlibet hujus Inclyti Regni, *partibus in tranſmarinis*; vel alibi gentium, ubi *Copia Notariorum* deſideratur, hiſce Verbis utimur: *Aſſumpto Vobis*, &c. *quocunque Notario Publico, partibus prædictis indifferenti, vel* (*eo deficiente*) *duobus Teſtibus, in Actorum veſtrorum, in hâc parte, Scribam, ſeu Scribas, et Regiſtrarium:*

5 Aliter, ubi *non* ſit, *in partibus tranſmarinis, Paucitas Notariorum*, ſic, Stylo, loquitur: *Aſſumpto Vobis quocunque Notario Publico fide digno, ad præſentium Executionem, Partibus prædictis indifferenter favente, Arbitrio veſtro eligendo, in Veſtrorum, in hâc parte, Actorum Scribam, ſeu Regiſtrarium.*

(h) *Ad tranſmittendum hujuſmodi Proceſſum.*] Scilicet; Commiſſionem, unacum Actis, Depoſitionibus, et integro Proceſſu deſuper habito et facto.

(i) *Ad tunc et ibidem intereſſendum.*] Vide *Obs.* ſuprà, ſub *lit.* (c).

(l) *Et peto eoſdem Teſtes examinari ſuper Interrogatoriis*, &c.] Vide *Tit.* 80. §. 9, 10, 11. et *Tit.* 84. *per totum.*

(m) *Et peto quòd reddant veras cauſas*, &c.] Vide ſimilem petitionem in *Tit.* 80. §. 9. Vide etiam *Tit.* 84. §. 4, 5.

I

licatio fuerit facta; etiam aliquando ante *Productionem* omnium Teſtium (*n*).

Interrogatoria quomodo Commiſſioni ſint annectenda?

IX. Et *nota*; quòd ſi PROCURATOR (*contra quem* conceſſa erat dicta *Commiſſio*) non intendit intereſſe *Expeditioni dictæ Commiſſionis*; nec miniſtrare *Interrogatoria* tempore *Expeditionis Commiſſionis*; poteſt *quæcunque Interrogatoria* dare *Regiſtrario* JUDICIS *concedentis Commiſſionem*; et *ipſe* tenetur *eadem* annectere *Commiſſioni*; et *Commiſſionem*, unà cum *dictis Interrogatoriis*, ita Sigillo aliquo Authentico communire, ut *dicta Interrogatoria*, nec *per* Partem adverſam, nec *per* aliquem alium, *inſpici* aut *legi* valeant, antequam *Commiſſio* prædicta, prædictis *Commiſſariis*, fuerit *præſentata*, et per eos *aperta*.

Quæ, ſi vult, *Pars* ſubtrahere poteſt, et *alia* miniſtrare, *coram Commiſſariis*.

X. Et *nota*; quòd licèt PARS REA, modo præmiſſo, annecti curavit *Interrogatoria quæcunque* dictæ *Commiſſioni*; tamen poteſt, ſi vult [præſertim ſi interfuerit tempore, *Productionis Teſtium*] aut *dicta Interrogatoria annexa* ſubtrahere, aut *eadem*, et *alia quæcunque* miniſtrare, *coram Commiſſariis, in partibus*.

Proteſtatio Procuratoris Rei, tempore *Conceſſionis* Commiſſionis, eſt perquàm *neceſſaria*. (Ratio)

XI. Et, ultimò, *nota*; quòd dicta PROTESTATIO *Procuratoris* PARTIS REÆ, tempore *Conceſſionis Commiſſionis*, eſt admodùm *neceſſaria*; nam ſi nec *idem Procurator*, nec *Pars ſua* intereſſe curaverit, tempore *Expeditionis* dictæ *Commiſſionis*, et *Productionis Teſtium* in partibus, ita ut producantur in *ejus Abſentiâ*, ac in *pœnam Contumaciæ*, a viris doctiſſimis audivi, ac ita adjudicari novi, quòd *eadem Pars* non poterit *excipere* (*o*) contra hujuſmodi *Teſtes*, ſic *receptos* in *pœnam Contumaciæ*.

XII. Et

OBSERVATIONES.

(n) 1 *Eorum Dicta ſæpe ſignificant Partibus, &c. ante Productionem omnium Teſtium.*] Debent *Commiſſarii* Teſtes *indifferenter* examinare: Nequaquàm verò ſecretè cum Partibus (inceptâ Examinatione) conferentes; nec quicquid, ante Publicationem, publicantes; vel Partibus privatè dicentes, aut intimantes; et olim, *propter talia*, puniendi fuerunt, in *Camerâ Stellatâ*, per *Mulctam*, et *Incarcerationem*.

2 Nonnunquam autem, hiſce diebus, *Examinatorum fidei* committitur hujuſmodi Teſtium *Examinatio*, eo modo quo fieri ſolet etiam in Teſtium *Examinatione* penes *Regiſtrum*:

3 Nimirum; ipſe quando Regiſtrarius aliter non præpeditus, ejuſve Deputatus, aut alius Examinator (Notarius Publicus legalis, diſcretus, probus, hincinde Partibus indifferens, et in hujuſmodi Munere perfungendo qui ſit apprimè verſatus, et gnaviter expertus) hoc Officium obire voluerit, emanare ſolent *Commiſſiones* (ad petitionem Procuratoris) *ſpeciales* ex JUDICIS Mandato, *pro Teſtium Examinatione ſecretè*; Commiſſariis (nempe) ſemotis:

4 Cui *Notario* DOMINUS JUDEX (tenore Commiſſionum hujuſmodi) committit poteſtatem et authoritatem *ad ſecretè examinandum omnes Teſtes* (ſcilicet, per eoſdem Commiſſarios, *prius* admiſſos, *et* juratos) *de et ſuper admiſſis Poſitionibus, et Articulis, necnon Interrogatoriis, ex adverſâ parte, miniſtrandis* (ſi quæ eadem Pars miniſtrare curaverit) *abſque præſentiâ dictorum Commiſſariorum, aut eorum alterius*; et *ad eorum Depoſitiones* (ſi Notarius non ſit ipſe Regiſtrarius, ejuſve Deputatus) *ſecretè obſigillandum*; ſi verò Regiſtrarius, aut Deputatus ſit Examinator, hæc ſunt Verba [*et ad eorum Depoſitiones ſecretò, in Regiſtro Curiæ, cuſtodiendum, donec et quouſque eorum Dicta et Depoſitiones publicentur*] *repetitis ſive recognitis Dictis et Depoſitionibus eorundem Teſtium, coram Commiſſariis, eiſdemque, pro veris, agnitis.*

(o) *Non poterit excipere.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 80. ſub. *lit.* (r).

Proteſtatio tempore Conceſſionis Commiſſionis, eſt ad inſtar Proteſtationis tempore Productionis Teſtium.

XII. Et ideo dicta PROTESTATIO, tempore *Conceſſionis Commiſſionis* [videlicet; *Diſſentio omnibus et ſingulis geſtis, tam per Dominum Judicem, quàm per Partem adverſam*; et *proteſtor de nullitate earundem; et proteſtor ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc, de dicendo contra hos Teſtes, et eorum Dicta, et Perſonas*] eſt admodùm *neceſſaria*; et habet eundem effectum, atque PROTESTATIO facta tempore *Productionis Teſtium.*

Examinatio vigore *Commiſſionis.*

Subſtitutio Procuratoris.

TITULUS LXXXVII.

De Tenore SUBSTITUTIONIS *alicujus, per Procuratorem Originalem* (*in* ejus *loco*) *ſi ipſe Procurator non poterit* perſonaliter *intereſſe tempore* Expeditionis Commiſſionis, *pro Teſtium Examinatione.*

Subſtituendi Poteſtas datur in Procuratorio Originali.

I. IN TITULO, *Quid ſit* PROCURATORIUM, *ad Lites* (*a*), &c. dicitur; Quòd *in omni Procuratorio,* ſeu *Mandato, dato* per *Clientem,* conceditur POTESTAS *Procuratori,* quoties eum abeſſe contigerit, *alium, loco ſuo, ſubſtituendi* (*b*):

Tenor *Subſtitutionis* alterius, per *Procuratorem Originalem,* Cui, *Commiſſionis Expeditioni,* non vacat adeſſe:

II. Ideo *Procuratores,* tam ACTORIS, quàm REI (ſi non fuerint conducti, per eorum Clientes, *ad intereſſendum Expeditioni Commiſſionis*) ſolent *ſubſtituere,* eorum loco, unum, vel plures Notarios, ſeu Literatos (commorantes in illis partibus, in quibus expedienda ſit Commiſſio) *ad agendum, pro eodem Procuratore, omnia et ſingula circa Expeditionem dictæ Commiſſionis neceſſaria, et de Jure requiſita, et quæ ipſe Procurator faceret, aut facere potuiſſet, ſi præſens perſonaliter interfuiſſet:*

Ratihabitio ejuſdem:

III. Et in hâc SUBSTITUTIONE *Procurator ſubſtituens* tenetur addere; *ſe gratum, et ratum habiturum, totum et quicquid dictus ejus Subſtitutus fecerit, in præmiſſis:*

Quomodo *ſigillanda?*

IV. Et hæc SUBSTITUTIO debet ſigillari *Sigillo* aliquo *Authentico* (*c*); et *Parti* tradi (*d*), ſeu deſtinari; unà cum *Inſtructionibus* (*e*), et *Interrogatoriis,* in his caſibus, requiſitis.

Cui *tradenda?*

Præcipuè cavendum eſt, *de Subſtitutione competenti.*

V. Et hìc notandum eſt; Quòd ſi nec *Procurator* Originalis *Partis adverſæ,* nec ipſa *Pars adverſa* interfuerit, tempore *Expeditionis Commiſſionis*

OBSERVATIONES.

(a) (b) *In Titulo, Quid ſit Procuratorium, ad Lites,* &c.] Vide *Tit* 48. §. 1.

(c) *Debet ſigillari Sigillo aliquo Authentico.*] Hodie verò, *Nobiſcum,* fieri ſolet *Subſtitutio,* ſub *Manu* et *Sigillo Procuratoris Originalis,* ſolummodo *firmata.*

(d) *Parti tradi.*] Id eſt; *Clienti* dicti Procuratoris.

(e) *Unà cum Inſtructionibus.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 91. ſub *lit.* (c).

Commiſſionis ſui *Adverſarii*; ſed *alius* [prætendens ſe *Subſtitutum dicti Procuratoris Rei*] et exhibuerit aliquam *Subſtitutionem*, nomine *Procuratoris* ejuſdem *Rei*; quòd maximè expedit *Procuratori Actoris* (*f*) diligentem habere Curam, *ut* SUBSTITUTIO *prædicta ſit ſufficiens* (*g*), *et authentica:* Examinatio vigore *Commiſſionis.*

VI. Nam *aliàs* omnia geſta [in præſentiâ *Subſtituti* ſuppoſititii, *ſeu* non legitimi] de JURE, ſunt nulla; et non obſunt ADVERSARIO, nec proſunt ACTORI. *Ratio:* Acta, in præſentiâ *Subſtituti minùs legitimi*, non valent.

OBSERVATIONES.

(f) *Expedit Procuratori Actoris.*] Etiam et *Rei*, cùm *Reus* producit *Teſtes* contra *Actorem*.

(g) *Sit ſufficiens.*] Exceptio, *Falſi Procuratoris*, valet.

TITULUS LXXXVIII.

De formâ præſentandi COMMISSIONEM, *pro Teſtibus examinandis*, coram COMMISSARIIS, *et* acceptandi *Onus Executionis ejuſdem.* Præſentatio Commiſſionis.

I. PARS, quæ intendit producere TESTES, poſtquam obtinuit *Commiſſionem*, ſub Sigillo JUDICIS qui eandem conceſſit, adibit (per ſe, *vel* alium ejus nomine) COMMISSARIOS conſtitutos, curabitque ut accedant ad *Locum* conſtitutum, *aliquo die aſſignato in Commiſſione:* *Obtinens Commiſſionem* adire debet *Commiſſarios* ut interſint *Executioni:*

II. Erga *quem diem*, rogandi ſunt TESTES, quos intendit producere, *ad-tunc intereſſendum:* *Teſtes* rogandi:

III. Et coram eiſdem COMMISSARIIS, ſedentibus unà cum NOTARIO, etiam ad hoc requiſito et parato, *in Loco aſſignato in Commiſſione* [hoc eſt, in Choro, *ſeu* Cancello Eccleſiæ Cathedralis (*a*), *et quandoque* Parochialis] PROCURATOR *obtinens Commiſſionem*, ſeu PARS *principalis*, vel SUBSTITUTUS *legitimus dicti* PROCURATORIS *Originalis*, dicet, ut ſequitur: *Notarius*, in promptu, *parandus:* Sedentibus *Commiſſariis*, *Pars*, *ſeu Procurator*, ejuſve *ſubſtitutus*, coram adſit.

IV. *Ex parte* VENERABILIS *et* EGREGII VIRI DOMINI OFFICIALIS PRINCIPALIS ALMÆ CURIÆ CANTUARIENSIS Forma *præſentandi Commiſſionem*, pro *Teſtium* Examinatione:

OBSERVATIONES.

(a) *In Choro, ſeu Cancello Eccleſiæ Cathedralis.*] Aut aliquando in *loco Conſiſtoriali* ibidem.

Examinatio vigore *Commiſſionis.*

ENSIS *de* ARCUBUS [ſi Commiſſio fuerit conceſſa per *Officialem* (*b*) dictæ *Curiæ*] vel [ſi Commiſſio impetrata fuerit a Curiis *Audientiæ* (*c*), ſeu *Prærogativæ*] *Ex parte* REVERENDISSIMI (*d*), *in* CHRISTO PATRIS *ac* DOMINI DOMINI CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI, *præſento Vobis has Literas Commiſſionales, unà cum Libello annexo* [*ſeu* Materiâ Allegatione, *vel* Exceptionibus annexis] *et peto quatenus dignemini acceptare, in Vos, Onus Executionis Commiſſionis hujuſmodi, et decernere procedendum fore, juxta vim, formam, tenorem, et effectum ejuſdem.*

Commiſſio, per Notarium, *publicè perlegenda.*

V. Tunc dicti COMMISSARII accipient hujuſmodi Commiſſionem, *in eorum manus*, et eam, *publicè legendam*, tradent NOTARIO antedicto; quâ, per *eum*, verbatim et *publicè perlectâ*, COMMISSARII dicent:

Modus *Acceptationis*, Oneris, Executionis *Commiſſionis.*

VI. *Nos, ob* HONOREM [ſi, ut præfertur, REVERENDISSIMUS ſit committens] vel [ſi Nomine JUDICIS *de* ARCUBUS Commiſſio fuerit conceſſa et concepta] *Nos, ob* REVERENTIAM *committentis, Onus Executionis hujuſmodi Commiſſionis, in Nos, acceptamus* (*e*); *ac decernimus procedendum fore juxta vim, formam, tenorem, et effectum ejuſdem; et hunc Notarium Publicum in Actorum noſtrorum, in hâc parte, Scribam aſſumimus,*

Aſſumptio *Notarii*, in Actorum Scribam.

Præcaveant *Commiſſarii*, quem aſſumant in *Notarium*:

VII. Hìc rogandi et admonendi ſunt COMMISSARII, ut Curam habeant, *quem* NOTARIUM, in hâc parte, *aſſumant*; niſi fuerit REGISTRARIUS *Curiæ* (*f*), vel aliquis *per eum* DEPUTATUS:

Ne ſit *propenſus* in *alteram Partem.*

VIII. Nam aliquando obtinens Commiſſionem producit NOTARIUM, *ſibi* AMICISSIMUM, et *Partis adverſæ* INIMICUM, et EUM *aſſumi* petit:

IX. Et

OBSERVATIONES.

(b) *Conceſſa per Officialem.*] Omnes enim *Commiſſiones* (ut et reliqui Judiciarii Proceſſus quicunque) in *Almâ Curiâ* de ARCUBUS, emanare ſolent, *Nomine*, et *Stylo* ejuſdem Curiæ *Officialis Principalis.* Vide *Tit.* 16. et *Obs. ibid.* ſub lit. (a) (b).

(c) *Audientiæ.*] Vide *Tit.* 17.

(d) *Ex parte Reverendiſſimi.*] Quia omnes *Commiſſiones*, in *Curiâ* PRÆROGATIVÆ CANTUARIENSIS, emanant Nomine, et Titulo *Cantuarienſis Archiepiſcopi.* Vide *Tit.* 18.

(e) *Onus Executionis hujuſmodi Commiſſionis, in Nos, acceptamus.*] Et ſi ex *Commiſſariis* [in Literis Commiſſionalibus, *conjunctim et diviſim*, nominatis] *aliqui abſint*, poſſunt *præſentes* acceptare, et reſervare Poteſtatem *abſentibus* acceptandi; et *tum* (durante Termino, in eiſdem Literis, præſcripto) *abſentes* (vel eorum aliquis) poſſint acceptare, et procedere, vel *ſimul* cum *primò præſentibus*, vel *ſoli.*

(f) *Regiſtrarius Curiæ.*] Hìc inſeritur, in *MS. Antiq.* " Nam, in eo caſu, non datur *Commiſ-* " *ſariis* Electio *Notarii Publici*, quem *concedens* " *Commiſſionem* conſtituit *Notarium.*

IX. Et ideo (*g*), in omni Commiſſione, datur *Poteſtas* COMMISSARIIS *aſſumendi* NOTARIUM PUBLICUM (*h*), *quemcunque*, *Partibus* INDIFFERENTEM. Poteſtas aſſumendi in *Commiſſariis.*

OBSERVATIONES.

(g) *Et ideo.*] Scilicet; ut Notarius probus, *et* indifferens aſſumatur [*cùm* Regiſtrario, *ejuſve* Deputato, *Commiſſionis Expeditioni adeſſe non vacaverit*] datur Poteſtas aſſumendi *Commiſſariis.*

(h) *In omni Commiſſione, datur Poteſtas Commiſſariis aſſumendi Notarium Publicum.*] Vide de hoc, *Obs.* in *Tit.* 86 ſub *lit.* (g) 1, 2, 3, 4, 5.

Examinatio vigore *Commiſſionis.*

TITULUS LXXXIX.

De modo procedendi, *poſt* Acceptationem *Oneris Executionis* COMMISSIONIS, *pro Teſtium Examinatione*, *ſi* neque *Pars Adverſa*, nec *ejus Procurator*, nec *Subſtitutus a dicto Procuratore* comparuerit.

Executio Commiſſionis.

I. SI PROCURATOR ORIGINALIS (*a*) [*Partis Obtinentis Commiſſionem*] fuerit *præſens*, omnia ſequentia ſunt, *ſuo Nomine*, peragenda (*b*) et expedienda; quemadmodum geri et expediri debuiſſent, ſi idem PROCURATOR, *præſens* fuiſſet, coram *ipſo* JUDICE (*c*). Quid faciat *Ipſe Procurator* Obtinentis Commiſſionem, *poſt Acceptationem Executionis?*

II. Sed ſi ſequentia expedienda ſunt per SUBSTITUTUM *dicti* PROCURATORIS *Originalis* (quod plerúmque agitur) tunc idem SUBSTITUTUS tenetur, primò et ante omnia, exhibere ſpecialem et authenticam SUBSTITUTIONEM (*d*), ſibi a dicto *Originali* PROCURATORE conceſſam, et *ſe Partem pro eodem facere.* Quid *Subſtitutus* Procuratoris? *Subſtitutio* exhibenda.

III. Si verò infrà ſcripta ſunt facienda per *ipſam* PARTEM PRINCIPALEM, tunc fiant omnia *ſub* PROTESTATIONE, *de non revocando Procuratorem Originalem, aliàs conſtitutum*; vel *de non revocando Mandatum Procuratorium, eidem conceſſum:* vel *citra revocationem Procuratoris, aliàs, conſtituti:* Quid agat *Pars Principalis*, propriâ perſonâ? Fiat *Proteſtatio*, de *non revocando* Procuratorem:

IV. Nam

OBSERVATIONES.

(a) *Procurator originalis*] Id eſt; Ille Procurator cum quo Lis fuit conteſtata.

(b) *Omnia ſequentia ſunt, ſuo nomine, peragenda*] Videlicet; *ea* quæ narrantur in §. 7, 11, 12, 15 16, et 20. *hujus Tituli.*

(c) *Coram ipſo Judice.*] Quæ gerenda ſunt per Procuratorem, coram Judice, circa Teſtium Productionem; Vide *Tit.* 76. §. 1, 2, 8. *Tit.* 77. §. 1, 3. *Tit.* 78. §. 1. *Tit.* 80. §. 3. 4, 14, 15. *Tit.* 79. §. 1.

(d) *Specialem et authenticam Subſtitutionem.*] De ſpeciali Subſtitutione hujuſmodi; Vide *Tit.* 87. §. 4, 5. et *Obs. ibid.*

Revocatio Procuratoris fit, ſi quid *Pars* petat, *ſine* Proteſtatione, *de non revocando:*

IV. Nam ſi PARS PRINCIPALIS quicquam, *ſuo nomine,* geſſerit, vel Petitiones a JUDICE obtinuerit (*e*), ſi factæ non fuerint *citra revocationem Procuratoris aliàs per eum conſtituti,* eo ipſo, *revocatur* Poteſtas, et Mandatum aliàs *ejus* PROCURATORI datum:

[Quæritur autem ex *vi verborum* Procuratorii]

V. [Sed *quære;* quia in omni Procuratorio, datur Poteſtas per conſtituentem, *quoties adeſſe, vel abeſſe contigerit,* alium ſubſtituere.]

His benè *perpenſis,* perge *reliqua.*

VI. Omnibus (modo præmiſſo) obſervatis, in hunc modum [*poſt Acceptationem Commiſſionis*] eſt procedendum:

Forma *Accuſationis Contumaciæ Procuratoris Adverſarii* (aliàs moniti) *non* comparentis.

VII. *Ego accuſo Contumaciam* M. *Procuratoris* (*f*) *Partis* (*ex adverſò*) *principalis, in dictis Literis Commiſſionalibus nominati, aliàs judicialiter moniti ad intereſſendum iſtis die et loco* (*ſi ſuum putaverit intereſſe*) *Teſtes quoſcunque, ex parte* N. *Domini mei, ſuper Libello Commiſſioni annexo, produci, admitti, et jurari viſuri, et non curantis intereſſe*; *quare peto eum reputari* (*g*) *Contumacem*;

Productio *Teſtium,* in *pœnam Contumaciæ.*

et, in pœnam hujuſmodi ſuæ Contumaciæ, M. N. *et* O. *ſuper Libello, Commiſſioni annexo, in Teſtes produco* (*h*), *quos recipi, admitti, ac Juramento onerari peto.*

Præconizatio *Procuratoris,* ex adversò.

VIII. Tunc COMMISSARII facient PROCURATOREM REI (*i*) publicè, *trinâ vice*; præconizari; et ſi nec IPSE, nec ejus CLIENS, nec SUBSTITUTUS a *Procuratore* comparuerit, COMMISSARII dicent:

Admiſſio *Teſtium,* in *Pœnam Contumaciæ.*

IX. NOS, *ad Petitionem* N. *pronunciamus* M. *Procuratorem Partis adverſæ Contumacem, et, in pœnam ſuæ hujuſmodi Contumaciæ* M. N. *et* O. *admittimus in Teſtes:*

Forma *Juramenti Teſtium.*

X. Et tunc deferendum eſt eis JURAMENTUM, more ſolito [ut in Titulo, *De Productione Teſtium* (*l*), *et de formâ Juramenti eis deferendi,* &c.] ac poſtea, ſecretè et ſigillatim, eos examinabit *Notarius Publicus,* in præſentiâ *Commiſſariorum* (*m*), ſeu *alicujus* eorum (*n*).

Modus *Examinationis.*

Quid de *Teſtibus abſentibus?*

XI. Tunc PROCURATOR, ſi habuerit *plures* TESTES *producendos* (quos rogavit ad tunc intereſſendum) ſi non venerint, dicet:

XII. *Allego*

OBSERVATIONES.

(e) *Vel Petitiones a Judice obtinuerit.*] Imò, ſi coram eo petitionem fecerit: Vide *Tit.* 91. §. 5.

(f) *Accuſo Contumaciam* M. *Procuratoris.*] Hìc additur in *MSS.* "Nota quòd Contumacia "*Procuratoris,* et non *Partis* eſt accuſanda: "Quia ipſe *Procurator* (et non *Pars*) fuit, per "Judicem concedentem Commiſſionem, mo"nitus *ad intereſſendum.*

(g) *Reputari*] Aliàs legitur; "*Pronunciari.*

(h) *In Teſtes produco*] De Teſtium Productione, Vide etiam *Tit.* 80. §. 4.

(i) *Procuratorem Rei.*] Hæc adjiciuntur in *MSS.* "Igitur neceſſarium eſt, ut in omni Com"miſſione fieret Mentio dicti Procuratoris, ut "Commiſſarii ipſum *nominatim* poſſint præco"nizari mandare.

(l) *Ut in Titulo, De Productione Teſtium,* &c.] Vide *Tit.* 80. §. 6, 7, 8.

(m) *In præſentiâ Commiſſariorum.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 86. ſub *lit.* (n) 2, 3, 4.

(n) *Seu alicujus eorum.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 88. ſub *lit.* (e).

Modus petendi *Compulſorium*, in pœnam *Procuratoris Adverſarii.*

XII. *Allego* P. Q. *et* R. *eſſe Teſtes Parti meæ neceſſarios, ad probandum contenta in Libello* [vel *Materiâ Commiſſioni annexâ*] *et fuiſſe requiſitos ad comparendum, iſtis die et loco, ad perhibendum Teſtimonium, in hâc Cauſâ; et quòd (oblatis iis Viaticis, et Expenſis) recuſârunt venire* (*o*)*: Quare accuſo Contumaciam* M. *Procuratoris prædictæ Partis adverſæ, moniti* (ut (*p*) priùs) *et non curantis intereſſe; et peto eum reputari Contumacem; et, in pœnam ſuæ hujuſmodi Contumaciæ, decerni, ipſos Teſtes eſſe compellendos* (*q*) [erga talem diem] *ad perhibendum Teſtimonium.*

Præconizatio *Procuratoris*, ex adversò:

XIII. Tunc [fide factâ (*r*), per hujuſmodi Procuratorem petentem Compulſorium (ſeu per alium Nuncium ſpecialem, deſtinatum ad requirendum Teſtes, et inde ad faciendum fidem) de requiſitione Teſtium, et de veritate hujuſmodi Allegationis] COMMISSARII præconizari facient, *trinâ vice*, PROCURATOREM *antedictum*; quo præconizato, et non comparente, *Iidem* COMMISSARII dicent:

Decernitur *Compulſorium*, in pœnam *Contumaciæ.*

XIV. *Pronunciamus* M. *Procuratorem dictæ Partis adverſæ, Contumacem, et, in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi, decernimus dictos Teſtes compellendos fore* [erga talem Diem.]

Ne pereat autem *Commiſſio*, ante relationem *Compulſorii*;

XV. Deinde PROCURATOR *Actoris* (ne *Dies in Commiſſione aſſignati* labantur, *ante* Executionem *et* Certificationem hujuſmodi *Compulſorii*) dicet inſuper:

Accuſanda eſt *Contumacia* Procuratoris, ex adversò;

Petenda eſt *Prorogatio* Commiſſionis, in *pœnam*:

XVI. *Accuſo Contumaciam* M. *Procuratoris Partis adverſæ, moniti* (ut (*ſ*) priùs) *et non curantis intereſſe; quare peto eum reputari Contumacem; et in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi, diem, et locum, pro ulteriori Expeditione hujuſmodi Commiſſionis, continuari et prorogari* [in talem diem, et locum.]

Præconizatio *Procuratoris* Adverſarii:

XVII. Tunc COMMISSARII, in pœnam *Contumaciæ* dicti *Procuratoris*, factâ priùs, pro *eo*, publicâ *Præconizatione*, trinâ vice, dicent: *Pronunciamus* M. *Contumacem, et, in pœnam Contumaciæ hujuſmodi,*

OBSERVATIONES.

(o) 1 *Recuſârunt venire.*] Adde; "Seu ſaltem non veniunt. *MSS.*

2 Vel (ut dicimus, in Actis) Venire recuſârunt, niſi compulſi.

(p) *Moniti, ut priùs.*] In §. 7. hujus Tituli.

(q) 1 *Decerni ipſos Teſtes eſſe compellendos.*] Poteſtatem habent Commiſſarii *ad Teſtes compellendos*; Committentis etenim ſunt Miniſtri, eumque repræſentant:

2 Sed aliquando (pro celeriori Commiſſionis Expeditione) juxta praxim uſitatam, ab *ipſo Judice* (niſi in Commiſſionibus, ſeu Requiſitionibus, ſub mutuæ Viciſſitudinis obtentu) tempore Commiſſionis pro Teſtium Examinatione, decernitur hujuſmodi Compulſorium, et *ſub Sigillo Judicis* emanare ſolet, contra tales Teſtes, in eodem nominatos, *ad comparendum talibus diebus* (in Literis Commiſſionalibus, pro earundem Executione, mentionatis et præfixis) *coram eiſdem Commiſſariis.* Prout in Formulis.

(r) *Tunc fide factâ.*] Hoc caſu, juxta Praxin hodiernam, non omnino neceſſarium eſt, ad faciendum fidem in vim Juramenti. Vide *Obs.* in *Tit.* 76 ſub *lit.* (c) ( ) (c).

(ſ) *Moniti, ut priùs.*] Nempe; prout ante dictum eſt, in §. 7. *hujus Tituli.*

Prorogatio Commiſſionis, in *pænam* :

hujuſmodi, *prorogamus ulteriorem Commiſſionis hujuſmodi Expeditionem uſque in* [talem diem, et tales horas ejuſdem diei] *et ad* [talem locum] erga quos PARS *petens* PROROGATIONEM credit, *ſe* poſſe facilè curare, ut TESTES *ejus* interſint :

Omiſſâ *Prorogatione*, in *pænam* Procuratoris, *Is* non efficitur *Contumax* :

XVIII. Nam ſi hæc PROROGATIO non fieret, idque in *pænam* CONTUMACIÆ *Procuratoris* Partis adverſæ, *idem Procurator*, lapſis diebus *aſſignatis in Commiſſione*, non eſſet CONTUMAX die et loco *prorogatis* :

Factâ *Prorogatione*, in *pænam*, fit *Contumax*.

XIX. Sed ex PROROGATIONE, *ſi non comparuerit*, efficitur et erit CONTUMAX, perinde ac ſi omnia expedita fuiſſent *in ipſis* diebus, et loco, *limitatis in Commiſſione*.

N. B. Nil fit *petendum*, aut *decernendum*, in Abſent â *Procuratoris*, *ex adverſò*; niſi in pœnam *ejus Contumaciæ*.

XX. Generaliter nota; nihil eſſe *petendum*, per PROCURATOREM *ad cujus Inſtantiam conceſſa erat Commiſſio*, nec quicquam per COMMISSARIOS *decernendum*, niſi id fiat in *pænam* CONTUMACIÆ *accuſatæ* PROCURATORIS *Partis adverſæ*, modo præmiſſo, *publicè præconizati*, et pro *Contumace pronunciati*.

Examinatio vigore *Commiſſionis*.

Executio Commiſſionis.

TITULUS XC.

De Petitione *Procuratoris obtinentis* COMMISSIONEM, *pro Teſtium Examinatione*, ſi *Procurator Partis adverſæ*, aut *ejus Subſtitutus*, fuerit præſens, *tempore* Expeditionis *ejuſdem* COMMISSIONIS.

Quid faciat Procurator *Obtinentis Commiſſionem*, quando Procurator *Adverſarii*, ejuſve Subſtitutus *præſens* fuerit ?

I. SI PROCURATOR [*Partis Adverſæ*] vel ejus SUBSTITUTUS legitimus, *præſens* fuerit, tempore Expeditionis Commiſſionis, PROCURATOR ACTORIS præſentabit Commiſſionem (*a*); et COMMISSARII acceptabunt (*b*) *Onus Executionis* ejuſdem ; et *cætera* facient (*c*), *prout in præcedenti Titulo continetur*.

Subſtitutio qualis *exhibenda* ſit ?

Cujus *in præſentiâ* fiat *Teſtium Productio*,

II. Et ſi PROCURATOR *Adverſarii*, vel ejus legitimus SUBSTITUTUS (*d*) [exhibendo ejus SUBSTITUTIONEM, literatoriè, ſub aliquo Authentico Sigillo, *vel* ſub Inſtrumento Publico, *vel* apud Acta Judicis concedentis Commiſſionem, factam] *comparuerit*, producendi ſunt

OBSERVATIONES.

(a) *Præſentabit Commiſſionem.*] Prout in *Tit.* 88. §. 4.

(b) *Et Commiſſarii acceptabunt.*] Eam, cum Onere: *Prout* in *Tit.* 88. §. 5, 6.

(c) *Cætera facient.*] Prout in præcedenti *Titulo* 89. *per totum.*

(d) *Vel, ejus legitimus Subſtitutus.*] De Subſtitutione, Vide *Tit.* 87. *et Obs. ibid.*

ſunt **Testes** (*e*); decernenda eſt Prorogatio (*f*), ſeu *Continuatio Cauſæ et Commiſſionis* (ſi id, ex parte *Obtinentis Commiſſionem*, ex juſtis cauſis, petatur) omniaque et ſingula præmiſſa expedienda ſunt in *præſentiâ* ejuſdem Procuratoris *Adverſarii*, vel ejus Substituti legitimi; et idem Procurator *Adverſarii*, ejuſve Substitutus, monendus eſt *ad intereſſendum die et loco prorogatis*; ut, ſi *non* comparuerit, procedi poterit *in pœnam Contumaciæ*.

Et *Prorogatio Commiſſionis*? Moneatur Procurator *Adverſarii*, ejuſve *Subſtitutus*, ut interſit *Prorogationi*; Unde *tunc*, ſi abſuerit, procedetur *in pœnam*.

III. Et, ſi hæc geſta ſint in *præſentiâ* Procuratoris *Adverſarii*, vel *ejus* Substituti; idem Procurator, vel Substitutus, *proteſtari* tenetur, et *diſſentire* [prout in ſequenti Titulo continetur] (*g*).

Quid agat *Procurator, ex adverſo, ejuſve Subſtitutus*?

OBSERVATIONES.

(e) *Producendi ſunt Teſtes.*] De hoc, Vide *Tit.* 80. §. 4. necnon *Tit.* 89. §. 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14. Deque formâ *Juramenti Teſtium productorum*, Vide *Tit.* 80. §. 6, 7, 8.

(f) *Decernenda eſt Prorogatio.*] De Continuatione, et Prorogatione, Vide *Tit.* 89. §. 15, 16, 17, 18, 19, 20.

(g) *Prout in ſequenti Titulo continetur.*] Vide, potiùs, in *Tit.* 80. §. 9.

Examinatio vigore *Commiſſionis*.

Executio Commiſſionis.

TITULUS XCI.

De Proteſtatione, *et* Petitione *Partis Principalis adverſæ*, ſi *Acta*, *ſuper Expeditione* Commissionis *pro Teſtibus examinandis ex alterâ Parte*, *geſta fuerint* in præſentiâ *dictæ Partis Adverſæ*.

I. Si *nec* Procurator [*Partis Adverſæ*] *nec* ejus Substitutus *interſit*, tempore Expeditionis Commiſſionis, ſed *ipſa* Pars Principalis *adverſa* [cui forſan ejus Procurator miſit Interrogatoria, contra Teſtes ſui Adverſarii, miniſtranda] tunc dicet Pars *ipſa* Principalis:

Quid agat *Pars ipſa Adverſa*, tempore *Executionis Commiſſionis*?

II. *Ego*, *ſub* Protestatione *de non revocando Procuratorem aliàs per me*, *in hâc Cauſâ*, *conſtitutum*, Dissentio, &c. [ut ſuprà, in Titulo (*a*) *De Productione Teſtium*, &c.]

Quomodo *diſſentit*?

III. Et tunc miniſtrabit Interrogatoria [ſi quæ *parata* habuerit, *vel* quæ *Commiſſioni annexa* ſunt] alioquin petat, *Terminum ſibi aſſignari*, *ad Interrogatoria miniſtranda:*

Interrogatoria *miniſtrantur*, vel petitur Tempus *pro miniſtrandis*?

IV. Hunc *Terminum* Commissarii aſſignabunt, *juxta eorum Arbitrium*, habitâ ratione ad *numerum Teſtium*, et *Cauſæ gravitatem*.

Tempus in Arbitrio *Commiſſariorum* eſt.

V. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Diſſentio*, &c. *ut ſuprà in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 80. §. 9.

Ne quid petat Pars, neve diſſentiat, abſque Proteſtatione, de non revocando Procuratorem; ſecùs, fit Revocatio.

V. Et caveat PARS *iſta*, ne fiat aliqua mentio, *in* ACTIS, de ejus PETITIONE, niſi ea fiat *citra Revocationem Procuratoris ſui antedicti*; etiam ne DISSENTIAT *alicui Petitioni Adverſarii*, niſi *ſub illâ* PROTESTATIONE: Ne (ut ſuprà dictum eſt (*b*)) videatur *revocare Procuratorem*, aliàs per eum, *conſtitutum* (*c*).

OBSERVATIONES.

(b) *Ut ſuprà* dictum eſt.] Scilicet; in *Tit.* 89. §. 3, 4.

(c) 1 *Conſtitutum.*] Hìc alia plura (ſub tenore verborum ſequentium) reperta ſunt in *MS. Antiq.*

2 " Admonendi tamen ſunt LITIGANTES; " Quòd ſi Cauſa controverſa ſit *ardua*, aut *alicujus Momenti*, ut curent PROCURATORES " *ſuos originales*, etiam aliquando ADVOCATUM " (ſi commodè fieri poſſit) intereſſe *Expeditionibus Commiſſionum*, pro Teſtibus examinandis:

3 " Nam plerúmque *Nullitates*, non minùs, " committuntur, in expediendis hujuſmodi " *Commiſſionibus*, per *Subſtitutos*, *in partibus*, " quàm in *Cauſis Inſtantiarum*, inſtitutis in " *quibuſdam Curiis inferioribus*, in maximum " *Litigantium* Præjudicium:

4 " Quia, ſi *Teſtes* fuerint *nulliter recepti*, " non facient *fidem*.

5 " Et quamvis dici poſſit, PROCURATOREM *teneri Interrogatoria concipere*, et *Clienti*, ſeu *Subſtituto ſuo* (cum Inſtructionibus " in eâ parte, neceſſariis) *mittere*:

6 " Tamen, quia *Interrogatoria* concipi ſolent, " tam *ad eruendum Veritatem Cauſæ principalis*, quàm etiam *contra Perſonas Teſtium*; et " cùm Cliens (qui communiter ignorat *quos* " *Teſtes* Adverſarius ſuus producere intendit) " non poſſit ſuum inſtruere PROCURATOREM, " *pro Interrogatoriis aptis formandis*, hujuſmodi Interrogatoria, *ante Productionem Teſtium*, " concipi non poſſunt:

7 " Et expedit ut PROCURATOR, *miniſtrans* " *Interrogatoria*, ſit *cautus* et *expers*; quia, " plerúmque, *magis nocent*, *quàm proſunt Interrogatoria*, Parti eadem Teſtibus *miniſtranti*; et *e contrà*: [Vide, de hoc, in *Tit.* 84. §. 6]

Examinatio vigore *Commiſſionis*.

Certificatorium Executionis Commiſſionis.

TITULUS XCII.

De Certificatorio *ſuper Executione* COMMISSIONIS, *pro Teſtium Examinatione.*

Certificatorium Executionis Commiſſionis concipit Notarius.

I. NOTARIUS adhibitus *et* aſſumptus *ad expediendum Commiſſionem*, pro Teſtium *Examinatione*, concipere debet quoddam CERTIFICATORIUM, ſeu INSTRUMENTUM PUBLICUM, Nomine COMMISSARIORUM; illudque diriget JUDICI *concedenti Commiſſionem*:

Quæ ſint in Certificatorio ſuper Executione Commiſſionis contenta? et quænam eidem annectenda?

II. Et in hujuſmodi CERTIFICATORIO non ſolùm *Dicta Teſtium*, ac *omnia Acta expedita*, vigore dictæ Commiſſionis, ſunt *inſcribenda*, verùm etiam *Literæ Commiſſionales*, *Interrogatoria* per Partem adverſum miniſtrata, et *Subſtitutiones* (ſi quæ exhibitæ fuerunt) ſunt dicto CERTIFICATORIO *annectenda*.

Certificatorium teſtatur Notarius.

III. NOTARIUS autem tenetur hujuſmodi CERTIFICATORIUM ejus *Manu*, et *Signo Notariatûs*, ſubſcribere, et ſignare.

2 IV. Et

IV. Et neceſſarium eſt ut NOTARIUS curet *quodlibet Folium Depoſitionum Teſtium ſubſcribi*, non ſolùm per TESTES (*a*), ſed etiam per COMMISSARIOS (*b*): *Depoſitiones* quomodò *ſubſcribendæ?*

V. Nam vidi objectum; *Notarium corruptè tranſcripſiſſe Dicta Teſtium* (*c*); et etiam aliquando ipſi Teſtes dicent, *ſe non depoſuiſſe, ut in dicto Proceſſu tranſmiſſo continetur*; quod ſi dixerint, facilè convinci poſſunt, ſi *Depoſitiones ſubſcriptæ fuerint*, modo præmiſſo. Ratio, quare *Depoſitiones*, per *Teſtes*, ſubſcribantur.

VI. Et deinde, hoc CERTIFICATORIUM debet ita ſigillari [aliquo *Sigillo Authentico*] ut nec *inſpici*, nec *legi*, nec, in aliquo, *corrumpi* poſſit (*d*). *Certificatorium* benè *ſigillandum*.

OBSERVATIONES.

(a) *Subſcribi, non ſolùm per Teſtes.*] Aut, ſi Teſtes ſint illiterati, apponant eorum Signa.

(b) *Etiam per Commiſſarios.*] Ad evitandum (ſcilicet) *quaſdam* Fraudis *et* Negligentiæ *Præſumptiones*, in remittendo *Depoſitiones*: Videlicet; quòd *Notarius non ſubſcripſerit Depoſitioni cujuſlibet Teſtis*; ſi *Folia ſint volantia et lacerata*, &c.

(c) *Corruptè tranſcripſiſſe Dicta Teſtium.*] Modò, Nobiſcum, non *tranſcribi* ſolent (per Notarium) ſed ipſæ *Depoſitiones originales* JUDICI *tranſmittuntur*. Vide *Tit* 93. §. 2, 3, 4, 5.

(d) *In aliquo, corrumpi poſſit.*] Teſtium *Examinatione* completâ, *Dicta* et *Depoſitiones* eorundem, totuſque et integer *Proceſſus* coram *Commiſſariis* habitus et factus, in publicam et authenticam formam redactus, *clauſim* et *ſigillatim* (ne *pandi* aut *percontari* poſſint) JUDICI *Commiſſionem concedenti*, unà cum eâdem *Commiſſione* (infra tempus præſcriptum) *tranſmitti* debent: Prout in *Formulis*.

Examinatio vigore *Commiſſionis.*

Exhibitio Commiſſionis executæ.

TITULUS XCIII.

De Exhibitione COMMISSIONIS, *pro Teſtibus examinandis, coram* JUDICE *concedente eandem.*

I. IN proximo præcedenti Titulo declaratur *Forma* CERTIFICANDI *Commiſſionem*, et quæ INSCRIBENDA *et* ANNECTENDA *ſunt Commiſſioni*: *Certificatorium Commiſſionis* quæ continet?

II. Quia [ut etiam, in eodem Titulo, dicitur] neceſſarium eſt, *ut* NOTARIUS *curet quodlibet Folium* SUBSCRIBI, *&c.* [prout in eodem Titulo continetur] æquè neceſſarium eſt [ex cauſis in eodem Titulo mentionatis (*a*)] *ut* NOTARIUS *tranſmittat ipſas* ORIGINALES *Depoſitiones*: *Depoſitiones* quomodò ſubſcribendæ? *Originales* Tranſmittendæ;

III. Nam *aliàs*, quamvis *omnia* geſta fuerint, *prout in dicto præcedenti Titulo continetur*; tamen in TRANSUMPTO (*b*) *corruptè*, ſaltem *Ratio.*

OBSERVATIONES.

(a) *Ex Cauſis in eodem Titulo mentionatis.*] Scilicet; in §. 4, 5.

(b) *Tamen in Tranſumpto.*] Aliàs legitur in *MS. Antiq.* "Tamen in tranſcribendo, de novo, "acta geſta, et Depoſitiones Teſtium.

ſaltem *minùs verè*, ſcribi, et tranſmitti *Depoſitiones* Teſtium hujuſmodi ſolent (*c*).

Sin *Exemplaria* tranſmittantur, ſunt *Originalia* fideliter cuſtodienda: *Ratio.*

IV. Si verò Notarius *non* tranſmiſerit Originalia, *ſed* Exemplaria; curet diligenter, *ut* Originalia, *penes* se, *cuſtodiat:* Ut ſi quæſtio, *de veritate*, aut *falſitate Proceſſûs tranſmiſſi*, oriatur, ea facilè decidi poſſit, *per Exhibitionem* Originalium.

Clauſula neceſſaria, *in Commiſſione*, inſerenda, *de tranſmittendis Originalibus.*

V. Et ex cauſis præmiſſis (*d*) [et præſertim, ad evitandum *Fraudem*, ſaltem *Suſpicionem* (*e*) *Fraudis*] neceſſarium eſt, ut, *in Commiſſionibus, pro Teſtibus examinandis*, expreſſa fieret *Monitio* Commissariis, *ad tranſmittendum* Originalia *Acta et Depoſitiones* (*f*).

Modus *Exhibitionis* Commiſſionis, per *Notarium*, coram *Judice* eandem *concedente.*

VI. Quibus *præmiſſis* (*g*) in formam Publici Instrumenti (ut ſuprà (*h*) dicitur) *tranſmiſſis*, Procurator qui *obtinuit* Commiſſionem, ſi *ipſè* Notarius *aſſumptus* non interfuerit, curabit *alium* Notarium, *ex parte* Commissariorum *in partibus*, et *eorum* Actorum Scribæ, exhibere hujuſmodi *Proceſſum* (*i*) ſuper Examinatione Teſtium.

Quid dicant *Procuratores hinc inde* tempore *Exhibitionis* Commiſſionis?

VII. Et tunc Procuratores *hinc inde* dicent: *Nos exhibemus hujuſmodi Proceſſum, quatenus facit pro Parte noſtrâ.*

Prot-ſtatio Procuratoris *Partis adverſæ*, tempore *Exhibitionis* Commiſſionis.

VIII. Protestetur tamen Procurator *Partis adverſæ*, immediatè poſt *Acceptationem* prædictam (*l*), *de* Nullitate *omnium geſtorum* (*m*), *et de excipiendo contra eundem Proceſſum, ſi et quatenus facit contra Partem ſuam.*

Quid *ulteriùs* faciat *Procurator obtinentis Commiſſionem*, tempore *Exbibitionis* ejuſdem?

IX. Procurator verò, *cujus Commiſſio erat*, poteſt, eodem die, petere Publicationem *Teſtium examinatorum*; vel deferre Publicationem *Teſtium*, donec eam petere cogetur per *Adverſarium*, petentem Conclusionem in *Cauſâ*, vel *Actus præparatorios ad* Conclusionem (videlicet) *ad proponendum omnia*, in Plenariis, et *ad audiendum Sententiam* (*n*), in Summariis.

Præparatoria, ad *Concluſionem*, quæ ſint?

TITU-

OBSERVATIONES.

(c) *Solent.*] " Poſſint. *MSS.*

(d) *Ex cauſis præmiſſis.*] Vide §. 5. *Tituli præcedentis*; et §. 3. *hujus Tituli.*

(e) *Saltem Suſpicionem Fraudis.*] Vide. *Obs.* in *Tit.* 92. ſub *lit.* (b)

(f) *Ad tranſmittendum Originalia Acta et Depoſitiones.*] Hìc pergit *MS.* " Vel, ſi, de no-" vo, exſcripta fuerint, ut etiam iidem Com-" miſſarii eorum Manus apponant.

(g) *Quibus præmiſſis.*] Scilicet; *Actis, habitis, factis, geſtis,* et *expeditis omnibus,* de et ſuper *Executione* Commiſſionis, pro Teſtium Examinatione.

(h) *In formam publici Inſtrumenti, ut ſuprà dicitur.*] Videlicet; in *Tit.* 92. §. 1.

(i) *Exhibere hujuſmodi Proceſſum.*] De modo allegandi Contemptum, contra Commiſſarios, *in non tranſmittendo Proceſſum*, ſuper Examinatione Teſtium; Vide *Tit.* 32.

(l) *Poſt Acceptationem prædictam.*] Exhibendo (ſcilicet) eundem *Proceſſum*, ſuper Examinatione Teſtium, *quatenus facit pro Parte ſuâ:* Prout *ſuprà*, §. 7.

(m) *De Nullitate omnium geſtorum.*] Additur: " Vigore Commiſſionis prædictæ expeditæ. *MS. Antiq.*

(n) *Et ad audiendum Sententiam.*] *Ex primâ* [ſcilicet, *aſſignatione.*]

Examinatio vigore *Commiſſionis.*

TITULUS XCIV.

De Renovatione COMMISSIONIS, *aliàs conceſſæ, pro Teſtibus examinandis; deque* cauſis *allegandis, ex* quibus *eadem* renovanda *ſit.*

Renovatio Commiſſionis.

I. ALIQUANDO COMMISSARII requiſiti, *ad acceptandum* Onus Commiſſionis, *non poterint* vacare Expeditioni *ejuſdem*:

Commiſſarii, ſeu *non acceptant*;

II. Aliquando verò *acceptârunt, in ſe,* Onus hujuſmodi Commiſſionis, tamen (ex cauſis legitimis (*a*), dictos Commiſſarios, *vel* Partem principalem, concernentibus) eandem, *infra Dies aſſignatos in Commiſſione,* finire *non valent* (*b*):

Vel, infra *dies* aſſignatos, *non expediunt* Commiſſionem;

III. Vel *Proceſſus,* ſuper *Executione* hujuſmodi Commiſſionis, *non poteſt* tranſmitti, *in Die aſſignato ad tranſmittendum* (*c*):

Aut *ea* (tempeſtivè) *non tranſmittitur*;

IV. Si *iſtæ cauſæ* allegentur, per *obtinentem* Commiſſionem; et, in *fidem* earundem, dicti COMISSARII [per eorum *Literas,* ſeu (*d*) *aliàs*] hæc *Impedimenta* JUDICI ſignificaverint; *renovanda eſt Commiſſio,* et *Terminus Probatorius eſt prorogandus,* ut ſuprà (*e*).

Ex hiſce, *renovatur* Commiſſio,

Et *prorogatur* Terminus Probatorius;

V. Niſi ADVERSARIUS *eas cauſas non fuiſſe veras* allegaverit, et probare *contrarium* obtulerit:

Niſi probetur *Rem allegatam* aliter ſe habere:

VI. *Sed* ſi defecerit, *in Probatione* hujuſmodi *Allegationis*; eſt, non ſolùm, *in Expenſis* condemnandus; verùm etiam, per Partem adverſam obtinebitur *Reſtitutio* (*f*):

Quâ *deficiente Probatione*; fiat *Condemnatio* Partis *in Expenſis,* et *Prorogatio* Probatorii:

VII. Et, *e contrà*; ſi probaverit *objecta*; obtinebit *Expenſas*; et RENOVATIO Commiſſionis eſt *deneganda.*

Secùs; *Condemnatio* alterius *in Expenſis,* et Commiſſio *non renovatur.*

VIII. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Ex cauſis legitimis.*] De Appellatione a Commiſſariis; Vide *Tit.* 274. §. 2, 3, 4.

(b) *Infra Dies aſſignatos, in Commiſſione, finire non valent.*] Imò; ſi infra *Dies in Commiſſione ſpecialiter aſſignatos,* aut *Dies inde* (infra Terminum aſſignatum *ad tranſmittendam* Commiſſionem) *prorogatos,* eandem *expedire* Commiſſarii non valeant (ex cauſis legitimis, allegandis) *renovatur Commiſſio.*

(c) *Non poteſt tranſmitti, in Die aſſignato ad tranſmittendum.*] In *iſto* caſu, non *renovari* ſolet *Commiſſio*; Sed in Die aſſignato *ad tranſmittendum eandem,* PROCURATOR allegare ſolet: *Se ad partes miſiſſe Commiſſionem, ex Parte ſuâ, pro Teſtium Examinatione, eandemque (ut credit) eſſe executam; ſed nondum ad manus ſuas relatam:* Unde JUDEX, ad ejus petitionem, decernere ſolet: *Eandem expectandam fore* [in talem diem Juridicum] et continuatur *Terminus Probatorius* [in eundem diem] Prout *in Formulis Actorum Curiæ.*

(d) *Per eorum Literas, ſeu aliàs*] Ad hunc effectum, Vide *Tit.* 32. §. 7.

(e) *Terminus Probatorius eſt prorogandus, ut ſuprà*] Scilicet; in *Tit.* 86. §. 3.

(f) *Verùm etiam, per Partem adverſam obtinebitur Reſtitutio*] Aliàs legitur; "Verùm etiam "Pars adverſa obtinebit *Reſtitutionem* (verſùs "*Lapſum Termini Probatorii*) et *Renovationem* "*Commiſſionis.* MSS.

Quamplurimis de cauſis, fit *Renovatio* Commiſſionis, et *Prorogatio* Probatorii:

VIII. Et nota; quòd infinitæ ſunt cauſæ allegandæ, ad petendam RENOVATIONEM *Commiſſionis*, et PROROGATIONEM *Termini Probatorii*:

Exempla *quædam*;

IX. Ut *Peſtis*, *Bellum*, *Mandatum Principis*, *Compromiſſum*, *Incarceratio Partis*, et *Paupertas* [et *ſimilia* (*g*), quæ relinquuntur ARBITRIO *boni* JUDICIS, exceptis in *his*] in quibus *expreſſè* cavetur, in JURE, *dandam eſſe* RESTITUTIONEM (*h*).

In *cæteris*, Arbitrium *boni Judicis* eſto.

OBSERVATIONES.

(g) *Et ſimilia*] Vide *Obs.* in *Tit.* 75. ſub *lit.* ( ) 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19.

(h) *Reſtitutionem.*] Aliàs legitur, in *MS.* "Renovationem, *non obſtante Lapſu*, Termini "Probatorii.

Examinatio vigore *Commiſſionis*.

TITULUS CXV.

Commiſſio ſub mutuæ, &c.

De COMMISSIONE *pro Teſtibus examinandis*, *ſub* mutuæ (*a*) Viciſſitudinis *obtentu*.

Quid ſi *Teſtes* ſint *extraprovinciales*?

I. ALIQUANDO contingit, quòd diverſi TESTES Actoris, *ſeu* Rei, *habitant extra Provinciam* CANTUARIENSEM, ita quòd non poſſunt compelli *ad comparendum*, *coram* JUDICIBUS *iſtius* ARCHIEPISCOPI (*b*), ad perhibendum *Teſtimonium* [quia, nemo cogendus eſt (*c*) *ad comparendum coram* NON SUO JUDICE] PARS, quæ intendit uti *Teſtimonio* horum TESTIUM, dicet:

Coram *non ſuo Judice* nemo cogendus.

Forma Petitionis *Commiſſionis* pro Teſtium Examinatione, *ſub mutuæ Viciſſitudinis obtentu*.

II. DOMINE JUDEX: *Allego* N. M. *et* O. *eſſe Teſtes Parti meæ neceſſarios* (*d*), *ad probandum contenta in Libello* [vel *cæteris propoſitis*, *ex Parte meâ*, *datis*] *et quòd habitant* [in tali Diœceſi] *extra Provinciam Cantuarienſem*; *cujus prætextu*, *non poſſunt compelli*, *ad comparendum*, *in hoc Judicio*, *ad perhibendum Teſtimonium*, *in hâc Cauſâ*; *et offero me promptum et paratum ad faciendum*, *in*

OBSERVATIONES.

(a) *Sub mutuæ*, &c.] Vide *Provin. Conſt.* Tit. *De Judiciis*, c. *Item omnes*. §. *Et ut in præmiſſis*. et, infrà *Lyndw.* v. *Mandatis*.

(b) *Coram Judicibus iſtius Archiepiſcopi.*] Hìc adjicitur in *MS.* "Similiter de *Epiſcopis* "Provinciæ Cantuarienſis: Scilicet; non poſ"ſunt compellere Teſtes habitantes extra ſuam "*Diœceſin*, et tamen intra *Provinciam* Cantua"rienſem; nec eorum *Vicarii*: Sed Commiſſio "ſeu Requiſitio, *ſub mutuæ Viciſſitudinis obten*"*tu*, eſt concedenda.

(c) *Quia, nemo cogendus eſt*, &c.] Quia etiam, ipſa Commiſſio nihil valeret, *extra* Juriſdictionem propriam.

(d) *Allego* N. M. *et* O. *eſſe Parti meæ Teſtes neceſſarios.*] Hìc additur in *MS. Antiq.* "Sed petens *Commiſſionem* hujuſmodi non te"netur, ex neceſſitate, *nominare Teſtes ſuos*; "quamvis plerúmque ita practicatur.

in hâc parte, fidem (e) (*juxta informationem, mihi a Domino meo traditam, quam credo eſſe veram*) *et ideo peto Commiſſionem decerni, ſub mutuæ Viciſſitudinis obtentu, ac in Juris Subſidium, Reverendo Patri* M. [Epiſcopo illius Diœceſis, in quâ Teſtes habitant] *et* N. *ejus Vicario in ſpiritualibus generali, et Officiali principali, conjunctim et diviſim; eoſque rogandos fore, in Juris* (ut præfertur) *Subſidium, et ſub mutuæ Viciſſitudinis obtentu* (*f*), *ad compellendos eoſdem Teſtes ad comparendum coram eo, ſeu eorum altero* [tali die, et tali loco (*g*)] *ad perhibendum Teſtimonium, in hâc Cauſâ; et Vices* DOMINATIONIS VESTRÆ, *quantùm in Vobis, eiſdem committi, conjunctim et diviſim, ad recipiendum et examinandum Teſtes hujuſmodi; cum etiam Requiſitione ad prorogandum dies et locum, ſi fuerit neceſſarium; eoſque etiam rogandos fore ad certificandum, et tranſmittendum eorum Acta, et Depoſitiones, ac totum eorum Proceſſum, in eâ parte faciendum, coram Vobis* [tali die] *et peto Procuratorem Partis adverſæ moneri ad tunc intereſſendum* (*h*), *ſi ſuum putaverit intereſſe.*

Commiſſio (ſub mutuæ, *&c*) *quibus dirigenda?*

Ubi *exequenda?*

Fit Requiſitio *compellendi* Teſtes,

Prorogandi Commiſſionem,

Et eandem *tranſmittendi*;

Petitur *Procuratorem moneri*, ut interſit Executioni.

III. Tunc JUDEX: *Decernimus, ut petitur; et monemus dictum Procuratorem ad intereſſendum, ut petitur.*

Judicis *Conceſſio* Commiſſionis.

IV. Hìc etiam (*i*) [ne labatur *Terminus Probatorius*, ante *Commiſſionis Tranſmiſſionem*] petenda, et decernenda eſt PROROGATIO *Termini Probatorii*, in ſequentem Curiam diei aſſignati *ad tranſmittendum Commiſſionem prædictam.*

Ne labatur *Terminus Probatorius*, diutiùs fiat *ejuſdem Prorogatio.*

OBSERVATIONES.

(e) *Ad faciendum, in hâc parte, fidem*] Scilicet; de *Veritate* hujuſmodi Allegationis (juxta Informationem) ut *ſuprà*: Hodie verò non opus eſt ullo *Procuratoris* (in hoc caſu) *Juramento*; ſed *ore tenus*, ſolummodo, ſolet *quæ ſuprà* allegare.

(f) *Sub mutuæ Viciſſitudinis obtentu.*] Quia idem *Archiepiſcopus*, in Cauſâ *conſimili*, Vices *ſuas* committere ſolet.

(g) 1 *Tali die, et tali loco.*] Hæc adjiciuntur in *MS. Antiq.* " Nam *ſi dies et locus certi*, " Expeditionis hujuſmodi Commiſſionis, *in* " *Commiſſione non nominarentur* (quamvis ſub " mutuæ Viciſſitudinis obtentu, *Pars adverſa*, " Expeditioni hujuſmodi, *intereſſe non potuit*; " in maximum *ejus* Præjudicium:

2 Qualiter autem hodie cavetur, in hoc caſu; Vide *Obs.* in *Tit.* 86. ſub *lit.* (f) 1, 2, 3, 4.

(h) *Moneri ad tunc intereſſendum*] Scilicet; tempore et loco Expeditionis Commiſſionis.

(i) *Hìc etiam.*] Prout in *Tit.* 86 §. 2 in calce; *et* §. 3.

TITU-

Examinatio vigore Commiſſionis.

Commiſſio ſub mutuæ, *&c.*

TITULUS XCVI.

De modo exequendi COMMISSIONEM, *pro Teſtium Examinatione, ſub* mutuæ Viciſſitudinis *obtentu.*

Quomodo *concipienda* ſit *Commiſſio*, ſub mutuæ, *&c?*

I. CONCIPIENDA eſt hujuſmodi COMMISSIO, ad effectus reſpectivè *in præcedenti Titulo*, mentionatos (*a*):

Cui *præſentanda?*

II. Eſt *præſentanda* EPISCOPO, *ſeu* ejus VICARIO, et *procedendum* eſt (in omnibus) in *præſentiâ* PARTIS ADVERSÆ, ſi comparuerit, *vel* in *pœnam Contumaciæ*, ſi *non* comparuerit [ut in Titulo (*b*), *De modo expediendi Commiſſionem in partibus, et productione Teſtium*; et *quatuor* Titulis *ſubſequentibus*]

Modus *Executionis* ejuſdem.

Commiſſio (ſub mutuæ, *&c.*) quomodo *certificanda?*

III. Hujuſmodi COMMISSIO *certificanda* eſt, prout in Titulo (*c*), *De Exhibitione Commiſſionis pro Teſtibus examinandis, coram Judice concedente eandem.*

Teſtes compellendi ſint:

IV. Et eſt notandum; quòd ſi TESTES (requiſiti ad *perhibendum Teſtimonium*, et *comparendum* coram Domino Epiſcopo, *ſeu* ejus Vicario, *&c.*) recuſaverint *comparere*, quòd idem EPISCOPUS, *ſeu* ejus VICARIUS poſſit Eos *compellere*, et CONTUMACES *excommunicare:*

Contumaces excommunicandi.

Obſervanda, in Formâ *Decreti Compulſorii* (ſub mutuæ, *&c.*) concipiendâ.

V. Sed in *eorum* CITATIONE, *ſeu* DECRETIS COMPULSORIIS, debent mentionem facere, *de Pendentiâ Litis, in Curiâ, et coram Judice concedente dictam Commiſſionem*; et *quòd idem Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius* HOC *decernit Decretum requiſitus per eundem*, JUDICEM, *in Subſidium* JURIS.

OBSERVATIONES.

(a) *In præcedenti Titulo mentionatos.*] Vide *Tit.* 95. §. 2, 3.

(b) *Ut in Titulo,* &c.] Vide *Titulos*, in Ordine noſtro diſtributos. 87, 88, 89, 90, 91.

(c) *Certificanda eſt, prout in Titulo,* &c.] Vide *Titulos*, 92, 93.

TITU-

Publicatio.

TITULUS XCVII.

De PUBLICATIONE *Depoſitionum Teſtium*, et PROTESTATIONE *Procuratoris Partis adverſæ* [*cùm intendat* Materiam *directè* contrariam *proponere*] *de* non percontando DICTA *Teſtium hujuſmodi*.

I. SI PROCURATOR credit *ſe ſufficienter probâſſe* INTENTIONEM DOMINI SUI, et non intendit *plures* producere TESTES, dicat: *Intentione* Partis ſuæ *probatâ*, quid dicat *Procurator*?

II. *Placebit*, DOMINE JUDEX, *publicare* DICTA *Teſtium*, *ex Parte meâ*, *productorum*; et *decernere Partibus* COPIAS (*a*). Petitur *Publicatio.*

III. Tunc JUDEX: *Publicamus* DICTA *Teſtium*, *ex Parte tuâ*, *productorum*; et *decernimus Partibus* COPIAS (*b*). *Decretum* Publicationis.

IV. Tunc REUS, ſi habeat aliquam MATERIAM directè *contrariam* proponendam, dicat: Quid agat *Reus*, Contraria *propoſiturus*?

V. *Diſſentio* PUBLICATIONI *hujuſmodi Teſtium*, et *proteſtor de non percontando* DICTA *Teſtium* hujuſmodi: Fiat *Proteſtatio*, de non *percontando* Depoſitiones.

VI. Nam ſi ſic non *diſſentiat*, et *proteſtetur*, et poſtea dederit MATERIAM *contrariam*, ſi per *Adverſarium* objiciatur, *quòd didicit* DICTA *Teſtium*, hæc MATERIA non eſt *admittenda*; quia *præſumitur* Proponentem *hujuſmodi* MATERIAM *didiciſſe* DICTA *Teſtium* ſui Adverſarii, et, *in eo*, amiſiſſe beneficium DEFENSIONIS *contrariæ*: *Et* diſſentire, *et* proteſtari, *de non didicitis Teſtificatis*, utile ſit. *Ratio.* Præſumitur Proponentem *Materiam contrariam* didiciſſe Teſtificata:

VII. Et, *e contrà*; ſi hæc PROTESTATIO fuerit facta, tunc admittenda eſt quævis concludens et pertinens MATERIA, quamvis directè *contraria* propoſitis, ſuper quibus TESTES fuerunt *producti*, *jurati*, et *examinati*, et eorum DICTA (ut præfertur) *publicata* (*c*): Proteſtans, *de non percontando*; Contraria dabit:

VIII. Niſi

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Decernere Partibus Copias*.] Poſt Terminum probatorium elapſum, *vel* ante, ſi *Procurator* (Actoris, aut Rei) non intendit *plures Teſtes producere*, aut *Examini ſubjicere*; petat a JUDICE, ut publicare velit *Dicta Teſtium*; et decernere, ut *Partibus* Copiæ tradantur:

2 Et *Publicatio Depoſitionum* peti non poteſt, niſi ab *eo* qui *Teſtes produxit*. Petitur autem aliquando *Publicatio*, ſalvâ *Examinatione* et *Repetitione* Teſtium.

(b) *Et decernimus Partibus Copias*.] Depoſitiones *Teſtium* habentur JUDICI *ſemper publicatæ*.

(c) 1 *Ut præfertur publicata*.] Prout *ſuprà*, §. 3.

2 De Productione Teſtium, poſt Publicationem, ſuper priùs poſitis, ex capite, quòd de novo pervenerant ad Producentis Notitiam; Vide *Tit*. 81.

3 De aliâ Productione Teſtium ſuper priùs poſitis, poſt Publicationem, ſine Juramento, quòd de novo pervenerant ad Notitiam, eos producere conantis; Vide *Tit*. 82.

4 De Cauſis quæ impediunt Productionem Teſtium, poſt Publicationem, Vide *Tit*. 83.

Niſi probata ſit Percontatio.

VIII. Niſi Pars *adverſa* allegaverit, *et* probaverit, *Quòd, proponens hujuſmodi* Materiam (*non obſtante ejus* Protestatione prædictâ) *didicit* Dicta *Teſtium:*

Percontatio *quomodo probatur*, ex Ore *Partis*, aut *Procuratoris.*

IX. Et, ad hoc *probandum*, poteſt compellere Procuratorem, vel Partem *principalem*, dictam Materiam *contrariam proponentem*, vel *utroſque*, ad præſtandum Juramentum; *Quòd nec per ſe, nec per aliquem* alium *didicit, vel percontatus ſit* Dicta *Teſtium Adverſarii.*

Qualiter *probatur*, ex *Relatione Regiſtrarii?*

X. Et ſolet etiam Judex, in hâc Controverſiâ, ſi id ab eo petatur, interrogare Registrarium; *Utrùm ipſe, vel aliquis ex Clericis ſuis*, Copias *hujuſmodi Teſtium exſcripſerit, et* Parti *adverſæ, ſeu ejus* Procuratori, *vel* Sollicitatori *dederit?*

Percontatione *non probatâ*, admittuntur Contraria; *ſecùs*, non.

XI. Et ſi *proponens* dictam Materiam *contrariam*, in præmiſſis nullo modo *convinci* poſſit, Ea eſt *admittenda*; ſecùs, *rejicienda.*

Quid ſi *poſt* Juramentum, *ſe non percontâſſe*, percontaverit?

XII. Quia tamen aliquando, *poſt* præſtitum Juramentum (*d*) prædictum, ac *Admiſſionem* Materiæ prædictæ *contrariæ*, Pars eandem *proponens* curat Copias Teſtium *Adverſarii* ſibi dari; et ita Dicta Teſtium hujuſmodi ſit *percontata*; ac deinde, ſuper dictâ *Materiâ contrariâ*, producere conatur Testes:

Tum idem Juramentum *iterandum eſt*;

XIII. Si Procurator *Actoris*, in præmiſſis, ejus *Adverſarium* habet *ſuſpectum*, petere poteſt *ut* Juramentum (*e*) *prædictum* denuo *præſtetur*, tempore quo producit Testes:

Quo denuo etiam *non præſtito*, ſeu *Percontatione* deinceps *probatâ*, denegatur *ad probandum* Materiam, *etiamſi priùs admiſſam.*

XIV. Et *tunc*, ſi idem Procurator præmiſſa *non* purgaverit ſuo Juramento (*f*), vel ſi, de præmiſſis, *convinci* poterit, Testes prædicti ſunt *repellendi*; quamvis dicta Materia fuerit *admiſſa*, et Terminus datus *ad eandem probandum.*

OBSERVATIONES.

(d) (e) (f) *Juramentum.*] Se non didiciſſe Teſtificata; *prout ſuprà* §. 9.

TITU-

Interrogatoriis non *plenè reſponſum.*

TITULUS XCVIII.

De Petitione Procuratoris, ſi TESTES *Adverſarii* non plenè *reſponderint* INTERROGATORIIS, *ex parte ejuſdem Procuratoris, miniſtratis [deque* JUDICIS DECRETO, *ſuper hujuſmodi Petitione.]*

I. PUBLICATIS *Atteſtationibus* TESTIUM *tui* ADVERSARII, ſi *hujuſmodi* TESTES *non* plenè *reſponderint alicui* INTERROGATORIO, per *te*, contra *eoſdem*, *miniſtrato*; vel forſan TESTES *hujuſmodi*, tempore eorum Examinationis *ſuper* INTERROGATORIIS (per *te*, ut præfertur, *miniſtratis*) recuſaverint *reſpondere eiſdem*; vel reſponderint, *ſe* non teneri *talibus Interrogatoriis reſpondere*; dicat PROCURATOR hujuſmodi Interrogatoria miniſtrans:

Quid ſi *Teſtis* Interrogatorio *non plenè reſponderit?* Vel reſpondere *omnino recuſaverit?* Vel *dixerit, ſe non teneri reſpondere?*

II. *Ego allego* [talem] *Teſtem*, ſeu [tales] *Teſtes*, *ex parte Adverſarii utcunque productos*, *non* plenè [*vel*, non omnino] *reſpondiſſe* [tali, *ſeu* talibus] *Interrogatoriis*, *per me miniſtratis*; *referendo me ad Reſponſa hujuſmodi*, *ad* dicta *Interrogatoria*, *et ad Jura*: *Unde peto eos vocandos fore decerni* (*a*), *ad* plenè *reſpondendum* eiſdem.

Forma *Allegationis*, in hoc caſu, *Procuratoris* Partis Interrogatoria miniſtrantis: Petitur Compulſorium, *ad reſpondendum ulterius:*

III. Tunc JUDEX; ſi fuerit informatus *non eſſe* plenè *reſponſum*; et *quòd Interrogatoria ſunt* pertinentia *ad Cauſam*; *ac* talia *quibus Teſtes* tenentur *reſpondere*; decernat, ut *petitur:*

Judex *informatus* decernit:

IV. Vel, ſi *non* fuerit in eâ parte informatus, aſſignet, *ad audiendum ejus Voluntatem in proximum Juridicum:*

Non *informatus*, ſumit *ad deliberandum.*

V. Si verò, receptâ Informatione, conſtiterit, *Reſponſa prædicta* non *eſſe plena*; decernet *pro plenioribus:*

Quando fit *ut petitur?*

VI. *Secùs*; rejiciet petitionem; aut *tacitè* (procedendo ad alia, huic Petitioni contraria) vel *expreſſè*; ne iterum hæc Petitio repetatur.

Quando petita *rejiciuntur?*

VII. *Ante interpoſitum* DECRETUM *hujuſmodi* (*b*), dicat PROCURATOR Adverſarii (*c*): *Inficior allegata eſſe vera, et allego petita hujuſmodi fieri non debere:*

Quid dicatur, *ex adverſo*, tempore *Petitionis* factæ?

VIII. Et,

OBSERVATIONES.

(a) *Vocandos fore decerni.*] De modo procedendi contra Teſtes citatos, et non comparentes; Vide *Tit.* 78.

(b) *Decretum hujuſmodi.*] Scilicet; *Decretum* (de quo ſuprà fit mentio, in §. 2, 3, 5.) *ad plenè reſpondendum Interrogatoriis.*

(c) *Dicat Procurator Adverſarii.*] Immediatè poſt *petitionem* (in §. 2. hujus Tituli) ex alterâ Parte, *factam.*

Quid ubi Judex annuit alteri Petitionem?

VIII. Et, ſi JUDEX *petita* decreverit, *diſſentiat*; ut, ſi *injuſta* ſint, ab *eiſdem* (*d*) poſſit *appellare.*

OBSERVATIONES.

(d) *Ab eiſdem*] Nempe; *petitis ſic admiſſis*, Interrogatoriis. et *a Decreto Judicis*, ad plenius reſpondendum

Teſtium Reprobatio.

TITULUS XCIX.

De modo excipiendi *contra* TESTES, *tam in* genere, *quàm in* ſpecie.

Exceptiones, contra Teſtes, ſunt in genere; Vel in *ſpecie.* Quando permittitur *Exceptio, in genere?*

I. MODUS *excipiendi* contra TESTES (*a*), eſt *duplex*; videlicet; *in* GENERE (*b*), et *in* SPECIE:

II. In GENERE; quando REUS (*c*) non habet *Inſtructiones* PARTICULARES *exceptivas, proponendas* in SCRIPTIS, ad impediendum *Concluſionem in Cauſâ*, VERBO, *apud* ACTA, *excipit* contra TESTES ex parte adverſâ *productos*; ſcilicet:

Modus allegandi Exceptiones, *in genere.*

III. *Quòd varii ſunt* (*d*) *vacillantes, ſingulares, inter ſe diſcrepantes, ſibimetipſis contrarii et repugnantes; amici intimi Partis producentis, ac inimici capitales Partis contra quam producuntur, affectionati, partiales, ac minùs indifferentes; infames, criminoſi* (*e*), *pauperes, egeni; ac conſanguinei, et affines, ac famuli domeſtici, et de robâ, ac ſtipendio Partis producentis; ac denique, quòd ſunt tales, quibus nulla fides eſt adhibenda: Quam Allegationem pono* (*f*), *eandemque admitti peto, ac Jus et Juſtitiam.*

Proteſtatio et *Allegatio* Procuratoris *Partis adverſæ*, tempore *Allegationis* Exceptionum.

IV. ACTOR: *Inficior allegata per* N. *eſſe vera; et proteſtor de nullitate, pariter et ineptitudine, nimiâ* GENERALITATE, *indebitâ* SPECIFICATIONE, *et inconcludentiâ hujuſmodi prætenſarum* EXCEPTIONUM; *et allego eaſdem admitti non debere, et ideo rejici*

OBSERVATIONES.

(a) *Modus excipiendi contra Teſtes.*] Sive aliquæ *Exceptiones* datæ ſint contra *Teſtes*, ſive non; ſi appareat, ex *Proceſſu*, Teſtes *non eſſe idoneos*, nullam faciunt Fidem.

(b) *In genere.*] " Exceptiones *in genere*, ita " dicuntur; quia, nec *tempus*, nec *locus*, neque " *modus* ſpecificatur. *MS.*

(c) *Quando Reus.*] " Reus, in Exceptione, " eſt Actor; et Actor, Reus. *MS.*

(d) 1 *Quòd varii ſunt.*] A *Perſonâ* ſumuntur *Exceptiones*; ſi Teſtes ſint *infames, criminoſi*, vel *viles, conſanguinei, affines, ſervi domeſtici, amici, inimici, Cauſæ Sollicitatores*, &c.

2 A *Dictis*, et *Depoſitionibus* ſumuntur *Exceptiones*; Quòd *ſingulares* ſint Teſtes, *contrarii, varii, repugnantes invicem*; item quòd *extra Articulum* deponant; quòd *non jurati*, quòd *ſine ratione* aut *cauſâ Dicti*, quòd *de auditu alieno*, quòd *de credulitate*, quòd *negativum* (*non coarctatum loco et tempore*) deponant.

(e) 1 *Criminoſi.*] " Exceptio contra Teſtem, " quòd *Feloniam commiſit*, vel *de eâ ſuſpectus* " *ſit*, non admittitur *in Foro Eccleſiaſtico:*

2 " At Exceptio, quòd *de Felonia convictus* " *fuit*, admittitur. *MS.*

(f) *Quam Allegationem pono.*] Adde, " *conjunctim, et diviſim.* MSS.

rejici peto; atque omnibus geſtis, tam per Judicem, quàm per Partem adverſam, diſſentio.

V. JUDEX: *Admittimus has* EXCEPTIONES, *quatenus de* JURE (*g*): Et tunc, ſi hoc a PROCURATORE *Partis adverſæ* petatur, aſſignabit *proponenti* has EXCEPTIONES *Terminum* PROBATORIUM, et etiam *Terminum ad* SPECIFICANDUM *hujuſmodi* GENERALES *Exceptiones.*

Qualiter *admittuntur* Exceptiones, *in genere?* Aſſignatur *Probatorius,* Et ad *ſpecificandum* generales.

VI. Decerni etiam poteſt (quamvis non communiter fit) *pro* PARTE *principali*, ſuper eis *Exceptionibus* GENERALIBUS; ſaltem ſi PROCURATOR, eas *proponens*, præſtiterit JURAMENTUM, *Quòd credit ſe poſſe relevari [in aliquâ re] per* RESPONSA *Partis principalis ex adverſò.*

Super *generalibus Exceptionibus,* quando decernitur *pro Parte Principali?* Quale Juramentum *Procuratoris,* ad *id* neceſſarium?

VII. Sed ſi ACTOR credat REUM has *Exceptiones* GENERALES propoſuiſſe Animo tantùm *differendi Litem, plus juſto,* et impediendi *Concluſionem in Cauſâ,* poteſt, *ante* ADMISSIONEM hujuſmodi EXCEPTIONUM, petere JURAMENTUM CALUMNIÆ (*h*), a PARTE *Reâ,* in hunc modum, *præſtari* videlicet;

Quando peti debet *Juramentum Calumniæ?*

VIII. *In præſentiâ* M. [ACTORIS] *diſſentientis*; et *proteſtantis de nullitate* ALLEGATIONIS *hujuſmodi*; et (*pro Parte ſuâ*) *præſtantis* JURAMENTUM (*i*) *de obſervando omnia et ſingula Capitula in* JURAMENTO CALUMNIÆ (*l*) *contenta*; et *petentis hujuſmodi* JURAMENTUM (*m*) CALUMNIÆ *præſtari ab adverſâ* PARTE.

Modus petendi Juramentum Calumniæ.

IX. Et, ſi REUS recuſaverit, *ſeu* non præſtiterit hujuſmodi JURAMENTUM (*n*); tunc JUDEX hujuſmodi ALLEGATIONEM non *admittere*, ſed eandem *rejicere* tenetur, *expreſſè*; vel *tacitè* procedendo ad *Concluſionem in Cauſâ*; vel ad *alium Actum* ADMISSIONI hujuſmodi MATERIÆ *contrarium*; ſi hoc ab eo petatur.

Juramento Calumniæ *non præſtito.* *Rejiciuntur* Exceptiones, Et *proceditur* in Cauſâ.

X. Et ſi *admiſſæ* fuerint hujuſmodi *Exceptiones, in* GENERE, et *Terminus* PROBATORIUS fuerit datus; licèt hujuſmodi *proponens* GENERALES *Exceptiones* poſtea [ſive *pendente* eodem Termino *Probatorio*, ſive eo *lapſo*] propoſuerit, in SPECIE, *Exceptiones*, ſeu DECLARATIONES harum *Exceptionum*; tamen non eſt dandus *Novus* Terminus PROBATORIUS [ut in Titulo (*o*), *Quid ſit Terminus ad proponendum omnia,* &c. §. *Sed hìc notandum eſt*]

Exceptionibus admiſſis *generalibus,* et dato *Probatorio,* Non datur novus Terminus, *ad probandum Specificationes.*

XI. Et *nota*; quòd quoties aliqua MATERIA, vel ALLEGATIO datur, PROCURATOR *adverſæ Partis*, ſi non poterit præſtare

Quibus caſibus, loco Juramenti *Calumniæ,* aliud peti ſolet *Juramentum?*

OBSERVATIONES.

(g) *Admittimus has Exceptiones, quatenus de Jure.*] Id eſt; *quatenus, de Jure,* poſſumus; vel, *quatenus, de Jure,* ſint admittendæ.

(h) (i) (l) (m) (n)] Quæ ſunt Capitula *Juramenti Calumniæ*; Vide *Tit.* 110. §. 1.

(o) *Ut in Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 115. §. 5. et *Tit.* 255. §. 5.

præſtare *Juramentum Calumniæ* (*p*) (ut ſuprà) poteſt petere hoc *ſequens* JURAMENTUM; videlicet (*q*):

Forma Juramenti Malitiæ non committendæ:

XII. *Quòd Proponens non proponit eandem Materiam, ſive Allegationem Animo maltioſo; nec differendi Litem, plus juſto; et quòd credit Dominum ſuum poſſe eandem probare.*

Quo Juramento præſtito, quælibet admittitur concludens Allegatio.

XIII. Quod JURAMENTUM; (*r*) ſi fuerit præſtitum, *admittenda* eſt MATERIA, ſi aliàs ſit *concludens* (*ſ*).

Exceptiones in Specie, contra Teſtes, quæ ſint?

XIV. EXCEPTIONES, *in* SPECIE, ſunt *hæ* quæ proponuntur in SCRIPTIS, et *ſpecificè* continent *cauſas*, quare talis TESTIS non eſt *idoneus* (*t*); utpote: *Quia eſt* INFAMIS; ſpecificando (*u*) *quomodo*, et ex *quâ cauſâ*, hujuſmodi INFAMIA orta fuit; CRIMINOSUS; ADULTER; *vel* PERJURUS *in aliquâ parte Depoſitionum*; vel, forſan, *in aliquâ aliâ Cauſâ*; ſpecificando (ut ſuprà) *modum*, *formam*, et *tempus*.

Quibus admiſſis et repetitis, Decernitur pro Reſponſis, Producuntur Teſtes, Petitur Commiſſio.

XV. *Admiſſis* hujuſmodi *Exceptionibus*, *in* SPECIE, ſunt *repetendæ:* et eſt decernendum, *pro* PARTE *principali*; producendi ſunt TESTES, *ad eaſdem probandum*; vel petenda eſt COMMISSIO *ad partes* [in omnibus, prout in ſuprà ſcriptis Titulis, *quoad Probationes ſuper Libello*, ſive *per Teſtes*, *in Judicio*, ſive *per Commiſſionem*, *ad partes*.]

Quando petitur Juramentum Calumniæ? Vel Juramentum Malitiæ non committendæ?

XVI. Et *nota* ſimiliter; quòd ante ADMISSIONEM harum *Exceptionum*, *in* SPECIE, *Adverſarius* poteſt exigere, a *Proponente eaſdem*, ſive JURAMENTUM CALUMNIÆ (*x*), ſive *aliud* prædictum JURAMENTUM (*y*) [ut ſuprà, in hoc Titulo, *de Exceptionibus contra Teſtes*, in GENERE.]

TITU-

OBSERVATIONES.

(p) *Si non poterit præſtare Juramentum Calumniæ.*] Legitur in *MSS.* "Si non petierit "*Juramentum Calumniæ.*

(q) *Poteſt petere hoc ſequens Juramentum; videlicet.*] Varia Lectio talis eſt, in *MS. Antiq.* "Poteſt petere *proponentem Exceptiones* hoc ſe- "quens Juramentum *præſtare*; videlicet.

(r) *Quod Juramentum*] "In hoc Juramen- "to tria Capita Juramenti Calumniæ continen- "tur. *MS. Antiq.*

(ſ) 1 *Admittenda eſt Materia, ſi aliàs ſit concludens.*] Frequenter, ad petitionem *Procuratoris* admitti ſolent *hodie* Materiæ, *vel* Allegationes (de Jure concludentes, *et* admiſſibiles) ſub hâc *Limitatione*, nempe; *factâ prius fide*, per Partem principalem, *ſe credere*, *poſſe probare*.

2 Et ſi Pars illa *remotius abſuerit*, ita quòd commodè *coram ipſo Domino Judicante*, vel *ejus Surrogato*, ad hujuſmodi *fidem*, in vim Juramenti *Corporalis*, faciendam, perſonaliter adeſſe non poterit, fiat *Commiſſio* ad deferendum ei *Juramentum* hujuſmodi; vel cùm utatur Commiſſione pro *Teſtibus examinandis*, inſerenda ſit Clauſula, in *eâdem*, ad ejuſmodi *Juramentum* Parti miniſtrandum, *antequam* Teſtes examinarentur.

(t) *Quare talis Teſtis non eſt idoneus.*] Crimina, *poſt* Examinationem, per *Teſtem* commiſſa, non obſtant fidei *prius* factarum *Depoſitionum*.

(u) 1 *Quia eſt Infamis, ſpecificando,* &c.] Si de Crimine excipiatur contra Teſtem, et Excipiens in Probatione deficiat, imminet Actio Diffamationis: Vide *Tit.* 264.

2 Proinde licèt Procurator concipiat has Exceptiones, ipſa tamen Pars (citra Revocationem Procuratoris) eaſdem proponit in Judicio, ſeu ſaltem coram Commiſſariis in partibus, ante Teſtium Examinationem.

(x) *Sive Juramentum Calumniæ.*] Vide ſuprà §. 8.

(y) *Sive aliud prædictum Juramentum.*] Vide §. 12.

Teſtium Corroboratio.

TITULUS C.

De confirmandis TESTIBUS Actoris [*vel* infra, *vel* poſt *Terminum* Reo *aſſignatum ad probandum* Exceptiones, *contra* EOSDEM *datas.*]

Actor *ad corroborandum Teſtes ſuos*, uti poteſt *Probatorio*, ejus Adverſario (ſuper Exceptionibus) *dato*:

I. ACTOR poteſt proponere MATERIAM *corroboratoriam* (*a*) ſuorum TESTIUM, *infra* Terminum REO aſſignatum *ad probandum* EXCEPTIONES; et ita uti Termino *probatorio* ſui ADVERSARII [*ut in quodam ſupradicto Titulo* (*b*) *dicitur*] et confirmare, *ſive* Perſonas, *ſive* Dicta TESTIUM *Probatoriorum*:

Vel *ceſſabit* Actor, ad *Lapſum Probatorii* Adverſario *dati*.

II. *Vel* poterit expectare donec *lapſus* ſit Terminus *probatorius*, REO datus, *ad Exceptiones probandas*:

Tum, *Factâ Publicatione Depoſitionum*, proteſtatur *de non percontando*; Datur Allegatio *corroboratoria*; et conceditur, *ad probandum*.

III. Et *tunc*, ſi diſſentiat *Publicationi Teſtium Adverſarii*; et proteſtatus fuerit *de non percontando eorum Dicta*; et reverà *non percontatus fuerit eorum Dicta*; poterit proponere MATERIAM *Corroboratoriam*, tam *Perſonarum*, quàm *Dictorum* TESTIUM, *et* obtinere Terminum *probatorium* (*c*).

OBSERVATIONES.

(a) *Materiam corroboratoriam.*] De quâ, Vide *Tit.* 102. §. 5, 7. Item *Tit.* 82. §. 1.

(b) *Ut in quodam ſupradicto Titulo.*] Vide *Tit.* 75. §. 2, 3, 4, 5.

(c) 1 *Terminum probatorium.*] Multa hìc deſunt, quæ in *MS Antiq.* ad Calcem hujus Tituli, reperiuntur additionalia: videlicet:

2 " Sed hìc objici poteſt; *quòd corroboratoria* " *Materia Perſonarum, et Dictorum, Teſtium,* " *danda non ſit, per Actorem, cùm adhuc Reus* " *non infirmaverit eorum Perſonas, nec Dicta*; " *ſed tantùm dederit Materiam exceptivam, aut* " *corroboratoriam, contra Intentionem Actoris*; " et *quòd Corroboratio, et Confirmatio, Teſtiam* " *probatoriorum locum habent, cùm iidem Teſtes, per* " *Exceptiones, vel Materiam per Partem adver-* " *ſam datam, repellantur, aut infirmentur.*

3 " Hanc Quæſtionem ſæpe controverſam " novi; Sed adjudicatum fuit; *licere Parti hanc* " *Materiam corroboratoriam proponere, et Teſtes* " *ſuper eâdem producere, ſi Adverſarius propo-* " *ſuerit Exceptiones, quamvis nullos produxerit* " *Teſtes.*

4 " Nam Actor probabiliter credere poſſit, " Reum *nolle has Exceptiones proponere,* niſi " *poterit eas probare*; præſertim, quia (tem-" pore Propoſitionis hujuſmodi Exceptionum) " Pars eaſdem proponens, plerúmque, præſtare " ſolet Juramentum; *quòd credit ſe poſſe eaſdem* " *probare.*

5 De hujuſmodi Juramento ſuprà ſcripto, notatur etiam in *Tit.* 99. §. 12. et in *Obs. ibid.* ſub. *lit.* (f) 1. Vide etiam *Tit.* 103. §. 2.

TITU-

Teſtium Reprobatio.

TITULUS CI.

De proponendis Exceptionibus, *ex parte* Actoris, *contra* TESTES Rei *exceptivos* [ac *quomodo, et quando* proponi, *ſeu* non proponi *poſſint.*]

Actor, poſt *Publicationem* ſuper *Materiâ Corroboratoriâ Teſtium,* poteſt excipere contra *Teſtes Reprobatorios* Rei, *etiam* poſt *Publicationem* eorundem:

I. LIcèt ACTOR [*ut in proximo præcedenti Titulo dicitur*] produxerit TESTES, *ad corroborandum* Dicta et Depoſitiones TESTIUM *Probatoriorum*, ex parte ſuâ *productorum*, eorumque Dicta *publicari* obtinuerit; poteſt tamen, quandocunque, *ante* CONCLUSIONEM *in Cauſâ*, proponere EXCEPTIONES, *tam* contra Dicta, *quàm* Perſonas TESTIUM *Reprobatoriorum* REI, etiam *non obſtante* PUBLICATIONE hujuſmodi *Teſtium* REI, et obtinere Terminum *ad hujuſmodi* EXCEPTIONES *probandum:*

Sed poſt *Publicationem* Teſtium *Rei*, allegandа eſt *Subornatio*, et *Depoſitio facta* cum *Corruptione*, et verba *Teſtis* recitanda ſunt.

II. *Limita tamen*; Quòd non licet *excipere* contra Dicta *Teſtium* REI *Reprobatoriorum*, poſt PUBLICATIONEM prædictam; *niſi addatur*, in hujuſmodi EXCEPTIONIBUS, *Quòd fuerunt* SUBORNATI, *et* CORRUPTI, *ad ita deponendum prout in eorum Depoſitionibus* (quæ ſunt, de verbo ad verbum, recitandæ) *continetur:*

Abſque Suggeſtione *Subornationis*, non admittuntur *directè contraria* Depoſitionibus *publicatis*;

III. *Nam* ſi hæc qualitas SUBORNATIONIS non *adjiciatur*, ſed *omittatur*, iſta ALLEGATIO, *directè contraria* contra Dicta *Teſtium*, admitti non debet.

Niſi *Reus*, in *Exceptionibus*, quid *generaliter* allegaverit: (Exempli gratiâ)

IV. *Fallit tamen*; ſi REUS, in prædictis EXCEPTIONIBUS, allegaverit GENERALITER, *Quòd talis Teſtis Actoris commiſit Adulterium cum quâdam Muliere* (nominatâ in Exceptionibus) nullo expreſſo TEMPORE CERTO; vel forſan (ut communiter ſolet allegari) *talibus* ANNIS (recitando DIVERSOS) *vel eorum uno*; et *Teſtes* REI depoſuerint, *quòd tali* ANNO [vel *tali* die, *ſeu* menſe *ejuſdem* ANNI] *dictus Teſtis Actoris commiſit Adulterium*, vel *deprehenſus fuit in Adulterio, cum dictâ Muliere:*

Quo caſu, *poſt Publicationem*, admittuntur *directè contraria*; Et ſufficit, objici *Perjurium*, abſque *Corruptione* allegatâ: *Ratio*; Ob nimiam *generalitatem* Allegationis exceptivæ.

V. In *iſto caſu*, licet ACTORI, poſt PUBLICATAS *Atteſtationes* TESTIUM *Rei*, allegare *directè contrarium*, et dictis TESTIBUS *Rei* PERJURIUM objicere, et non tenetur allegare CORRUPTIONEM dictorum *Teſtium:*

VI. Quia *Pars* ACTRIX, ante PUBLICATIONEM *Teſtium* REI, non potuit providere, propter GENERALITATEM *Allegationis,*

Allegationis, quomodo potuiſſet purgare *Innocentiam* TESTIUM (*a*) *Probatoriorum* de *Crimine objecto.*

VII. Sed hìc *nota*; Quòd REUS poteſt petere, ab ACTORE, proponente CORRUPTIONEM *Teſtium*, JURAMENTUM; Quòd *credit ſe poſſe probare* SUBORNATIONEM *prædictam:* — *Juramentum* proponentis *Corruptionem*, quid?

VIII. Alioquin dictæ EXCEPTIONES, contra Dicta *Teſtium* REI, non ſunt admittendæ; *niſi* in caſu (in hoc Titulo) ſuprà mentionato [§. *Fallit tamen*, &c.] — *Sine* Juramento *Exceptiones* non admittendæ: *Limitatio.*

IX. Sed *dato*; quòd præſtito hoc *Juramento*, de CORRUPTIONE *Teſtium*, PARS, eandem allegans, *non* probaverit hanc CORRUPTIONEM, probavit tamen directè *dictos Teſtes* FALSUM *depoſuiſſe, et* PERJUROS *fuiſſe*; num (in iſto caſu) ſuccumbet ACTOR, quia etiam non probaverit SUBORNATIONEM? — An ſuccumbet *Actor* non probans *Corruptionem* (quam allegat) probans autem *Perjurium* Teſtium?

X. Puto *quòd non*; Quia, *probatâ Falſitate* CORRUPTIO *præſumitur*; ſaltem ita adjudicari novi: Sed quære. — Dic, quòd non: *Ratio.*

OBSERVATIONES.

(a) *Non potuit providere (propter generalitatem Allegationis) quomodo potuiſſet, purgare Innocentiam Teſtium*, &c.] Legitur in *MS.* "Non "potuit *procedere* (propter generalitatem Allega-"tionis) *ad probandum* Innocentiam Teſtium, *&c.*

Teſtium Reprobatio, et *Corroboratio.*

TITULUS CII.

Quoties proponi poſſunt Exceptiones *contra* TESTES *et* Corroboratio (*a*) *Perſonarum* et *Dictorum* TESTIUM.

I. SI ACTOR produxerit TESTES *ſuper Libello*, licet REO *excipere*, tam *contra* Dicta, quàm *contra* Perſonas hujuſmodi TESTIUM. — Excipiendo contra *Teſtes primos* Actoris, *Reus* producit *ſuos.*

II. Qui *Teſtes* REI dicuntur TESTES *Reprobatorii* TESTIUM *Probatoriorum.* — Quid *hi* vocantur?

III. *Contra* hujuſmodi TESTES *Reprobatorios* ACTOR poteſt etiam *excipere*, tam *contra* Perſonas, quàm *contra* Dicta TESTIUM. — Contra *hos* Teſtes Rei, *Actor* producit *alios* exceptivos:

IV. *Iſti* verò *Teſtes* dicuntur TESTES *Reprobatorii* TESTIUM *Reprobatoriorum Probatoriorum.* — Quid *iſti* vocantur?

V. ACTOR

OBSERVATIONES.

(a) *Corroboratio.*] De Teſtium Corroboratione; Vide *Tit.* 100. *per totum*, et *Obs. ibid.* Vide etiam *Tit.* 82. §. 1.

[Quando *Actor* poteſt *corroborare* Dicta, *et* Perſonas Teſtium ejus *Probatoriorum?*]

V. [Actor (ſi non antea *corroboraverit* Dicta *et* Perſonas Testium *Corroboratoriorum* (*b*) ſive *primo loco*, ſive *ſecundo loco*, per eum *productorum*) poterit *ſimul* (unà cum dictis Exceptionibus datis contra *Teſtes* Rei *Reprobatorios*) vel *ſucceſſivè* (poſtquam ipſe Actor dederit Exceptiones prædictas) *corroborare* Dicta *et* perſonas (*c*) Testium *Probatoriorum.*]

Negatur *terna Reprobatio*; ſeu contra Teſtes, *ſecundo loco exceptivos*, non datur *excipere.*

VI. Reus verò prohibetur *excipere* contra *hos* Testes *Reprobatorios*, per Actorem *productos*; quia tunc admitterentur Testes *Reprobatorii* Testium *Reprobatoriorum Reprobatoriorum Probatoriorum*; quod prohibetur, in *communi* et *generali* illâ Regulâ;

In teſtem teſtes, et in hos, ſed non datur ultra.

[Quando *Reus* poteſt *corroborare* Teſtes ſuos *exceptivos?*]

VII. [Sed tamen Reus poterit *corroborare* Dicta et Depoſitiones Testium, *ex parte ſuâ* productorum, ſuper Exceptionibus, ſeu *Reprobatoriis* datis, *per eum*, contra Testes *Probatorios* Actoris; dummodo id fiat ante Publicationem *Teſtium* productorum, per Actorem, ſuper Exceptionibus prædictis, *per eum* datis contra Testes *exceptivos* Rei; ſaltem ita vidi practicatum.]

OBSERVATIONES.

(b) *Corroboratoriorum.*] Legitur *Probatoriorum*, in *MSS.*

(c) *Corroborare Dicta et Perſonas, &c.*] "*Corroboratio, in genere*, non juvat *Teſtem*, contra "*quem* excipitur, *in ſpecie.* MS.

Teſtes, a Litigatoribus, infamatus.

TITULUS CIII.

Quòd admodum neceſſarium ſit, ut Exceptiones *contra* Testes, *continentes* Crimina, *darentur per ipſas* Partes *litigantes*; vel *per tales* Personas *quæ ſunt ſolvendo* Expenſas Testis *diffamati*, *ſi* Exceptiones *non probentur* (*a*).

Etſi *major* in *Scriptis* ſit *Diffamatio*, quàm *Ore tenus*,

I. Quamvis multò magìs læduntur Nomen *et* Bona Fama *cujuſcunque perſonæ* contra quam *Judicialiter*, etiam in *Scriptis* (*b*), proponuntur, vel objiciuntur Crimina, quàm ſi hujuſmodi

OBSERVATIONES.

(a) *Si Exceptiones non probentur.*] De modo procedendi in Cauſâ Diffamationis, ſi Teſtis, aliquâ productus in Cauſâ; ſit (per Propoſitiones Exceptionum) diffamatus, a Litigatoribus; Vide *Tit.* 264, 265, 266.

(b) *Etiam in Scriptis.*] Vide *Tit.* 263. §. 5.

hujuſmodi CRIMEN fuiſſet, *extra* JUDICIUM, *Verbo tenus*, objectum; quia, *Litera Scripta manet:*

(Ratio)

II. Et licèt *Proponens* EXCEPTIONES tenetur (ſaltem ſi id ab *Adverſario* petatur, quod eſt quotidianum) præſtare JURAMENTUM, *Quòd non proponit caſdem Animo differendi Litem plus juſto; nec Animo malitioſò; et quòd credit ſe poſſe probare eaſdem* [ut in Titulo; *Modus excipiendi contra Teſtes*, &c. §. *Et nota* (*c*) *quòd quoties aliqua Materia*, &c.]

Etiamſi, per *Exceptiones*, diffamans *Teſtem* tenetur ad Juramentum *Malitiæ non committendæ*, et *ſe credere poſſe probare*;

III. Tamen cùm LITIGANTES *fovent malam Cauſam*; et cupiunt *protrahere Lites*; et *evitare* non ſolùm JURAMENTUM *prædictum*, verùm etiam ACTIONES, contra eos *pro Publicatione*, ſeu *Propoſitione* LIBELLORUM FAMOSORUM, *inſtituendas*; procurant aliquos *Ignobiles*, *Pauperes*, et quaſi *Fugitivos*, nulla *certa* habentes *Domicilia*, vigore SPECIALIS PROCURATORII, ad hunc finem tantùm concepti (*d*) [id eſt, *ad proponendum dictas Exceptiones*] proponere has EXCEPTIONES, contra TESTES *Adverſarii* aliquando *fide dignos*, et *optimæ famæ*, et eidem SPECIALI PROCURATORI omnino *incognitos:*

verùm aliquando (ad eludendum *Juramentum*, et *Actionem* ob *Libellum famoſum*) profilit *incerti Laris Homo novitius* (quà *Procurator ſpecialis*) ad exhibendum *Exceptiones*, contra (quos neſcit) *bonæ Famæ* Viros:

IV. A quo, PROCURATORE SPECIALI, *nec* JURAMENTUM *prædictum* exigi, *nec* ab eo præſtari poteſt (ſaltem ſanâ Conſcientiâ) *quia* TESTES *non novit:*

Teſtium omnino *Ignarus* non poteſt jurare, *ad hos infirmandos.*

V. Nec TESTES hujuſmodi producti, contra PROCURATOREM *hujuſmodi*, ACTIONEM, *in Cauſâ Diffamationis*, inſtituere poſſunt; quia eſt *non ſolvendo* EXPENSAS, nec conveniri poſſit, quia *nullum certum habet* DOMICILIUM.

Ubi *Actio Diffamationis* non Operæ Pretium eſt?

VI. Implorandum eſt igitur, in his caſibus, JUDICIS *Officium*, per PROCURATOREM, contra quem *dictæ* EXCEPTIONES proponuntur, *ad denegandum Audientiam dicto* PROCURATORI SPECIALI, et (ex cauſis præmiſſis) *ad rejiciendum dictas* EXCEPTIONES:

Quali *Procuratori* denegetur *Audientia?*

Rejiciantur *Exceptiones*;

VII. Niſi PARS *ipſa* [aut alia *idonea* et *ſufficiens perſona*, et in Cauſâ prædictâ *inſtructa*] a *quâ* non ſolùm *dictum* JURAMENTUM (*e*) [*Quòd non proponit hujuſmodi Exceptiones Animo differendi Litem plus juſto; et quòd credit ſe poſſe probare eaſdem*] exigi,

Niſi dentur per idoneum *ad præſtandum Juramentum*,

OBSERVATIONES.

(*c*) § *Et nota*, &c.] Vide *Tit.* 99. §. 11, 12.

(*d*) *Vigore ſpecialis Procuratorii, ad hunc finem tantùm concepti.*] Hujuſmodi Procuratorio *ſpeciali*, ad *Exceptiones dandas contra Teſtes*, ſolummodò *limitato*, hodiè non utimur: Sed ubi *Materia criminoſa contra Teſtes exceptiva* proponitur, dari ſolet *perſonaliter per Partem Principalem* (citra Revocationem Procuratoris ſui aliàs in Cauſâ conſtituti) vel *coram Judice*, ſedente Curiâ, vel *coram Commiſſariis*, ante Teſtium Examinationem

(*e*) *Dictum Juramentum.*] Vide §. 2. hujus *Tit.* Vide etiam *Tit.* 99. §. 12. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (f) 1, 2.

Et ad ſubeundum Actionem.

exigi, *et* præſtari poſſit, verùm etiam contra *quam* [caſu quo defecerit in *Probatione* dictarum *Exceptionum*] ACTIO inſtitui valeat, *hujuſmodi* EXCEPTIONES *dederit.*

An datur *Appellatio* ob *rejectas Exceptiones*, per Procuratorem *ſpecialem datas?*

VIII. Sed utrùm, propter *rejectas* EXCEPTIONES *prædictas*, datas (ut ſuprà dicitur) per PROCURATOREM SPECIALEM, datur PARTI eaſdem proponenti *juſta Cauſa appellandi?* Quære a *Peritis.*

Iſtâ de *Appellatione* non extat *Monumentum.*

IX. Vidi ſæpe has EXCEPTIONES datas per SPECIALEM PROCURATOREM, ex cauſis prædictis, *rejectas fuiſſe*; ſed nunquam vidi ullam APPELLATIONEM interpoſitam fuiſſe, a *Rejectione hujuſmodi.*

TITU-

Exhibita.

TITULUS CIV.

De Exhibitione INSTRUMENTORUM (*a*), *coram* JUDICE, *facientium ad Probationem contentorum in Propoſitis* Actoris, *ſive* Rei.

Exhibitio.

Inſtrumentum faciens fidem *ad Probationem Contentorum in Propoſitis*, quomodo, coram *Judice*, ſit *exhibendum?*

I. EGo, *in ſubſidium Probationis contentorum in Libello* (*b*) [vel *in* tali *Materiâ*, vel *Allegatione* (*c*), *aliàs per me*, *in hâc Cauſâ*, *datâ*] *exhibeo quaſdam Indenturas* (*d*), vel *tale Scriptum* [&c.] *ſic incipiens* [hìc prima Linea Exhibiti, in Actis, eſt inſerenda] *et ſic terminans* [et hìc ſex, vel quatuor, ex ultimis Verbis ſunt ſcribenda]

Quid tum *allegandum?*

II. *Et allego hujuſmodi Exhibita fuiſſe et eſſe ſubſcripta, et ſigillata, reſpectivè manibus et ſigillis in eiſdem mentionatis; et fuiſſe per* [*perſonam*, ſeu] *perſonas in eiſdem nominatas, pro earum* [ſeu *ejus*] *facto, tradita, et deliberata; et allego Contenta in eiſdem eſſe vera, ac habita et geſta prout in eiſdem continetur: Quam Allegationem pono conjunctim, et diviſim; ac eandem admitti peto; ac Jus et Juſtitiam, mihi, et Parti meæ, miniſtrari:*

Admiſſâ deſuper *Allegatione,*

III. Quâ ALLEGATIONE, per JUDICEM, *admiſſâ*, et per PARTEM eandem proponentem, et JUDICEM, in vim Poſitionum et Articulorum, *repetita* (*e*), PROCURATOR [*exhibens dicta* EXHIBITA] poterit JURARE, *ſe fideliter hujuſmodi Allegationem poſuiſſe, et Exhibita,*

OBSERVATIONES.

(a) 1 *De Exhibitione Inſtrumentorum*, &c.] " INSTRUMENTA, propriè, ea tantùm dicuntur *quæ* PUBLICA, ſunt; id eſt, a *Publicis* " *Perſonis* exarata:

2 " Minùs propriè, etiam INSTRUMENTA " dicuntur, quas PRIVATAS SCRIPTURAS " rectiùs appellamus.

3 " PUBLICA ſunt, quæ a *Notario Publico* " confecta ſunt: Item quæ *Sigillo* aliquo *Authentico* ſunt munita; Quæque, *apud Acta*, " publicè *in Judicio* fiunt.

4 " PRIVATA ſunt, quæ ex Conventionibus, inter *privatas Perſonas* contractis, " fiunt:

5 " *Literæ miſſivæ, Libri Rationum*, et *ejuſmodi*, vocantur etiam PRIVATÆ SCRIPTURÆ. *MS.*

(b) *In Subſidium Probationis contentorum in Libello*.] " Si in *Libello* mentio fiat *Inſtrumenti*, exhibendum *hoc* eſt, *ante Litem conteſtatam*, ut *Reus* deliberare poſſit, *an cedere* " *velit an contendere.* MS.

(c) 1 *Vel in tali Materiâ, vel Allegatione.*] " Inter *Litem conteſtatam*, et *Concluſionem in* " *Cauſâ*, quandocunque velit, poteſt *alterutra* " Partium litigantium *Inſtrumenta*, vel *Scripta* " quæcunque, *ad Intentionem ſuam fundandam*, " in Judicio exhibere:

2 " *Inſtrumentum* enim, *uſque ad Concluſionem in Cauſâ*, produci poteſt; niſi JUDEX " *certum tempus* præſtitueret (ut apud Nos) *ad* " *proponendum omnia, quæ conſiſtunt in facto:*

3 " *Inſtrumenta* verò, *noviter reperta*, poſt " *Concluſionem* produci poſſunt. *MS.*

(d) *Exhibeo quaſdam Indenturas*, &c.] " Inſtrumentum *producens* fatetur *Contenta* in eodem. *MS.*

(e) *In vim Poſitionum, et Articulorum, repetitâ.*] Vide de Libellis, hoc modo, repetitis; in *Tit.* 58. §. 3, 4. necnon in *Tit.* 61. §. 4, 5.

Juramentum Procuratorum, ex utrâque parte, quid neceſſarium?

Exhibita (*f*), et petere JURAMENTUM, ab *adverſo* PROCURATORE, præſtari, *de fideliter reſpondendo eiſdem, ſub* JURAMENTO, in *proximum* (*g*), in *Scriptis* (*h*):

In *privatis Scripturis exbibendis,* Reſponſa *Procuratoris Adverſi* interdum *haud* neceſſaria; *quin* potiùs *Partis:*

IV. Sed ſi dicta EXHIBITA ſint PRIVATÆ SCRIPTURÆ; ita ut PROCURATOR [*ea exhibens*] non ſperat, ſeu credit, ſe poſſe relevari ex PROCURATORIS *Partis adverſæ* RESPONSIS; tunc petat *pro* PARTE *principali* [ut in cæteris cauſis (*i*)]

Sin *authenticè* ſigillantur (Quid ſit hoc?) Reſponſa *Procuratoris Adverſi* petenda ſunt:

V. Sed *nota*; Quòd ſi EXHIBITA ſigillantur SIGILLO *aliquo* AUTHENTICO [utpote *magno Sigillo* ANGLIÆ, vel alicujus EPISCOPI, ſeu JUDICIS ECCLESIASTICI] tunc petantur *Reſponſa* PROCURATORIS *Partis adverſæ:*

Ratio; *Sigillis peritior eſt.*

VI. Quia, *in his caſibus*, veriſimile eſt, PROCURATOREM *Adverſarii* meliùs eſſe inſtructum, *quid credat*, quoad SIGILLA *allegata*, quàm ejus CLIENS inſtrui poterit.

Quid agat habens *Antiqua Scripta,* ſeu *Libros*, ad faciendum Fidem ſuper Propoſitis:

VII. Si PARS *Actrix*, vel *Rea*, habuerit aliqua antiqua *Munimenta*, ſeu *Libros* pervetuſtos exhibendos, facientes *ad neceſſariam Probationem* contentorum in Propoſitis, *ex parte ſuâ*; dicat:

Forma *de his allegandis:*

VIII. *Exhibeo quædam antiqua et pervetuſta Scripta*, ſeu *Libros ſic incipientes, et ſic terminantes* (ut ſuprà) (*l*) *et allego eoſdem eſſe Antiquos, et fuiſſe fideliter cuſtoditos penes* [talem] (aliquem, videlicet, Publicum Officiarium, *vel* Perſonam Publicam) *et eſſe tales quibus Fides plena, tam in Judicio, quàm extra, ſolet adhiberi, ac fuit et eſt adhibenda:*

Admiſſâ hujuſmodi *Allegatione*, quomodò petitur *Juramentum* Procuratoris, *vel* Partis, de reſpondendo?

IX. Tunc, propoſitâ dictâ *Allegatione*, conjunctim et diviſim, eâque admiſſâ, et repetitâ, præſtet JURAMENTUM, *&c.* (*m*) et petat etiam JURAMENTUM a PROCURATORE *adverſo* dari, *de reſpondendo* (ut ſuprà) (*n*) vel petat (ut ſuprà) (*o*) *pro* PARTE *principali.*

Quid ſi ſint Exhibita *prælonga?*

X. Et nota; quòd ſi EXHIBITA prædicta [ſeu *Libri* prædicti exhibiti] ſint prolixa, ita ut regiſtrari non poſſint, ſine magnis Expenſis eadem

OBSERVATIONES.

(f) *Jurare, ſe fideliter hujuſmodi Allegationem poſuiſſe et Exhibita*] Hìc additur in *MS. Antiq.* "Id eſt; *quod credit contenta in Alle-* "*gatione, et Exhibitis, eſſe vera, juxta Infor-* "*mationem, ſibi a Domino ſuo datam, quam cre-* "*dit eſſe veram.*

(g) *Sub Juramento, in proximum*] Hìc annotatur in *MS.* "Imò debet hoc *Juramentum* "præſtari, a *Procuratore* Partis adverſæ, *adſtatim* "*in Judicio*; et arcteatur etiam reſpondere *in* "*præſenti*, in quibuſdam caſibus: ſit autem in "*Arbitrio* JUDICIS aſſignare *ad reſpondendum* "*in proximum Juridicum,* ſub Juramento præ- "ſtando.

(h) *In Scriptis.*] Vide *Tit.* 106. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c)

(i) *Petat pro Parte principali, ut in cæteris Cauſis.*] Vide *Tit.* 61. §. 8, 9. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (l) (m) (n).

(l) *Sic incipientes, et ſic terminantes, ut ſuprà.*] Scilicet, ut ſuprà deſcribitur, in §. 1. hujus Tituli.

(m) *Præſtet Juramentum*, &c.] Sic legitur, in *MS. Antiq.* Præſtet, "*exhibens dicta Inſtru-* "*menta*, Juramentum; *Quòd fideliter poſuit con-* "*junctim et diviſim allegata hujuſmodi.*

(n) *Ut ſuprà*] § 3

(o) *Ut ſuprà.*] §. 4.

eadem exſcribere; tunc PROCURATOR curabit veram COPIAM illius partis EXHIBITORUM, quæ facit *pro Intentione Domini ſui* (p), exſcribi; *et* tunc dicet:

Fiat Copia *Clauſulæ*, ad Rem *oppoſitæ*.

XI. *Exhibeo* [ut ſuprà] (*q*) hoc addito; *et præſertim Clauſulam* talem, *ſeu* talia *Verba in* tali *Lineâ Inſtrumenti*, vel *in* tali *folio Libri exhibiti, unà cum verâ Copiâ earundem Clauſularum, ſeu Verborum; Et peto Collationem fieri cum ipſâ Copiâ, et Clauſulis, ſive Verbis prædictis exſcriptis, unà cum ipſis Originalibus; et factâ Collatione, et Regiſtratione Clauſularum, Verborum, ſeu Sententiarum prædictarum, cum dictis Originalibus, eadem Originalia retradenda decerni; et tantam fidem eſſe adhibendam* COPIIS *collatis,* et *regiſtratis, quàm ipſis Originalibus:* Tunc JUDEX: *Decernimus.*

Forma *Exhibitionis* Clauſulæ.

Quomodò fieri petitur *Collatio* cum *Originalibus*?

Retraditio Originalium Exhibitorum *e Regiſtro*, quo pacto, petenda, *et* decernenda ſit?

XII. PARS tamen *exhibens Præmiſſa* [ad finem ut PROCURATOR, vel PARS *adverſa*, poſſit inſpicere hujuſmodi EXHIBITA, et ita ſe informare, *quid credat, aut reſpondeat* (*r*)] ſolet dimittere hujuſmodi EXHIBITA ORIGINALIA *penes* REGISTRUM; donec PROCURATOR *Adverſarii*, vel PARS *principalis*, reſponderit.

Exhibita *Originalia* ipſiſſima *penes Regiſtrum* exhibenda.

XIII. Et, in iſto caſu, *exhibens præmiſſa* tenetur ſolvere *Regiſtrario*, ſolummodo, pro REGISTRATIONE illius CLAUSULÆ, quam extraxit ex *Indenturis*, ſeu *Libris* exhibitis:

Soluto Feodo *Regiſtrationis*, extrahatur *Clauſula*.

XIV. Nam notandum eſt; Nulla EXHIBITA, de quibus in *Actis* mentio ſit facta, eſſe PARTI *exhibenti* retradenda, *niſi* primò eadem fuerint, *ad perpetuam Rei Memoriam*, REGISTRATA.

Exhibita non *retradenda*, niſi priùs *Regiſtrata*.

XV. Curet igitur PROCURATOR *Præmiſſa exhibens*, ut petat JUDICIS DECRETUM, *de retradendis Exhibitis, cùm fuerint* REGISTRATA:

Fiat *Decretum Judicis* pro *Retraditione*:

XVI. Nam aliàs, ſine JUDICIS DECRETO, *Regiſtrarius* non tenetur, neque debet, eadem retradere; quamvis fuerint REGISTRATA.

Secùs; etiam *Regiſtrata*, non *retradenda*.

OBSERVATIONES.

(p) *Quæ facit pro Intentione Domini ſui.*] Hìc adjicitur in *MS. Antiq.* "Nam aliquando "*Actor*, ad probandum Intereſſe ſuum *in Decimis petitis*, exhibere neceſſariò compellitur "*Literas Patentes Regias*; in quibus multa, "*impertinentia ad Cauſam inſtitutam*, continentur.

(q) *Exhibeo, ut ſuprà.*] §. 1. in ſubſidium Probationis, *&c.*

(r) *Quid credat, aut reſpondeat.*] Vide *Obs.* ſuprà, ſub *lit.* (b).

TITU-

Exhibita.

TITULUS CV.

Proteſtatio.

De PROTESTATIONE *Procuratoris, Adverſæ Partis,* contra EXHIBITA.

Forma *Proteſtationis* Procuratoris *Adverſarii* contra *Exhibita*, tanquàm *privatas Scripturas.*

I. EGO *diſſentio Exhibitioni hujuſmodi prætenſorum Exhibitorum; et proteſtor de nullitate* (*a*), *et inauthentitate eorundem; et allego eadem Exhibita eſſe Scripturas privatas, et inauthenticas; ac tales, quibus nulla Fides eſt adhibenda: Et ideo peto eadem rejici.*

Cave quid dicas, de *Exhibito* ſub *Sigillo Regio.*

II. Sed ſi aliquod INSTRUMENTUM ſit exhibitum ſub SIGILLO REGIO, non eſt tutum PROCURATORI illud *inficiari*, aut *proteſtari*, quòd ſit PRIVATA SCRIPTURA, &c. ut ſupra (*b*).

Quid ſi faciant *Exhibita* pro *Parte tuâ?*

III. Et *nota*; quòd ſi aut *ex Inſpectione* EXHIBITORUM, tempore EXHIBITIONIS *eorundem*, aut *aliunde*, conſtare poſſit, *eadem in aliquo facere* pro PARTE *adverſâ*, tunc dicat *ejus* PROCURATOR:

Fiat *Acceptatio* quatenùs *pro Te*,

Aliter, *Proteſtatio.*

IV. *Acccepto hujuſmodi Exhibita, et Exhibitionem eorundem, quatenus faciunt pro Parte meâ; et quatenus faciunt contra, diſſentio; et proteſtor* [ut ſuprà (*c*), in principio iſtius Tituli]

Acceptatio Exhibitorum, *neceſſaria*;

V. Denique *notandum* eſt; Quòd expedit PROCURATORI *Adverſæ* PARTIS acceptare *Exhibita*, et *Exhibitionem* ADVERSARII; quamvis neſcitur utrùm, *in aliquo, faciunt pro* PARTE *ſuâ:*

Quamobrem?

VI. Nam ſi, in *aliquo, faciunt* pro PARTE *ſuâ*, et ILLE tamen *eadem* non acceptaverit; ſed *eadem fuiſſe talia, quibus nulla Fides fuerit adhibenda* allegaverit; et *fuiſſe vera* inficiatus fuerit; *Exhibens* poteſt *hujuſmodi* EXHIBITA *ſubducere*, quandocunque *ante* ACCEPTATIONEM:

Quia *Exhibens* Inſtrumenta *poteſt ſubducere*;

Sed *acceptata* minimè ſubducuntur:

VII. Quod facere *non* poteſt, ſi *acceptata* fuerint *per* ADVERSARIUM:

Ergo, rectiùs fiat *Acceptatio.*

VIII. Concludo igitur; *prodeſſe poſſe* ACCEPTATIONEM, et *obeſſe non poſſe.*

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Proteſtor de Nullitate,* &c.] Sicut contra *Teſtes*, ſic etiam contra *Inſtrumenta*, Exceptiones proponi poſſunt: Quòd *falſa* ſint, *ſuſpectæ fidei*, quòd *raſuris*, et *interlineationibus*, ſcateant, &c.

(b) (c) *Ut ſuprà.*] §. 1.

Exhibita.

TITULUS CVI.

De formâ concipiendi RESPONSA *Procuratoris, Allegationi*, vel *Exhibitis quibuſcunque Adverſarii.*

Reſponſa.

I. RESPONSA *Procuratoris* (*a*) [de quibus, in *ſupradicto Titulo*, facta eſt mentio (*b*)] debent concipi, in *Scriptis* (*c*); idque in *primâ perſonâ*; videlicet: — *Reſponſa* Procuratoris *qualia?*

II. RESPONSA *mei* N. *Procuratoris* M. *facta Poſitionibus Allegationis, et Exhibitis ex parte* O. [*tali die*] et deinde ſic: — Forma *Proœmii* Reſponſorum.

III. AD *dictam Allegationem et Exhibita reſpondeo, et credo*, &c. [prout Veritas ſe habet, et Procurator, in ſuâ Conſcientiâ, verum eſſe credit] — Formula *Reſponſorum* quomodò *pergit?*

IV. Et ſi ALLEGATIO, vel MATERIA cui reſpondere tenetur, ſit *articulata*, tenetur *articulatim* eidem reſpondere. — Reſponſio fiat *articulatim:*

V. Si *diverſa* INSTRUMENTA fuerint exhibita, *Procurator* tenetur *ſpecificè* [per Verba *Credo* vel *non credo*] *cuilibet parti* ALLEGATIONIS, et *ſingulis* EXHIBITIS *disjunctim* reſpondere: — Fit *ſingulis* Exhibitis:

VI. Nam *generalis* RESPONSIO *negativa* (quod eſt quotidianum, non inſpectis in quibus reſpondetur) *non eſt* (ex Stylo Curiæ) *admittenda*; quámvis reſpondetur per hæc Verba: *Ad talem Allegationem, et ad Exhibita in eâdem mentionata, reſpondeo, quòd non credo eadem eſſe vera, in aliquo.* — *Reſponſio* negativa *generalis* non valet.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Reſponſa Procuratoris.*] Confeſſio *veri Procuratoris* nocet *Domino*.

(b) *De quibus, in ſupradicto Titulo, facta eſt Mentio.*] Videlicet; in *Tit.* 104. §. 3, 5, 6, 9, 12.

(c) 1 *Debent concipi in Scriptis.*] Hodie, Procurator rariùs *in Scriptis* reſpondet: Niſi, apud *Acta Curiæ*, idque *generaliter*; utpote, *per Verba* (ſi ſit in Litis Conteſtatione) *negativè*; vel *affirmativè*; vel (quoad Allegationes apud Acta, vel in Scriptis, et Exhibita) *diſſentio*; vel *accepto quatenus facit pro Parte meâ, et quatenus contra Partem meam faciat, diſſentio*; ſeu *credo*, vel *faſſus ſum*; aut *non credo*, vel *inficior*.

2 Superiùs igitur, in hoc Titulo, contenta, potiùs (et juxta Praxin hodiernam) locum habeant *de Reſponſis perſonalibus Partis Principalis*; et quoad iſta (mutatis mutandis) rectè omnino quadrant.

Scrutinium.

TITULUS CVII.
De Modo petendi Scrutinium.

Petitio.

Scrutinium, in Archivis,

I. SI *in aliquo* Registro, ſeu *Publicis* Archivis, aliqua *Inſtrumenta* ſeu *Scripta* remaneant, *facientia ad Probationem contentorum in Propoſitis* ex Parte Actoris, *vel* Rei, allegandum et petendum eſt, ut ſequitur (*a*):

Quomodo *petendum?*

II. *Ego* N. *allego diverſa Inſtrumenta, ſive Munimenta* [et, ſi poſſit, *ea* ſpecificet] *neceſſariò facientia ad Probationem contentorum in Propoſitis, et Exhibitis, ex parte meâ, remanere in Regiſtro, ſeu Publicis Archivis Reverendi Patris* N. [vel *alterius perſonæ,* penes quam remaneant; et hìc *nominanda* eſt *perſona* penes quam remanent] *Unde peto Scrutinium decerni* M. N. *et* O. [perſonis in *Dignitate Eccleſiaſticâ* conſtitutis] *conjunctim, et diviſim* (*b*), *ad perſcrutanda Archiva, et dicta Munimenta,* talibus *diebus, ac in* tali *loco* [qui Locus ſolebat eſſe, ille Locus in quo eadem Munimenta cuſtodiuntur] *et* N. *Partem adverſam* [*ſeu potiùs ejus Procuratorem* (*c*)] *moneri, ad intereſſendum hujuſmodi Scrutinio, necnon Monitionem* (*d*) *decerni contra dictum Reverendum Patrem,* &c. (*e*) *et alios quoſcunque; penes quos hujuſmodi Munimenta remanent, ad exhibendum eadem, coram dictis Commiſſariis, diebus et loco prædictis, ad effectum ut ſcrutari poſſint.*

Commiſſio, pro *Scrutinio,* quibus *dirigenda?*

Ubi (loci et temporis) *exequenda?*

Moneatur *Procurator,* ex adversò, *ad intereſſendum* Expeditioni *Commiſſionis.*

Petitur *Monitio,* ad exhibendum *Inſtrumenta,* tempore *Scrutinii:*

Decretum *Judicis.*

III. Judex: *Decernimus, et monemus, ut petitur.*

Error *quondam* introductus, de *Scrutinio* fiendo, *in Conſiſtorio;* deque Inſtrumentorum *ibidem* Exhibitione:

IV. In *his* Scrutiniis petendis, *et* decernendis (per aliquot annos, nuper retroactos) *Error ſubrepſit* (ſaltem meâ Opinione; quære igitur a Peritis) *in eo quòd* Commissio, *pro* Scrutinio *faciendo,* petitur, *et* decernitur, *ad ſedendum in aliquo* Consistorio, cum Monitione ad *exhibendum eadem Munimenta, coram* Commissariis, *in eodem* Loco, et non *in* Ipsis Archivis (*f*):

V. Quod

OBSERVATIONES.

(a) *Allegandum, et petendum eſt, ut ſequitur.*] " Iſta tamen, *ante Concluſionem in Cauſâ,* " allegari, et peti debent. *MS. Antiq.*

(b) *Conjunctim, et diviſim*] Sin in *Supremâ Curiâ Delegatorum Regiorum* Cauſa pendeat; dic, *vel aliquibus eorum duobus, vel pluribus.*

(c) *Partem adverſam, ſeu potiùs ejus Procuratorem.*] Etenim *Ille* fecit ſe *Partem,* pro *eâdem;* *et poſt Litis Conteſtationem* Procurator fit Dominus *Litis.*

(d) *Necnon Monitionem*] De *quâ* Vide *Tit.* 108. *per totum.*

(e) *Reverendum Patrem,* &c.] Vide *Obs.* in *Tit.* 108. ſub *lit.* (a) 2.

(f) *Et non in ipſis Archivis.*] Secùs autem *hodie:* Tenore nempe Commiſſionis, pro Scrutinio

V. Quod *ab antiquo* [cùm *Exhibita*, et *Munimenta* fideliter cuſtodita fuerint in *Loco Publico*, ad hoc, ſpecialiter conſtituto] *fieri non ſolebat*: — Hoc reprobat *Antiqua Praxis*.

VI. Et, in *eo caſu*, ſi *Originalia Exhibita* (mentionata in Allegatione, ſeu Commiſſione factâ, ſeu conceſſâ, pro hujuſmodi Scrutinio faciendo) *comperta* fuerint, per COMMISSARIOS *Scrutantes*, in REGISTRO, ſive ARCHIVIS hujuſmodi, multò majorem *fidem* faciebant, quàm ſi *abducta* fuiſſent *ex* REGISTRO, et ad *alium quemcunque* LOCUM adducta: — Major *Fides adhibenda* compertis in *Regiſtro*, quàm *aliorſum* evectis:

VII. Nam, in *hoc caſu*, quomodo probatur hujuſmodi *Exhibita*, ſeu *Munimenta* allegata, *fuiſſe in Archiva, vel in Regiſtro fideliter cuſtodita* (g)? — Ubi non conſtat de *Inſtrumentis in Regiſtro cuſtoditis*,

VIII. Sanè, nullo modo; niſi tantùm in eo quòd ſolus *Regiſtrarius* [et plerúmque ejus *Clericus*] eadem exhibendo, *Verbo tenus*, ſive ſuo *Juramento*, ita aſſerit. — Niſi ex *relatione* Regiſtrarii.

IX. *Tutiſſimum* igitur eſſe *Litigantibus* credo, de cætero, curare; ut *omnia* SCRUTINIA *fiant in* IPSIS ARCHIVIS (*h*). — Tutiùs fiat *Scrutinium* in *Regiſtro*.

OBSERVATIONES.

Scrutinio fiendo, *Judex* Poteſtatem Commiſſariis, *hoc modo*, committere ſolet: *Ad* ſcrutandum, inveſtigandum, et inſpiciendum in Recordis, Libris publicis, et *Archivis Regiſtri* [talis Epiſcopi, *vel* Archidiaconi, *ſeu* Dominorum Decani et Capituli] pro Munimentis, Inſtrumentis, Actis, et Recordis ad Probationem Contentorum Allegationis articulatæ (dictæ Commiſſioni annexæ) neceſſariò facientibus, *in dicto Regiſtro, ſeu Archivo publico* [in tali loco ſituato] veraſque Copias dictorum Munimentorum, *&c.* per eos ſcrutatorum, et compertorum, extrahi et exſcribi faciendum, ac illas (ſic extractas) cum ipſis Originalibus, ſive Regiſtratis, conferri, et examinari, videndum. Vide *Formulas*.

(g) *Hujuſmodi exhibita, ſeu Munimenta allegata, fuiſſe in Archiva, vel in Regiſtro fideliter cuſtodita.*] Varia Lectio in *MSS.* talis eſt: "*Hujuſmodi Exhibita fuiſſe Munimenta allegata, vel in Archivis, ſeu Regiſtro allegato, fideliter cuſtodita.*

(h) *In ipſis Archivis*] "In quibus Inſtrumenta cuſtodiuntur. *MS. Antiq.*

Scrutinium.

TITULUS CVIII.

De tenore MONITIONIS *ad exhibendum* ARCHIVA, *ſeu* MUNIMENTA, *coram* Commiſſariis, *ad effectum* ea ſcrutandi.

Monitio.

I. CURABIT *Procurator*, *petens* SCRUTINIUM, *Monitionem* prædictam *concipi*; et *ſigillari*, SIGILLO JUDICIS (*a*); et *exequi* contra PERSONAS, *penes quas hujuſmodi Munimenta remanent*: — *Monitio* ad exhibendum *Archiva*, ut ſcrutentur, *quali?*

II. Et

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Sigillari Sigillo Judicis.*] Ad hujuſmodi Monitionem obtinendam, *ſub Sigillo*, peti ſolet, a *Domino Judicante*, prout, in Calce §. 2. *proximè præcedentis Tituli, notatur*:

2 *Unde* DOMINUS *decernit*; Ordinarium loci, ejuſque Regiſtrarium, Archivorum Cuſtodem, ſive Actorum

Cùm, et quomodo *certificanda?*

II. Et tunc, coram COMMISSARIIS [quamprimùm, *in Loco aſſignato*, judicialiter ſedent] *certificanda* eſt hujuſmodi *Monitio*, cum CERTIFICATORIO AUTHENTICO; ut in cæteris Cauſis (*b*).

OBSERVATIONES.

Actorum Scribam, ſeu Scribas, in ſpecie, necnon omnes et ſingulos alios [penes quos aliqua Acta, Inactitata, Munimenta, Inſtrumenta, et Recorda, Allegationem articulatam (Commiſſioni pro Scrutinio annexam) qualitercunque concernentia, remanent, ſive exiſtunt] in genere monendos fore, quatenus ipſi, *coram Commiſſariis* in dictâ Commiſſione nominatis *conjunctim et diviſim* [vel, cùm Cauſa vertitur in *Curiâ Delegatorum*, hæc ſunt verba; *ſeu coram aliquibus eorum duobus vel pluribus*] tempore et loco Expeditions dictæ Commiſſionis, omnia et ſingula Acta, &c prædicta, hujuſmodi Negotium qualitercunque concernentia, ſeu tangentia, et penes eos remanentia, in eorum formis originalibus, ſive regiſtratis, plenè, planè, integrè, et fideliter producant, oſtendant, et exhibeant; ſeu produci, oſtendi, et exhiberi faciant; ad effectum ut ſcrutari, utque Copiæ veræ eorundem fieri, et extrahi, et unà cum ipſis Originalibus, ſive Regiſtratis, fideliter conferri poſſint: Sub pœnâ Juris, et Contemptûs. Vide *Formulas*.

(b) *Cum Certificatorio Authentico, ut in cæteris Cauſis*] De hujuſmodi certificandi modo, Vide *Tit.* 26. et *Obs. ibid.*

Scrutinium.

Proceſſus.

TITULUS CIX.

De Formâ procedendi *in* SCRUTINIO.

Quomodo proceditur in *Scrutinio?*

I. CÙM COMMISSARII *et Notarius* præſentes ſint, die et loco, pro SCRUTINIO faciendo aſſignatis, dicet PROCURATOR [vel ejus SUBSTITUTUS, exhibens primò eandem SUBSTITUTIONEM]

Subſtitutio *exhibenda.*

Forma *Præſentationis* Commiſſionis.

II. *Ego, ex parte* VENERABILIS *et* EGREGII VIRI DOMINI OFFICIALIS PRINCIPALIS ALMÆ CURIÆ CANTUARIENSIS *de* ARCUBUS [vel *alterius* JUDICIS qui conceſſit *Scrutinium*] (ut in Titulo (*a*), *De formâ præſentandi Commiſſionem pro Teſtibus examinandis*, &c.) *præſento Vobis has Literas Commiſſionales, de Scrutinio faciendo, et peto quatenus dignemini acceptare in Vos, Onus Executionis hujuſmodi Commiſſionis, et decernere procedendum fore juxta tenorem ejuſdem.*

Commiſſio *perlegenda.*

III. Tunc COMMISSARII facient Commiſſionem *publicè* legi (*b*), et (eâ lectâ) dicent:

Modus *Acceptationis* Executionis Commiſſionis.

IV. *Nos, ob* REVERENTIAM (*c*) [vel HONOREM, ſi ARCHIEPISCOPUS ſit committens] *acceptamus, in Nos, Onus Executionis*

cutionis

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 88. §. 4.

(b) *Publicè legi.*] Vide *Tit.* 88. §. 5.

(c) *Nos, ob Reverentiam*, &c.] Vide *Tit.* 88. §. 6.

cutionis hujuſmodi Commiſſionis; et decernimus procedendum fore, juxta vim, formam, tenorem, et effectum ejuſdem; et hunc Notarium Publicum, hìc præſentem, in Actorum noſtrorum Scribam, in hâc parte, aſſumimus. Aſſumptio *Notarii,* in Actorum Scribam.

V. Et tunc facienda eſt *publica* PRÆCONIZATIO, pro PROCURATORE *Partis adverſæ*; et in omnibus eſt procedendum, quoad ejus CONTUMACIAM, ſi *non comparuerit* [ut in Titulo (*d*), *De modo procedendi, poſt Acceptationem Oneris Executionis Commiſſionis, pro Teſtium Examinatione, ſi neque Pars adverſa, nec ejus Procurator, nec Subſtitutus a dicto Procuratore, comparuerit.*] Fit *Præconizatio* Procuratoris, ex adverſò. Proceditur *in pœnam* non comparentis.

VI. Si PARS *adverſa*, vel ejus PROCURATOR, *comparuerit*, tunc, *in caſu quo* SCRUTINIUM non eſt faciendum *in* IPSIS ARCHIVIS, dicet PARS *petens* SCRUTINIUM: Quid ſi compareat, *Scrutinio* non facto *in ipſis Archivis?*

VII. *Exhibeo Mandatum originale, cum Certificatorio* [*in Dorſo*] *et accuſo Contumaciam* M. N. *et* O. *monitorum, juxta tenorem dicti Mandati* (*e*), *ad exhibendum, iſtis die et loco, Munimenta in Literis veſtris Commiſſionalibus mentionata.* Forma *relationis* Monitionis *contra* Regiſtrarium, *ad exhibendum* Munimenta.

VIII. Et tunc REGISTRARIUS, ſeu CUSTOS *hujuſmodi Munimentorum*, dicet: *Ex parte* N. [hoc eſt, JUDICIS cujus ſunt Munimenta] *et mei Regiſtrarii, ſive Regiſtri Cuſtodis, ſatisfaciendo hujuſmodi Monitioni, exhibeo* [tale] *Scriptum,* ſive [tale] *Inſtrumentum*, aut [talem] *Librum*, &c. Modus *exhibendi* Inſtrumenta, *per Regiſtrarium.*

IX. Et tum PARS *petens* SCRUTINIUM dicet: *Et ego eadem Munimenta exhibeo, quatenus faciunt, pro parte meâ; et peto eadem diligenter legi, perſcrutari, et inſpici; ac Copias veras eorundem* tranſcribi; *et Tranſcriptas fideliter* collationari (*f*) *cum ipſis Originalibus; ac, factâ Collatione, tranſmitti* [denuo] *Commiſſionem Domino concedenti, die et loco atque juxta tenorem Commiſſionis prædictæ.* Modus itidem *Exhibitionis* Munimentorum, *per Procuratorem*, et ejus Petitio.

X. Quæ omnia COMMISSARII facient *et* decernent, *in præſentiâ* PARTIS *adverſæ* (g), et NOTARII PUBLICIS adhibiti et aſſumpti; *et* certificabunt eadem [prout *Commiſſio, pro Teſtibus,* eſt certificanda (*h*).] Forma Proceſſûs *Commiſſariorum.*

XI. Sed

OBSERVATIONES.

(d) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 89. §. 7, 8, 9, 16, 17, 18, 19, 20.

(e) *Juxta tenorem dicti Mandati.*] De *quo*, Vide *Obs.* in *Tit.* 108. ſub *lit.* (a).

(f) *Collationari.*] Verbum fabricatum, pro *conferri.*

(g) *In præſentiâ Partis adverſæ.*] Aliàs, *in præſentiâ Procuratoris Partis adverſæ.*

(h) *Prout Commiſſio, pro Teſtibus, eſt certificanda.*] De Certificatorio ſuper Executione, Commiſſionis, pro Teſtium Examinatione (in quantum attinet ad certificandum Commiſſionem, pro Scrutinio) Vide *Tit.* 92. §. 1, 2, 3, 6.

Proceditur in omnibus, in *pœnam Contumaciæ* non comparentis.

XI. Sed nota (*ut ſuprà*) (*i*) Quòd ſi Pars *adverſa* nec per se, nec per Procuratorem, *comparuerit*; tunc omnia facienda, exhibenda, et decernenda ſunt, in *pœnam* Contumaciæ *Partis* præconizatæ (*l*), accuſatæ, et pro Contumace primò pronunciatæ, [ut in Titulo (*m*), *De modo procedendi, poſt Acceptationem Oneris Executionis Commiſſionis, pro Teſtium Examinatione*, &c.]

Scrutinio facto *in ipſis Archivis*, quomodò *proceditur?*

XII. Et *ſi* prædictum Scrutinium faciendum fuerit in Ipsis Archivis, tunc dicti Commissarii [*in præſentiâ* Partis *adverſæ*, ſi præſens fuerit, vel in *pœnam* Contumaciæ (*ut ſuprà* (*n*)) ſi ſe contumaciter abſentaverit] Registrum *prædictum*, pro *dictis Munimentis* in Commiſſione mentionatis, *in præſentiâ dicti* Notarii *aſſumpti*, ſcrutari facient, *et* procedere, *et* certificare tenentur, *ut ſuprà* (*o*):

Commiſſarii *ſcrutantur Regiſtrum.*

Quid agendum *ulteriùs?*

Regiſtri Cuſtos Munimenta *Commiſſariis ſpectanda præbet.*

XIII. Sed, in *his* caſibus, Registrarius, ſeu Custos *dictorum Munimentorum* (pro meliori *Expeditione* hujuſmodi *Scrutinii*) ſolet oſtendere Commissariis *dicta Munimenta*, vel *Locum* in *quo* reponi, et cuſtodiri, ſolent (*p*).

Quid ſi *monitus*, Munimenta *coram Commiſſariis, exhibere non curat?*

XIV. Sed hìc *quæri* poſſit; *qualiter et quomodo* procedendum eſt, ſi Episcopus *vel* Registrarius, ut ſuprà, moniti (*q*) *ad exhibendum dicta Munimenta, coram dictis* Commissariis, minimè tamen *comparuerint*, nec *Monitioni hujuſmodi ſatisfecerint?* videlicet:

Quæritur, an poſſint *Commiſſarii* Contumacem *excommunicare?* *Vel* deferre *Judici* Commiſſionem concedenti, ut *ab eo* puniatur pro *Contemptu?*

XV. Utrùm poſſint *per dictos* Commissarios (propter eorum Contumacias) *excommunicari*, vel aliàs [*facto* Certificatorio Authentico (*r*), *per hujuſmodi* Commissarios Judici *concedenti dictam Commiſſionem*, de *omnibus*, *per* Eos *geſtis*] eidem Judici *ſignificari*; ut idem Judex procedere poſſit *contra hujuſmodi* Contumaces in Cauſâ Contemptûs, et eos, *per Cenſuras Eccleſiaſticas, punire?*

Adhuc, *eâ de re*, ſub Judice Lis eſt.

XVI. De *hâc Quæſtione*, ad triginta annos elapſos (*ſ*), maximè controverſum *et* diſputatum fuit, inter peritiſſimos Advocatos; ſed, de *eâ Quæſtione*, non memini fuiſſe *interlocutum* (*t*).

XVII. Periti

OBSERVATIONES.

(i) *Nota; ut ſuprà.*] §. 5.

(l) *Partis præconizatæ*, &c.] Aliàs; *Procuratoris præconizati*, &c.

(m) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 89. §. 7, 8, 9, 16, 17, 18, 19, 20.

(n) *Vel in pœnam Contumaciæ, ut ſuprà.*] §. 5, 11.

(o) *Certificare tenentur, ut ſuprà.*] §. 10.

(p) *Vel locum in quo reponi, et cuſtodiri, ſolent.*] Hìc pergit *MS. Antiq.* " Ne Commiſſarii hujuſmodi in *Regiſtro integro* Scrutinium " facerent, pro *Munimentis*, vigore Commiſſionis, *ſcrutandis*..

(q) *Ut ſuprà moniti.*] §. 7.

(r) *Facto Certificatorio authentico.*] Vide *Tit.* 92. §. 1.

(ſ) *Ad triginta annos elapſos.*] " Ad triginta " *quinque* annos elapſos. *MS. Antiq.*

(t) (u) 1 *Non memini fuiſſe interlocutum.*] Quoad *hoc*, et etiam *loco Verborum* in ſequenti §. [17.] *Varia Lectio* talis eſt, in *MS. Antiq.* " Sed

XVII. Periti tamen et exercitati PROCURATORES hanc tenebant ſententiam (videlicet) *dictos* COMMISSARIOS *non potuiſſe excommunicare* EPISCOPUM, *vel* REGISTRARIUM, *quamvis* (ut ſuprà) monitos *ad exhibendum dicta Munimenta* (*u*): — Tenent Practicantes, *excommunicare* non *poſſunt Commiſſarii.*

XVIII. Quia, in *Commiſſione* [*de* SCRUTINIO *faciendo*] *non data fuit* (*x*), *ſeu ſaltem non ſolet dari* POTESTAS, *nec Verba æquipollentia* (*y*), *dictis* COMMISSARIIS, *excommunicandi non Exhibentes dicta Munimenta.* — Ratio; *Defectus in vi Verborum Commiſſionis:*

XIX. Ad evitandum igitur *hanc Quæſtionem* (*z*); de cætero, curet PROCURATOR *petens* SCRUTINIUM, ut in eâdem *Commiſſione* POTESTAS EXCOMMUNICANDI monitos *ad exhibendum Munimenta, et* non *Exhibentes*, COMMISSARIIS concedatur: — Fiat ergo *Clauſula*, ad hoc *ſatis* apta;

XX. Quæ CLAUSULA, ſeu POTESTAS, in omni hujuſmodi *Commiſſione*, non inſeri aut inſcribi, per hos plurimos annos, ſolebat. — In Formulis *olim* deſiderata.

OBSERVATIONES.

" Sed *quomodo*, de hâc Quæſtione, interlocu-
" tum fuit, non recordatus ſum:

2 " Hoc tamen ſcio, Judicem peritos et
" magìs exercitatos Procuratores interrogâſſe;
" *quomodo, retroactis temporibus, practicatum*
" *fuit?* Qui reſponderunt: *hanc Quæſtionem*
" *nunquam, eorum temporibus, fuiſſe controver-*
" *ſam*; tamen retulerunt, *Quòd eorum Opinione*
" (*ſalvo Judicio peritorum Advocatorum*) *præ-*
" *dicti Commiſſarii non potuerant excommuni-*
" *care Epiſcopum et Regiſtrarium, quàmvis* (*ut*
" *ſuprà*) *moniti, ad exhibendum dicta Muni-*
" *menta, non comparuerint.*

(x) *Quia in Commiſſione, de Scrutinio faciendo, non data fuit,* &c.] Hujus Sectionis [18.] hæc Verba ſunt, in *MS. Antiq.* " Quia in
" Commiſſione, de Scrutinio faciendo, Judex
" concedens Commiſſionem non ſolet dare Po-
" teſtatem, dictis Commiſſariis, excommuni-
" candi non exhibentes dicta Munimenta.

(y) *Nec Verba æquipollentia.*] In tenore Commiſſionum hujuſmodi, pro Scrutinio (juxta Stylum, in Formulis, hodiernum) *hæc reperiuntur Verba:* VOBIS, de quorum fidelitate et induſtriâ plurimùm, in hâc parte, confidimus, &c. Vices *et* Authoritatem noſtras committimus, per præſentes, cum *cujuſlibet legitimæ Coertionis* Poteſtate.

(z) 1 *Ad evitandum igitur hanc Quæſtionem,* &c.] Varia Lectio (loco hujus, et ſequentis Sectionis) in quodam, penes me, *MS. Antiq.* talis eſt;

2 " Ad evitandum igitur hanc *Quæſtionem,*
" de cæterò, curet *Procurator* petens *Scrutinium*
" ut *Monitio,* ad exhibenda Munimenta (ut ſuprà)
" decernatur contra Epiſcopum, *ad exhibendum*
" *Munimenta, coram Commiſſariis, diebus et*
" *loco in Commiſſione mentionatis*; *alioquin quòd*
" *Idem Epiſcopus compareat, coram Judice con-*
" *cedente Commiſſionem, aliquo die competente*
" (poſt lapſum dierum aſſignatorum ad facien-
" dum Scrutinium) *ad dicendum cauſam qua-*
" *re propter ejus Contumaciam* (*caſu, quo non*
" *exhibuerit Munimenta, coram Commiſſariis*)
" *excommunicari non deberet.*

3 " Et tunc, relato Proceſſu, ſuper dicto Scru-
" tinio, cum Monitione prædictâ, et Certifica-
" torio Authentico, ſuper Executione ejuſdem,
" excommunicandus eſt Epiſcopus; niſi Contu-
" maciam hujuſmodi legitimè purgaverit.

4 De hujuſmodi *Monitionis* autem *Formulâ modernâ*; Vide *Tit.* 108. ſub *lit.* (a).

TITU-

Juramentum Calumniæ.

TITULUS CX.

Quæ continentur in [generali] JURAMENTO CALUMNIÆ (*a*). [deque ejuſdem ſpeciali JURAMENTO, ſcilicet, MALITIÆ *non committendæ.*]

Quænam ſunt *Capitula* Juramenti *Calumniæ?*

I. QUÒD credit ſe bonam Cauſam fovere:
QUÒD interrrogatus non negabit, quod verum eſſe crediderit:
QUÒD non utetur, ſcienter, falſâ Probatione:
QUÒD Dilationem non petet, in fraudem, ad protrahendam Litem:
QUÒD nihil dedit aut promiſit, nihilque dabit, aut promittet, pro Victoriâ obtinendâ; niſi iis perſonis, quibus Leges et Canones dare permittunt.

Juxta Verſus:

Illud juretur, quòd lis tibi juſta videtur;
Et, ſi quæretur, verum non inficietur;
Nil promittetur; nec falſa probatio detur;
Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur.

II. Quæ

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Juramento Calumniæ.*] JURAMENTORUM genera ſunt *quatuor*; quorum uſus frequens fuit, in *Curiis Eccleſiaſticis:* ſcilicet;

[1] JURAMENTUM *Veritatis.*
[2] JURAMENTUM *Litis deciſorium.*
[3] JURAMENTUM { *Calumniæ,* et *Malitiæ.* }
[4] JURAMENTUM *Suppletorium.*

2 JURAMENTUM *Veritatis* eſt, quod ſubeunt *Partes*, litigantes in Judicio; *de verè reſpondendo Poſitionibus, ſecundùm ea quæ ſciunt, vel credunt* [de quo, *ſuprà* dicitur in *Tit.* 65. §. 3.] Et id etiam, quod *Teſtes* ſubeunt, *de verè deponendo, ſecundùm ea quæ ſciunt* [de quo, Vide *Tit.* 80. §. 7.]

3 JURAMENTUM *Litis deciſorium* eſt, quod *unus* Litigatorum *alteri* defert; ut, *eo*, LIS *terminetur:*

4 De *Juramento* verò hujuſmodi, Nobiſcum (hiſce temporibus) uſurpato, haud unquam audimus: Fit autem Mentio, talis qualis, et quæritur de hoc Juramento, Litis deciſorio, in *Tit.* 234. §. 6, 7, 8, 9: ſed obſoletum eſt.

5 De JURAMENTO *Calumniæ* et *Malitiæ*, ſuprà dictum eſt, in *præſenti Titulo*, necnon in *Tit* 99. §. 7, 8 9, 11, 12, 13, 16. Vide *Conſt. Othonis*, c. *Juſjurandum Calumniæ.*

6 De JURAMENTO *Suppletorio* tractatur, in proximo *ſequenti Titulo.*

7 Sunt et *alia quædam Juramenta*, in quâlibet parte Judicii (ut fit) occurrentia: Qualia ſunt; *Juramentum* Procuratoris; *De non percontando Depoſitiones: Juramentum* Procuratoris; *De neceſſariâ Expenſarum Erogatione: Juramentum* Partis (ad Beneficium Abſolutionis obtinendum) *De parendo Juri, et ſtando Mandatis Eccleſiæ: Juramentum* Partis; *ſuper Admiſſione in formâ Pauperis: Juramentum* Partis; *De Materiâ ad Notitiam noviter perventa: Juramentum* Partis; *Se credere poſſe probare: Juramentum* Creditoris; *De Debito: Juramentum Executoris, et Adminiſtratoris*; vel *Computantium*; *OEconomorum Eccleſiæ*; *Quæſtorum*; *Curati*; *Prædicatoris*; *Ludimagiſtri*; *Artem Medicinæ*; et *Artem Chirurgicam practicantis*; *Obſtetricum*, &c.

II. Quæ omnia, de GENERALI tantùm *Calumniæ* JURAMENTO, intelligenda ſunt.

[Scilicet, Juramenti *generalis*]

III. Quod JURAMENTUM *hujuſmodi* non niſi *ſemel, in Cauſâ*, præſtari debet; atque etiam, plerúmque *ſtatim poſt* LITEM *conteſtatam* fieri ſolet:

Juramentum hoc *generale* quando præſtandum?

IV. Si tamen *tunc* omittatur, poteſt *poſtea*, in quâcunque parte Judicii, *exigi*.

Dic; *ſemel* in Lite.

V. Eſt autem aliud JURAMENTUM *Calumniæ* SPECIALE, alio nomine, MALITIÆ *non committendæ*, dictum.

Juramentum Calumniæ *ſpeciale*, Quid?

VI. Quod JURAMENTUM, MALITIÆ *non committendæ*, quoties JUDICI æquum viſum fuerit [*Litigatoribus etiam invitis*] miniſtrari poſſit, idque LITE *conteſtatâ*, vel non *conteſtatâ*; vel JURAMENTO *Calumniæ* GENERALI *præſtito*, vel *non præſtito*.

[Scilicet, *Malitiæ non committendæ*]

Quoties hoc miniſtrabitur?

Juramentum Suppletorium.

TITULUS CXI.

De JURAMENTO *Partis* principalis SUPPLETORIO.

I. SI ACTOR *non plenè*, ſed *plus quàm ſemiplenè*, aut *ad minùs ſemiplenè*, probaverit INTENTIONEM *ſuam*, comparere poteſt, *coram* JUDICE, ſub formâ *ſequenti*, et *ſequens* præſtare JURAMENTUM (*a*) [Nam Procurator non poteſt hoc Juramentum ſubire; quia non habet, in Procuratorio generali Mandatum ſpeciale ad id præſtandum]

Juramentum *Suppletorium* [ubi *ſemiplena Probatio* fit] *a quo* præſtandum?

II. *Ego* N. (*citra revocationem Procuratoris mei*) *allego me probâſſe Intentionem meam, in* LIBELLO, &c. [vel, *in tali* ALLEGATIONE] *plus quàm ſemiplenè, ſaltem ſemiplenè ad minùs* (*referendo me ad Acta Curiæ, et ad Jura*) *et ideo peto* JURAMENTUM SUPPLETORIUM *mihi deferri, ac peto Jus et Juſtitiam.*

Quomodo *peti* poteſt, et debet?

III. Tunc PROCURATOR *Partis adverſæ* dicet: *Inficior allegata hujuſmodi eſſe vera, et proteſtor de Nullitate eorundem, et allego hujuſmodi* JURAMENTUM *non eſſe deferendum*; *referendo me ad Jura.*

Proteſtatio (tunc temporis) *Procuratoris Adverſi*.

IV. Tunc JUDEX aſſignabit; *Ad audiendum Voluntatem ſuper hujuſmodi petitione, et ad informandum* (*b*):

Judex hincinde *informatus eſt*;

V. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Sequens præſtare Juramentum.*] In §. 7. *hujus Tit.*

(b) *Et ad informandum.*] Scilicet; tam in *Facto*, quàm in *Jure*:

Ubi quid ſemiplenè probatur, admittitur *Suppletorium*, in caſibus, *de Jure permiſſis*;

V. Et ſi Ei conſtare poſſit, *quòd vera ſint*, quæ *petens* JURAMENTUM allegat [id eſt, INTENTIONEM *eſſe plus quàm ſemiplenè, aut ad minùs ſemiplenè, probatam*] tenetur deferre hujuſmodi JURAMENTUM SUPPLETORIUM, in caſibus in quibus *Jura* admittunt.

Quære, de *his*, inter Advocatos.

VI. Conſule igitur *Peritos*; in quibus caſibus *hoc* JURAMENTUM *eſt deferendum?*

Suppletorium præſtatur de *Veritate*, ex *certâ Scientiâ*:

VII. Et PARS *præſtans* hujuſmodi JURAMENTUM, jurabit: *Quòd, de ejus* certâ Scientiâ, *vera ſunt, ſuper quibus petit* JURAMENTUM *ſibi deferri.*

Peti debet *ante* Concluſionem:

VIII. Sed *duo* hìc notanda ſunt: *Primùm*; quòd hoc JURAMENTUM debet peti, *ante* CONCLUSIONEM *in Cauſâ*; et ſi, *tunc*, non deferatur, debet *iterum* peti, poſt CONCLUSIONEM *in Cauſâ*:

Sin *ita* ſit; *Judex* miniſtret *ante*, vel *poſt*.

IX. Nam, *in iſto caſu*, JUDEX poteſt hoc JURAMENTUM deferre, *ante*, vel *poſt* CONCLUSIONEM: *Secùs*, non (*c*).

Quo caſu *Juramentum Suppletoriorum* non omnino *deferendum eſt?*

X. *Secundò*; ſi PARS *adverſa* [contra quam petitur JURAMENTUM] allegaverit, et probaverit, PARTEM [petentem JURAMENTUM SUPPLETORIUM] *eſſe infamem, criminoſam, aut nullius reputationis, vel æſtimationis*; tunc *hujuſmodi* JURAMENTUM non *eſt deferendum*, in aliquo caſu (*d*).

OBSERVATIONES.

(c) *Secùs non.*] "Id eſt; niſi fuerit petitum, " *ante* Concluſionem. *MS.*

(d) *In aliquo caſu.*] Hìc ſequitur, in *MS. Antiq.* "Et nota; quòd ſi hoc *Juramentum* " non fuerit petitum, *ante Concluſionem in Cauſâ*; nec peti, nec deferri poteſt, *poſt Concluſionem in Cauſâ*; etiam in caſu, in quo hoc " *Juramentum* ſit petendum.

TITU-

Retardatus Proceſſus.

TITULUS CXII.

De Expensis retardati Proceſſûs [*quando*, *ſcilicet*, et *quomodo*, tales Expenſæ *petendæ ſunt*, et *decernendæ*.

I. SI Actor, vel Reus, propoſuerit aliquam Materiam *defenſivam*, Allegationem, Exceptiones, et *ſimilia*, et (eis admiſſis) habuerit Terminum *ad probandum*, per quod Processus *ſit* Retardatus [quia, pendente *hâc* Dilatione, *Pars adverſa* nihil potuit petere, ut fieret Conclusio *in Cauſâ*] ſi Proponens hujuſmodi Materiam *defenſivam* defecerit in Probatione, *lapſo die Probatorio*, dicet Pars *adverſa:*

Retardatio Proceſſûs quomodo fit?

II. *Allego* (*a*) N. *defeciſſe in Probatione Allegationis, per eum datæ* [tali die] *et quòd Proceſſus eſt retardatus; referendo me ad Acta Curiæ, et ideò peto Partem prædictam condemnari in Expenſis retardati Proceſſûs; ac Jus, et Juſtitiam, fieri et miniſtrari.*

Allegatio Procuratoris Adverſi, *de Proceſſu retardato:*

Petitur *Condemnatio* in *Expenſis:*

III. Si hoc conſtiterit Judici, debet condemnare, *ut petitur*; ac (porrectâ Schedulâ Expenſarum) Expensas *taxare* (*b*), *et* decernere Monitionem, *ad ſolvendum* [ut infrà (*c*), *quoad Expenſas Litis*, &c.] præſtito Juramento [ut infrà (*d*)] videlicet; *Quòd neceſſariò, hâc occaſione, tantas expoſuit Expenſas.*

Fit *Condemnatio:*

Taxantur *Expenſæ*;

Decernitur *Monitio*,

Factâ priùs *fide*, de neceſſariâ *Expenſarum* Erogatione.

IV. Si

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Si Proponens hujuſmodi Materiam defenſivam defecerit in Probatione, lapſo Die Probatorio, dicet Pars adverſa; allego.*] Lege, ex *MS. Antiq.* cum Additione ſequente.

2 " *Si Proponens hujuſmodi Materiam de-" fenſivam defecerit in Probatione*; et *lapſo Die " Probatorio* Adverſa Pars petierit *ad audien-" dum Sententiam* [*ex primâ Aſſignatione* [in " *Summariis*, et *ad proponendum omnia*, in *Ple-" nariis* (ut fieret *Concluſio* in Cauſâ) et Pars " illa, quæ aliàs dictam Materiam dederit] in " dicto die aſſignato *ad audiendum Sententi-" am, ex primâ*, vel *ad concludendum*, vel *lap-" ſo Termino Probatorio prædicto*, et priuſquam " Adverſarius ſuus petierit *ad audiendum Sen-" tentiam, ex primâ*, vel *ad concludendum*] pro-" poſuerit aliam quamcunque Materiam (quia " nemo prohibetur uti pluribus Defenſionibus, " etiam contrariis) et petierit *Terminum novum " ſibi aſſignari, ad eandem probandam*, dicat " Procurator Partis adverſæ, contra quam hu-" juſmodi Materia data fuerit:

3 " *Allego* N. (Partem hanc ſecundam Ma-" teriam proponentem) *aliàs quandam propoſu-" iſſe Materiam, obtinuiſſe Terminum Probatori-" um ſibi, ad eandem probandum, et defeciſſe in " probatione ejuſdem* (*referendò me ad Proceſ-" ſum, et Acta Curiæ, in hâc Cauſâ, expedita*) " *Et quòd, ratione Dilationis hujuſmodi, Proceſ-" ſus eſt retardatus, in præjudicium Domini " mei: Unde peto* N. *condemnari in Expenſis " retardati Proceſſûs, ac Jus, et Juſtitiam mihi, " et Parti meæ, fieri et miniſtrari, cum effectu.*

4 " Si præmiſſa conſtiterint Judici, ſolet " condemnare, *ut petitur.*

(b) *Expenſas taxare.*] Et aliquando (ex cauſis) reſervare Taxationem, in finem Litis.

(c) (d) *Ut infrà.*] De Expenſarum *Schedulâ*, *Taxatione, Monitione, ac Juramento* deſuper præſtando; Vide *Tit.* 331. §. 3, 4, 5, 6, 7, 8. et *Obs. ibid.*

Expenſarum hujuſmodi *Petitio* ſit perquàm *neceſſaria*, Ad *Lites* amputandas.

IV. Si hæc Petitio [*de* EXPENSIS *retardati Proceſſûs*] in ſingulis Cauſis, petita eſſet, LITES *amputarentur:* Nam LITIGATORES non darent, *toties*, frivolas, *et* dilatorias ALLEGATIONES, ad LITES *protrahendas* (*e*).

OBSERVATIONES.

(e) *Ad Lites protrahendas*] Sic pergit *MS.* " Eſt et alius Modus refrænandi has ſecundas, et " aliquando etiam tertias, et quartas, Propoſitiones Materiarum, ſive Allegationum: De " quo, in Titulo ſequenti [*De Aſſignatione Termini ad proponendum omnia, quæ conſiſtunt in " Facto, ad evitandas Dilationes*] tractatur.

TITU-

De Terminis { Ad proponendum omnia; et Ad audiendum Sententiam, ex primâ.

Concluſionis Præparatoria.

TITULUS CXIII.

De Aſſignatione Termini, ad proponendum omnia, quæ conſiſtunt in facto, *ad evitandas* DILATIONES.

Quid agendum eſt, *ad amputandas Dilationes* Litem protrahentium, *dando ſeparatim Allegationes*, nunc *unam*, mox *aliam?*

I. SI REUS quærit SUBTERFUGIA, et DILATIONES (quòd, in veritate, Reo eſt quotidianum) et non vult proponere *omnes* MATERIAS DEFENSIVAS *ſimul*; ſed nunc *unam*, nunc *aliam* [videlicet; *nunc* EXCEPTIONES, *nunc* MATERIAM DEFENSIONIS] cautus ACTORIS *Procurator* has DILATIONES evitabit, et amputabit, *iſto modo:*

Reſponde; *Reo* proponente *ſecundam* Defenſionis *Allegationem*,

II. Quamprimum REUS dederit *unam* MATERIAM, ac *Terminus probatorius* fuerit *lapſus*, ac poſtea [aut *pendente Termino probatorio* hujuſmodi, vel *eo lapſò*] dederit *aliam* MATERIAM; *Procurator* ACTORIS dicet:

Petatur *Reum* arctandum fore decerni, *ad proponendum omnia*, infra *Terminum*, competenter *aſſignandum:*

III. DOMINE JUDEX; *allego* N. *Reum*, *aliàs propoſuiſſe Materiam quandam, et Probatorium Terminum, ei (ad eandem probandum) aſſignatum, eſſe lapſum; et quòd jam dat alteram, ad hanc Litem protrahendam: Quare, ad Lites hujuſmodi amputandas, peto Terminum competentem dicto Reo aſſignari, ad proponendum omnia quæ conſiſtunt in facto* [tali] *Die* [videlicet; ad binos, vel trinos Dies Juridicos proximè ſequentes, juxta qualitatem, et gravitatem Cauſæ] JUDEX verò *ita* ſolet aſſignare:

Unde *Judex*, ad hoc, *aſſignabit* Diem;

IV. Et ſi in *eodem Die*, vel *antea*, REUS non propoſuerit *omnes* ſuas DEFENSIONES, non poterit *poſtea* quicquid allegare, aut proponere, et deſuper petere *Terminum Probatorium*, ſaltem quoad TESTES, ſibi aſſignari:

Quo *adveniente* Die, *nihilque* propoſito,

Ne *quid ulteriùs* proponat *Reus:*

V. *Niſi* alia emergens cauſa [inter *Diem* in *quo* facta fuit hujuſmodi Aſſignatio, *ad proponendum omnia*, et *Diem* in vel ad *quem* ita fuit aſſignatum] interceſſerit:

Niſi, *propter* quid *interim* emergens;

VI. Hoc eſt; *niſi* ACTOR aliquam ALLEGATIONEM *Defenſionis*, vel MATERIAM *exceptivam*, contra TESTES *Adverſarii*, dederit; *vel quia* [pendente Termino hujuſmodi, *ad proponendum*, aſſignato] CAUSA (*mutuo* Partium *conſenſu*) ſteterit in COMPROMISSO; vel *alia* DEFENSIO *neceſſaria* pervenerit ad PARTIS *notitiam* [poſt *lapſum Diem*, datum *ad proponendum omnia*]

Utpote; propter *Allegationem*, ex alterâ Parte, *datam*; Vel, ratione *Tractatûs Pacis*; Vel, ob quid *ad Notitiam noviter perventum*;

VII. Nam

Tum datur *ulteriora* proponere.

VII. Nam *tunc* [in *his*, ſimilibuſque *caſibus*] licitum eſt Reo replicare, et *contrariam* Materiam (*a*) proponere; non obſtante dictâ Aſſignatione, *ad proponendum omnia.*

Quæ dicuntur de *Reo*, h cum etiam habent de *Actore* in ſimili caſu.

VIII. *Simili* etiam modo, ſi Actor unam propoſuerit (*b*) Materiam, et *lapſo Termino dato*, ad *probandam*, aliam dederit, Reus poteſt *ſimiliter* petere, ut Actori aſſignetur Terminus, *ad probandum omnia* (*c*) *quæ conſiſtunt in facto:*

Annuit Judex.

IX. Et Judex debet *ita* aſſignare.

Terminus, *ad proponendum omnia*, non obſtat *ulterioribus poſtmodum Probationibus*, in *Matrimoniali*: Ratio; *Cauſa* eſt *favorabilis*, et *Privilegiata*.

X. Sed generaliter in *Cauſâ Matrimoniali* (*d*), quæ eſt *Cauſa favorabilis*, et *privilegiata*, dicta Aſſignatio, *ad probandum omnia* (*e*), non obſtat, quin proponi poſſint Defensiones, et Testes produci [ut notatur in Titulo (*f*) *De Productione Teſtium, in Cauſâ Matrimoniali poſt publicatas Atteſtationes, et de ſpeciali Prærogativâ, ſive Privilegio Cauſæ Matrimonialis.*]

OBSERVATIONES.

(a) *Contrariam Materiam.*] Aliàs legitur, in *MSS.* " Quamcunque Materiam.

(b) *Propoſuerit.*] In nonnulliis *MSS.* legitur, *probaverit.*

(c) (e) 1 *Ad probandum omnia.*] Legitur, *Ad proponendum omnia*, in omnibus *MSS.*

2 Habemus autem (ſiquando multiplicantur Allegationes) terminum, *juxta Praxin hodiernam*, ad amputandas Dilationes, aſſignatum (huic, *ad probandum omnia*, conſimilem) videlicet; *ad probandum, et probata habendum* [infra talem diem.]

(d) *Sed generaliter in Cauſâ Matrimoniali*, &c.] Varia Lectio talis eſt, in *MSS.* " Limita tamen, et excipe *Cauſam Matrimonialem*, quæ eſt Cauſa, ita *favorabilis*, et *privilegiata*, quòd dicta Aſſignatio, *ad proponendum omnia*, non obſtat, quin, &c. [*ut ſuprà.*]

(f) *Ut notatur in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 205.

Concluſionis Præparatoria.

TITULUS CXIV.

De Aſſignatione Termini ad audiendum Sententiam, ex primâ Aſſignatione, in Causis Summariis, *et* ad proponendum omnia, *in* Plenariis (*a*), *quæ* Præparatoria *ſunt ad* Conclusionem *in Cauſâ.*

In *Summariis*, Actor (*publicatis Teſtibus*)

I. Factâ *Publicatione* Testium, dicet Actor (*b*); *in* Causis Summariis:

II. *Peto*

OBSERVATIONES.

(a) *In plenariis.*] Quæ Cauſæ ſunt *Cauſæ Plenariæ*; Vide *Tit.* 7.

(b) 1 *Factâ Publicatione Teſtium dicet Actor.*] Imo; ante Publicationem Depoſitionum Teſtium, ex parte *Actoris*, petitam (ejus Termino Probatorio lapſo) ſi velit, dicat *Reus*: Quòd petit Terminum aſſignari, *ad audiendum Sententiam, ex primâ*, in proximum diem Juridicum [*in Cauſis Summariis*] vel, *ad proponendum omnia, quæ conſiſtunt in* facto [in *Plenariis*] in proximum;

2 Unde

De Terminis { Ad proponendum omnia ; et Ad audiendum Sententiam, ex primâ.

II. *Peto Terminum mihi aſſignari, ad audiendum Sententiam* (c), *in proximo die Juridico :*

Petit ad *Sententiam, ex primâ,* in proximum :

III. Et in PLENARIIS ; *ad proponendum omnia* (d) ; JUDEX : *Aſſignamus.*

In *Plenariis*, ad *proponendum omnia*, in proximum : *Judex* aſſignat.

IV. Tunc REUS [ſi credat neceſſarium eſſe PARTI *ſuæ*, uti EXCEPTIONIBUS contra TESTES *Adverſarii*, vel DEFENSIONE *contrariâ*] dicat :

Reus, *Allegationem* daturus,

V. *Diſſentio Aſſignationi hujuſmodi* (e) : [lege Titulum ; *Quòd Teſtes poſſunt rejici* (*f*), *vel admitti, in die aſſignato ad proponendum omnia, in plenariis, et in die primæ Aſſignationis ad audiendum Sententiam, in Summariis* ; et tres ſequentes Titulos (*g*) in *quibus* tractatur de *Concluſione* in *Plenariis*, et *Summariis* Cauſis.]

Diſſentire debet *Aſſignationi.*

OBSERVATIONES.

2 Unde cogatur Actor, *ad petendum Publicationem* ; Ne (priuſquàm eandem obtinuerit) *concludatur in Cauſâ*, ad petitionem Rei :

3 Et deinde, *factâ Publicatione Teſtium*, dicat iterum *Reus*, vel tunc demum dicat *Actor* (Is, ſcilicet, qui credit Intentionem ſuam, jam eſſe fundatam) Quòd petit aſſignari *ad Sententiam, ex primâ* [in Summariis], vel, *ad proponendum omnia* [in Plenariis] (ut ſuprà) in proximum.

(c) *Ad audiendum Sententiam.*] Quæ Aſſignatio dicitur ; *ad audiendum Sententiam, ex primâ* ; prout altera (poſt hanc, ſubſequens Aſſignatio) vocatur ; *ad audiendum Sententiam, ex ſecundâ* [*Aſſignatione*]

(d) *Et, in Plenariis, ad proponendum omnia.*] Hìc adjicitur in *MSS.* " Scilicet ; non *eodem* " *die*, quo publicantur Teſtes ; ſed ſolùm, in " *proximum*, eſt aſſignandum *ad proponendum* " *omnia.*

(e) 1 *Diſſentio Aſſignationi hujuſmodi.*] Poſtmodum autem, adveniente (ſcilicet) die aſſignato *ad proponendum omnia*, vel *ad Sententiam ex primâ*, Pars (aliquam volens proponere Materiam) dat Allegationem [Vide *Tit.* 115. §. 2. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (e). necnon *Tit.* 117. §. 1.

2 Quâ Allegatione *admiſſâ*, ſeu factâ Aſſignatione *ſuper Admiſſione ejuſdem*, reſcinditur inde *Concluſio Cauſæ* [prout in *Tit.* 115. §. 3, 4.] quæ aliàs locum haberet [ut in *Tit.* 117. §. 2, 3, 4. necnon *Tit.* 119. §. 6. ac etiam *Tit.* 121. § 4.]

(f) *Lege Titulum, Quòd Teſtes poſſunt rejici,* &c.] De hoc, Vide *Tit.* 116.

(g) *Et tres ſequentes Titulos,* &c.] Hos vide Titulos (Ordine noſtro, diſpoſitos) nempe, *De Concluſione, in Cauſâ Plenariâ* ; Tit. 119. *De Petitione, in die aſſignato ad concludendum, in Cauſâ Plenariâ* ; Tit. 120. *De Concluſione, in Cauſâ Summariâ* ; Tit 121.

Concluſionis Præparatoria, et *Impedimenta.*

TITULUS CXV.

Quid ſit Terminus, ad proponendum omnia, *et ex quibus Actis* reſcinditur CONCLUSIO.

I. TERMINUS iſte, *ad proponendum omnia* (ut a Doctiſſimis audivi) non reperitur in toto *Corpore* JURIS ; et dicitur eſſe potiùs

Terminus *ad proponendum omnia*, quid ?

De Terminis { Ad proponendum omnia; et Ad audiendum Sententiam, ex primâ.

potiùs *Terminus* JUDICIS, quàm JURIS, *ad tollendas* DILATIONES (*a*).

Utitur in *Plenariis*; Huic æquipollet Terminus *ad Sententiam*, ex primâ, *in Summariis*: Hos infra Terminos dentur *Allegationes*. Ex Dilatione datâ, *ſuper Admiſſione Allegationis*, fit Reciſſio *Concluſionis*: Scilicet; ubi *admittitur Allegatio*, in die, *ſuper Admiſſione ejuſdem*, prorogato.

II. Et REUS poterit, in die *ad proponendum omnia* in PLENARIIS, et *ad audiendum Sententiam*, in SUMMARIIS (*b*), quaſcunque MATERIAS, EXCEPTIONES, vel DEFENSIONES *dare* (*c*); vel priùs datis *addere*, et eas *declarare*, per viam POSITIONUM ADDITIONALIUM:

III. Per quarum *Admiſſionem*, vel Aſſignationem *ad audiendum Voluntatem Judicis, ſuper Admiſſione*, reſcinditur CONCLUSIO (*d*):

IV. Saltem, ſi poſtea *admiſſæ fuerint* (*e*) hujuſmodi EXCEPTIONES, vel MATERIA; et quamvis etiam in dicto die aſſignato *ad proponendum omnia*, vel *ad audiendum Sententiam* (*f*); CAUSA non fuerit *continuata*, in ſtatu quo tunc erat, *uſque in diem proximum Juridicum*.

Admiſſâ *Allegatione generali*, et dato *Probatorio*, non conceditur *novus* Terminus *ad probandum* Articulos *additionales*.

V. Sed hìc notandum eſt; Quòd licèt POSITIONES ADDITIONALES *admiſſæ fuerint*, non tamen dandus eſt *alius* TERMINUS, ſeu *novus* DIES (*g*), *ad eaſdem probandas*, ſi *alius* datus fuerat TERMINUS PROBATORIUS, ad id *probandum*, *ad* quod *hæ ſunt* DECLARATORIÆ; ſed *probandæ* ſunt hujuſmodi POSITIONES *declaratoriæ*, *infra* TERMINUM *aliàs* datum (*h*).

OBSERVATIONES.

(a) *Ad tollendas Dilationes*, &c.] Vide *Tit.* 113. §. 1, 2, 3, 4, 8, 9.

(b) *Ad audiendum Sententiam in Summariis.*] Scilicet; *ex primâ* [Aſſignatione.]

(c) *Defenſiones dare*, &c.] Vide *Tit.* 117. §. 1.

(d) *Reſcinditur Concluſio.*] Quæ aliàs ſubſecuta fuiſſet: Vide *Tit.* 117. §. 2, 3, 4. necnon *Tit.* 119. §. 6. ac etiam *Tit.* 121. §. 4.

(e) 1 *Saltem ſi poſtea admiſſæ fuerint.*] Hodie dicere ſolet *Procurator*, in die aſſignato *ad proponendum omnia*, in Cauſis Plenariis, et *ad audiendum Sententiam, ex primâ*, in Summariis, *Do Allegationem, quam peto admitti.*

2 Cui reſpondet *Procurator* (ex adverſâ Parte) *Diſſentio; et allego eandem non concludere in Jure, nec eſſe, de Jure, admittendam, et peto rejici, ac Jus et Juſtitiam mihi, et Parti meæ, fieri, et miniſtrari, cum Effectu:*

3 *Procurator* primus: *Diſſentio; et peto, ut priùs ac Jus* [&c. ut ſuprà]

4 Unde *Dominus Judex* (caſu quo *Procurator* dans, ut aſſeruit, Allegationem, eandem et Copiam, in promptu, non habet) aſſignare ſolet (ad petitionem Procuratoris Allegationem offerentis) *ad audiendum Voluntatem ſuam, ſuper Admiſſione Allegationis prædictæ, in proximum diem Juridicum* (*datâ Copiâ ejuſdem, Procuratori Partis adverſæ, per triduum, aut biduum ante*) *et, ſi non ſit de Jure admittenda, ad concludendum* (in Cauſis Plenariis) *aut ad Sententiam ex ſecundâ* (in Summariis) *eodem die.*

(f) *Vel ad audiendum Sententiam.*] *Ex primâ* [Aſſignatione.]

(g) (h) *Non tamen dandus eſt alius Terminus, ſeu novus Dies*, &c.] De hoc etiam, Vide *Tit.* 99. §. 10. et *Tit.* 255. §. 5.

TITU-

TITULUS CXVI.

Conclusionis Præparatoria, et *Impedimenta.*

Quòd TESTES *poſſunt* rejici, *vel* admitti, *in die aſſignato* ad proponendum omnia, *in* PLENARIIS, et *in die primæ aſſignationis* ad audiendum Sententiam, *in* SUMMARIIS.

I. SI in DIE aſſignato *ad proponendum omnia*, in PLENARIIS, ſeu in DIE primæ aſſignationis *ad audiendum Sententiam*, in SUMMARIIS, *Pars* ACTRIX, ſive REA, habuerit TESTES *neceſſarios*, præſentes in Judicio, et juraverit *eos eſſe Teſtes Parti ſuæ neceſſarios*, JUDEX eoſdem admittere, jurare, et examinare poteſt: — In die aſſignato *ad proponendum omnia*, vel *ad Sententiam ex primâ*, admittantur *Teſtes* hincinde *neceſſarii:*

II. Quamvis ex adverſò dicatur; *Rem non eſſe integram*, ac *Jus eſſe Parti ſuæ acceſſum, et acquiſitum*, per dictam aſſignationem [*ad proponendum omnia*, in PLENARIIS, et *ad audiendum Sententiam, in* SUMMARIIS] — Etſi *Res* tum non dicatur *integra*, ſed *Jus alteri acquiſitum*;

III. Et hæc *Allegatio*, ſive *Objectio*, proponenda eſt, per PROCURATOREM *adverſæ Partis*, *cùm*, in hoc caſu, TESTES *producuntur:* — *Idque* tunc temporis *allegetur.*

IV. Tamen relinquitur JUDICIS *Arbitrio*, an voluerit hujuſmodi TESTES *admittere*, vel *rejicere*; et neutri PARTIUM datur *juſta cauſa appellandi.* — Hìc *Admiſſio*, ſeu *Rejectio Teſtium*, ita ſub *Arbitrio Judicis* eſt, ut abinde *appellari* non poſſit: Sic *adjudicatum* fuit.

V. Hoc obtinui, in Judicio contradictorio, ad annos triginta elapſos.

Concluſionis Præparatoria, et *Impedimenta.*

TITULUS CXVII.

Quid faciet Reus (*a*), *in die aſſignato*, ad proponendum omnia, *in* PLENARIIS, *et* ad audiendum Sententiam ex primâ aſſignatione, *in* SUMMARIIS, ad impediendum CONCLUSIONEM; et *qualis Actus* inducit CONCLUSIONEM.

In die aſſignato *ad Sententiam ex primâ*, vel *ad proponendum omnia*, (ad impediendum *Concluſionem*) dabitur *Allegatio:*

I. REUS, in DIE aſſignato *ad audiendum Sententiam*, in SUMMARIIS (*b*), et *ad proponendum omnia*, in PLENARIIS, ſi intendit uti EXCEPTIONIBUS contra TESTES *Adverſarii*; vel ullâ *contrariâ* DEFENSIONE; tenetur, *eodem* DIE, proponere EXCEPTIONES (*c*) hujuſmodi contra TESTES, aut in *genere*, apud ACTA (ut vocant) vel *ſpecificè*, in SCRIPTIS; aut dare aliquam aliam DEFENSIONIS *Materiam* (*d*):

Sin minùs, *in Summariis*, petitur *ad Sententiam, ex ſecundâ*, in proximum; Vel, *nil acto, vel dato*, hinc inducitur *Concluſio:*

II. Nam ſi NIHIL actum fuerit in DIE aſſignato *ad audiendum Sententiam* (*e*), in SUMMARIIS; et in DIE aſſignato *ad proponendum omnia*, in PLENARIIS (*f*); et *eodem* DIE (*g*) aſſignetur in SUMMARIIS *ad audiendum Sententiam*, *ut priùs* (*h*); erit *concluſum* in Cauſâ (*i*):

Item, *in Plenariis*, petitur *ad concludendum*, in proximum; Aut, *nil acto, vel propoſito*, concluſum eſt;

III. Et ſimiliter in PLENARIIS; ſi DIE aſſignato *ad proponendum omnia*, OMNIA fuerint exhibita, et propoſita; et aſſignatum fuerit *ad concludendum in proximo*; vel ſi in dicto DIE aſſignato *ad proponendum omnia*, NIHIL actum fuerit (*l*); *concluditur*, eo ipſo (*m*), in Cauſâ:

IV. Nec

OBSERVATIONES.

(a) *Quid faciet Reus.*] Quod hìc dicitur, de Reo, locum etiam habet quoad Actorem, in ſimili caſu.

(b) *Ad audiendum Sententiam in Summariis.*] Scilicet, *ex primâ* [Aſſignatione.]

(c) *Proponere Exceptiones*, &c.] De modo excipiendi contra Teſtes, tam in genere, quàm in ſpecie; Vide *Tit.* 99.

(d) *Aut dare aliquam aliam Defenſionis Materiam.*] Vide, de hoc, etiam in *Tit.* 115. §. 2.

(e) *Ad audiendum Sententiam.*] Ex primâ.

(f) (l) *Ad proponendum omnia, in Plenariis.*] Si nihil actum fuerit, in die, ad hoc, aſſignato; Terminus, *ad proponendum omnia*, habet Vim *Concluſionis* in Cauſâ. Vide *Tit.* 119. §. 6.

(g) *Et eodem die.*] Legitur in *MsS.* Vel eodem die.

(h) *Ad audiendum Sententiam ut priùs.*] Quod, *Nobiscum*, appellatur; *Ad audiendum Sententiam ex ſecundâ* [Aſſignatione]

(i) *Erit concluſum in Cauſâ.*] Vide *Tit.* 121. §. 4.

(m) *Concluditur, eo ipſo.*] Sed, quoad JUDICEM, Cauſa nunquam concluditur, ante *Sententiam* latam: Et cum *Pars altera* fidem fecerit, quid admittibile *noviter ad Notitiam perventum*

De Terminis { Ad proponendum omnia; et Ad audiendum Sententiam, ex primâ.

IV. Nec poſtea admittitur REUS, vel ACTOR, *ad proponendum* (*n*) MATERIAM aliquam, aut EXCEPTIONES.

Poſtea *neutri Partium* datur *quid ulteriùs* proponere.

OBSERVATIONES.

ventum eſſe, reſcinditur aliquando Concluſio; *facta Condemnatione Partis in Expenſis retardati Proceſſûs:*

2 De Reciſſione Concluſionis; Vide *Tit.* 78. §. 10.

3 Et cavendum eſt *Partibus*; ut Concluſio, *ſemel* reſciſſa, *novâ* Concluſione, redintegretur.

(n) *Nec poſtea admittitur Reus, vel Actor, ad proponendum*, &c.] Quoad Cauſas autem *Matrimoniales*, in hoc caſu, *Privilegiatas*; Vide *Tit.* 205.-necnon *Tit.* 14. §. 4.

Concluſio, ſuper *Articulo emergente.*

TITULUS CXVIII.

Quando dicitur eſſe concluſum in Cauſâ, *ſuper aliquo* ARTICULO EMERGENTE, ante *finalem* SENTENTIAM in *Cauſâ* PRINCIPALI.

Quænam ſit *Allegatio*, ſuper *Articulo emergente?*

Exempla:

Quoad *falſum Certificatorium*;

Quoad *Compromiſſum.*

I. MULTOTIES contingit quòd ALLEGATIO datur, non concernens NEGOTIUM PRINCIPALE, ſed *aliam* EMERGENTEM CAUSAM; Exempli gratiâ:

II. Objicio contra CERTIFICATORIUM cujuſdam *Mandati* [cujus vigore fui excommunicatus] *Quòd eſt fictum, falſum, fabricatum*, &c. [Ut in Titulo (*a*), *De Objectione contra Certificatorium Mandati Citatorii*, et *de Abſolutione ab injuſtâ Excommunicatione, ex falſo Certificatorio, latâ*] Vel allegavi COMPOSITIONEM *in Cauſâ* (*b*):

Finitis *Probationibus*, et factâ *Publicatione*, ſuper *Emergente quolibet in Cauſâ*, allegandum eſt, *Intentionem* eſſe *probatam*:

III. Et *produxi* TESTES ſuper hujuſmodi ALLEGATIONE; et [*factâ Publicatione* eorundem TESTIUM] allegavi *Intentionem meam, in hujuſmodi Allegatione, fuiſſe ſufficienter probatam*; *referendo me ad acta, et probata*; *ac petii Dominum meum ſimpliciter abſolvi* (*c*); *ac Partem adverſam condemnari in Expenſis, factis in Probatione dictæ Allegationis:*

Negatur, *ex adverſo*;

Aſſignat Judex *ad audiendum Voluntatem* (an ſit, necne) *in proximum*;

IV. Et JUDEX, in præſentiâ *Procuratoris* PARTIS ADVERSÆ, *inficiantis allegata per me* [hoc eſt, quòd probavi Intentionem meam] *eſſe vera*, aſſignavit *ad audiendum ejus Voluntatem, in proximo die Juridico:*

Quo adveniente die, aſſignatur etiam *ad audiendum Voluntatem* deſuper *in proximum*;

V. Si verò JUDEX, in *eo* DIE, ad meam Petitionem [allegantem, *et* petentem, *ut priùs*] aſſignaverit, in præſentiâ *Procuratoris* PARTIS ADVERSÆ *ad idem in proximo* [id eſt; *ad audiendum ejus Voluntatem ſuper meâ Petitione*]

Per hanc Aſſignationem, *bis factam, concluſum eſt* in Cauſâ, ſuper hoc *Emergente Articulo*:

VI. Tunc hæ *binæ* ASSIGNATIONES (*d*) [ſeu hæc ASSIGNATIO *ſecunda*] inducunt CONCLUSIONEM *in Cauſâ, quoad hujuſmodi Articulum* EMERGENTEM:

VII. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 27. et *Tit.* 28.

(b) 1 *Allegavi Compoſitionem in Cauſâ.*] Aliàs legitur in *MSS.* "Allegavi, *in Cauſâ Compromiſſum*; quod ſæpe contingit, ad obtinendum *Reſtitutionem Termini Probatorii* (ratione hujuſmodi Compromiſſi) *lapſi.*

2 Ex Stylo, verò dicimus hodie, *Cauſam fuiſſe ſub Tractatu Pacis:*

3 Et deinde, Partibus ad Concordiam adductis, allegatur *Pax inter Partes*; ſeu quòd *concordatum eſt, in Cauſâ.*

(c) *Simpliciter abſolvi.*] Hìc ſupple; prout in *MS. Antiq.* "Vel Partem meam reſtitui verſus *Lapſum Termini Probatorii*, lapſi ratione *Compromiſſi.*

(d) *Hæ binæ Aſſignationes.*] Vide *Tit.* 328. §. 3.

VII. Et non licet PARTI *adverſæ* contra dictos TESTES *excipere*; nec quicquid *contrarium*, ALLEGATIONI *et* PETITIONI antedictis, *proponere*.

Nec valet *Adverſarius*, de hoc, *ulteriùs proponere.*

Concluſio, in *Cauſâ Plenariâ.*

TITULUS CXIX.

De Concluſione *in Cauſâ* PLENARIÂ [*quando* et *quomodo ſit.*]

In *Plenariâ*, Die *ad proponendum omnia*, quid agendum, ut *concludatur* in Cauſâ?

I. IN DIE aſſignato, *ad proponendum omnia*, dicat PROCURATOR, qui SPERAT OBTINERE in Cauſâ:

Forma *Exhibitionis omnium Actorum*, et Petitionis *ad concludendum.*

II. *Ego exhibeo omnia Acta, inactitata, deducta, allegata, propoſita, exhibita, probata, et confeſſata, in hâc Cauſâ, quatenus faciunt pro Parte meâ; et peto Terminum aſſignari ad concludendum, in proximum.*

Quid *agat* alter, *Cauſâ fidens?*

III. Altera verò PARS (*a*), ſi Cauſæ ſuæ CONFIDAT, dicat: *Exhibeo, ſimiliter, omnia Acta*, &c. (ut ſuprà) *quatenus faciunt pro Parte meâ:* Et *ne diſſentiat* Aſſignationi *ad concludendum:*

Quid *diffidens Victoriæ?*

IV. Si verò Cauſæ DIFFIDAT, *diſſentiat* Exhibitioni *Actorum*, et Propoſitioni *eorundem*, ac Aſſignationi *ad concludendum* (*b*):

Actorum Exhibitio, et Aſſignatio *ad concludendum*;

V. Hæc *Exhibitio omnium Actorum*, et *Aſſignatio ad concludendum*, inducit CONCLUSIONEM in Cauſâ:

Vel *nil actum*, die dato *ad proponendum omnia*, vim habent *Concluſionis.*

VI. Inducitur etiam CONCLUSIO, non ſolùm, *per ipſorum Actorum Exhibitionem*, ſive *Aſſignationem ad concludendum*, verùm etiam, *ſi* NIHIL *omnino factum fuiſſet*, in DIE, *ad proponendum omnia*, aſſignato [ut in Titulo (*c*), *Quid faciet Reus in die aſſignato ad proponendum omnia, in Cauſis Plenariis, at ad audiendum Sententiam ex primâ Aſſignatione, in Summariis, ad impediendum Concluſionem: et qualis Actus inducit Concluſionem.*]

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Altera verò Pars.*] Per *Partem*, hìc (utì nonnullis aliis in locis) intelligitur etiam *Procurator in Judicio*; qui fecit ſe *Partem* pro *Domino ſuo.*

(b) *Diſſentiat*, &c. *Aſſignationi ad concludendum.*] Si Procurator nollet *ut in Cauſâ concludatur* (intendens aliquam, ex Parte ſuâ, proponere Materiam) dicat, et agendum eſt, prout annotatur in *Obs.* de *Tit.* 115. ſub *lit.* (e).

(c) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 117. et *Obs. ibid.*

Concluſio, in *Cauſâ Plenariâ.*

TITULUS CXX.

De Petitione *in die aſſignato* ad concludendum [*in Cauſâ* PLENARIâ]

In Plenariâ, Die *ad concludendum,*

I. IN DIE aſſignato *ad concludendum* (*a*), dicat PROCURATOR, [ad *cujus* Petitionem *aſſignatum fuit* ad concludendum]

Concludit Judex, cum *Parte concludente:*

II. DOMINE JUDEX; *concludo in hâc Cauſâ* (*b*), *cum Dominatione Veſtrâ, et peto, per Eandem, mecum concludi.* JUDEX: *Concludimus, cum Parte concludente.*

Petitur *ad audiendum Sententiam, in proximum.* Judex *annuit.*

III. Deinde dicat ACTOR: *Peto Terminum* (*c*) *aſſignari ad audiendum Sententiam, in proximo die Juridico* (*d*). JUDEX: *Aſſignamus.*

Pars *altera Cauſæ diffidens,* diſſentit; *Secùs;* non.

IV. REUS, ſi Cauſæ ſuæ DIFFIDAT, dicat: *Diſſentio* (*e*) *Concluſioni hujuſmodi,* et *Aſſignationi prædictæ:*

V. Si SECùS; *concludat* cum PARTE, et JUDICE (*f*), et *ne diſſentiat* Aſſignationi, *ad audiendum Sententiam.*

Superiùs dicta locum habeant, tam quoad *Reum,* quàm *Actorem;*

VI. Præmiſſa dici, petique poſſunt, per PROCURATOREM *Adverſæ Partis;* quàmvis *non* fuerit, ad *ejus* Petitionem, aſſignatum *ad concludendum:*

Ratio.

VII. Nam aliquando petens *ad proponendum omnia,* vel *ad concludendum,* ſaniori uſus *Conſilio* [id eſt; *Conſilio* ADVOCATI *in Cauſâ* (*g*)], nollet (*h*).

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *In Die aſſignato ad concludendum.*] "Intellige, fuiſſe *aliàs,* in hunc Diem, *aſſignatum* ad concludendum. *MS.*

(b) 1 *Concludo in hâc Cauſâ.*] Quemadmodum *Lapſus Termini Probatorii* excludit omnes *Probationes,* per *Teſtes.*

2 Ita *Concluſio Cauſæ* excludit omnem *Probationem,* per *Inſtrumenta;* niſi ſint, *poſt* Concluſionem in Cauſâ, *de novo, reperta.*

(c) *Dicat Actor; peto Terminum* &c.] Imò dicat idem aliquando *Reus:* ſcilicet; Alterutra Partium, cui lubet.

(d) 1 *Ad audiendum Sententiam, in proximo die Juridico*] Et *ad in[illegible]* [illegible]:

2 Vel aliquando (ſcilicet; [illegible] proceditur *in pœnam Contumaciæ*) *Ad Sententiam in proximum* [diem Juridicum] et *ad informandum interim:* Die (ſcilicet) aliquo, per Judicem, ante Curiam, *pro Informationibus habendis,* præſtituendo.

(e) *Reus, ſi Cauſæ ſuæ diffidat, dicat; Diſſentio*] Similiter *Actor,* cùm id ei potius videbitur.

(f) *Concludat cum Parte, et Judice.*] Concluditur in Cauſâ, cùm, utrinque, *Allegationibus et Probationibus renunciatur.*

(g) *Conſilio Advocati in Cauſâ.*] Quòd Procuratores, inconſulto Advocato, in Cauſâ concludere prohibentur: Vide *Canon.* (Anno 1603) 131.

(h) *Nollet.*] Supple; "*Concludere in Cauſâ,*" vel *ut in Cauſa concluderetur.* MSS.

Concluſio, in *Cauſâ Summariâ.*

TITULUS CXXI.

De Concluſione *in Cauſâ* SUMMARIÂ [*quando* et *quomodo fit.*]

I. IN DIE aſſignato *ad audiendum Sententiam* (*a*), petat ILLE ad *cujus* Petitionem *ita aſſignatum fuit*, ut aſſignetur *ad idem in proximum* (*b*): — *In Summari[illegible] Die ad [illegible] [illegible] [illegible] mum:*

II. *Diſſentiat*, aut *taceat* ADVERSA *Pars*, ut in *caſu* prædicto (*c*): — *Diſſentiat [illegible] [illegible], tacet [illegible]:*

III. Et ſi, *ante* hujuſmodi SECUNDAM Aſſignationem *ad audiendum Sententiam*, NEUTRA *Partium* dederit MATERIAM, ſeu ALLEGATIONEM, vel EXCEPTIONES contra TESTES, iſta SECUNDA *Aſſignatio* inducit CONCLUSIONEM in Cauſâ. — Ante Aſſignationem hujuſmodi, *ex ſecunda*, datur *Allegatio*: Secùs; Aſſignatio, *ex ſecunda*, inducit *Concluſionem.*

IV. Et nota (ut (*d*) ſuprà) quòd ſi in dicto *primo* DIE aſſignato *ad audiendum Sententiam* (*e*) [id eſt; DIE *ad quem* aſſignatum fuit *ad audiendum Sententiam* (*f*)] NIHIL *actum ſit*, quòd tunc, *eo ipſo*, dicitur eſſe *concluſum* in Cauſâ [ut in Titulo (*g*), *Quid faciet Reus, in die aſſignato ad proponendum omnia, in Cauſis Plenariis, et ad audiendum Sententiam ex primâ Aſſignatione, in Summariis, ad impediendum Concluſionem; et qualis Actus inducit Concluſionem.*] — Nil actum *die dato ad Sententiam, ex primâ*, inducit *Concluſionem.*

V. Quamprimum *concluſum ſit in Cauſâ*, etiam (in ipſo, et eodem *Actu Concluſionis*) petenda et aſſignanda eſt DIES, *ad informandum Judicem, tam in* FACTO, *quàm in* JURE. — Factâ *Concluſione*, petitur *ad audiendum Informationes.*

VI. Hic verò DIES INFORMATIONIS ſolet fieri in aliquo DIE *non Juridico*, et in *Cœnaculo* ADVOCATORUM; et aliquando, ex cauſâ, in *Ædibus* JUDICIS: — Ubi *temporis*, et *loci*, celebrantur *Informationes*?

VII. Solent

OBSERVATIONES.

(a) (e) (f) *Ad audiendum Sententiam*] Ex primâ.

(b) *Ad idem in proximum.*] Ad Sententiam *iterum*; quam Aſſignationem appellamus, *ad Sententiam ex ſecundâ, et ad informandum.*

(c) *Ut in caſu prædicto*] Nempe; prout Cauſæ ſuæ diffidat, *aut* confidat. Vide *Tit.* 120. §. 4, 5. quoad hoc, *in Cauſâ plenariâ*; quoad hoc etiam, tam *in Cauſâ ſummariâ*, quàm *plenariâ*, Vide *Obs.* in *Tit.* 115. ſub *lit.* (e).

(d) (g) *Ut ſuprà*, &c.] *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 117. §. 2.

†

Procuratores *intereſſe debent*, tempore *Informationum*,

Ratio.

Per quos Acta Curiæ concipiuntur?

VII. Solent etiam intereſſe hujuſmodi INFORMATIONIBUS *Procuratores*, ſalariati in Cauſâ; quia ſunt prompti (*h*) ad informandum ADVOCATOS, de ACTIS expeditis in Cauſâ; nam in ILLIS magìs experti, et verſati ſunt, quàm ADVOCATI; non ſolùm quia ACTA, per *eos* in Judicio, ab *eis* communiter *concipiuntur*; verùm etiam *ſcribere* ſolent ACTA hujuſmodi in quodam *Libro* (*i*), ad hoc ſpecialiter apto: Tamen aliquando, in *arduis*, et *gravioribus Cauſis*, ADVOCATI *concipiunt* ACTA.

OBSERVATIONES.

(h) *Quia ſunt prompti.*] Legitur in *MSS.* "*Ut ſint prompti.*

(i) *In quodam Libro.*] Quem appellant *Librum Aſſignationum.*

TITU-

Informatio.

TITULUS CXXII.

De Informationibus (*a*) *dandis*, JUDICIBUS.

I. ADVOCATUS *Actoris*, in præſentiâ ADVOCATI *Rei* (*b*), primò leget *Libellum* JUDICI, qui ſummatim ſcribet effectum ejuſdem :

In *Informationibus*, perlegantur [1] *Libellus*,

II. Deinde, leget *Reſponſa Partis principalis*; quæ etiam JUDEX ſcribet :

[2] *Reſponſa*,

III. Et [ſi Intentio *Actoris* non ſit *plenè probata*, ex hujuſmodi *Reſponſis*] tunc *Dicta Teſtium* legenda ſunt :

[3] *Depoſitiones*,

IV. Deinde, audiendus eſt ADVOCATUS *alterius Partis*; qui etiam leget *Materiam Defenſionis ſuæ*, ac *Probationes quaſcunque :*

[4] *Allegatio*, et *Probationes*, e *contrà :*

V. Quibus *ſic* geſtis; ſolent hujuſmodi ADVOCATI *informare*, ex FACTO hincinde oſtenſo, JURIS QUÆSTIONES (*c*) *:*

Oriuntur, ex *Facto*, Juris *Quæſtiones* ;

VI. Et ſi de hujuſmodi *Quæſtionibus* ADVOCATI, inter ſe, non convenerint, JUDEX, in eâ parte, ſolet interponere ſuas partes, et deſignare *quas*, et *quales* JURIS QUÆSTIONES diſputabunt :

De quibus, ſi *non concordatum ſit*, inter *Advocatos*, Dictat *Judex* quas, inter *ſe*, diſceptandas velit :

VII. Pro *his* verò JURIS QUÆSTONIBUS, et aliquando etiam pro FACTO, ſeu MERITIS *Cauſæ*, alii, atque alii *Dies* aſſignandi ſunt; priuſquam JUDICI fuerit, in eâ parte, *ad plenum*, SATISFACTUM: Quia, *omnia* JUDEX *ſummariè* ſcribere ſolet.

Aſſignatur *ad audiendum Informationes*, tam *in Facto*, quàm *in Jure*, uſquedum *Judex* (has Notis excipiens) *plenè ſit informatus.*

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) 1 *De Informationibus.*] INFORMATIONES, *per Advocatos hincinde*, non ſolùm ſuper MERITIS CAUSÆ, ad obtinendum SENTENTIAM DEFINITIVAM, ſed etiam ſuper INCIDENTE, ſeu EMERGENTE aliquo *Articulo*, ad obtinendum SENTENTIAM INTERLOCUTORIAM, ſuper eodem *Articulo* (pendente adhuc *principali* Negotio) ſæpe fiunt :

2 In iſto verò caſu (diſtinguendo) non dicimus, *ad* INFORMANDUM, ſeu *ad audiendum* INFORMATIONES, *ſuper tali Articulo*; ſed *ad audiendum* VOLUNTATEM DOMINI, *ſuper Admiſſione ejuſdem :*

3 Vocantur autem INCIDENTIA, quæ ortum habent *ante* LITEM CONTESTATAM; ut Exceptiones *peremptoriè* [de quibus habetur in *Tit.* 60. §. 1.]

4 EMERGENTIA, quæ demum *poſt* LITEM CONTESTATAM obveniunt; ut *dilatoriè :* Utpote; ſi quæritur, an *Dilatio danda?* an *Teſtis recipiendus?* an *Poſitio, vel Allegatio ſit admittenda*, vel *rejicienda?* cum *ſimilibus.*

5 De *Informationibus* etiam hujuſmodi, Vide *plura* inter *Obs.* in *Tit.* 2. ſub *lit.* (d) 2, 3, 4. *et ibid.* ſub *lit.* (f) 5, 6, 7, 8, 9, 10, 15. Vide etiam *Tit.* 121. §. 5, 6, 7. Necnon *Obs.* in *Tit.* 125. ſub *lit.* (b) 2.

(b) *In præſentiâ Advocati Rei.*] Sed ſi *una Pars* informare Judicem omnino neglexerit; ſolet JUDEX audire *Informationes* datas ex *alterâ Parte.*

(c) *Juris Quæſtiones.*] JUDEX, *ex Facto* (per *Advocatos* hincinde) in ejus præſentiâ, rimato et collecto, QUÆSTIONES JURIS (vel *ad Inſtantias Advocatorum*, vel *proprio motu*) format, et *diſcutiendas* proponit.

Interlocutorium.

TITULUS CXXIII.

Quid ſit DECRETUM INTERLOCUTORIUM, *habens* vim SENTENTIÆ definitivæ.

Interlocutorium, habens *Vim definitivæ,* Litem dirimit, quoad *Rem* de *quâ* ſit *interlocutum :*

I. ILLUD dicitur DECRETUM INTERLOCUTORIUM, *habens* vim SENTENTIÆ DEFINITIVÆ, quando *illud Decretum* eſt *finale*, et non ſperatur *alia* SENTENTIA, ſeu *aliud* DECRETUM, ſuper illo *Articulo*, *Re*, vel *Cauſâ*; ſed, per *illud*, imponitur FINIS illi *rei*, de *quâ* interlocutum eſt:

Exempli gratiâ;

[1] In *Exceptione* contra *Litis Ingreſſum :*

II. Utpote; datur *Exceptio peremptoria*, ad impediendum *Litis Ingreſſum* (*a*):

[2] Quoad *Petitionem* Expenſarum *retardati Proceſſûs :*

Vel, allegavi *Proceſſum eſſe retardatum*, et petii *Expenſas retardati Proceſſûs* (*b*):

Et JUDEX hanc Petitionem *rejicit :*

[3] In *Objectione* contra *Certificatorium :*

Datur etiam *Objectio*, nomine *Excommunicati*, contra *Certificatorium* (*c*), per *quod* fuit *injuſtè Excommunicatus*, et *Objiciens* probavit *Objecta*, et petiit *Abſolutionem*, ſine *Expenſis Contumaciæ*, ac *Adverſarium* condemnari *in Expenſis :*

JUDEX tamen pronunciavit, Partem *non* probâſſe *Objecta* prædicta, ſed *defeciſſe :*

Vel ſaltem, ſæpiùs interpellatus, ad condemnandum *Adverſarium* in *Expenſis* hujus Articuli *Objectionis* contra *Certificatorium :*

Recuſavit *expreſſè :* Vel *tacitè*, procedendo ad *alia*, huic Petitioni *contraria :*

Interlocutorium, de *his*, terminat et, *eatenus*, Vim habet *definitivæ.*

III. Quoad *hos Caſus*, ſive *Articulos*, non ſperatur *alia* SENTENTIA: Ideoque *dicta* SENTENTIA, ſive DECRETUM INTERLOCUTORIUM, habet *Vim* SENTENTIÆ definitivæ.

OBSERVATIONES.

(a) *Ad impediendum Litis Ingreſſum*] De Exceptionibus peremptoriis, ad hunc effectum, datis; Vide *Tit.* 60. §. 1.

(b) *Petii Expenſas retardati Proceſſûs.*] De hujuſmodi Expenſis habemus in *Tit.* 112. et *Obs. deſuper.*

(c) *Objectio, nomine Excommunicati, contra Certificatorium,* &c.] De tali Objectione tractatur, in *Tit.* 27, 28. 280.

TITU-

Sententia, in pœnam Abſentiæ.

TITULUS CXXIV.

De formâ pronunciandi SENTENTIAM, in pœnam CONTUMACIÆ *Procuratoris*, vel *Partis principalis.*

Poſt Concluſionem, habitis Informationibus, et aſſignato die pro ferendâ Sententiâ, moneatur Adverſa Pars, ut tunc temporis interſit;

I. FACTÂ *Concluſione* in Cauſâ, ſi datæ fuerint *Informationes* JUDICI (tam in *Facto*, quàm in *Jure*) et JUDEX [intendens hanc Litem, per Sententiam finire] aſſignaverit, *ad audiendum Sententiam* [tali die] curet PROCURATOR [ſperans obtinere Sententiam] PARTEM *adverſam*, vel *ejus* PROCURATOREM, moneri (*a*), *ad tunc intereſſendum, ad audiendum Sententiam in Cauſâ:*

II. Et

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Partem Adverſam, vel ejus Procuratorem, moneri.*] Etiamſi, *juxta Praxin antiquam*, conſtat [ut *ſuprà*, et prout in *Tit.* 125. §. 3. etiam in *Tit.* 144. §. 5. et *Tit.* 295. §. 10.] pro More fuiſſe, *ipſam Partem adverſam*, aut *ejus Procuratorem*, moneri *ſeu* citari, *ad comparendum die aſſignato ad audiendum Sententiam, ad videndum eandem ferri;*

2 Attamen, *juxta Stylum Curiarum hodiernum*, hujuſmodi *Praxis* penitùs eſt *exploſa:*

3 Quippe, cùm *Pars ipſa* (ſine Procuratore) *ſe defendere, periclitatur*, JUDEX *eam*, primo die *ſuæ Comparitionis* (ad Petitionem Procuratoris Partis alterius) prorſùs *monere* ſolet, *ad comparendum ſingulis Seſſionibus generalibus, durante pendentiâ Litis:*

4 Vigore cujus *Monitionis*, tenetur *Pars* intereſſe, *ad videndum Actus quoſcunque Judiciales* (dum ſub JUDICE Lis eſt) *fieri, et expediri:*

5 Secùs; efficitur *Contumax:* Et, in *pœnam* ejus *Contumaciæ* (factâ, trinâ vice, præconizatione) expediatur *omnis Actus*, in *Judicio*, abſque novâ *Citatione*, vel *Monitione* ſpeciali, *ad tunc intereſſendum.*

6 Etiam (in quibuſdam caſibus) imprimis emanare ſolet Citatio, *ſeu* Decretum, *ſub Sigillo Judicis*, contra *Partem, non ſolum ad comparendum, tali die, et loco, ſed etiam, et ſingulis abinde Seſſionibus generalibus, in illo loco, tenendis, uſque ad prolationem Sententiæ, definitivæ* (*in eâ Cauſâ, ferendæ*) *incluſivè.*

7 Dictâque *Citatione* perſonaliter (alioquin Citatione, poſt hanc, Viis et modis) *debitè executâ*, arctatur iſta *Pars Rea* ſuam præſtare præſentiam, aut per *Procuratorem* comparere, *in omnibus Actis*, in Cauſâ prædictâ, *Judicialiter* expediendis, *uſque Terminationem ejuſdem finalem* (id eſt, *Sententiam latam, incluſivè.*)

8 Et ejus *Abſentia*, ſeu potiùs *Contumacia*, in aliquo non obſtat, quin *Actus quilibet*, in *Judicio*, fiat:

9 Dummodo præconizetur (ut antedictum eſt) et *pro Contumace* pronuncietur; et *inde* proceditur (ut *ſuprà*) in *pœnam* ejuſdem *Contumaciæ.*

10 Quòd ſi *Pars* alterutra *Procuratorem* habeat, in Judicio, *Is* (exhibendo Procuratorium ſuum, pro dictâ Parte, et faciendo ſe Partem pro eâdem) ex *More ſolito*, deque *Stylo Curiarum* *quotidie, nobiſcum, uſitato, aſtringitur [in Obſequium *Domino Judicanti* debitum] *die quolibet Juridico, ſedente Curiâ, præſtare præſentiam, et munus implere Procuratoris:*

11 Si verò (propter cauſas rationabiles) *in Judicio ſiſtere ſe minimè poteſt*; ſuum eſt, ut *alium* ſubſtituat *Procuratorem*, ad ſubeundum *ejus Officium:*

12 At ſi neglexerit [per *ſe*, vel *alterum*, coram adeſſe] fiat, trinâ vice, *præconizatio* pro dicto *Procuratore originali*, ſiquando quicquam, *in Actis Curiæ*, fieri petitur, ex *adverſâ Parte:*

13 Unde JUDEX (ad petitionem *Procuratoris* adſtantis in Judicio) ſolet interponere *quodlibet Decretum*, in Proceſſu Cauſæ, etiam legere, ferre, et promulgare *Sententiam* ei porrectam, condemnare in *Expenſis*, eaſdemque taxare, et decernere *Monitionem pro Solutione* earundem, et *Sortis principalis*, in *pœnam* ejuſdem *abſentis Procuratoris*, abſque *Monitione*, olim (ut *ſuprà* dicitur) *requiſitâ*, ſecùs autem hodie:

14 Limita tamen; Quod ſi *Pars ipſa* monita fuerit (ut *ſuperiùs* annotatur) *ad comparendum ſingulis Seſſionibus generalibus, pendente Lite*, nil *ex alterâ Parte* agendum eſt, in *Die Extraordinarie*

Tum, *in Abſentiâ Partis monitæ*, quid faciendum?

II. Et ſi in die aſſignato, *ad audiendum Sententiam*, nec PARS, nec *ejus* PROCURATOR comparuerit; dicet PROCURATOR [petens Sententiam]

Accuſatur Contumacia;

III. *Accuſo Contumaciam* N. *Procuratoris Partis adverſæ* [vel ipſius Partis, ſi Pars (et non Procurator) fuerit monita] *moniti ad intereſſendum iſtis die et loco, Sententiam in dictâ Cauſâ ferri, et Juſtitiam fieri, viſuri et audituri; et non curantis intereſſe: Quare peto eum reputari Contumacem, et in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi, Sententiam ferri, et Juſtitiam fieri*:

In pœnam, *petitur* Sententia;

Fit Præconizatio;

Pronunciatur abſens *pro* Contumace;

Proceditur in pœnam:

IV. Tunc JUDEX *præconizari* faciet PARTEM, vel PROCURATOREM (ut præfertur) monitum, *trinâ vice*, et *altâ voce*; et ſi *neuter* comparuerit, pronunciabit eum *Contumacem*, et, in *pœnam hujuſmodi Contumaciæ*, decernet, *procedendum fore ad prolationem Sententiæ ſuæ definitivæ*.

Hoc caſu

(In *Proœmio*)

V. Deinde curabit PROCURATOR [petens Sententiam] *eandem* (in hunc modum) *corrigi* (*b*), ſeu *ſcribi*, in *Exordio* dictæ Sententiæ; videlicet:

Formula *Sententiæ*.

VI. *Parte dicti* N. [id eſt; Partis petentis Sententiam] *per ejus Procuratorem, coram Nobis judicialiter et legitimè comparente* (*c*), *Parte verò dicti* M. [videlicet; illius Partis abſentis] *contumaciter abſente* [*cujus abſentia*, Dei *præſentiâ*, *ſuppletur* (*d*)] *Parteque dicti* N. [obtinentis Sententiam] *Sententiam ferri, et Juſtitiam fieri, pro Parte ſuâ:* RIMATOQUE *primitùs, per Nos, toto et integro Proceſſu*, &c. [ut in cæteris Sententiis] (*e*).

TITU-

OBSERVATIONES.

ordinario [quia non numeratur inter *Seſſiones generales*] abſque *ſpeciali* Monitione *Partis principalis*, nullum habentis Procuratorem, *ad tunc perſonaliter intereſſendum*:

15 Imò, pariter etiam, quando *Procuratorem* PARS habet, in Judicio, *Procurator ejus* (in majorem Cautelam) moneri ſolet, ſuam adhibere præſentiam, *tali Die Extraordinario*, cùm *Sententia* ferenda, vel *aliquid* agendum, et decernendum ſit, in *illo Die*.

16 Tenent autem aliqui hunc *Diem Extraordinarium*, ita *ex uſu*, vim obtinuiſſe, quòd *Procuratores* (quibus conſtat de *tali die*, pro Cauſarum Auditione, *per Judicem*, ſpecialiter poſt Terminum, *ſtatuto*) ſine *Monitione* Judiciali, *ad tunc intereſſendum*, præſentias debent exhibere ſuas, *eo Die*, pariter ac in *Seſſionibus ipſis generalibus*, in pleno Termino; et quòd ſi *tunc* (illo, *ſcilicet*, Die Extraordinario) *ſeſe abſentaverint*, ſimiliter in *pœnam eorum* tutò procedatur. Vide *Obs.* in *Tit.* 2. ſub *lit.* (f) [11.]

(b) *Corrigi.*] Aliàs legitur; " *concipi.*

(c) *Coram Nobis, judicialiter et legitimè comparente.*] Aliàs *coram Nobis, in Judicio, legitimè comparente:* Et hæc ſunt Verba quibus utimur, juxta Stylum, in hodiernis hujuſmodi Sententiarum Formulis.

(d) *Cujus abſentia, Dei præſentiâ, ſuppletur.*] Quamvis hæc Verba, his diebus, non inſeruntur; ab antiquo, tamen fuere in uſu, et in Sententiis latis, in pœnam Contumaciæ, ſic inſcripta.

(e) *Ut in cæteris Sententiis.*] Quarum *in Formulario* patent Exemplaria.

Sententia, in pœnam Abſentiæ.

TITULUS CXXV.

Quòd ASSIGNATIO, *ad audiendum Sententiam,* facta in præſentiâ *Procuratoris,* aut *Partis principalis, eandem habet* vim, *et eundem* effectum, ac MONITIO SPECIALIS, *ad intereſſendum* Die aſſignato *ad audiendum Sententiam.*

I. SI in *præſentiâ* PROCURATORIS, aut PARTIS *principalis,* JUDEX aſſignaverit, *ad audiendum Sententiam in Cauſâ* [talibus die et loco] ſine MONITIONE *ad intereſſendum* [ut in præcedenti Titulo] tamen obſervatis præmiſſis [id eſt; accuſatâ ejus *Contumaciâ,* factâque *Præconizatione,* in dicto Titulo ſpecificatis] SENTENTIA *ferri poteſt,* in *pœnam* CONTUMACIÆ non comparentis; perinde ac ſi PARS *adverſa,* ſeu PROCURATOR *ejus* monitus fuiſſet, *ad intereſſendum, ad videndum Sententiam ferri:*

Factâ *Aſſignatione,* ad Sententiam, in *talem diem,* in *præſentiâ Partis,* abſque Monitione ad *tunc intereſſendum,* Sententia, *eo Die adveniente,* ferenda eſt, *in pœnam ejuſdem Partis,* non comparentis:

II. Nam hæc ASSIGNATIO, *ad audiendum Sententiam,* facta in *præſentiâ* PARTIS, habet eandem *Vim,* et eundem *Effectum,* atque MONITIO *ad intereſſendum:*

Ratio; Idem valet *Aſſignatio,* in *præſentiâ,* ac *Monitio* ad *intereſſendum:*

III. Tamen [quia *abundans Cautela non nocet*] moneatur PROCURATOR (*a*) *adverſæ* PARTIS, vel *ipſa* PARS, *ad intereſſendum* [ut *ſuprà*] ad tollendam, *hâc de re,* Quæſtionem.

At, ne *veniat in Dubium,* ſatiùs eſt, *ut fiat Monitio.*

IV. Notandum hìc eſt; quòd ſi, in dicto Die aſſignato *ad audiendum Sententiam,* JUDEX, quia non fuerit plenè informatus, *non pronunciaverit Sententiam,* PARS, ad *cujus* petitionem aſſignatum fuit *ad audiendum Sententiam,* non poteſt, in *pœnam Contumaciæ* PARTIS, vel PROCURATORIS, *abſentis,* petere ut JUDEX aſſignet *alium* Diem, ad *ferendam Sententiam in Cauſâ,* in *pœnam* CONTUMACIÆ:

Die aſſignato *ad audiendum Sententiam,* Judice *non plenè informato, Dies alter* peti non poteſt, *ad ferendam Sententiam,* in pœnam *Contumaciæ:*

V. Quia PARS prædicta, vel ejus PROCURATOR non fuit monitus ad *aliquem alium Actum,* ſeu *Effectum,* quàm *ad audiendum Sententiam ferri in Cauſâ;* et ideo non eſt CONTUMAX, quoad *quemcunque alium Effectum.*

Ratio; Adverſarius, *eò tantùm* monitus fuit, *ad audiendum Sententiam;*

VI. Moneatur igitur (in hoc caſu) PROCURATOR, vel PARS, *ad intereſſendum,* non ſolùm *ad audiendum Sententiam,* ſed *ad videndum*

Ergo, Moneatur, *ad videndum ulteriorem Proceſſum.*

OBSERVATIONES.

(a) *Moneatur Procurator.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 124. ſub *lit.* (a).

videndum ulteriorem Proceſſum fieri, uſque ad *Sententiæ definitivæ, incluſivè ferendæ, Prolationem* (*b*).

OBSERVATIONES.

(b) 1 *Uſque ad Sententiæ definitivæ, incluſivè ferendæ, Prolationem.*] Sic pergit *MS.* " Et tunc " ſi Judex *non* tulerit Sententiam, in *die* aſſig- " nato *ad audiendum Sententiam*, nec *Pars ad-* " *verſa* comparuerit, poterit aſſignare *alium* " diem *ad audiendum Sententiam*, et *eodem die* " ferre Sententiam, etiamſi *Pars adverſa* non " comparuerit.

2 Hodie verò, Nobiſcum, aſſignatur *ad audiendum Sententiam et ad informandum*, in unum et eundem Diem *Juridicum*; et eo Die, *non finitis Informationibus*, uſque dum *plenè ſit informatum in Cauſâ*, de *Juridico* in *Juridicum*, aſſignatur *ad idem in proximum* [vel, aliquando *ad audiendum Sententiam*, tali Die Juridico, *et ad informandum interim*] et, *habitis Informationibus*, lata erit Sententia in Die *ad audiendum Sententiam et ulteriùs informandum*, ut ſuprà, ſtatuto ſeu prorogato; in *præſentiâ*, vel in *pœnam* Procuratoris Adverſarii, *abſque Monitione ſpeciali* (ſi *Juridicus* fuerit) *ad tunc intereſſendum*: Quia tenetur, in *Curiâ*, præſtare *præſentiam* diebus omnibus *Juridicis*, uſque ad *Sententiæ definitivæ Prolationem.*

Sententia, Parte demortuâ.

TITULUS CXXVI.

De formâ concipiendi SENTENTIAM, ſi Reus fuerit mortuus *poſt* LITEM *conteſtatam.*

Demortuo, Adverſario, poſt *Litis Conteſtationem*, fiat *Sententia* in præſentiâ *ejus Procuratoris*, et non contra *perſonam*:

I. SI ADVERSARIUS *tuus* fuerit *mortuus*, poſt LITEM *conteſtatam*, et ante *latam* SENTENTIAM; cave, ne condemnes PERSONAM *defunctam* [licèt Sententia poſſit fieri in præſentiâ ejus Procuratoris] *in aliquo*: quoniam tunc SENTENTIA erit NULLA:

[Formula Sententiæ]

II. Sed concipiatur SENTENTIA, in hunc modum: PARTEM *dicti* N. [in tali Legato, vel in Expenſis] *condemnandam, eandemque* PARTEM, *ad ſolvendum*, &c. *monendam fore decernimus.*

Deinde [lapſo die ad *appellandum* dato] citentur *Executores*, ad dicendum cauſam, *quare Sententia non deberet Executioni demandari.*

III. Et, in *iſto caſu*, poſt lapſum Terminum, *ad appellandum*, de JURE, indultum [id eſt; de JURE, infra *decem*, et de STATUTIS (*a*), infra *quindecim dies*, a die latæ Sententiæ] vocandi ſunt EXECUTORES, vel ADMINISTRATORES defuncti, *ad videndum Executionem Sententiæ* [ut in quodam ſequenti Titulo (*b*)]

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *De Statutis.*] Vide *Stat.* 24 *Hen.* 8. *c.* 12. §. 6, 7.

(b) *Ut in quodam ſequenti Titulo.*] Vide *Tit.* 132.

Sentententia, Parte præſente.

TITULUS CXXVII.

Proteſtatio de appellando.

De formâ Prolationis SENTENTIÆ, in præſentiâ *Procuratoris*, aut *Partis*; deque PROTESTATIONE *neceſſariâ Partis victæ*, ejuſve *Procuratoris*, tunc temporis, *de appellando*.

I. PROCURATOR *ſperans obtinere* SENTENTIAM, eam concipiet, in *Scriptis*, erga Diem aſſignatum *ad audiendum Sententiam*, eamque porriget JUDICI, dicendo: *Sententiam concipere ſolet Procurator;*

II. *Peto Sententiam ferri* (*a*), *et Juſtitiam fieri*, *pro Parte meâ:* Quam *porrigens*, quid petit?

III. [Sed, ex longo uſu, in *Curiâ* de ARCUBUS, *Actorum Scriba* (per Inſtructiones ſibi datas, ab *Advocatis*, vel *Procuratoribus*) ſolet SENTENTIAS concipere (*b*)] [*Sententiæ*, per *Actuarios*, olim *exaratæ*]

IV. Et datâ *Sententiâ* JUDICI (ſi Judex intendit ferre eandem) leget eam, *uſque ad* hæc Verba; PARTE *verò dicti* N. [videlicet; PARTE *contra* quam intendit ferre Sententiam] et interrogare ſolet *eandem* PARTEM, *quid ſit dictura*, vel *petitura* (*c*)? QUÆ reſpondere communiter ſolet; *Peto Juſtitiam* (*d*): Forma *legendi Sententiam:* Petit Adverſarius *Juſtitiam;*

V. Quod Verbum [*Juſtitiam*] JUDEX ſemper ſcribit, *manu ſuâ propriâ* (*e*), in omni *Sententiâ*; nam (in omni Sententiâ ferendâ) relinqui ſolet *locus*, ſeu *ſpatium* pro *ſcriptione* illius Verbi [*Juſtitiam*] Quod *Verbum*, in Sententiâ, *Judex inſcribit:*

VI. Unde, ſi contenderetur *de Sententiâ latâ* (videlicet; utrùm JUDEX hanc, *vel* illam tulerit) JUDEX, inſpecto illo Verbo [*Juſtitiam*] *manu ſuâ ſcripto*, facilè hanc controverſiam finire poteſt. Ratio.

VII. Quo

OBSERVATIONES.

(a) *Peto Sententiam ferri.*] Quòd appellare licet a Judicibus, ſi (plus juſto) differunt Sententiam ferre, in Cauſâ; Vide *Tit.* 281.

(b) 1 *Solet Sententias concipere.*] Sententiam concipit, pleriſque in locis, *Procurator* pro cujus Parte fertur; alicubi tamen *Actuarius* Curiæ hoc facit.

2 Nobiſcum hodie, *Procuratores hincinde* (pro partibus ſuis) concipere ſolent Sententiam, ut *alteram* JUDEX (quam ferre intendit porrectam) *eligat.*

3 Sententiam conceptam *Advocati* (qui a Conſiliis ſunt Parti) emendant, et corrigunt, et, Nominibus adjectis, ſubſcribunt:

4 Poſtea, die præſtituto, porrectâ Sententiâ, JUDEX eam legendo fert, et latam manu ſuâ ſubſignat.

5 Legitur autem Sententia, per Judices Delegatos ferenda, coram eis, per Regiſtrarium Curiæ.

(c) *Quid ſit dictura, vel petitura?*] Hìc adjicitur in *MS.* " Aliquando *Pars*, contra quam " lata ſit Sententia, *aliàs appellavit a Gravaminibus*; in *quo caſu*, reſpondere ſolet hujuſ" modi Interrogationi: *Ego* (*ſub Proteſtatione* " *de non conſentiendo in Judicem, nec de recedendo ab Appellatione, per me interpoſitâ, vel* " *interponendâ*) *diſſentio:* Quæ Verba ſunt inſcri" benda in ipſâ Sententiâ, vel ſaltem in Actis.

(d) *Peto Juſtitiam.*] Vel, aliquando, *Peto Sententiam.*

(e) *Judex ſemper ſcribit, manu ſuâ propriâ.*] Coram Delegatis, ſcribitur per Regiſtrarium, qui Sententiam legit.

†

Perlectâ Sententiâ.

VII. Quo verbo [*Juſtitiam*] per JUDICEM *in Sententiâ ſcripto*, procedit ad *finalem* lectionem ejuſdem Sententiæ; *quâ lectâ*, dicet ILLE *pro quo lata eſt* SENTENTIA:

Quid dicat *Pars vincens?*

VIII. BENEDICAMINI, PROPTER JUSTITIAM; *et requiro te, Notarium Publicum* (id eſt; Actorum Scribam) *ad conficiendum mihi Inſtrumentum publicum, ſuper Prolatione hujuſmodi Sententiæ*, ac *Teſtes, hìc præſentes, ad perhibendum Teſtimonium.*

Regiſtrarius, in Actis Curiæ, *inſcribit Nomina* (ſuper *Prolatione* Sententiæ) *præſentium.*

IX. Et *Notarius* tenetur, in *Actu* (ſuper Prolatione hujuſmodi Sententiæ) *concepto*, ſcribere *Nomina, et Cognomina Teſtium præſentium, tempore Prolationis ejuſdem.*

Quid dicat *Pars victa?*

X. PARS verò, *contra quam lata eſt* SENTENTIA [ſi non intendit *appellare Judicialiter*, vel *apud Acta*, ab eâdem; ſed *poſtea* coram *Notario*, in *Scriptis*] dicat:

Forma Proteſtationis *de appellando.*

XI. *Diſſentio Prolationi hujuſmodi Sententiæ* (*f*); *et proteſtor de Nullitate ejuſdem, ac de Gravamine, et de Appellando, ab eâdem, infra tempus, de Jure, indultum* (*g*).

Ubi *plura* de *Appellationibus?*

XII. De hiſce *Appellationibus* plenè tractatur, *in Titulis ſequentibus* (*h*).

OBSERVATIONES.

(f) *Diſſentio Prolationi hujuſmodi Sententiæ.*] Hìc inſeritur in *MS.* " Caveat autem *Procurator*, ne conſentiat Prolationi Sententiæ *contra* " Partem ſuam; etiam licèt *Pars ipſa* conſentit; Sed, ſi vult, *Procurator* taceat.

(g) 1 *Infra tempus, de Jure, indultum.*] Id eſt; infra *decem dies*; vel juxta *Statut.* 24. *H.* 8. c. 12. §. 6, 7. infra *quindecim dies*, a die prolationis Sententiæ.

2 Quòd Procurator *tenetur appellare*, debitis loco et tempore, *a Sententiâ definitivâ*; Vide *Tit.* 288.

3 De Proteſtatione ad appellandum, et de Acceptatione Sententiæ, in parte, vel quatenùs facit pro Parte contra quam lata fuit; et in quo caſu non expedit appellare tempore latæ Sententiæ, ſed in Scriptis, coram Notario Publico; Vide *Tit.* 294.

(h) *In Titulis ſequentibus.*] Vide *Tit.* 276. cum cæteris abinde, De Appellationibus.

TITULUS CXXVIII.

Quòd licet querelari, *de* Nullitate SENTENTIÆ, *et* de *quâcunque aliâ* Nullitate, *coram eodem* JUDICE [vel *coram* SUPERIORE.]

De *Nullitatibus* querelari licet, coram *Superiore*;

I. ETSI PARS *gravata* per quamcunque NULLITATEM, poterit *eâ querelari*, coram JUDICE *Superiore*; quia eſt JUDEX ORDINARIUS *ad Univerſitatem Cauſarum*, et habet COGNITIONEM *in Cauſis* tam APPELLATIONUM, quàm QUERELARUM:

II. Tamen, ſi vult, poteſt adire *eundem* JUDICEM *a quo gravata ſit*, et NULLITATEM hujuſmodi, coram *eo*, allegare (*a*).

Vel, coram *eodem Judice Inferiore.*

III. Et JUDEX, ſi de NULLITATE hujuſmodi *ſibi* conſtare poſſit, tenetur et ſolet *eandem revocare*; et ſi *non revocaverit*, datur *juſta cauſa appellandi:* Exempli gratiâ;

Nullitate, per *Inferiorem*, non revocatâ, licet ad *Superiorem* appellare:

IV. Si JUDEX *aliquis* tulerit NULLAM SENTENTIAM [hoc eſt; SENTENTIAM, in Abſentiâ *Partis* (*b*); vel, *quòd* TESTES, *producti in Cauſâ*, *fuerint* nulliter *recepti*; vel, in Cauſâ Plenariâ, *quòd* LIS non ſit *conteſtata*] PARS contra quam lata erat hujuſmodi SENTENTIA [ſi vocata fuerit, *ad dicendum cauſam*, *quare* SENTENTIA, *aliàs lata*, *non debeat* EXECUTIONI *demandari*] poteſt allegare NULLITATEM ejuſdem; *ſpecificando* hujuſmodi NULLITATEM.

Nullitates quænam dicuntur?

V. Nam non valet *Allegatio* GENERALIS; *quòd* SENTENTIA eſt NULLA; niſi *ſpecificet* allegans, *in quo* eſt NULLA.

Nullitates *ſpecificè* proponendæ ſunt.

OBSERVATIONES.

(a) *Coram eo allegare.*] Quòd licet *appellare* ab injuſtâ *Excommunicatione*, per *Certificatorium* fictum et falſum, *latâ*; vel *objicere* contra *Certificatorium* hujuſmodi, coram *ipſo Judice excommunicante*; Vide *Tit.* 280. *per totum:* Vide etiam *Tit.* 27 *per totum.*

(b) *Hoc eſt; Sententiam, in Abſentiâ Partis*] Hìc intelligi videtur: *Ejuſve Procuratoris, ſi Sententia non lata ſit* (factâ præconizatione) *in pœnam Abſentis.*

Querela Nullitatis.

TITULUS CXXIX.

Quòd Nullitas SENTENTIÆ, *vel* Actorum, JUDICIS SUPERIORIS, *poteſt* allegari *coram* JUDICE INFERIORI.

I. NON licet, nec *appellare*, nec (per viam Appellationis) *querelari*, a JUDICE SUPERIORI, ad INFERIOREM:

A *Superiore*, ad *Inferiorem*, non datur *querelari*;

II. Tamen ſi in quâcunque Cauſâ, pendente coram JUDICE INFERIORE, aliqua *Sententia lata*, ſeu aliquis *Actus habitus*, coram JUDICE SUPERIORE, objicitur, *ad elidendum tuam Intentionem*, vel *ad confirmandam Intentionem Adverſarii*, licet tibi NULLITATEM ejuſdem *objicere*.

Objicias autem de *Nullitate*, quoad Acta *Superioris*, contra *te*, invocata;

III. Et ſi *probaveris*; JUDEX INFERIOR [quamvis de hujuſmodi NULLITATE *principaliter* non cognoſcet] debet tamen ita in Cauſâ pronunciare, et adjudicare, *perinde ac ſi hujuſmodi Sententia* NULLA, ſive *Actus* NULLUS, non *fuiſſet coram* EO *exhibitus*; et ita *incidenter*, ac *tacitè*, pronunciare poteſt de NULLITATE hujuſmodi.

Et, probatâ *Nullitate*, tacitè judicabit *Inferior*, de Actis *Superioris*,

Pronunciando, *quaſi* non *introducta fuerint.*

Executio Sententiæ.

TITULUS CXXX.

De formâ Petitionis, *ut* SENTENTIA mandetur EXECUTIONI.

Si infra tempus, *ad proſequendum Appellationem,* Vel, *ad appellandum,* indutlum, Non inhibetur *Inferiori,*

I. SI PARS *appellans* non curaverit *inhibere* JUDICI *a Quo,* infra Terminos aſſignatos *ad proſequendum,* et *certificandum de Proſecutione*; Vel, in caſu, cùm *non* fuerit *appellatum judicialiter,* ſi, lapſis *quindecim diebus,* poſt *Prolationem Sententiæ,* PARS *appellans* non curaverit *inhibere* JUDICI:

Quid dicat *Victor?*

II. Tunc PROCURATOR *Partis obtinentis Sententiam* adibit JUDICEM, qui *tulit Sententiam,* dicendo:

Forma petitionis *Citationis* contra *Partem* Principalem, *ad dicendum cauſam, quare Sententia Executioni demandari non debeat:*

III. *Ego* N. *ex ſuperabundanti, exhibeo Procuratorium meum* (*a*) *pro* M. *ac facio me Partem pro eodem, ac peto* (*b*) L. (id eſt, Partem contra quam lata fuit Sententia) *vocandam fore decerni* [erga talem diem] *ad dicendum cauſam quare* (*c*) *Sententia, aliàs lata contra eam, non debeat* EXECUTIONI *mandari, et* EXPENSÆ LITIS *taxari non debeant:*

Annuit *Judex.*

IV. Tunc JUDEX: *Decernimus*; ſtatuendo *Diem* COMPARITIONIS *Appellanti* [juxta *Loci* DISTANTIAM.]

OBSERVATIONES.

(a) *Ex ſuperabundanti, exhibeo Procuratorium meum.*] " Nam Mandatum Procuratoris, aliàs (in " initio Litis) exhibitum, poſt latam Sententiam finitur; niſi (de novo) poſt latam Sententiam exhibeatur. *Ita MS.*

(b) *Ac peto.*] Varia Lectio talis eſt, in *MS. Antiq.* " Et allego quindecim dies eſſe lapſos, " a tempore latæ, in hâc Cauſâ, Sententiæ: " *Quare peto* N. *&c.*

(c) 1 *Ad dicendum Cauſam quare,* &c.] Vide, de *hoc,* etiam in *Tit.* 331. §. 1, 2.

2 Praxis autem hujuſmodi [de petendo Monitionem Citatoriam, contra Partem victam, *ad dicendum cauſam, quare Sententia Executioni demandari non debeat*] hodie parùm in uſu eſt; videtur autem, quòd (nonnullis in caſibus) ſit *neceſſaria*; ut, *eò citiùs, forſitan appareat* (ſi quæ ſit) APPELLATIO, *diutiùs aliter, latitura.*

3 TITU-

Executio Sententiæ.

TITULUS CXXXI.

De formâ demandandi SENTENTIAM EXECUTIONI, *per Judicem*, ſi Pars, *contra quam lata fuit Sententia*, comparuerit (*a*).

Parte vocatâ, *ad dicendum cauſam*, quare *Sententia Executioni mandari non debeat*, comparente,

I. SI PARS, *contra quam* lata fuerit Sententia, *non appellaverit* tempore *Prolationis Sententiæ*; ſed in *Scriptis*, coram Notario *et* Teſtibus, *extra Judicium*; et vocata, *ad dicendum cauſam*, *quare* (*b*) *Sententia* EXECUTIONI *demandari non deberet* [ſive *perſonaliter*, ſive per *Procuratorem ſuum*] comparuerit, dicet VICTOR:

Quid dicat Procurator *Vincentis?*

II. *Ego* N. *in præſentiâ iſtius*, *peto Sententiam*, *aliàs per* DOMINATIONEM VESTRAM, *latam*, EXECUTIONI *demandari*, *et* EXPENSAS *taxari* (*c*).

Quid Procurator *Partis Victæ?*

III. Tunc APPELLANS (ſi intendit proſequi Appellationem) dicet: *Ego*, *ſub* PROTESTATIONE *de non conſentiendo in* VOS, &c. [ut in Titulo (*d*) *De modo proſequendi*, *in Cauſâ Appellationis*] *exhibeo Procuratorium meum pro* L. *et facio me Partem pro eodem*; *et allego*, *ſub meis præviis* PROTESTATIONIBUS, *veſtram Sententiam non eſſe demandandam* EXECUTIONI; *pro eo* (*videlicet*) *et ex eo*, *quòd fuit et eſt*, *ex parte Domini mei*, *ab eâdem veſtrâ Sententiâ*, *debitis loco et tempore*, APPELLATUM, *et quòd adhuc pendet* PRIMUM FATALE [id eſt; ANNUS non eſt lapſus, *a die Prolationis Sententiæ*, ſeu potiùs *interpoſitæ Appellationis*.]

Primum Fatale quid?

Quando petatur *Terminum*, aſſignari *ad proſequendum Appellationem*, et *ad certificandum*, de *Proſecutione?*

IV. Et tunc, ſi PARS VICTRIX credat, fuiſſe per VICTUM, *debito tempore*, coram Notario *et* Teſtibus, *appellatum*, petat a JUDICE,

OBSERVATIONES.

(a) *Si Pars, contra quam lata fuit Sententia comparuerit.*] De formâ demandandi Sententiam Executioni, *in primâ Cauſæ Inſtantiâ*, quando *Pars*, contra *quam* Sententia lata fuerat, *non comparuerit*: Vide *Tit.* 331. §. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 13. Quoad hunc etiam effectum, *in alterâ Cauſæ Inſtantiâ* (ſcilicet, in Appellatione) Vide *ibidem*; necnon §. 10, 11, 12.

(b) *Vocata, ad dicendum cauſam, quare*, &c.] Vide *Tit.* 331. §. 1, 2. et *Obs.* in *Tit.* 130. ſub *lit.* (c) 2.

(c) 1 *Et Expenſas taxari.*] Tempore *latæ Sententiæ*, peti ſolet, *Partem victam* in Expenſis *condemnari*, eaſdemque *taxari*:

2 Frequentiùs, etiam in *ipſâ Sententiâ* fit *Condemnatio*, et *Taxatio*.

3 Sin in *Sententiâ*, vel tempore *prolationis* ejuſdem, JUDEX ſolummodo *condemnaverit* Partem *in Expenſis*, et *eaſdem* non *taxaverit* in eâdem, ſed *reſervaverit*, aſſignando *ad audiendum ejus voluntatem*, *ſuper* Taxatione *Expenſarum* in *alium diem*; tunc, *iſto die*, petendum eſt, *Expenſas taxari*: Proinde *Taxatio Expenſarum* fit etiam *Pars Executionis Sententiæ*.

4 De *modo petendi Taxationem Expenſarum*, et *formâ Taxationis earundem*; Vide *Tit.* 331. §. 3, 4, 5, 6.

(d) *De non conſentiendo in Vos*, &c. *ut in Titulo*, &c.] De *Proteſtatione* hujuſmodi; Vide *Tit.* 308. §. 3. necnon *Tit.* 310. §. 1.

JUDICE, ut ſtatuat TERMINOS *ad proſequendum, et certificandum, hujuſmodi Appellationem* (e):

Eo lapſo Termino, petitur Executio Sententiæ,

V. Et tunc, *lapſis* illis DIEBUS, ſi interim non fuerit JUDICI *inhibitum*, PARS (quæ obtinuit Sententiam) poterit in *præſentiâ* Procuratoris VICTI, petere *Sententiam Executioni demandari* (f) [ſine aliquâ aliâ Citatione, aut Monitione, ad illum finem.]

Abſque ulteriori Citatione:

Ratio;

Scilicet, Exhibitio Procuratorii, poſt latam Sententiam.

VI. Quia dictus *Procurator* VICTI exhibuit, *poſt Sententiam latam,* ejus PROCURATORIUM pro VICTO, allegando *fuiſſe* APPELLATUM; et JUDEX tenetur *hanc Sententiam* EXECUTIONI demandare.

Obtenta Inhibitio dicitur Proſecutio Appellationis:

VII. Hìc tamen animo advertendum eſt; Quòd ſi VICTUS, *debitis loco et tempore*, a dictâ Sententiâ *appellaverit*, ac obtinuerit INHIBITIONEM [nam qui obtinuit *Inhibitionem* concedi, dicitur *proſequi Cauſam*] a JUDICE APPELLATIONIS, infra Terminum datum, *ad proſequendum*, licèt nec in Die, *ad proſequendum Appellationem*, aſſignato, nec in Die dato, *ad certificandum eandem*, nec ante, *certificaverit* JUDICEM *a* QUO, de PROSECUTIONE *hujuſmodi:*

Appellationis Proſecutio non impeditur,

VIII. Et licèt, *lapſis* (ut *ſuprà*) DIEBUS *Proſecutionis* (g), et *Certificationis*, JUDEX *a* QUO, in *præſentiâ* PROCURATORIS, Appellantis [vel (h) in *pœnam Contumaciæ* PARTIS citatæ, *ad dicendum cauſam quare dicta Sententia non deberet* EXECUTIONI *demandari* (i)] hujuſmodi *Sententiam* [ſive in *præſentiâ* PROCURATORIS, nullam cauſam allegantis; ſive (l) in *pœnam Contumaciæ* PARTIS principalis (m)] EXECUTIONI *demandaverit:*

Per *Executionem Sententiæ.*

IX. Tamen (hâc Executione non obſtante) PARS *Appellans* poteſt *proſequi Appellationem ſuam*, et (ſi juſta fuerit) *obtinebit*; non obſtante, quòd *dicta Sententia fuerit* EXECUTIONI *demandata:*

X. *Diſſentiat*

OBSERVATIONES.

(e) *Terminos ad proſequendum, et certificandum, hujuſmodi Appellationem.*] Vide, de hoc, in *Tit.* 291. §. 2, 3. *Tit.* 294. §. 1, 2. *Tit.* 302. §. 9, 10, 11, 12, 13.

(f) 1 *Petere Sententiam Executioni demandari.*] In Cauſâ *Subſtractionis Legati, Decimarum, Penſionis, Procurationum, Feodorum,* vel *Summæ, ad Eccleſiam reparandam, taxatæ,* monetur *Pars,* contra *quam* lata eſt Sententia, *ad ſolvendum* alteri Parti *Rem adjudicatam,* unà cum *Expenſis taxatis,* infra *quindecim, viginti, triginta* (ſeu plures, aut pauciores) *dies,* poſt *Monitionem,* in eam, *debitè factam,* ſub pœnâ *majoris Excommunicationis Sententiæ,* extunc (lapſo dicto Solutionis Termino, Summâque, vel Re taxatâ, cum Expenſis, non ſolutâ) in eandem Partem monitam, *latæ.*

2 In Cauſâ *Matrimoniali* monenda, ſimiliter, eſt *Pars victa,* ut, *cum vincente, Matrimonium ſolemnizet,* citra *talem diem;* ſub *ſimili pœnâ.*

3 De formâ *demandandi* Sententiam *Executioni,* in Cauſâ *Diffamationis;* Vide *Tit.* 268. *per totum.*

(g) *Lapſis, ut ſuprà, diebus Proſecutionis.*] Scilicet; ad proſequendum, *et* certificandum; ut *ſuprà,* in §. 5.

(h) (i) (l) (m)] Quoad Clauſulas, *his literis* (ut ſuprà) annotatas, et *hiſce Signis* [ ] interpunctas; Vide *Obs.* in *Tit.* 130. ſub *lit.* (c).

X. *Diſſentiat* tamen PROCURATOR (vel PARS, ſi *præmiſſa* geſta fuerint *in ejus* præſentiâ) *omnibus geſtis* per JUDICEM, et *proteſtetur de* NULLITATE *eorundem*: Quando *diſſentire* ſolet, et *proteſtari?*

XI. [De hâc *Quæſtione*, videlicet; *utrùm hæc Demandatio Sententiæ* EXECUTIONI *obſit* APPELLANTI? ad viginti ſex elapſos annos, fuit maximè, inter *peritiſſimos* ADVOCATOS, *controverſum*; ſed *adjudicatum* fuit *pro* APPELLANTE.] Quæſtionis fuit: *An Executio Sententiæ, obſit Appellanti?* Deciſum eſt; *quòd non.*

XII. Sed ſi PROCURATOR (obtinens Sententiam) credat PROCURATOREM (contra quem lata fuit Sententia) *non appellâſſe*, infra *quindecim dies*, a tempore *latæ Sententiæ*, poteſt petere, *ut* JUDEX *aſſignet ei* TERMINUM, *ad docendum* ſeu *probandum eſſe appellatum*, in proximo Juridico: Quando *vincens* petat *Procuratorem Adverſum* moneri, *ad docendum de Appellatione interpoſitâ*, in *proximum?*

XIII. Quia hæc ALLEGATIO *probari poſſit*, per ſolam EXHIBITIONEM *Inſtrumenti Publici*, ſuper lecturâ *Appellationis* coram *Notario Publico.* *Exhibitio* Inſtrumenti Appellationis *probat*, eſſe appellatum:

XIV. Et ſi, *infra* TERMINUM datum, *ad probandum*, PARS docuerit, *fuiſſe debitè appellatum*, JUDEX (*petente* PARTE) aſſignare debet, APPELLANTI, Terminos, *ad proſequendum, et certificandum* [ut ſuprà (*n*):] Exhibitâ *Appellatione*, aſſignatur *ad proſequendum*, et *certificandum.*

XV. Et ſi *non* probaverit *fuiſſe appellatum*, demandanda eſt *Sententia* EXECUTIONI. Si *non* conſtiterit, de *Appellatione interpoſitâ*, fiat *Executio Sententiæ*:

XVI. Sed hìc *nota*; Quòd aliquando *appellatur*, per PROCURATOREM in *primâ Inſtantiâ*, in *partibus*; vel etiam quòd *ille* NOTARIUS, in *cujus* præſentiâ *appellabatur*, habitat in *partibus* (*o*): Quid ſi *Procurator* appellans, vel *Notarius* teſtans Appellationem, *procul* abſit?

XVII. In *his* igitur *caſibus*, dandus eſt APPELLANTI *competens* TERMINUS, *ad probandum*, quòd fuit, *debitis loco et tempore*, appellatum: *Reſponde*; Detur diutiùs, *ad docendum de Appellatione*:

XVIII. *Nam* PROCURATORES in *ſecundâ Inſtantiâ* [APPELLATIONIS] non habent ſemper, in *promptu*, hujuſmodi APPELLATIONES; ſed remanent penes PROCURATORES in *primâ Inſtantiâ*, vel potiùs penes NOTARIUM, coram *quo* lecta *et* interpoſita fuit APPELLATIO. Ratio.

OBSERVATIONES.

(n) *Ut ſuprà.*] §. 4.

(o) *Habitat in partibus.*] Tum in *MS. Antiq.* hæc Verba ſequuntur: " Nam NOTARIUS " habere tenetur, penes SE *Protocollum Appella-* " *tionis.* [Vide etiam, de *hoc*, in *Tit.* 297. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (b).]

TITU-

Executio Sententiæ.

TITULUS CXXXII.

De Petitione *Procuratoris contra* Executores, *ſeu* Adminiſtratores *defuncti, ad dicendum cauſam, quare* SENTENTIA non deberet EXECUTIONI demandari.

Forma *Allegationis*, et *Petitionis* Procuratoris contra *Executores*, vel *Adminiſtratores* Partis defunctæ, *ad dicendum cauſam, quare Sententiâ non deberet Executioni demandari.*

I. PROCURATOR (qui *obtinuit* SENTENTIAM) allegabit; *Quòd poſt Litem conteſtatam* [vel, forſan, *pendente Cauſâ Appellationis*] N. (id eſt; PARS *contra quam lata erat* SENTENTIA) *mortem obiit* (*a*), *atque condidit Teſtamentum, et tales conſtituit Executores; et quòd illi Teſtamentum hujuſmodi, coram Judice competente, probârunt* [Vel, *quòd* N. *deceſſit abinteſtatò; et quòd Adminiſtratio bonorum ejuſdem defuncti fuit et eſt commiſſa* M. *et per eum acceptata*] Et ideo petat, M. *vocandum fore decerni* [erga talem diem] *ad dicendum cauſam, quare Sententia aliàs* [in tali Cauſâ, *et* inter tales perſonas] *lata, Executioni demandari, et Expenſæ taxari non debeant:*

Modus *Executionis* hujuſmodi *Sententiæ.*

II. Et tunc *exequenda eſt hæc* SENTENTIA, et *procedendum eſt*, in omnibus, ut ſi PARS *ipſa non fuiſſet mortua* [ut in Titulo; *De formâ* (*b*) *demandandi Sententiam Executioni, quando Appellans abeſt:* Et in Titulo (*c*); *De formâ demandandi Sententiam Executioni, per Judicem, ſi Pars, contra quam lata fuit Sententia, comparuerit.*]

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Mortem obiit.*] In quibus caſibus Procurator, mortuo Cliente, deſinit eſſe Procurator, et functus eſt Officio, &c. Vide *Tit.* 51.

2 Quomodo Procurator, mortuo Cliente, non deſinit eſſe Procurator, nec functus eſt Officio; *&c.* Vide *Tit.* 52.

3 De formâ concipiendi Sententiam, ſi Reus fuerit mortuus, poſt Litem conteſtatam; Vide *Tit.* 126.

(b) *Ut in Titulo; De formâ, &c.*] Vide *Tit.* 131.

(c) *Et in Titulo, &c.*] Vide *Tit.* 131.

TITU-

Liquidatio rei adjudicatæ.

TITULUS CXXXIII.

De LIQUIDATIONE *rerum adjudicatarum* in Sententiâ, *tempore* EXECUTIONIS *ejuſdem.*

I. SI, in *Cauſâ* LEGATI, probavi [tale] *Legatum*, in SPECIE (videlicet) *Supellectilia*, *Vaſa aurea*, *Catenam auream*, et *ſimilia* mihi *relicta fuiſſe*, et Executorem *eadem ſubtraxiſſe*, et ad SOLUTIONEM *eorundem*, ſeu *eorum veri* VALORIS, *cogendum eſſe*, per SENTENTIAM *obtinui*; non tamen probavi VALOREM *hujuſmodi* LEGATORUM: *Liquidatio* Valoris *rei adjudicatæ*, quid? In Cauſâ *Legati?*

II. Si, in *Cauſâ* DECIMARUM, probavi [tales] *mihi deberi Decimas*, et *eas fuiſſe ſubtractas*, defeci tamen in Probatione VALORIS *earundem:* In Cauſâ *Decimarum?*

III. Similiter, de PROCURATIONIBUS, et *Annuis* PENSIONIBUS, ſi probavi *eas mihi deberi*, omiſi tamen probare VALOREM: In *Procurationibus*, et *Penſionibus?*

IV. Ferenda eſt SENTENTIA, pro PARTE meâ, *Præmiſſa ſolvi debere, et ſubtracta fuiſſe*; et REUS eſt *in eiſdem* condemnandus, et *in Expenſis:* In *his*, cùm lata ſit *Sententiâ*, quoad *Rem litigatam*;

V. Et debet ACTOR, in omni caſu prædicto, antequam petat EXECUTIONEM *Sententiæ*, *quoad* SORTEM PRINCIPALEM, vocare REUM *ad videndum* LIQUIDATIONEM *dictæ Sententiæ, et Rerum adjudicatarum*, et petere TESTES, ſuper eâdem LIQUIDATIONE, et VALORE *Rerum adjudicatarum*, produci, jurari, et examinari, eorumque Dicta et Depoſitiones publicari. Non *probato* Valore, Vocatur Pars Adverſa, *ad videndum Liquidationem fieri*, Deinde fiat *probatio*, de Valore *liquidando.*

VI. Et ſi ACTOR hanc LIQUIDATIONEM *probaverit*, tunc [in *præſentiâ* REI, ſeu *ejus* PROCURATORIS] *demandanda eſt hæc Sententia* EXECUTIONI, et cogenda eſt PARS REA *ad ſolutionem* VALORIS *Rerum adjudicatarum:* Ut in cæteris Cauſis ordinariis (*a*). *Probatâ Liquidatione*, fiat *Executio Sententiæ.*

VII. Sed ſi Præmiſſa, quoad *dictam* LIQUIDATIONEM, geſta fuerint in *pænam Contumaciæ* REI, tunc antequam fiat ulla EXECUTIO dictæ *Sententiæ*, quoad hujuſmodi *Liquidationem*, PARS REA eſt denuo vocanda (ſaltem ita eſt tutiſſimum) *ad dicendum cauſam* Si Probationes, *ſuper Liquidatione*, *factæ ſint in pænam* Partis Adverſæ,

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in cæteris Cauſis ordinariis.*] De Monitione, contra Partem, pro (Sortis principalis, et Expenſarum) Solutione; Vide *Obs.* in *Tit.* 131. ſub *lit.* (c) necnon *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (c) Vide etiam *Tit.* 135. et *Tit.* 136.

Vocetur, ad *videndum Executionem Sententiæ*, quoad *Liquidationem :*

cauſam quare Sententia, aliàs lata, quoad *Valorem liquidatum Rerum adjudicatarum, non debeat Executioni demandari, et eadem Pars moneri, ad ſolvendum Valorem liquidatum :*

Ratio.

VIII. Ratio eſt: *Quia* REUS *potuerat, ab hâc* LIQUIDATIONE [ſi JUDEX exceſſit modum in eâdem] *appellare.*

Pars Adverſa, comparens, *excipere* poteſt, *contra Teſtes, ſuper Liquidatione ;*

Ac ſi *Liquidatio* propoſita fuiſſet, ante *concluſum in Cauſâ :*

IX. Et *nota*; Quòd, in iſto caſu LIQUIDATIONIS, ſi REUS *comparuerit*, poteſt *excipere* contra hos TESTES, ſuper VALORE *productos*, et uti *quâcunque* DEFENSIONE, quæ ſibi competebat, *vel* quâ uti potuiſſet, ſi *dicta* LIQUIDATIO, ſeu VALORIS PROBATIO, *facta* fuiſſet *ante Concluſionem in Cauſâ :*

Sin, *in Libello*, ponitur *Valor*, ſeu *Liquidatio*,

Poſt *Publicationem Depoſitionum*, non licebit *Teſtes*, eâdem de re, *novos* producere.

X. *Limita* tamen: Quòd ſi ACTOR allegaverit VALOREM *Præmiſſorum*, in LIBELLO *ſuo*, et deſuper produxerit TESTES, et eorum Dicta *publicari* obtinuerit, *tunc* ita obſtat PUBLICATIO *hujuſmodi*, quòd *eadem* PARS non poſſit *novos* producere TESTES, ſuper hujuſmodi VALORE, ſeu LIQUIDATIONE.

TITU-

Monitio pro *Expen-ſis.*

TITULUS CXXXIV.

De Petitione *et* Decreto MONITIONIS *ad ſolvendum* EXPENSAS (*a*).

Decretum.

I. FACTÂ TAXATIONE *Expenſarum,* dicet REUS: *Placebit decernere* ACTOREM [ſeu Partem Actricem] *monendum fore, ad ſolvendum Expenſas prædictas taxatas, citra aliquem Diem competentem; alioquin citandum fore, ad comparendum coram Vobis, aliquo Die Juridico, poſt lapſum Diem ſtatutum ad ſolvendum* (*b*):

Taxatis Expenſis, Forma petendi *Monitionem,* pro *Solutione.*

II. JUDEX: *Decernimus Partem monendam fore, ad ſolvendum hujuſmodi Expenſas, citra* [talem Diem] *vel citandam ad comparendum* [tali] *Die Juridico* [proximo ſequente Diem hujuſmodi ſtatutum, ad ſolvendum] *et, propter non Solutionem Expenſarum hujuſmodi, ſe excommunicari viſurum* (*c*).

Decretum *Judicis,* pro *Monitione* ad *ſolvendum,* ſub pœnâ *Excommunicationis.*

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Ad ſolvendum Expenſas.*]

EXPENSÆ ſunt, *vel*: *Dimiſſionis*; *Contumaciæ*; *Retardati Proceſſûs*; *Litis.*

2 [1] EXPENSÆ *Dimiſſionis* ſunt, ob *defectum Intereſſe* Partis, quempiam in JUS trahentis; *vel,* propter *Negligentiam* Actoris, in non proſequendo Litem inchoatam. Vide *Obs.* in *Tit.* 282. ſub *lit.* (b) 2.

3 [2] EXPENSÆ *Contumaciæ* ſunt, quas fecit Actor, in *excommunicando,* et *incarcerando* Reo, latitante, et Judicium ſubterfugiente:

4 Quæ taxandæ ſunt, per JUDICEM, et ſolvendæ, vel deponendæ, per *Excommunicatum,* antequam *Abſolutionem* obtineat. Vide *Tit.* 46. et *Obs. ibid.*

5 [3] EXPENSÆ *retardati Proceſſûs* ſunt, quas ſolvit Is, qui *ſedulò moras nexuit:*

6 Utpotè; qui *Materiam,* aut *Allegationem* propoſuit *prætenſam,* et Terminum *ad probandum* obtinuit, et in *Probatione* ejuſdem *defecit.* Vide *Tit.* 112. *per totum*; et *Obs. ibid.*

7 [4] EXPENSÆ *Litis* ſunt, in quibus *Victus Victori* (in Sententiâ definitivâ) *condemnatur:*

8 Suntque non ſolùm *Judiciales*; quæ (ſcilicet) *ex Stylo Curiæ* debentur, quæque *ex Actis* apparent; ſed etiam *Viatica Teſtium,* aliæque *extraordinariæ,* ſi *quæ* neceſſariò *factæ ſint.*

9 Si *juſtam* autem *litigandi* cauſam *Victus* habuerat, in *Expenſis Litis* non eſt *condemnandus:* Imò *Victor* aliquando *condemnabitur* in *Expenſis.* Vide *Tit.* 208.

(b) *Poſt lapſum diem ſtatutum ad ſolvendum.*] Hìc additur, *in nonnullis MSS.* "Ad dicendum "cauſam quare, propter non Solutionem Ex-"penſarum hujuſmodi, excommunicari non "deberet: In *aliis* legitur; "Se, propter non "Solutionem Expenſarum hujuſmodi, excom-"municari viſurum.

(c) 1 *Se excommunicari viſurum.*] Hodie non emanare ſolet, ut olim, Monitio contra Partem (utì ſuprà dicitur) ad ſolvendum, *ſeu* Sortem principalem, *aut* Expenſas, *citra Diem aliquem certum, ad id ſtatutum, ſin minùs, ad comparendum* (tali Die Juridico, poſt lapſum Diem ſtatutum ad ſolvendum) *ſe, propter non Solutionem, excommunicari viſurum:* Vel (ut in aliis Formulis Antiquis) *ad dicendum cauſam quare, propter non Solutionem hujuſmodi, excommunicari non deberet:*

2 Modò verò JUDEX, ad petitionem *Procuratoris,* decernit *Monitionem,* ſub Sigillo, *emanare* contra *Partem,* pro Solutione, *vel* Expenſarum, *vel* Sortis principalis, *infra decem, quindecim, viginti, triginta* (plures, vel pauciores) *dies, poſt Executionem* ejuſdem *Monitionis,* in *eandem Partem* debitè factam, *ſub pœnâ majoris Ex-*

com-

Monitio pro Expenſis.

communicationis Sententiæ; quæ quidem Excommunicationis Sententia (*dictæ Solutionis Termino præterito*, et *Summâ prætaxatâ*, ſeu *priùs adjudicatâ*, non *ſolutâ*) in eandem Partem, *exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc*, lecta lata et promulgata eſt, in Scriptis:

3 Unde, *Monitione* hujuſmodi debitè *executâ*, et abinde *lapſo* Solutionis *Termino*, Summâque *non* ſolutâ, *publicè denuncianda eſt Excommunicatio*, juxta *Tenorem* ejuſdem *Monitionis*; et procedendum eſt *contra* Partem, ut *infrà*, in *Tit.* 135.

4 Sin autem *Pars ipſa* ſit *præſens*, in Judicio, *monita* eſt per JUDICEM, *Ore tenus*; quæ *Monitio perſonalis* eundem ſortitur effectum, *cum* Decreto, *ſeu* Monitione prædictâ, *ſub Sigillo*.

Executio Decreti. Non Solutio. Excommunicatio.

TITULUS CXXXV.

De Executione MONITIONIS *pro* EXPENSIS, et *de formâ* Denunciationis EXCOMMUNICATIONIS, *in Sententiâ definitivâ, latæ*, propter *non Solutionem earundem.*

Monitio, *ad ſolvendum Expenſas*, qualis eſt?

I. PROCURATOR, qui obtinuit *Sententiam*, curabit MONITIONEM *ad ſolvendum Expenſas, in eâdem Sententiâ, taxatas* [continentem etiam EXCOMMUNICATIONEM, ſeu LITERAS DENUNCIATORIAS] et *eandem* debitè exequi (*a*) *contra* PARTEM *condemnatam in Expenſis* [id eſt; monenda eſt PARS, *ad ſolvendum Expenſas, citra Diem conſtitutam, ſub pœnâ Excommunicationis ſententiæ*, ipſo facto, *in eam latæ*, caſu quo *non ſolverit*.]

Fit ſub pœnâ *Excommunicationis.*

Expenſis *non ſolutis*, fiat *Denunciatio* Excommunicationis;

II. Et ſi *eadem* PARS non curaverit *hujuſmodi Expenſas ſolvere*, infra Terminum, ſeu Diem, conſtitutum, LITERÆ DENUNCIATORIÆ EXCOMMUNICATIONIS *hujuſmodi ſunt* MINISTRO Eccleſiæ Parochialis, dictæ PARTIS (*b*), *deferendæ*, qui *eas* denunciabit,

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Et eandem debitè exequi*] Scilicet, *perſonaliter*: Parte verò *latitante*, ad petitionem Procuratoris, conceditur *alia Monitio* (quæ dicitur, *Viis* et *Modis*) pro Solutione Summæ *priùs* taxatæ, *præter* etiam *Expenſas* ejuſmodi *ſecundæ Monitionis* (infra tot dies poſt Executionem ejuſdem) ſub pœnâ Excommunicationis, *exnunc*, &c. [prout in *priori Monitione*; de *quâ* fit mentio, inter *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (c) 2.]

2 Et, *lapſo* (poſt Executionem Monitionis hujuſmodi) Solutionis *Termino*, Summâque taxatâ *non ſolutâ*, procedendum eſt, ut *ſuprà*, in *hoc Titulo*, ſpecificatur.

(b) 1 *Miniſtro Eccleſiæ Parochialis dictæ Partis.*] Etiam in *aliquâ aliâ Eccleſiâ*, infra Juriſdictionem JUDICIS Excommunicantis, *denunciari* poteſt *Excommunicatio*: Dirigitur enim, UNIVERSIS *et ſingulis Rectoribus, Vicariis, Capellanis, Curatis, et Clericis quibuſcunque, in et per totam Provinciam Cantuarienſem*, [vel Eboracenſem] *ubilibet conſtitutis*: E Curiis (ſcilicet) ARCHIEPISCOPORUM; et ſimili modo; UNIVERSIS, &c. *quibuſcunque in et per totam Diœceſim noſtram* L. &c. E Curiis EPISCOPORUM; Etiam; *in et per totum Archidiaconatum noſtrum* N. vel *totam Juriſdictionem noſtram*; in Stylo *cæterarum* Curiarum:

2 Et, hiſce (poſtea) Verbis, pergit Formula: VOBIS *igitur conjunctim et diviſim committimus, ac firmiter injungendo mandamus, quatenus præfatum* A. B. &c. *pro ſic Excommunicato, in Eccleſiis veſtris Parochialibus, ſeu earum aliquâ, Die aliquo Dominico, ſeu Feſtivo, receptionem præſentium proximò et immediatè ſequente, inter Divinorum Solennia, dum major in eiſdem, ad Divina audienda, adfuerit Populi Multitudo, palàm et publicè denuncietis et publicetis, ſeu ſic denunciari et publicari faciatis, realiter et cum effectu.*

denunciabit, *et* certificabit [ut in Titulo, *De modo Denunciationis Excommunicationis* (*e*)]

Certificatorium deſuper:

III. Et ſi Pars in hujuſmodi *Sententiâ* Excommunicationis, per *quadraginta dies*, poſt Denunciationem, perſeveraverit, *ſignificandum eſt* Regiæ Majeſtati, et *procurandum eſt* Breve Regium, *pro Corporis Captione* [ut in Titulo, *De Petitione Literarum Significatoriarum* (*d*), *pro Corporis Captione Excommunicati*; et in Titulo, *De Literis Significatoriis* (*e*), *et Brevi Regio, de Excommunicato capiendo.*]

Deinde *ſignificandum eſt*, pro *Corporis Captione*,

Et *Incarceratione*.

OBSERVATIONES.

(c) *Ut in Titulo, De modo Denunciationis Excommunicationis.*] Vide *Tit.* 39.

(d) *Ut in Titulo, De Petitione Literarum Significatoriarum,* &c.] Vide *Tit.* 43.

(e) *Et in Titulo, De Literis Significatoriis,* &c.] Vide *Tit.* 44.

Sors principalis, et *Expenſæ*.

TITULUS CXXXVI.

De Renovatione Decreti, *ad ſolvendum* Expensas, vel Sortem Principalem.

Renovatio Monitionis.

I. SI obtinens Decretum, in caſibus prædictis (negligentiâ, vel aliàs) non curaverit *illúd exequi, debito tempore* (ſcilicet; per quoſdam Dies, ante Diem pro Solutione aſſignatum) vel forſan *eo executo*, non curaverit *debitè certificare* (*a*) [ex *quo*, Certificatoriorum ſuper Executione, ſit diſcontinuatum] Procurator allegabit, ut ſequitur:

Si Monitio, *ad ſolvendum*, ſine *fructu* perierit.

II. Reverende

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Debitè certificare,* &c.] Hoc intelligitur, cùm *olim* Monitio fieri ſolebat, contra Partem, *ad Solvendum, in* [*talem*] *Diem*; alioquin, ad citandum Partem, *ad comparendum* [*tali*] *Die Juridico* (poſt lapſum *Diem*, pro *Solutione*, ſtatutum) *ad dicendum cauſam quare, propter non Solutionem, excommunicari non deberet*; in iſto caſu, *relatio Monitionis*, cum *Certificatorio* ſuper Executione ejuſdem, in Die ſtatuto *pro Comparitione Partis* (ut ſuprà) *citatæ*, omninò neceſſaria fuit:

2 Monitio verò (ad *ſolvendum* Sortem Principalem, *vel* Expenſas) *quâ* utimur *hodie*, *peremptoria* eſt: nec *ullam* in ſe continet *Citationem*; ac igitur *hujuſmodi Monitio noſtra* (præterquam ad petendum *alteram* concedi, *Viis* et *modis*) coram Judice *non exhibetur*; niſi, *poſt Executionem ejuſdem*, et *lapſum Termini Solutionis*, Pars (in non parendo eidem Monitioni) *pro excommunicatâ* (juxta tenorem ejuſdem) *denunciata fuerit*, et *in Sententiâ Excommunicationis hujuſmodi*, per quadraginta dies, *perſeveraverit:* Tunc autem fiat *relatio dictæ Monitionis* unà cum *Certificatorio*, tam ſuper *Executione ejuſdem*, quàm *Denunciatione Excommunicationis* in eâdem; et (eo caſu) petendum eſt, *ſignificandum fore Regiæ Majeſtati, pro Corporis Captione.*

Petitur *Renovatio Monitionis:*

II. Reverende Judex; *Allego Decretum veſtrum, aliàs* [ad talem effectum] *emanatum, periiſſe ſine fructu*; *et ideo peto hujuſmodi Decretum renovari* (*b*), *ac Partem monendum fore decerni, ad ſolvendum,* &c. [vel *ad comparendum* (*c*), &c.]

Annuit *Judex.*

III. Judex: *Decernimus.*

OBSERVATIONES.

(b) *Peto hujuſmodi Decretum renovari.*] Hodie communiter non fit Monitio, *ad ſolvendum in diem aliquem certum*; ſed infra [*tot dies*] poſt *Executionem Monitionis in Partem:* Unde non eadem ſubeſt Ratio (quondam) *Renovationis* ejuſdem; quoniam hæc noſtra *diuturna eſt*; ni forſan *amiſſa perierit.*

(c) *Ad comparendum,* &c.] Vide *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (c).

TITU-

Viſitatio.

TITULUS CXXXVII.

Modus procedendi *in* Causis Criminalibus *corrigendis*, et *ad* Jurisdictionem Ecclesiasticam *ſpectantibus*.

I. De Jure *communi*, Correctio et Punitio (*a*) *Criminum* ad *Reverendos* Episcopos, eorumque Vicarios *in ſpiritualibus generales*, ſpectant.

Crimina ſunt *Cognitionis Eccleſiaſticæ.*

II. Solet igitur quilibet Episcopus [*ad Crimina corrigenda*, et *punienda*, atque *Errores quoſcunque extirpandos*] in *primo anno* Inthro-

Solent *Epiſcopi* viſitare, *primo* Anno *Inthronizationis.*

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Correctio, et Punitio.*] Eccleſiaſticæ *Juriſdictionis* exercendæ Nervi ſunt *Pœnæ* et *Cenſuræ Eccleſiaſticæ.*

2 Quæ verò tam *Eccleſiaſticis*, quàm *Laicis* poſſunt infligi, ſunt:

3 [1] Monitio; quæ præparatoria eſt, plerúmque præcedens Eccleſiaſticas Cenſuras:

4 [2] Excommunicatio; Cujus innodati Vinculo (tam in Foro Eccleſiaſtico-Civili, quàm in Foro Seculari) vel agere, vel Teſtimonium perhibere, nequaquam admitti debent. Et ſi, per quadraginta dies, et ultra, quis (animo obdurato, et pertinaci) ſteterit Excommunicatus (Epiſcopo certificante) Reſcriptum Regium, e Curiâ Cancellariæ, ſolet emanare, pro Corporis Captione talis Excommunicati; qui Carceri Comitatûs, quo degit (vigore ejuſmodi Brevis Regii captus) mandabitur, ibidemque, ſalvâ Cuſtodiâ, detinendus eſt, donec ejus purgaverit Contumaciam, et Eccleſiæ, pro Delicto, ſatisfecerit. Sin aliquis ab hâc luce migraverit Excommunicatus, in locis ſacratis deneganda eſt Sepultura, niſi conſtiterit Epiſcopo, de Pœnitentiâ

5 [3] Poenitentia; Quæ (Judicis Arbitrio) juxta Criminum differentiam, publicè peragenda Pœnitentibus injungitur: Decernitur autem ut (albâ Virgâ manu ſuſtentatâ, et in Linteis) publicè peragatur, *in facie Eccleſiæ*, propter Crimina publica et notoria *Inceſtûs*, *Adulterii*, *Fornicationis*, &c: Et quò *majora* ſint *Scelera*, eò *ſolemniori* luenda ſint *Supplicio*. Quibuſdam autem in caſibus, (ubi Culpa non ſit nimis publica, ſeu notoria, et Judici conſtet aliqua gravis et neceſſaria cauſa) *Pœnitentia* priùs injuncta *corporalis* (ad petitionem Delinquentis) in *pœnam* aliquando commutari poteſt *pecuniariam*, in Pauperum (ubi commiſſum Crimen eſt) levamen, vel ad certas pias Cauſas, Arbitrio Judicis, erogandam [Vide *Statut.* (Articuli Cleri) 9 *Ed.* 2. *cap.* 2. §. 2, 3. et *cap.* 3, 4] *Pœnitentia* verò cujus injungenda, propter *Verba diffamatoria* (contra bonos mores, et Vinculum Charitatis, in alicujus nominis et bonæ famæ læſionem, et denigrationem ſeu diminutionem) utcunque prolata, peragitur (abſque Linteis) plerúmque quidem *in Eccleſiæ Veſtiario*, vel *alibi* (ſi Judici meliùs viſum fuerit) perlectâ (ſcilicet) *per diffamantem*, Pœnitentiæ Schedulâ; præſentibus, unà cum parte læſâ, Miniſtro et Guardianis Ecclecleſiæ, totque Parochianis, quot Judici ſtatuere videbitur opportunum. *Pœnitentia* ſimiliter, per Schedulam publicè perlectam, fit *in aperta Curiâ* (vel *aliter* Arbitrio Judicis) per *Contemptorem Juris, et Juriſdictionis Eccleſiaſticæ.*

6 Præter hujuſmodi *Pœnas* et *Cenſuras Eccleſiaſticas*, tam *Eccleſiaſticis*, quàm *Laicis* communes, ſunt et aliæ nonnullæ, quæ *particulariter* ipſos reſpiciunt *Eccleſiaſticos*; cujuſmodi ſunt:

7 [1] Sequestratio *Fructuum Eccleſiæ*; Quæ eſt eorundem Allocatio temporanea, penes aliquem, in uſum Jus habentis: Et hujuſmodi *Sequeſtri* (debitè publicati) *Violatores*, juxta Canones Antiquos Eccleſiæ Anglicanæ, majoris *Excommunicationis* Vinculo, ipſo facto, innodantur. [Vide *Lyndw.* De Sequeſtrationibus. *Lib.* 2. *Tit.* 4. *c.* 1. *per totum*]

8 [2] Suspensio dicitur; quæ (poſt Monitionem debitè factam) Eccleſiaſticam perſonam *ab Officio*, ſeu *Beneficio*, vel *ab utroque*, ad tempus, *excludit.*

9 [3] Deprivatio eſt; cùm, ob Delicta majora, quis *ab Eccleſiaſtico Beneficio* penitùs *amovetur.*

10 [4] Degradatio *ſimplex*, ſeu *verbalis*, fit ſolummodo per *Judicis Sententiam*, et tum vocatur Clerici *Depoſitio*: *Degradatio* verò *realis* et *ſolennis* eſt, cùm (quando Magiſtratui Civili traditur puniendus) *Veſtibus et Inſigniis ſui Ordinis*, *Clericus* (ex Epiſcop. Mandato) *palàm exutus eſt.*

Viſitare.

THRONIZATIONIS *ſuæ* [id eſt; *poſt* ejus CONSECRATIONEM, *et* INSTALLATIONEM, *in* EPISCOPATUM] *perſonaliter* VISITARE (*b*), tam in CAPITE, quàm in MEMBRIS [id eſt; tam *Eccleſiam* CATHEDRALEM (*c*), quàm Eccleſias COLLEGIATAS, et PAROCHIALES] CLERUMQUE et POPULUM totius *Diœceſeôs* ſuæ (*d*), et GREGEM *univerſum* SIBI *commiſſum*.

Periodo quolibet triennio.

III. Solet etiam, ex cauſis hujuſmodi, *quolibet triennio* conſimilem VISITATIONEM exercere.

Ratio, quare non commodè poſſunt, *annuatim*, totam *Viſitare* Diœceſim.

IV. Sed quoniam EPISCOPI communiter reſidere in CIVITATE Eorum *Diœceſium*, et *ſpecialem* curam, quoad Mores *et* Religionem *Civium* et *Inhabitantium ibidem*, habere ſolent; *ex quo*, commodè non poſſunt, *quolibet anno* totam Diœceſin *perſonaliter* Viſitare:

Archidiaconi viſitant eorum *Archidiaconatus*, quolibet *Anno*.

V. Ne tamen *cæterorum Diœceſanorum* DELICTA impunita remaneant, et ut ERRORES et HÆRESES (ſi quæ irrepſerint) extirparentur, ARCHIDIACONI (*e*) [qui *Oculi* dicuntur *Epiſcopi*] tenentur et ſolent *annuatim*, perſonaliter, *vel* per eorum OFFICIALES, viſitare eorum ARCHIDIACONATUS, ac *Crimina Erroreſque* corrigere, *et* reformare.

Punitio Criminum, de *Jure*, ſpectat ad *Epiſcopos*;

VI. Et quamvis, *ex ipſo* JURE, *Correctio* et *Reformatio* CRIMINUM [ſaltem *majorum*] non ſpectant ad ARCHIDIACONOS; ſed propriè, ac (ut ſuperiùs (*f*) dicitur) de JURE *communi*, ad EPISCOPOS:

Ex *Conceſſionibus*, aut *Præſcriptione*, ad *Archidiaconos*:

VII. Tamen, aut ex *Conceſſionibus*, et *Compoſitionibus* inter EPISCOPOS et eorum ARCHIDIACONOS (olim initis, et habitis) aut ex *Præſcriptione* (*g*), Correctio, *et* Reformatio, *et* Punitio CRIMINUM [etiam *majorum*] ſpectat ad quemcunque ARCHIDIACONUM cujuſcunque Diœceſeôs Provinciæ Cantuarienſis:

Hinc non excluditur autem *Juriſdictio Archiepiſcoporum*, et *Epiſcoporum*.

VIII. EPISCOPUS tamen et ARCHIEPISCOPUS non excluduntur; ſed poſſunt [quotieſcunque apud eos, de quocunque *Crimine Eccleſiaſtico*, querelatur] ex *Officio mero* (*h*), vel *promoto*, contra quoſcunque *Delinquentes* procedere, *vel* hujuſmodi *Crimina* corrigere.

TITU-

OBSERVATIONES.

(b) *Viſitare.*] Vide *Othonis Conſtit.* c. *Quid ad Venerabiles*, &c. *De Officio Archiepiſcoporum et Epiſcoporum*, in verb. *corrigendo*: Ubi multa reperiuntur de *Viſitatione*, et *Correctione*: Ubi etiam refert ad *notanda de Notoriis*.

(c) *Cathedralem.*] De Eccleſiis Cathedralibus Vide *Can.* (Anno 1603) 24, 25, 42, 43, 44.

(d) *Totius Diœceſeos ſuæ.*] De Viſitatione *Provinciali*, ſeu *Archiepiſcopali*; Vide *Tit.* 5. §. 12. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (g)

(e) *Archidiaconi.*] Vide *Lynd.* De *Officio Archidiaconi*: necnon *Conſtit. Othonis*, cap. *De Archidiaconis*.

(f) *Ut ſuperiùs dicitur.*] Scilicet, in §. 1. *hujus Tituli*

(g) 1 *Ex Præſcriptione*] Vide *Lyndw.* Lib. 1. *Tit.* 3. *c.* 1. De Conſuetudine, *verb.* Ordinarii, et *verb.* Inquirere.

(h) 1 *Ex Officio mero.*] *Officium Judicis* (ita ſimpliciter dictum) etiam, JURE CANONICO, vocatur *Officium merum*, et JURE CIVILI, *Officium Nobile Judicis*; ſeu *Nobile Judicis Imperium*.

Inquiſitio.

TITULUS CXXXVIII.

Quibus Modis EPISCOPUS, ſeu ARCHIDIACONUS, procedere poteſt, *in corrigendis* et *reformandis* CRIMINIBUS.

I. UT a *Doctiſſimis* accepi, atque ex *Praxi* didici; TRES ſunt Modi procedendi, *in Criminibus Eccleſiaſticis*; videlicet: II. Per INQUISITIONEM; ACCUSATIONEM; et DENUNCIATIONEM; de quibus, *ſuo ordine*, tractabitur.

In *Criminalibus*, Modus procedendi *Triplex* eſt.

Citatio.

TITULUS CXXXIX.

De formâ proſequendi *per* INQUISITIONEM (*a*).

I. SI ad Aures EPISCOPI, ſeu ARCHIDIACONI, ſive *Famâ Publicâ referente*, ſive *ex relatione Perſonarum Fide dignarum*, pervenerit, *quenquam* (ſuæ Diœceſeôs, et Archidiaconatûs) *aliquod* CRIMEN *notorium* commiſiſſe, vel *de aliquâ* OPINIONE *erroneâ*, aut PERVERSITATE *obſtinatâ*, inſignem, *aut* ſuſpectum fuiſſe [quamvis tale CRIMEN non fuerit per *Guardianos*, *OEconomos*, ſeu *Inquiſitores*, de quibus inferiùs tractabitur (*b*), *detectum*, aut *præſentatum*] EPISCOPUS, ſeu ARCHIDIACONUS, poteſt citari mandare DELINQUENTEM, *ad comparendum perſonaliter*, *coram eo*, *in loco ſolito Judiciali* [et non in *Ædibus privatis*, quia JUS debet *publicè*, in *ſolito loco*, reddi] *certis Articulis Animæ ſuæ Salutem*, *et præſertim* [tale] CRIMEN (hìc ſpecificandum eſt Crimen) *concernentibus*, *et ſibi objiciendis*, *reſponſurum*.

Suſpectus Criminis conveniri poteſt, *in Animæ Salutem*, coram *Ordinario*; etſi per *OEconomos* non *præſentatus*.

Jus debet *publicè reddi.*

OBSERVATIONES.

(a) *Per Inquiſitionem.*] Vide *Lynd. Lib.* 1. *Tit.* 3. *c.* 1. *verb.* Inquirant.

(b) *De quibus inferiùs tractabitur.*] Scilicet, in *Tit.* 151. *per totum*; et *Obs. ibid.* Vide etiam *Tit.* 152. § 1, 6, 7. Item *Tit.* 154. §. 7. *in Calce.* Necnon *Tit.* 156. §. 3, 4, 5, 6.

TITU-

Inquiſitio.

TITULUS CXL.

Citatio, et Certificatorium.

De Executione CITATIONIS, et *ejuſdem* CERTIFICATORIO, in *Cauſâ* INQUISITIONIS.

Citatio, *vivâ voce*,

I. QUAMVIS nonnunquam EPISCOPI et ARCHIDIACONI ſolent, in *Cauſis* CRIMINALIBUS, Perſonas *citare*, non per CITATIONES, *in* SCRIPTIS (*a*) [eorum Nominibus *et* Sigillis] *communitas*; ſed per eorum Apparitores, *ſeu* Mandatarios; VERBO *tenus:*

An *valeat?*

In *Dubio* eſt:

II. Tamen, ſæpe controverſum fuit; *An valeret* CITATIO *vivâ voce*, et non *in* SCRIPTIS, *facta*; et *utrùm ſic citatus, non comparens, poſſit* (ſine Gravamine, per Judicem illato) *excommunicari?*

Fiat ergo *in Scriptis.*

III. Ad evitandum igitur *hoc Dubium*, citentur (in futuro) Delinquentes, per CITATIONEM *in* SCRIPTIS [modo præmiſſo] *communitam* (*b*).

Praxis olim fuit, citare per *Edictum publicum*, nullâ præcedente *Citatione primariâ*,

IV. *Similiter* conſueverunt EPISCOPI et ARCHIDIACONI [nullâ præcedente CITATIONE *primariâ*; et nullâ factâ *Inquiſitione*, pro Perſonâ *citandâ*; nulloque relato, aut introducto *Certificatorio*, de *Inquiſitione*; neque *fide factâ*, quòd PARS *citata latitat*, quò minùs *perſonaliter citari* valeat] decernere Perſonas *citandas fore per Edictum publicum*, quod dicitur CITATIO, *viis et modis:*

Et excommunicare *Partem*, ex *Notulâ Apparitoris*, abſque *Juramento*, de eâdem apud *Ædes Partis* dimiſſâ:

V. Et *etiam* (quòd Praxi *et* Juri videtur magìs diſſentaneum) *Apparitores* ſolent minimam quandam *Notulam*, ſeu *Chartam* [in quâ ſolummodo *Nomen* et *Cognomen* citandæ PARTIS, et *dies et locus Comparitionis*, omiſſâ CAUSÂ *ejuſdem*, continentur] dimittere *apud Ædes* PARTIUM conveniendarum, et ſi PARTES *non comparuerint* [nullâ fide juratoriâ factâ, per Apparitores *hanc Notulam*, *ſeu Chartam, dimiſſam fuiſſe apud Ædes* PARTIS *citandæ*] eaſdem *excommunicare*, et pro Excommunicatis denunciare (*c*):

In *his*, datur *Appellatio.*

VI. Ex *quibus procedendi modis*, diverſæ Cauſæ APPELLATIONUM ortæ fuerunt, et APPELLANTES, in eiſdem, obtinuerunt.

Pars hodie, per *Citationem primariam*, *perſonaliter* citanda eſt;

VII. *Tutiſſimum* igitur eſt, in poſterum, ut CITATIO *primaria* concedatur, et ut PARS *perſonaliter*, ſi poſſit *ita* apprehendi, *citetur:*

VIII. *Alioquin,*

OBSERVATIONES.

(*a*) *Non per Citationes, in ſcriptis.*] Hodie Citationes, *in ſcriptis*, emanare ſolent.

(*b*) *Modo præmiſſo, communitam.*] Id eſt; ſub *Sigillo* JUDICIS.

(*c*) *Denunciare.*] Hodie Praxis hujuſmodi [in §. 4, et 5] minimè comprobatur.

VIII. *Alioquin*, CERTIFICATORIO authentico (*d*) relato, aut FIDE juratoriâ factâ (*e*) *Perſonam citandam ita latitâſſe*, quò minùs *perſonaliter citari poſſit*, tunc decernatur CITATIO *viis et modis* (*f*): Pars *quæſita*, et non *inventa*, citanda eſt *per* Decretum *Viis* et *Modis*:

IX. *Quâ* debitè executâ et relatâ, ſi REUS *non comparuerit*, legitimè excommunicari poſſit; et *ulteriùs* contra EUM procedi poteſt, ut in *cæteris Cauſis Inſtantiarum* [*de quibus ſuperiùs, pleniùs tractatur, in præſenti Libro* (*g*).] Tum *non comparens* excommunicabitur.

OBSERVATIONES.

(d) *Certificatorio authentico.*] De quo, Vide *Tit.* 26. *per totum*: etiam *Tit.* 25. §. 2.

(e) *Aut fide juratoriâ factâ.*] Vide, de hâc, in *Tit.* 25. §. 1.

(f) *Viis et modis.*] De modo obtinendi *Citationem*, quæ dicitur Citatio, *ſeu* Decretum *Viis* et *Modis*; Vide *Tit.* 23.

(g) *De quibus ſuperiùs, pleniùs tractatur, in præſenti Libro.*] Vide *Tit.* 39, 40, 41, 42, 43, 44.

Inquiſitio.

TITULUS CXLI.

De modo procedendi *in Cauſâ* INQUISITIONIS, *ſi citatus* comparuerit.

Comparitio.

I. RELATO *Mandato Citatorio*, ac PARTE comparente *citatâ*, JUDEX [Epiſcopus, *vel* Archidiaconus, *ſeu* eorum Officialis] *ex Officio ſuo mero*, contra comparentem, ARTICULOS [*continentes* tam *cauſas Conventionis* (*a*), quàm FAMAM *publicam* de CRIMINE, *propter* quod *citavit* PARTEM] in *ſcriptis* dare et objicere ſolet (*b*), et *conventum* (*c*) ad JURAMENTUM *ſubeundum* (*d*), ad reſpondendum *de* Veritate, *in facto proprio*, et *de* Credulitate, *in facto alieno* (*e*), monere *et* mandare: *Parte* citatâ *comparente*, Miniſtrantur *Articuli*, ex *Officio Judicis*; Monetur *Pars* ad *præſtandum Juramentum* de reſpondendo.

II. Et, ſi hoc *Juramentum* ſubire *contumaciter* recuſaverit, monendus eſt, *ad præſtandum et ſubeundum Juramentum*, primò, ſecundò, et tertiò [quamvis uno *et* eodem tempore.] Juramentum *ſubire recuſans*, trinâ vice, moneatur:

III. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Conventionis.*] Id eſt; *In Jus Vocationis.*

(b) *In Scriptis, dare et objicere ſolet.*] Articulorum hujuſmodi *Copia* Parti citatæ (ſi petatur) hodie *tradenda eſt*; prout etiam fieri ſolet, Nobiſcum, in caſu in *Tit.* 34. §. 5. *in Calce.*

(c) *Conventum.*] Scilicet; *Reum citatum.*

(d) *Ad Juramentum ſubeundum.*] Quomodo tollitur JURAMENTUM *ex Officio*, conſule *Statut. An.* 13 *Car.* 2. *c.* 12. §. 1, 4, 5.

(e) *De Veritate, in facto proprio, et de Credulitate, in facto alieno.*] De formâ *Juramenti* Partis principalis; Vide *Tit.* 65. §. 3.

Contumax ex-communicetur, *donec Juramentum ſubiverit*, de *reſpondendo*, et *parendo Juri.*

III. Et ſi adhuc *pertinax*, ſeu potiùs *contumax*, in non ſubeundo *hoc* JURAMENTUM, perſtiterit [ſeu, plus juſto, diſtulerit præſtare] pro hâc *manifeſtâ Contumaciâ*, eſt excommunicandus: et abſolvendus non eſt, donec JURAMENTUM, *de reſpondendo*, et *de parendo Juri*, *et ſtando Mandatis Eccleſiæ* præſtiterit.

Præſtito Juramento, monetur Pars, *ſub pœnâ* Excommunicationis, *ad ſubeundum Examen*, infra *tempus* præſtitutum: *Tempus* in Arbitrio *Judicis* eſt.

IV. Si *conventus* JURAMENTUM, *de reſpondendo* ARTICULIS, *ſubiverit*, monendus eſt, *ad ſubeundum* EXAMEN *ſuper eiſdem*, *citra vel ante aliquem diem* (in eâ parte, arbitrio Judicis) *aſſignandum*, *vel*, *ad comparendum eodem die*, *ſeipſum*, *propter ejus in eâ parte Contumaciam*, *excommunicari viſurum:*

Reſponſis, *infra tempus*, non datis, *Pars* excommunicabitur.

V. Et ſi non *ſubiverit* EXAMEN ante *tempus aſſignatum* (quamvis comparuerit, ſive non) niſi, ex cauſis legitimis, hanc *Contumaciam* purgaverit, eſt (propter *Contemptum*, et *Contumaciam*) excommunicandus; *ut ſuprà* (*f*).

OBSERVATIONES.

(f) 1 *Ut ſuprà.*] Tum hìc *alter* addendus eſt *Titulus* (prout patet in *MSS.*) ſub hiſce Verbis ſequentibus.

TITULUS. { " *Conventus, in Caſibus prædictis,* " *non tenetur reſpondere* POSITIONI *criminoſæ.*

" QUAMVIS *conventus*, in Caſibus prædictis, præſtiterit JURAMENTUM *de reſpondendo* POSITIONIBUS, *ſeu* ARTICULIS, *propoſitis et objectis*; ſi tamen POSITIONES contineant *Crimina*, vel ſunt POSITIONES *criminoſæ*, REUS non *tenetur* eiſdem *reſpondere*: Sed, tempore Examinationis ſuæ, *reſpondere* poteſt, *talem* POSITIONEM *eſſe criminoſam*, vel *captioſam*, et *quòd credit ſe non teneri reſpondere eidem*, *referendo ſe ad* POSITIONES, *et ad* JURA.

2 " Cautela igitur bona eſt, ut *conventi*, in caſibus prædictis [ante præſtitum JURAMENTUM, de reſpondendo ARTICULIS, contra eos miniſtratis] PROTESTENTUR, *quòd ſi contigerit eos reſpondere alicui* POSITIONI, *cui, de* JURE *reſpondere non tenentur*, *ut ea Reponſio pro nullâ*, *et non factâ*, *habeatur.*

[Quoad hoc, Vide *Tit.* 66. *per totum*.]

3 " Sed dato, *hanc* PROTESTATIONEM *omiſſam fuiſſe* per *juratum*; tamen Interpretatione et Conſtructione JURIS (ut a Doctiſſimis audivi, et adjudicari novi) perinde eſt, ac ſi *ea* PROTESTATIO *facta fuiſſet:*

4 " PROTESTARI tamen ſolet, *ut ſuprà*; Quia *abundans Cautela non nocet.*

5 " Et licèt ſupradictum ſit (in Titulo præcedenti) JUDICEM poſſe ARTICULOS, contra comparentem, *ex mero ſuo Officio*, objicere; ſolet tamen aliquem, ex *Procuratoribus* Curiæ ſuæ, exercitatum, in *Promotorem Officii ſui* aſſignare, et conſtituere:

6 " Qui *Procurator* dicet: *Accepto in me Onus Promotoris Officii Judicis, in hâc Cauſâ, et Officium ejus promovendo, do et miniſtro hos* ARTICULOS; quos JUDICI porriget, vel apud *Acta*, penes *Regiſtrum*, dimittet.

7 " Sed notandum eſt; quòd etſi REUS non tenetur reſpondere POSITIONI *criminoſæ*, tenetur tamen reſpondere POSITIONI *continenti* FAMAM *publicam* CRIMINIS *articulati*: Igitur, *in his* ARTICULIS, *Fama publica objecti Criminis* eſt alleganda, et objicienda.

[Vide, de hoc, in *Tit.* 142. §. 1. et in *Tit.* 150. §. 4, 5.]

TITU-

Inquiſitio.

TITULUS CXLII.

Forma procedendi *contra* REUM *juratum*, ad reſpondendum ARTICULIS, *et* recuſantem reſpondere POSITIONIBUS, quibus, *de* JURE, reſpondere tenetur.

Reſponſio.

I. LIcèt (ut ſuperiùs (*a*) dicitur) REUS *non tenetur reſpondere* POSITIONI *criminoſæ*; tamen reſpondere tenetur POSITIONI *Famæ* (*b*), et *Juriſdictionis* JUDICIS:

Poſitioni Criminoſæ non reſpondendum eſt, ſed *Famæ*, et *Juriſdictioni.*

II. Nam ſolent JUDICES, in ARTICULIS allegare, REUM *eſſe ſuæ Juriſdictionis* (*c*), ut apparere poſſit *Fori Competentia:*

Unde conſtat *Fori Competentia?*

III. Ideo ſi REUS hujuſmodi POSITIONIBUS *reſpondere recuſaverit*, interrogandus, jubendus, et monendus eſt, etiam *primò*, *ſecundò*, et *tertiò* reſpondere:

Reſpondere *recuſans* trinâ vice *moneatur:*

IV. Et ſi ſic monitus, interrogatus, et juſſus *non reſponderit*, vel *reſponderit frivolè*, ſeu *reſpondere*, *plus juſto*, *diſtulerit*, pronunciandus eſt CONTUMAX; atque in *pœnam* CONTUMACIÆ declarandus eſt, *pro* CONFESSO (*d*), ſuper his ARTICULIS quibus *non reſponderit.*

Tum *non reſpondens* pronunciandus eſt, *pro Confeſſo.*

V. Et hæc pronunciatio *et* Declaratio, *pro* CONFESSO, æquipollet CONFESSIONI *ſimpliciter factæ*; et contra REUM procedi poſſit, perinde ac ſi IPSE *confeſſus fuiſſet* ARTICULOS, quibus *reſpondere recuſavit*, vel ſi ARTICULI *ſufficienter per* TESTES *probati fuiſſent.*

Declaratio, *pro Confeſſo*, eſt ad inſtar *Confeſſionis*, ſeu *Probationis* factæ.

OBSERVATIONES.

(a) *Ut ſuperiùs dicitur.*] Prout habetur (ſcilicet) in Titulo [ex *MSS.* adjecto] quem inſerimus inter *Obs.* in *Tit.* 141. ſub *lit.* (f)

(b) *Poſitioni Famæ.*] Faſſâ, vel probatâ Famâ, *Reus* condemnabitur *in Expenſis.*

(c) *Reum eſſe ſuæ Juriſdictionis.*] Scilicet; *Quòd dictus* N. *fuit et eſt* talis *Parochiæ*, *in* tali *Comitatu*, *et in* tali *Diœceſi* [ſeu *Archidiaconatu*] *et horum Intuitu*, *Juriſdictioni hujus Curiæ notoriè ſubditus*, *et ſubjectus.*

(d) *Declarandus eſt, pro Confeſſo.*] De pronunciatione *pro Confeſſo*; Vide *Tit.* 72. §. 4. *Tit.* 73. §. 3, 4, 5. *Tit.* 74. per totum; et *Obs. ibid.* ſub *notâ* (h) *Tit.* 142. §. 3, 4, 5. et *Tit.* 143.

Inquiſitio.

TITULUS CXLIII.

Reſponſio.

Modus procedendi *contra* REUM negantem reſpondere POSITIONI CRIMINOSÆ, quamvis FAMA *fuerit probata*, vel *confeſſata.*

Faſſâ, vel *probatâ Famâ*, Poſitioni Criminoſæ *reſpondendum eſt :*

I. SI *Reus* FAMAM *fateatur*, vel FAMA fuerit ſufficienter *probata* (*a*), REUS tenetur reſpondere POSITIONIBUS, *quamvis criminoſis :*

Tum *reſpondere recuſans* trinâ vice *moneatur :*

II. Et ſi *reſpondere recuſaverit*, vel, *plus juſto, diſtulerit*, interrogandus, monendus, et jubendus eſt, *ut reſpondeat :*

Non reſpondens habeatur *pro Confeſſo.*

III. Et ſi *non reſponderit*, pronunciandus eſt *pro* CONFESSO, [modo et formâ in proximo præcedenti Titulo (*b*) ſpecificatis.]

OBSERVATIONES.

(a) *Vel Fama fuerit ſufficienter probata.*] Reum, ſcilicet, infamatum eſſe *apud bonos et graves.* [Vide *Conſtit. Provinc.* c. 1. *de Purg. Canon.* et ibi *Lynd.* v. *compellant.*] Vide etiam *Tit.* 146. §. 4, 5.

(b) *Modo et formâ in proximo præcedenti Titulo.*] Scilicet; in §. 3, 4, 5. Vide etiam *Obs. ibid.* ſub *lit.* (d).

Inquiſitio.

TITULUS CXLIV.

Reſponſio.

Modus procedendi *contra* REUM negantem CRIMEN, *et* FAMAM fatentem.

Faſſâ Famâ, *Crimine* negato, *Promotor* (ſpem fovens probandi) *Terminum* habet *Probatorium.*

I. SI *Reus* FAMAM fateatur, et CRIMEN objectum negaverit, et ſi JUDEX et *Promotor* OFFICII *ſui* crediderint *ſe poſſe* CRIMEN *probare*, aſſignandus eſt, *Promotori neceſſario* OFFICII JUDICIS, Terminus competens, *Articulos criminales comprobandi.*

Fit *Probatio*, ut in cæteris.

II. *Ac producendæ ſunt* PROBATIONES, ut in cæteris Cauſis ordinariis.

Moneatur Reus, *ad comparendum ſingulis Seſſionibus :*

III. Et monendus eſt REUS, *ad intereſſendum ſingulis Seſſionibus generalibus, uſque ad Sententiæ definitivæ prolationem, incluſivè ferendæ :*

In *pœnam non Comparentis*, procedatur uſque *Prolationem Sententiæ :*

IV. Et ſi non comparuerit, PROBATIONES *et* TESTES *ſuper* ARTICULIS *objectis* [in *pœnam* ejus CONTUMACIÆ] *recipi, admitti, jurari, et examinari, et eorum Dicta publicari debent*; necnon *Sententia*

Sententia definitiva ferri et promulgari poteſt, ejus *Abſentiâ* ſeu potiùs *Contumaciâ*, in aliquo, non obſtante :

Inquiſitio.

V. Sed tutiſſimum eſt, poſt *receptas* et *publicatas Atteſtationes* Testium, citare (de novo) Reum (*a*), *ad audiendum Sententiam definitivam* [tali die] *ferendam*.

Vel fiat Citatio, *ad audiendum Sententiam.*

VI. Et Reus poteſt *contra hos* Testes *excipere, et eos et eorum Dicta reprobare*; vel (ante Publicationem *Teſtium*) Materiam *quamcunque* [pro Defensione *ſuâ*, et ad probandum Innocentiam *ſuam*, in Criminibus *objectis*] *proponere et probare.*

Competit Reo *Exceptio* contra *Teſtes*, et *Allegatio*, et *Probatio defenſiva.*

VII. Sed ſi Fama *confeſſata*, vel *probata* fuerit (*b*) Judex poterit Purgationem *indicere* [prout in ſequentibus Titulis (*c*) continetur.]

Faſſâ, *vel* probatâ *Famâ*, indicitur *Purgatio.*

VIII. Et *notandum* eſt; Quòd *omnes* Causæ Correctionum, *ex mero* Judicis Officio, *inſtitutæ*, ſunt Causæ Summariæ, ſaltem ſolet in eiſdem *ſummariè* procedi, et *ita* eſt procedendum :

Ex Officio *mero*, eſt *Cauſa Summaria :*

IX. Secùs, de Officio *voluntariè promoto* (*d*.)

Ex *voluntariè* promoto, *Plenaria.*

OBSERVATIONES.

(a) *Citare* (*de novo*) *Reum*, &c.] Ut Reus [priùs monitus *ad comparendum, ſingulis Seſſionibus generalibus, uſque ad Sententiæ definitivæ, incluſivè ferendæ, prolationem*] iterum citetur, *ad audiendum Sententiam definitivam ferendam*, hodie, Nobiſcum, haud videtur neceſſarium. Vide *Obs.* in *Tit.* 124. ſub *lit.* (a).

(b) *Sed ſi Fama confeſſata, vel probata fuerit.*] *Pars Rea* condemnabitur *in Expenſis.*

(c) *In ſequentibus Titulis.*] Vide *Tit.* 147, 148. et *Statut. An.* 13 *Car.* 2. c. 12. §. 1, 4, 5.

(d) *Secùs, de Officio voluntariè promoto.*] Vide *Tit.* 7. §. 12. et *Tit.* 150. §. 3.

Inquiſitio.

TITULUS CXLV.

Modus procedendi, *ſi* Reus *negaverit* Crimen *objectum*, et Famam.

Reſponſio.

I. Si Reus negaverit Crimen objectum et Famam, tunc [ſi Crimen objectum fuerit *notorium* et *publicum*, ac de eodem laboraverit *publica* Vox, et Fama] Judex producere et examinare curabit Parochianos Rei, ſeu alios quoſcunque *ad* Famam *probandam*, eoſque *ad perhibendum Teſtimonium* (ſi rogati recuſaverint) per Cenſuras Eccleſiaſticas compellere (*a*).

Crimine et *Famâ negatis*, ſi conſtiterit de *Notorietate*,

Teſtes, ſuper *Famâ*, producuntur,

Inviti *compelluntur.*

II. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Compellere.*] De Teſtibus ad perhibendum Teſtimonium, et dicendum (quam noverint) Veritatem, compellendis, ante dictum eſt in *Tit.* 76, 77, 78.

In Cauſâ Correctionis, *Reus* miniſtrabit *Interrogatoria:*

II. Et quemadmodum in *Cauſis* INSTANTIARUM, licet PARTI contra *quam* producuntur TESTES quæcunque INTERROGATORIA [ad Cauſam inſtitutam pertinentia] miniſtrare, contra TESTES Adverſarii, *ad Veritatem eruendam* (*b*):

Ratio; Vertitur *bonæ Famæ* Periculum.

III. Ita etiam in his *Cauſis* CORRECTIONUM [*in quibus Status hominis, Opinio, Nomen, et bona Fama, apud bonos et graves* (*c*), pendent] maximè licet, et expedit REO, quæcunque INTERROGATORIA contra TESTES, ex *Officio* JUDICIS, *productos*, miniſtrare.

OBSERVATIONES.

(b) *Ad Veritatem eruendam.*] De Interrogatoriis, Teſtibus, miniſtrandis; Vide *Tit.* 84. §. 1, 3, 4, 5, 6. etiam *Tit.* 146.

(c) *Graves.*] Vide *Lynd.* de hoc *verbo* in *Conſtitut. Provinc.* c. 1. *De Purgatione Canonicâ.*

Inquiſitio.

TITULUS CXLVI.

Interrogatoria.

De tenore INTERROGATORIORUM, *contra* TESTES in *Cauſâ ſeu Negotio* CORRECTIONIS [ſive *ad probandum* CRIMEN, ſeu FAMAM CRIMINIS] *productos*, miniſtrandorum.

Incuria fuit (olim) *Teſtes examinare*, ſine *cauſis Scientiæ*, in Depoſitione, *redditis.*

I. QUANDOQUIDEM *Teſtes* examinati, *ad* FAMAM *probandam*, nonnunquam, inſcitiâ Regiſtrarii, ſolent generaliter deponere, FAMAM *publicam laboráſſe Reum commiſiſſe* CRIMEN *objectum*; non exprimendo *ex quibus cauſis*, et per *quas perſonas* FAMA *orta fuit*, aut *originem habuit*, nec reddendo *cauſas* SCIENTIARUM *ſuarum*, in eorum *Dictis:*

Qualia ſunt *Interrogatoria* contra Teſtium *Perſonas?*
Interrogatoria, quoad *Famam*, ſunt:
[1] *E quibus naſcitur?*
[2] *Unde præſumitur?*
Præſumptiones (ex quibus *Origo* Famæ) *quænam* ſint?

II. REUS poteſt ſequentia INTERROGATORIA miniſtrare, videlicet; primò *contra* PERSONAS *Teſtium* [ut ſuperiùs tractatur, *in Titulis* (*a*) *tangentibus Productionem Teſtium, in Cauſis Inſtantiarum*] deinde petere, *ut Teſtes ſpecificent Perſonas a quibus* FAMAM *audiverint*, necnon *ut ſpecificè declarent* INDICIA *illa*, ſeu PRÆSUMPTIONES *illas, ex quibus* FAMA *Originem habuit.*

III. [INDICIA, et PRÆSUMPTIONES, hæc ſunt; *ſi* REUS, *tempore nocturno, vel in locis ſuſpectis, ſæpiùs viſus fuerit cum* MULIERE *ſuſpectâ, aut infamoſâ*, et *ſæpiùs eam, ſecretis in locis, alloquendo, et oſculando.*]

IV. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Ut ſuperiùs tractatur, in Titulis,* &c.] Vide *Tit.* 80. §. 9. et *Tit.* 84. §. 1, 3, 4, 5, 6.

IV. Et ſi [aut ex *Reſponſis* Teſtium ad *Interrogatoria*, vel ex *Probationibus* per Reum producendis] appareat FAMAM *objecti* CRIMINIS, *proceſſiſſe, aut laboráſſe ex malevolis, et inimicis* PARTIS REÆ, *vel* (quod plerúmque contingit) *ex nudâ et ſolâ* ACCUSATIONE *Mulieris diffamatæ, propriam Turpitudinem confitentis*, REUS non tenetur iſtis *criminoſis* POSITIONIBUS *reſpondere*, nec ſe de eiſdem *accuſare:*

Famâ probatâ, a *malevolis ortâ*;
Vel *ex merâ Confeſſione, Mulieris adulteratæ*,
Tum *Poſitioni* Criminoſæ *non reſpondendum eſt:*

V. Quia hæc FAMA, tam *generaliter* probata, propriè non dicitur, nec eſt FAMA; ſed potiùs *falſus* RUMOR.

Ratio; *Hæc* non *Fama* vocatur; ſed *malè ſparſus Rumor.*

Inquiſitio.

TITULUS CXLVII.

De finali terminatione *Cauſæ ſeu Negotii* CORRECTIONIS, et *Prolatione* SENTENTIÆ *definitivæ.*

Sententia.

I. SI [aut per *Confeſſionem Rei*, aut per *Probationes* per *Teſtes*] FAMA *publica*, de Crimine objecto, *fuerit probata*; vel *ſi vehementes* PRÆSUMPTIONES, et INDICIA [notata in proximo præcedenti Titulo (*a*), vel conſimilia] *probata fuerint*; quamvis CRIMEN *objectum* non fuerit *probatum*, tamen JUDEX poteſt REO *Canonicam* PURGATIONEM (*b*) indicere:

Famâ faſſâ, *vel* probatâ.
Vel probatis *Præſumptionibus* (unde ſumpſit Originem)
Crimine verò *non probato*,
Indicitur *Purgatio.*

II. Et ſi REUS in *Purgatione defecerit*, pro CONVICTO pronunciandus eſt; et *Pœnitentia publica* eſt ei injungenda [prout in Titulo proximè ſequenti magìs ſpecificè continetur.]

Deficiens in *Purgatione* pronunciatur pro *Convicto*,
Et injuncta eſt *Pœnitentia:*

III. Sed ſi CRIMEN *objectum* fuerit *probatum* (*c*), tunc procedendum eſt ad *Sententiam*, et ad *Concluſionem* in Cauſâ [prout in cæteris cauſis *Summariis* (*d*) et ferenda eſt *Sententia definitiva:*

Crimine probato, ſummariè proceditur ad *Sententiam.*

IV. Per *quam* pronunciandum eſt; JUDICEM [ſeu *Officii ſui Promotorem neceſſarium*, ſi Promotor neceſſarius fuiſſet aſſignatus] *probâſſe Intentionem, in Articulis, objectam, et Reum nihil probâſſe, ad elidendam Intentionem Officii, in eiſdem deductam* [ut in ordinariis Cauſis (*e*).]

Formula *Sententiæ*, in Negotio *Correctionis*, contra *Reum:*

V. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Præſumptiones, et Indicia, notata in proximo præcedenti Titulo.*] Scilicet; in §. 3.

(b) *Canonicam Purgationem.*] De quâ, Vide *infrà*; §. 2. et *Obs.* ſub *lit.* (c) Necnon *Tit.* 150. §. 7. *Tit.* 152. §. 4, 5. Vide etiam *Tit.* 153, 154, 155. Conſule verò *Statut. An.* 13 *Car.* 2. *c.* 12. §. 1, 4, 5.

(c) *Fuerit probatum.*] "Nam ſuper *Notorio* "non indicitur *Purgatio*; et ſi *probatum* fue"rit *Reum deliquiſſe*, non admittitur ad *Pur*"*gationem.* MSS.

(d) *Prout in cæteris Cauſis Summariis.*] Vide *Tit.* 114. §. 1, 2. et *Tit.* 121. §. 1.

(e) *Ut in Ordinariis Cauſis.*] Hujuſmodi Sententiarum Exemplaria patent in *Formulario.*

Clauſula ulterior *Sententiæ*:

V. Et, in *concluſione Sententiæ*, pronunciandum eſt; *Reum*, tali *tempore*, tale *Crimen* [videlicet; Crimen objectum, et probatum] *commiſiſſe, eoque prætextu canonicè puniendum, caſtigandum, et corrigendum eſſe, Pœnitentiamque ſalutarem, et condignam, Reo injungendam fore, et, de Jure, injungi debere:*

Decernitur *Pœnitentia*:

VI. Et eſt in *Expenſis Litis*, ex parte *Officii*, ſeu *Promotoris Officii*, condemnandus, cum reſervatione *Taxationis* (*f*) [ut in *cæteris* Sententiis.]

Fit Condemnatio *in Expenſis*.

OBSERVATIONES.

(f) *Cum reſervatione Taxationis*, &c.] Vide *Obs.* in *Tit.* 131. ſub *lit.* (c).

Inquiſitio.

TITULUS CXLVIII.

Sententia.

De formâ demandandi SENTENTIAM Executioni, *in Cauſâ*, ſeu *Negotio*, CORRECTIONIS.

Forma Demandandi Sententiam *Executioni*, contra *Delinquentem*, ſeu *Convictum*.

I. DEMANDANDA *eſt Sententia Executioni*, et *Pœnitentia eſt* DELINQUENTI, ac CONVICTO, *injungenda*, ac in omnibus, vel per omnia *eſt procedendum* (aut in *præſentiâ*, aut in *abſentiâ Partis*) prout in cæteris Titulis (*a*) [ſcriptis *De formâ demandandi Sententiam Executioni*, præſertim ut in Titulo, *De formâ* (*b*) *demandandi Sententiam Executioni, in Cauſâ Diffamationis*] continetur.

Pœna Convicti, *ſeu* Delinquentis, eſt *Pœnitentia*.

OBSERVATIONES.

(a) *Prout in cæteris Titulis*, &c.] De formâ demandandi Sententiam Executioni; Vide *Tit.* 130. *Tit.* 131. necnon *Tit.* 331. §. 1, 2, 3, 4, 5, 6. Vide etiam *Obs.* in *Tit.* 130. ſub. *lit.* (c.)

(b) *Præſertim ut in Titulo, De formâ*, &c.] Vide *Tit.* 268.

TITU-

Inquiſitio.

TITULUS CXLIX.

Sententia.

De tenore SENTENTIÆ *abſolutoriæ*, in *Cauſâ ſeu Negotio* CORRECTIONIS, *ferendæ* pro *Parte accuſatâ*, ſi *Judex*, vel *Promotor defecerit* in Probatione *Articulorum.*

I. SI nec CRIMEN *objectum*, nec INDICIA, nec PRÆSUMPTIONES *vehementes* (*a*) CRIMINIS *objecti* probatæ fuerint, *ferenda eſt* SENTENTIA *abſolutoria*, pro parte REI, *quoad narrata et deducta in Articulis objectis*, ac *reſtituendus eſt priſtinæ Famæ, et Opinioni* (quæ aliquantulum læduntur per hanc Litem) et *dimittendus eſt, ab Officio* JUDICIS, *quoad objecta*, unà cum ſuis *Expenſis.*

Formula *Sententiæ*, pro Parte accuſatâ, *abſolutoriæ*, ob Defectum *Probationis*, ex alterâ: Detur *boni Nominis* Reſtitutio; Cum *Expenſis.*

OBSERVATIONES.

(a) *Præſumptiones vehementes.*] De Indiciis, *et* Præſumptionibus hujuſmodi, Vide *Tit.* 146. §. 3.

Accuſatio.

TITULUS CL.

Promotor Voluntarius.

Modus procedendi *per* ACCUSATIONEM.

I. SI quis CRIMEN [ad *Fori Eccleſiaſtici* Cognitionem ſpectans] *commiſerit*, et de *eodem* non fuerit *detectus*, *denunciatus*, vel *præſentatus*, vel *Epiſcopus*, vel *Archidiaconus* non proceſſerit contra eum, *per* INQUISITIONEM; *Quælibet tamen Perſona* (ſi fuerit ſolvendo Expenſas Parti conveniendæ, ſi Objecta non probaverit) *habet Intereſſe* [quoniam *Reipublicæ intereſt, ut Delicta puniantur*] et JUDICIS OFFICIUM *implorare*, et *voluntariè promovere:*

Contra *Reum Criminis*, per *Officiarios* non *præſentatum*, nec in Animæ ſalutem, *ex Officio*, *conventum*, *Promotor Voluntarius* implorabit *Officium Judicis.*

II. Et Delinquentem, *ad reſpondendum Articulis*, *ex* OFFICIO JUDICIS promoto, *miniſtratis*, in Jus vocare poteſt, et Parti comparenti ARTICULOS [Nomine JUDICIS, et ex ejus OFFICIO promoto] *objicere*, et *miniſtrare*, et Delinquentem *accuſare.*

Modus *citandi* et *accuſandi* Reum *voluntariè:*

III. Et

Eſt Cauſa *Plenaria.*

III. Et quoniam *Cauſa* CORRECTIONIS, *voluntariè promota*, eſt CAUSA PLENARIA (*a*), eo modo procedendum eſt, ut in *cæteris Cauſis* PLENARIIS (*b*).

Poſitioni Criminoſæ quando quis *tenetur reſpondere*, quando *non*?

IV. Et REUS in *his* caſibus [exceptis quibuſdam Cauſis, videlicet, *Cauſâ Simoniacæ*, et *Uſurariæ Pravitatis*, et *Inceſtûs*, et in omnibus *Cauſis tangentibus Privationem, aut Depoſitionem Clerici, a Beneficio, et Ordinibus*] non *tenetur* reſpondere *eiſdem* ARTICULIS, *ex Officio* JUDICIS *voluntariè promoto*, miniſtratis et objectis; quia ſunt POSITIONES *Criminoſæ* (*c*):

Reſpondendum eſt de *Famâ*:

V. *Tenetur* tamen reſpondere, *quid credit de* FAMÂ (*d*) *publicâ*, et eſt procedendum ut *ſuprà* [in Titulis; De *formâ procedendi in Negotio Inquiſitionis* (*e*).]

Quid tum poſtea?

Datur *replicare*, et *duplicare*.

VI. Et licet Partibus *replicare* et *duplicare* [ut in cæteris Cauſis ordinariis (*f*)] et ferenda eſt *Sententia* pro ACTORE, vel (contra Actorem) pro REO [prout in prædictis Titulis continetur (*g*).]

Sententia *qualis*? *Famâ Publicâ* probatâ, Seu *Præſumptionibus* unde oriebatur, *Crimine* verò *non* probato, Indicitur *Purgatio*; Dantur *Expenſæ*.

VII. Sed hìc *notandum* eſt; Quòd ſi ACTOR (in hoc caſu) probaverit FAMAM *publicam*, vel PRÆSUMPTIONES *vehementes* [ob quas PURGATIO *Parti Reæ* indicta fuerit, *vel* indici poſſit, *et* debuiſſet] quamvis non probaverit CRIMEN *objectum*, tamen obtinebit *Sententiam*, PURGATIONEM (*h*) *eſſe indicendam*, et REUS eſt *in* EXPENSIS *illius Litis* condemnandus.

Famæ *Negatio* dat Locum *Expenſis*.

VIII. Nam REUS *negando* FAMAM, cauſavit ACTOREM litigare, et EXPENSAS facere circa *Probationem ejuſdem*.

OBSERVATIONES.

(a) *Eſt Cauſa plenaria.*] Cauſa Correctionis, *ex Officio mero*, eſt Cauſa *Summaria* [prout habetur in *Titulo* 144. §. 8.] Cauſa verò Correctionis, *ex Officio voluntariè promoto*, eſt Cauſa *Plenaria* [*ibidem* §. 9.]

(b) *Ut in cæteris Cauſis plenariis.*] De modo procedendi in Cauſis plenariis; Vide *Tit.* 7. §. 17.

(c) *Poſitiones criminoſæ.*] Quòd his *non tenetur reſpondere* Reus; Vide *Obs.* in *Tit.* 141. ſub *lit.* (f).

(d) *Tenetur tamen reſpondere, quid credit de Famâ.*] De hoc, etiam Vide *Obs.* in *Tit.* 141. ſub *lit.* (f) 7. necnon *Tit.* 142. §. 1.

(e) *Ut in Titulis, de formâ procedendi in Negotio Inquiſitionis.*] De hoc modo procedendi; Vide *Tit.* 138. et *Titulos* huc abinde *ſequentes.*

(f) *Ut in cæteris Cauſis Ordinariis.*] De Replicatione, et Duplicatione hujuſmodi, in Cauſis Ordinariis; Vide *Tit.* 99, 100, 101, 102.

(g) *Prout in prædictis Titulis continetur.*] De Sententiâ, in Cauſis Correctionum hujuſmodi, ferendâ; Vide *Tit.* 147, 148, 149.

(h) *Purgationem.*] Vide *Tit.* 147. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (b).

TITU-

Denunciatio.

TITULUS CLI.

Modus procedendi *per* DENUNCIATIONEM.

OEconomus.

I. A Tempore Memoriam Hominum longè ſuperante, in omni Parochiâ Provinciæ Cantuarienſis, *Major et ſanior Pars cujuſlibet Parochiæ* [interveniente Conſenſu RECTORIS, ſive VICARII (*a*)] conſuevit, *quolibet Anno* (*b*), duos probos et diſcretos viros Parochiæ in GUARDIANOS ſeu OECONOMOS (*c*) (ut vocant) ac

Modus *Electionis* OEconomorum.

Quando eliguntur?

OBSERVATIONES.

(*a*) 1 *Interveniente Conſenſu Rectoris, ſive Vicarii.*] Præſcriptum eſt [in *Canon* An. 1603.] *Quòd omnes Eccleſiarum OEconomi, ſive Inquiſitores, Parochianorum et Miniſtri ſui unito Conſenſu (ſiquidem id fieri poſſit) eligerentur.* [Vide *Can.* 89.]

2 *Qui ſi, in tali Electione, diſſenſerint, tum Miniſtro licebit unum eligere, Parochianis, alterum.* [Vide *Can.* 89.]

3 *Nec quiſquam pro OEconomo habendus erit, niſi quem ejuſmodi Conſenſus (ſive conjunctus, ſive diviſus) elegerit.* [Vide *Canon.* 89.]

(*b*) 1 *Quolibet Anno.*] In Paſchali hebdomadâ, *quotannìs*, eligendi ſunt Eccleſiarum OEconomi, *et* Inquiſitores, *vel* Aſſiſtentes. [Vide *Canon.* 90.]

2 Nec his, in eorum Officio, *ultra Anni ſpatium* permanere licebit, niſi ad modum ſupraſcriptum, *de novo*, ſint electi. [Vide *Canon.* 89.]

3 Attamen OEconomi, et Inquiſitores, vel Aſſiſtentes, non priùs *Officio ſuo ſoluti* intelligentur, quàm ipſorum Succeſſores *Juramentum ſuum* (primâ, ſcilicet, poſt Feſtum Paſchatis Septimanâ, vel aliquâ ſtatim, pro Arbitrio Ordinarii, ſequente) *ſuſceperint.* [Vide *Canon.* 118.]

4 Tenetur autem *Anni ſuperioris* OEconomi, Criminum ſuas exhibere Detectiones, antequam recens electi OEconomi, et Aſſiſtentes, *Juramentum ſuum hujuſmodi præſtent.* [Vide *Canon.* 118.]

(*c*) 1 *In Guardianos, ſeu OEconomos.*] OEconomorum, ſive Guardianorum Eccleſiæ (inter alia) præcipuè Munus eſt;

In Eccleſiâ:

Primò; Comparare neceſſaria; ut Libros, Ornamenta, Supellectilem Eccleſiaſticam, Panem et Vinum in *S.* Cœnam:

Secundò; Tempore Divinorum, Collectiones pro Pauperibus extraneis peragere, Abſentes obſervare; Silentio et Decoro proſpicere:

Tertiò; Proſpicere ne quis, abſque Facultate legitimâ, ſe ingerat ad concionandum.

Quartò; Navem Templi, Materiam Cœmeterii, Ornamenta, et reliquam Supellectilem, publicis Parochiæ Sumptibus, ſarta tecta et decora tueri.

Quintò; Unà cum Miniſtro, Baptiſmorum, Nuptiarum, et Sepulturarum Indicem Eccleſiaſticum cuſtodire:

Extra Eccleſiam:

2 *Primò*; Ordinarii Mandata exequi, et referre:

Secundò; Delictorum Reos, aut ſuſpectos, Ordinario (quolibet trennali Viſitatione, et bis annuatim) detegere, et præſentare:

Tertiò; Redditus Eccleſiæ cogere, cuſtodire, ſique detineantur, in Judicio poſtulare; Computum, ſeu Rationes (tam in uſum Eccleſiæ receptorum, quàm expoſitorum) Miniſtro, et Parochianis (ad Anni Terminum, vel ſaltem infra ejuſdem

ac ſex, quatuor, vel duos (plures aut pauciores) etiam probos, in JURATORES ſeu INQUISITORES (*d*) eligere et conſtituere:

Mos eligendi, *aliquo Miniſtro*, OEconomos, *nequam* eſt.

II. Quidam tamen *Parochiani* intendunt Electionem, et Conſtitutionem hujuſmodi perſonarum, ad SE ſolùm [excluſo RECTORE, vel VICARIO] ex antiquâ *Conſuetudine* (ſeu veriùs *Corruptelâ*) ſpectare.

Citantur OEconomi, ad *ſubeundum Viſitationem*,

His miniſtrantur *Articuli*, Prælo excuſi;

De *quibus* inquirere, et *Detectionem* exhibere, *Juramento* onerantur.

III. EPISCOPUS autem et ARCHIDIACONUS viſitare proponentes Hos GUARDIANOS, ſive OECONOMOS, JURATORES ſeu INQUISITORES, ad comparendum *in eorum Viſitatione*, *Viſitationem eandem ſubituros*, vocare ſolent; eiſque comparentibus, ARTICULOS *in ſcriptis* miniſtrare; ac eos *de fideliter inquirendo ſuper eiſdem*, et *de inquiſitis et compertis*, *eorum Judicium*, ſeu *Preſentationem*, aut (ut vocant) *Detectionem* [quodam tempore tunc conſtituendo] *exhibere*, JURAMENTO corporali onerare.

Articuli *formantur* interrogativè:

IV. ARTICULI verò (in his caſibus uſitati) ſolent concipi per viam ſeu modum *Interrogatoriorum*; videlicet:

Exemplum,

Quoad *nonnulla Crimina*:

V. *Utrùm aliquis infra Parochiam commiſit* ADULTERIUM, FORNICATIONEM, INCESTUM? vel *de eiſdem* CRIMINIBUS, *aut eorum aliquo*, *fuerit notatus*, *aut ſuſpectus?*

Similiter in *aliis*.

VI. Et ſic de *cæteris* quibuſcunque CRIMINIBUS ad Cognitionem FORI ECCLESIASTICI ſpectantibus.

Quomodo *ſeparatim inquirere* debent OEconomi, *de Criminibus* perpetratis, aut *ſuſpectis?*

VII. Poſtquam GUARDIANI et INQUISITORES prædicti fuerint (ut præfertur) *jurati*, disjunctim [*in Exonerationem Conſcientiarum*) inquirere, et (quantum in eis eſt) indagare ſolent, *quæ et quales perſonæ prædicta Crimina*, *vel eorum aliqua*, *commiſerint*, vel *de eiſdem notatæ*, *aut ſuſpectæ fuerint:*

Quomodo debent *inter ſe* conferre,

Et *Detectiones* formare?

VIII. Necnon etiam [*præter particularem Inquiſitionem*] convenire ſolent in Eccleſiâ Parochiali, ſeu alio loco ſecreto, et *ſimul* conferre (*e*) de præmiſſis; ac inventa et comperta in *ſcriptis* redigere; ac nomina et cognomina Delinquentium, in hunc modum, ſpecificare:

Formula *Detectionis*.

IX. *Ad* [talem] *Articulum*, *præſentamus* [talem] *eſſe* ADULTERUM, FORNICATOREM, vel LENONEM, &c. vel *de* [tali] CRIMINE, *publicè et communiter*, *notatum et ſuſpectum*.

OBSERVATIONES.

ejuſdem Termini Menſem) reddere; Contributiones, pro Operibus publicis fiendas, denunciare; et (functo Officio) Pecuniarum, penes ſe, reſiduum, et quæcunque ad Eccleſiam, ſive Parochiam ſpectantia cedere Parochianis; ut (per eos) in ſuccedentium OEconomorum Cuſtodiam, per billam indentatam, transferantur.

(d) *In Juratores, ſeu Inquiſitores*] Hos *Teſtes Synodales* [vulgò, *Sides Men*] appellant, qui in Inquiſitionibus Morum, et Viſitationibus, adjunguntur *OEconomis*, quibus ſunt adminiculo, et (eorum in Officio) opitulantur.

(e) *Et ſimul conferre.*] Etiam præſcriptum eſt, ut OEconomi, Inquiſitores, ſive Aſſiſtentes, ipſorum *Detectiones* deliberatè, et cum fide, *domi ſuæ*; formare debeant [*Canon* 119]

X. Hanc

X. Hanc *Præſentationem* in vim JURAMENTI (aliàs, ut præfertur, per eos (*f*) præſtiti) coram VISITATORE [die præſcripto] exhibere tenentur (*g*).

Quomodo, et quando Detectio ſit exhibenda?

XI. Quod ſi non fecerint, excommunicandi ſunt, virtute præcedentis MONITIONIS (*h*) factæ *ad exhibendum Præſentationem* [tali] *die*, et non ſunt abſolvendi, donec comparuerint, et *Præſentationem* exhibuerint.

Detectionem tempeſtivè *non exhibentes* excommunicantur.

XII. Et *notandum* eſt; quòd non ſufficit præſentare [talem] *commiſiſſe* ADULTERIUM (quamvis, per ignorantiam, ſit quotidianum) vel *de* ADULTERIO *notum, aut ſuſpectum eſſe*; ſed nominanda eſt PERSONA *cum* quâ *Crimen commiſit*; vel *cum* quâ *ſuſpectus ſit commiſiſſe*; et *quòd de Suſpicione laboravit publica* VOX, *et* FAMA:

Non valet ſolummodo præſentare de *Crimine commiſſo*, vel de *ejuſdem Suſpicione*; ſed nominandus eſt *Particeps Criminis*, unà cum *Famâ* de *eodem*:

XIII. Nam *aliter*, ex generali et incertâ Præſentatione, *Purgatio indicenda non eſt*; et ſi *indicta fuerit*, detectus ſe *purgare* non poteſt, *propter incertitudinem et generalitatem Detectionis*.

Cùm *Detectio* nimis ſit generalis, *Purgatio* fieri non poteſt.

OBSERVATIONES.

(f) *Ut præfertur, per eos præſtiti.*] Scilicet; ut antedictum eſt in §. 3. *hujus Tituli*.

(g) 1 *Coram Viſitatore, die præſcripto, exhibere tenetur.*] OEconomi *ad binas detegendi Vices annuatim tenentur*: Licebit autem eis *quandocunque interim* (quoties his opportunum videbitur, cúmque juſtam, ad hoc, cauſam invenerint) *Accuſationes, aut Detectiones ſuas ſpontaneas, Judici Eccleſiaſtico præſentare.* [Vide *Canon* 116]

2 OEconomi, *binis detegendi vicibus* debitè perfuncti, non ſunt *de reliquo* in Curiam vocandi: *Niſi* pro Detectionum *priorum* Explanatione: *Vel* ubi, ex certis et manifeſtis Indiciis, conſtiterit, *eos volentes et ſcientes omiſiſſe Detectionem Notorii alicujus Criminis, aut Criminum quæ vel commiſſa fuiſſe noverint; vel ignorare ſaltem non potuerint Famam publicam de eiſdem laborare*: Quo caſu (Voluntariæ, ſcilicet, omiſſionis) contra *eos*, per *Judicem Eccleſiaſticum*, in Cauſâ *Perjurii ſpontanei in Curiâ Eccleſiaſticâ commiſſi*, procedendum eſt. [Vide *Can.* 117.]

(h) *Virtute præcedentis Monitionis.*] Factæ (ſcilicet) tempore præſtationis Juramenti; prout *ſuprà*, §. 3.

Denunciatio.

TITULUS CLII.

De formâ procedendi *contra detectos*, et *præſentatos*, per *OEconomos* et *Guardianos*, et de PURGATIONE *indicendâ*.

Purgatio.

I. CITANDÆ ſunt perſonæ præſentatæ, *ad comparendum* [die aliquo competente, per Judicem aſſignando] ARTICULIS *Animæ ſalutem, et præſertim Crimina quædam Eccleſiaſtica* (*a*) (*in Viſitatione, nuper celebratâ, detecta*) *concernentibus, perſonaliter reſponſuræ.*

Formula *Citationis*, contra *Detectos* et *præſentatos* per *OEconomos*.

II. *Executâ*

OBSERVATIONES.

(a) *Et præſertim Crimina quædam Eccleſiaſtica.*] Crimina detecta ſpecificanda ſunt in Citatione. Vide *Lynd.* Tit. *D. Judiciis*, c. *ult.* verb. *Primariæ*.

Relatâ Citatione, et Parte comparente,

II. *Executâ* et debitè *certificatâ* dictâ Citatione [ut in Titulis; *De modo exequendi Citationes* (*b*), &c. *De Certificatorio* (*c*), &c.] eâdemque *relatâ*, Judex ſignificabit Parti *conventæ*, vivâ voce, *Verba* Præsentationis, vel effectum eorundem, in hunc modum:

Quomodo Judex objicit Crimen, et Famam?

III. *Objicimus tibi, quòd es, coram Nobis, per OEconomos, Guardianos, et Inquiſitores tuæ Parochiæ, legitimè detectus, et præſentatus, quòd commiſiſti* [tale] Crimen (ſpecificando Crimen præſentatum) *et quòd laborat* Fama *publica, te crimen præſentatum commiſiſſe.*

Poſitioni Criminoſæ non reſpondendum eſt, ſed Famæ.

IV. Licèt *conventus* non teneatur reſpondere, *utrùm* Crimen *objectum commiſerit* [quia eſt *Poſitio criminalis* (*d*)] tenetur tamen reſpondere, *affirmativè*, vel *negativè*, quoad Famam (*e*) *objectam*; et quamvis tam Crimen, quàm Famam *negaverit*, indici poteſt Purgatio (*f*).

Crimine et Famâ negatis, Indicitur Purgatio.

Quid ſit Purgatio Canonica?

V. Solet igitur Judex interrogare Reum; *An aliquam cauſam, ob quam Purgatio* (*g*) *Canonica ei indici non deberet, allegare poſſit?* et, ſi nullam cauſam ſufficientem allegaverit, *Canonicam Purgationem* (*h*) indicere poteſt, et Reo aſſignare et conſtituere *diem competentem* [habitâ conſideratione debitâ ad diſtantiam loci habitationis Rei, a loco Judicii] *ad ſe purgandum* (*i*), *quartâ*, [ſextâ, *vel* octavâ] *manu hominum proborum Parochiæ ſuæ* [juxta qualitatem perſonæ, et juxta gravitatem Criminis præſentati, et Infamiæ] et decernere *omnes et ſingulos quoſcunque, opponere et objicere volentes, ac valentes, contra Purgationem* (*l*), *et Compurgatores* (*m*), *introducendos, citandos fore, per Edictum publicum* [id eſt; Citationem viis et modis, *vel* per Citationem publicè denunciandam in Eccleſiâ Parochiali Rei] *quòd compareant* [die et loco aſſignatis pro Purgatione (*n*) faciendâ] *ad proponendum et objiciendum, in debitâ Juris formâ, ſi ſua putaverint intereſſe, contra Purgationem* (*o*), *et Compurgatores* (*p*) *producendos.*

Quales debent eſſe Compurgatores?

Quomodo, per Edictum Publicum, citandi ſunt objicere volentes contra Compurgatores?

Ex OEconomorum Præſentatione ſolummodo, abſque Teſtibus, indicitur Purgatio:

VI. Et *notandum* eſt; Quòd ſemper practicatum et adjudicatum fuit, Purgationem (*q*) indici poſſe, ex *ſolâ* Præsentatione *Guardianorum* et *Inquiſitorum*, nullis productis Testibus, *ad*

OBSERVATIONES.

(b) *De modo exequendi Citationes*, &c.] Vide *Tit.* 21, 24.

(c) *De Certificatorio*, &c.] De Certificatorio Executionis Citationis Primariæ, et Viis et modis; Vide *Tit.* 25, 26.

(d) *Quia eſt Poſitio Criminalis*] Quòd Poſitioni Criminoſæ quis non tenetur reſpondere; Vide *Tit.* 150. §. 4. et *Obs.* in *Tit.* 141. ſub *lit.* (f).

(e) *Quoad Famam.*] Quòd Conventus tenetur, quoad Famam objectam, reſpondere; Vide *Tit.* 150. §. 5. et *Obs.* in *Tit.* 141. ſub *lit.* (f) 7. necnon *Tit.* 142. §. 1.

(f) (g) (h) (i) (l) (m) (n) (o) (p) (q) Conſule de *Statut. An.* 13 *Car.* 2. *c.* 12. §. 1, 4, 5.

†

ad Famam probandum, non obſtante quòd REUS et CRIMEN, et FAMAM [etiam mediante JURAMENTO] *negaverit:* Ratio;

VII. Quia *OEconomi* et *Inquiſitores* [modo præmiſſo, JURATI (*r*)] dicuntur TESTES SYNODALES. *OEconomi* ſunt *Teſtes Synodales* jurati.

OBSERVATIONES.

(r) *Modo præmiſſo, jurati.*] Scilicet, ut ſuprà dicitur, in *Tit.* 151. §. 3.

Denunciatio.

TITULUS CLIII.

Compurgatores.

De tenore Edicti publici, *pro* PURGATIONE (*a*) *faciendâ*, ac de *formâ Executionis*, et *relationis ejuſdem.*

I. IN EDICTO PUBLICO ſpecificanda ſunt *ſequentia*; videlicet: Quòd [talis] *eſt de* [tali] CRIMINE *detectus*; *quòd habet ad ſe purgandum* [talibus] *die et loco* [tali] *numero* COMPURGATORUM, *honeſtorum Parochianorum.* Formula *Edicti publici* contra *Compurgatorum Oppoſitores*.

II. Hoc EDICTUM eſt per MINISTRUM Eccleſiæ Parochialis REI, in eâdem Eccleſiâ, Divinorum tempore [*per ſex, ad minùs, dies præcedentes diem* PURGATIONES *faciendæ*] denunciandum, et publicandum: *Edictum* eſt in Eccleſiâ *publicandum*,

III. Ut, de veriſimili, *Opponentes*, et *objicere valentes contra* PURGATIONEM, ſcientiam et notitiam habeant (vel veriſimiliter habere poſſint) *ante diem conſtitutum pro* PURGATIONE *faciendâ*. Ut *in majus innoteſcat*.

IV. EDICTUM verò CITATORIUM eſt aut *perſonaliter* (per publicantem et exequentem) *in vim Juramenti (b)*, vel *per Certificatorium authenticum* (*c*), certificandum. Quomodo *certificabitur Edictum?*

OBSERVATIONES.

(a) *Purgatione.*] De hoc Titulo, Vide *Statut. An.* 13 *Car.* 2. *c.* 12. §. 1, 4, 5.

(b) *Perſonaliter,* &c. *in Vim Juramenti.*] De Certificatorio Citationis, in vim Juramenti, Vide *Tit.* 25.

(c) *Vel per Certificatorium authenticum.*] De Certificatorio authentico, Vide *Tit.* 26.

Denunciatio.

Compurgatores.

TITULUS CLIV.

De comparitione REI, *cum ſuis* COMPURGATORIBUS (*a*), et *de* Juramento, *per* REUM, *et per eoſdem* COMPURGATORES, præſtando.

Reo præconizato,

I. RELATO EDICTO PUBLICO, cum *Certificatorio* (modo et formâ (*b*) prædictis) publicè præconizandus eſt REUS:

Quid *Judex* loquitur?

II. Si comparuerit, JUDEX interrogabit eum, *an habeat paratos in Judicio?* [id eſt; numerum COMPURGATORUM, juxta Aſſignationem factam (*c*).]

Reſpondet *Pars.*

Præconizantur *Purgationis* et *Compurgatorum* Oppoſitores.

III. Et ſi dixerit; *Eos ſe, in promptu, habere:* Tunc facienda eſt [de Mandato Judicis, per Præconem Curiæ] *publica* PRÆCONIZATIO (trinâ vice) *pro omnibus et ſingulis perſonis citatis* (modo et formâ (*d*) prædictis) *ad proponendum et objiciendum* (*ſi quæ proponere et objicere habeant*) *contra* PURGATIONEM, *vel ad impediendum eandem, vel contra* COMPURGATORES, *in eâ parte producendos.*

Proceditur *in pœnam non comparentium*, qui deinceps excluduntur.

IV. Si verò nulli OPPOSITORES comparuerint, pronunciandi ſunt *Contumaces*, et [in pœnam *Contumaciarum* ſuarum] decernendum eſt, *procedendum fore in negotio* PURGATIONIS, et OPPOSITORES *quoſcunque in poſterum* (*quoad præmiſſa*) *excludendos eſſe.*

Productio Compurgatorum.

V. Deinde producat PRÆSENTATUS ſuos COMPURGATORES, ac petat a REGISTRARIO, *ut ſcribat eorum nomina et cognomina in Actis*; dicetque:

Oblatio Juramenti *Partis*, de *Innocentiâ.*

Petitur *Admiſſio Compurgatorum.*

VI. *Offero me promptum et paratum ad præſtandum Juramentum de Innocentiâ meâ, quoad Crimen prætenſum objectum; et peto Compurgatores recipi et admitti, ac Jus et Juſtitiam mihi fieri et miniſtrari.*

Judex ipſe poteſt *objicere* contra *Compurgatores.*

VII. Tunc [quia JUDEX non excluditur a propoſitione *Objectionum*, quamvis nulli alii objicient] ſi nihil per JUDICEM proponi aut objici poſſit contra COMPURGATORES; vel ſi conſtiterit JUDICI, *eos*

OBSERVATIONES.

(a) *Compurgatoribus.*] De Contentis in hoc Titulo, Vide *Statut. An.* 13 *Car.* 2. *c.* 12. §. 1, 4, 5.

(b) *Cum Certificatorio, modo et formâ prædictis.*] Id eſt; cum Certificatorio, vel *perſonaliter* (in vim Juramenti Mandatarii) facto; vel cum Certificatorio *authentico* [prout in §. 4. *Tituli proximè præcedentis.*]

(c) *Juxta Aſſignationem factam.*] Prout in §. 5. *Tituli penultimi.*

(d) *Citatis, modo et formâ prædictis.*] Scilicet, per Publicationem in Eccleſiâ [prout in §. 2. *Tituli præcedentis.*]

I

eos eſſe Parochianos Parochiæ Detecti, atque probos; publicè recitabit [tam Præſentato, quàm Compurgatoribus] *periculum Perjurii, et pœnam (tam Jure divino quàm humano) perjurantibus, et falsò Dei nomen invocantibus, debitam*; eoſque ſeriò etiam ſæpiùs hortabitur, *maximam habere curam Animarum ſuarum*; et eis publicè leget *Præſentationem, factam per Guardianos* [vel eam per Regiſtrarium legi mandabit.]

Explicabitur quid *Perjurium*, et *Pœna Falſidici*.

Præſentatio *Oeconomorum* publicè perlegenda eſt.

VIII. Si (præmiſſis non obſtantibus) Detectus (inhærendo priori ſuæ petitioni) obtulerit *et* petiverit, *ut priùs* [id eſt; *ſe eſſe promptum et paratum ad præſtandum Juramentum prædictum* (*e*); et petierit *Compurgatores ſuos admitti et recipi*] Judex deferre debet Parti *petenti* ſequens Juramentum; videlicet:

Oblatio iterum Juramenti *Partis*, et Petitio *Admiſſionis Compurgatorum*.

IX. *Quòd non commiſit Crimen objectum*, vel *Quòd non ſit Reus Criminis hujuſmodi*.

Forma *Juramenti* Partis *de Innocentiâ*.

X. Quod Juramentum ſi Detectus, *animo conſtanti, et non timido, aut trepidante*, præſtiterit, tunc interrogandi ſunt Compurgatores, *An voluerint, et, ſanâ Conſcientiâ, poſſint jurare*, quòd, *in eorum Conſcientiâ, credunt Detectum innocentem eſſe Criminis objecti*, vel *eum verum præſtitiſſe Juramentum*.

Solemnitas in *præſtatione* Juramenti *Partis*.

Forma *Juramenti* Compurgatorum, *ſe credere, Partem juràſſe Veritatem*.

XI. Quod Juramentum ſi fuerit per Compurgatores prædictos, *intrepidè et conſtanter*, præſtitutum, Judex pronunciabit, *Detectum legitimè et canonicè ſe purgâſſe, et innocentem eſſe Criminis objecti*, et reſtituit eum *priſtinis Statui, Opinioni, et Famæ*, eumque *ab Officio ſuo*, quoad *Objecta*, dimittet.

Solemnitas in *præſtatione* Juramenti *Compurgatorum*.

Dimiſſio *Partis*, ſe purgantis, *a Judicii Obſervatione*;

OBSERVATIONES.

(e) *Juramentum prædictum.*] In §. 6.

Denunciatio.

TITULUS CLV.

De Objectione *contra* Compurgatores (*a*).

Compurgatores.

I. SI, *relato* Edicto *publico*, Oppositores *comparuerint*, admittendi ſunt, *ad probandum* quamcunque concludentem Materiam, *contra admiſſionem* Purgationis; videlicet:

Oppoſitores quando, *et* quamobrem *admittendi*?

II. *Quòd*

OBSERVATIONES.

(a) *Compurgatores.*] Quoad in hujuſmodi *c.* 12. §. 1, 4, 5. Titulo contenta, Vide *Statut. An.* 13. *Car.* 2.

Allegatio Oppoſitoris, contra Partem Ream.

II. *Quòd conventus commiſit* CRIMEN *objectum* [ſpecificando *perſonam* cum *quâ* Crimen commiſſum fuit, ac *tempus* et *locum* commiſſi Criminis]

Allegatio Oppoſitoris, contra Compurgatores.

III. Vel, *quòd perſonæ prædictæ, in* COMPURGATORES, *non ſunt recipiendæ, aut admittendæ; ex eo quòd ſunt parentes, conſanguinei, affines, tenentes, Partis eos producentis*; vel *in ſuo ære*; *pauperes* [pauper enim non eſt admittendus, ſi ſpacioſa ſit Parochia, et Parochianorum multitudo ſatìs ampla; ſecùs, in exiguâ, et depopulatâ] *et egeni, et tales qui, minimo pretio, corrumpi et ſubornari poſſunt*; *malæ famæ, opinionis læſæ ac criminoſæ* [ſpecificando Crimina; nam contra Purgationem objicientes quæcunque Crimina proponere poſſunt] vel *quòd ſunt de conſimili Crimine* (*de quo Reus præſentatus eſt*) *notati*; *et denique tales* qui, *ad Purgationem cujuſcunque perſonæ, non ſunt admittendi.*

Admiſſio Allegationis.

IV. Si proponentes OBJECTIONES prædictas *Onus probandi eaſdem in ſe aſſumpſerint*, ſunt admittendæ (*b*).

Formula Sententiæ, probatâ Allegatione, contra Partem:

V. Et ſi *Objicientes* probaverint CRIMEN *objectum*, ferenda eſt Sententia, *Objicientes eorum probâſſe Intentionem in eorum objectis deductam*; et REUS eſt *pro convicto* pronunciandus; et *Pœnitentia Canonica* eſt EI injungenda [ut in præcedenti Titulo (*c*).]

Formula Sententiæ, probatâ Allegatione, contra Compurgatores;

VI. Si verò *Objecta*, ſolummodo, *contra* COMPURGATORES probata fuerint, CONVENTUS eſt pronunciandus *defeciſſe in Purgatione*; et *Pœnitentia* eſt injungenda [ut (*d*) ſuprà] cum *condemnatione Expenſarum*, in *utroque* caſu [id eſt; ſi vel CRIMEN *probetur*, vel *Objectiones contra* COMPURGATORES *probatæ fuerint*.]

In utroque caſu, injuncta eſt Pœnitentia.

VII. Poteſt tamen JUDEX, in iſto *ultimo* caſu [videlicet; ſi *Objecta* contra COMPURGATORES probata fuerint] ex gratiâ, concedere CONVENTO *novum*, ſeu *alium* diem, *pro Purgatione ſuâ faciendâ*, per *alios* COMPURGATORES:

Sin repelluntur primi Compurgatores, penes Judicem eſt alios admittere:

VIII. Et, ſi tunc *ſe legitimè purgaverit*, eſt dimittendus *ab Officio Judicis*, et pronunciandus *ſe legitimè ſemet purgâſſe*, et reſtituendus eſt *priſtinæ ſuæ Famæ*.

Quo facto, ſe purgans dimittitur.

IX. Cauſa verò quæ JUDICEM inducat, *ad hanc ſecundam Purgationem concedendam*, hæc eſt:

Ratio, pro ſecundâ Purgatione, quænam ſit?

X. Si OBJECTIONES *probatæ*, contra *primos* COMPURGATORES *rejectos*, tales *fuerint*, quæ PARTI, *eos producenti*, antea *incognitæ fuerunt*. Duo tamen notanda ſunt:

(Scilicet) Quòd Objectiones, contra primos Compurgatores, Parti fuerunt ignotæ.

XI. *Primùm*,

OBSERVATIONES.

(b) *Sunt admittendæ*] Adduntur in *MSS.* "*Et Compurgatores repellendi, ſaltem non admittendi ſunt.*"

(c) *Ut in præcedenti Titulo.*] Vide *Tit.* 148.

(d) *Ut ſuprà.*] Vide *Tit.* 147. §. 2.

XI. *Primùm*, quòd INTIMATIO iſtius *ſecundæ Purgationis* eſt denuncianda *et* publicanda, *et* admittendæ ſunt OBJECTIONES *contra eandem*, ut ſuprà (*e*) quoad *primam Purgationem*.

Secunda Purgatio perimplenda eſt, modo quo *prior.*

XII. *Secundùm*, quòd licèt PARS REA, ad hanc *ſecundam Purgationem* admiſſa, *legitimè ſe purgaverit*, non tamen eſt *dimittenda*, donec primò ſolverit *Expenſas*, factas per OPPOSITORES *primos:*

In *Purgationem ſecundam* admiſſus ſolvet *Expenſas* priorum *Oppoſitorum:*

XIII. Nam ſi *primi* OPPOSITORES defeciſſent, *in probandis Objectis*, condemnandi eſſent REO in *Expenſis* (*f*).

Ratio.

OBSERVATIONES.

(e) *Ut ſuprà.*] Scilicet in *Tit.* 152. §. 5. *Tit.* 153. et in *præſenti Tit.* §. 1, 2, 3, 4, 5, 6.

(f) 1 *Expenſis.*] Addenda ſunt, ad Calcem hujus Tituli, prout in *MSS.*

" In Cauſis CORRECTIONUM licet *Parti* " *accuſatæ* [ſive per *Promotorem neceſſarium*, et " ex *mero Officio*, aut per *Promotorem volunta-* " *rium*] appellare a *Decreto Interlocutorio*, vel " *Gravamine*, vel *Sententiâ definitivâ :*

2 " Et ſi *Sententia ſit lata*, vel *Gravamen* " *illatum*, ad petitionem *Promotoris neceſſarii*, " Deinde tam JUDEX quàm *hujuſmodi* PROMO- " TOR, ſit *Pars appellata*, et *ambo* citandi, *ad* " *reſpondendum in Cauſâ Appellationis:*

3 " Secùs, in Negotio CORRECTIONIS *vo-* " *luntariè promoto:* Iſta enim *Appellatio* [ſaltem " ita ob *Reverentiam* eidem JUDICI debitam] " procedi ſolet tantùm contra PARTEM, *Offi-* " *cium* JUDICIS *voluntariè promoventem.*

[Vide etiam, de hoc, *Tit.* 284. et *Obs.* ad Calcem *ejuſdem Tit.*]

Denunciatio.

OEconomi et Accuſatores.

TITULUS CLVI.

CAUTIO tam *Accuſatoribus*, in *Cauſis criminalibus*, *voluntariis*, quàm *Guardianis*, *OEconomis*, ſeu *Inquiſitoribus*.

I. SIQUIS *accuſatus* fuerit [quamvis *judicialiter*] de CRIMINE *aliquo*, per *Promotorem Voluntarium*, ſi non probaverit *Veritatem* CRIMINIS *objecti*, vel, ad minùs, FAMAM *publicam*, ex *cauſis et præſumptionibus vehementibus ortam*, ita ut Purgatio Canonica *Accuſato* indicta, *vel* indicenda ſit, *tenetur de Actione Injuriarum*; vel *Accuſatus* agere poteſt contra *Accuſantem* in *Cauſâ Diffamationis:*

Promotor Voluntarius non probans *Crimen*, Seu *Famam*, *benè ortam*, Obnoxius eſt *Actori Injuriarum*; Vel conveniatur in *Cauſâ Diffamatoris*;

II. Et *Accuſans*, non minùs, etiam magìs, puniendus eſt [id eſt; *Pœnitentia gravior, et magìs publica* aſſignanda eſt] quàm pro *Verbis diffamatoriis* publicè [*verbo tenus*] prolatis.

Magíſque puniatur, quàm *Ore tenus* Diffamator.

III. Similiter ſi *Guardiani*, *OEconomi*, vel *Inquiſitores*, quemquam de CRIMINE *notorio*, et per JUDICEM ECCLESIASTICUM *corrigendo*, vel de FAMÂ *publicâ*, præſentaverint, et *Præſentatus* (legitimè) tam de CRIMINE, quàm de FAMÂ *ejuſdem* ſe purgaverit, vel

OEconomi quempiam *præſentantes*, Qui *de Crimine*, et *Famâ*, ſe *purgaverit*,

Vel ubi *Fama* naſcitur a *Malevolis*, *infamoſis*, aut a *Participe Criminis*,
Unde Pars, *abſque Purgatione*, dimittitur;
Conveniantur in *Cauſâ Diffamationis*.

vel [ut in Titulo prædicto (*a*)] FAMAM [utcunque præſentatam) *ortam fuiſſe*, *et* Originem *ſumpſiſſe ex malevolis*, et *perſonis infamoſis*, et aliquando *ex ſolâ et nudâ Accuſatione Mulieris*, *propriam Turpitudinem ſuam confitentis*, probaverit, et JUDEX [ratione Probationis hujuſmodi] *Præſentatum* ab *Officio ſuo* (*nullâ indictâ Purgatione*) dimiſerit, *Præſentatus* agere poteſt contra hos *Præſentantes*, in *Cauſâ Diffamationis* (*b*) [ut ſuprà, De Accuſatoribus *voluntariis*.]

Præcaveant *Accuſatores*, certò ſcire de *Famâ* probandâ, ex *juſtis* ortâ *Præſumptionibus*.

IV. Caveant igitur omnes, ne, de cæterò, quenquam accuſent, aut de *aliquo* CRIMINE, vel FAMÂ *Criminis*, præſentent, niſi *aut* CRIMEN, *aut* FAMAM *ejuſdem ex juſtis cauſis et Præſumptionibus vehementibus* Originem *habuiſſe* (ſi ad id compellantur) probare poſſint.

Si *Rumor* ſit a *Malevolis*, aut ab *infamoſâ Muliere* ſparſus,
Præſentatio fiat *ſpecialis*, prout *Res ipſa* loquitur:
Exemplum:

V. Ideo quamvis FAMA, vel RUMOR *alicujus* CRIMINIS apud multos, *et graves et probos*, laboraverit, vel aſperſus fuerit; tamen *ſi* Originem *habuerit ex Inimicis*, vel *nudâ Accuſatione Mulieris infamoſæ*, PRÆSENTATIO, ſeu DETECTIO SPECIALIS, et PARTICULARIS, ſecundùm *rei* VERITATEM [id eſt; *talem Famam*, *vel*, *potiùs*, *Rumorem ſparſum eſſe*, *per* tales *perſonas*; vel *per Accuſationem*, *aut Confeſſionem in ipſo Partu*, *aut Puerperio Mulieris cognitæ*, *ac propriam ſuam Turpitudinem allegantis*] et non GENERALIS (ut communiter fieri ſolet) facienda eſt:

Quo facto,
Qui periclitabitur *in Cauſâ Diffamationis* agere, *ſuccumbet*:
Ratio.

VI. Et tunc ſi *Præſentatus* inſtituerit ACTIONEM, *in Cauſâ Diffamationis*, cadet in *Cauſâ*, ſi replicatum, et probatum fuerit, *Famam*, *vel Rumorem laboráſſe*, *aut ſparſum fuiſſe* prout *in* PRÆSENTATIONE *continetur*.

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo prædicto*] Scilicet; de Famâ hujuſmodi ex malevolis orta, vel ex merâ Accuſatione Mulieris adulteratæ, ſupradictum eſt *in Tituló* 146. §. 4.

(b) *Præſentatus agere poteſt contra hos præſentantes, in Cauſâ Diffamationis.*] Cautum eſt autem, per *Canon.* [An. 1603] 115. *Ne inſtituatur Querela*, *Actio*, *Litis Intentatio*, *aut Proſecutio*, *contra Eccleſiarum OEconomos*, *Inquiſitores*, &c. *qui Detectiones ejuſmodi exhibuerint.* Vide etiam *Statut.* [Circumſpectè agatis] *An.* 13. *Ed.* 1.

TITU-

Duplex Querela.

TITULUS CLVII.

Quid ſit DUPLEX QUERELA, *in Cauſâ Beneficiali.*

I. SI CLERICUS (*a*) fuerit *præſentatus* ad Eccleſiam, et *Præſentationem* hujuſmodi exhibuerit, coram EPISCOPO *Diœceſano* [ſeu ejus VICARIO *in ſpiritualibus generali*, habente poteſtatem *inſtituendi*] et, ab EO, petierit *ſe inſtitui* : — Exhibetur *Præſentatio* : Petitur *Inſtitutio* :

II. Si EPISCOPUS illum inſtituere *et* admittere *recuſaverit*, poteſt iſte [*præſentatus*] de eo, *querelari* apud OFFICIALEM *de* ARCUBUS, vel JUDICEM *Curiæ* AUDIENTIÆ (*b*): — Recuſatur; Querelatur;

III. Qui JUDICES ſolent *reſcribere*, in Juris formâ, EPISCOPO, ad effectus ſubſcriptos (*c*): — Reſcriptum eſt.

IV. Quod RESCRIPTUM dicitur, DUPLEX QUERELA (*d*). — Quid *Duplex Querela* ?

OBSERVATIONES.

(a) *Clericus.*] De Diaconorum, et Preſbyterorum Ordinatione; Vide *Canon.* [1603] 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 8, 76.

(b) *Audientiæ.*] Vide *Operis Prolegom.* cap. 3. §. 11.

(c) *Ad effectus ſubſcriptos.*] In *ſubſequenti* (ſcilicet) *Titulo.*

(d) 1 *Duplex Querela.*] De Duplicibus Querelis hujuſmodi; Vide *Can.* 95.

2 De Duplici Querelâ in cæteris Cauſis; Vide *Tit.* 273.

Duplex Querela.

TITULUS CLVIII.

De Contentis in DUPLICI QUERELÂ, *in Cauſâ Beneficiali.*

I. DUPLEX QUERELA (*a*) eſt concipienda *Nomine* JUDICIS *eandem concedentis*; et dirigenda eſt, ut CITATIO *ordinaria* dirigitur (*b*): — Duplex Querela *cujus Nomine* formanda? *Quibus* dirigenda?

II. Et hæc DUPLEX QUERELA, primò, ſummariè continebit præmiſſa, *notata in proximo præcedenti Titulo* [videlicet; talem *præſentatum, ad* tale *Beneficium vacans, petiiſſe Inſtitutionem,* et *Epiſcopum recuſâſſe admittere.*] — Hujus *Contenta* ſunt; *Inſtitutio petita, Denegata,*

III. Deinde

OBSERVATIONES.

(a) *Duplex Querela.*] Non ſit inſtituenda ante *lapſum viginti et octo dierum* juxta Conſtitutionem Eccleſiæ Anglicanæ; niſi *alius ab Epiſcopo ſit inſtitutus,* ante *decurſum eorundem dierum.* Vide *Can.* 95.

(b) *Ut Citatio ordinaria dirigitur.*] De modo dirigendi Citationes originales, Vide *Tit.* 16. §. 1, 2.

Monitio, Citatio, Inhibitio,

III. Deinde continere debet non ſolùm *Monitionem*, ſed etiam *Citationem*, et *Inhibitionem*, ut ſequitur; videlicet:

Formula *Monitionis.*

IV. Primò, monebit Episcopum [vel ejus Vicarium *in ſpiritualibus generalem*, habentem poteſtatem inſtituendi] *Quòd infra* quoddam tempus [utpote; infra *novem* dies, vel aliquando *quindecim* dies] N. *præſentatum ad* talem *Eccleſiam admittat, et inſtituat, ac ſibi Juſtitiam miniſtret*, quorum dierum tres [ſi *novem* dies conſtituti fuerint] *vel* quinqne [ſi *quindecim* dies fuerint aſſignati] pro *primo*; tres, *vel* quinque pro *ſecundo*; et tres *vel* quinque pro *tertio* (vel *peremptorio termino*, ac *Monitione Canonicâ*) Judici, *a quo querelatur*, aſſignabit:

Monitio Canonica, *quid?*

Formula *Citationis.*

V. Alioquin [*lapſis* illis diebus, *et* dicto N. *non* inſtituto, *nec* Juſtitiâ miniſtratâ] citabit Episcopum, *Quòd compareat* (*per ſe*, vel *ejus Procuratorem legitimum, ſufficienter inſtructum*) decimo (*vel* decimo quinto) die *poſt executionem hujuſmodi Duplicis Querelæ, ſi Juridicus fuerit, alioquin proximo die Juridico* [ut in Citatione ordinariâ] *cauſam rationabilem et legitimam* (*ſi quam pro ſe habeat, aut dicere ſciat*) *quare* (*ob ejus negligentiam, et non adminiſtrationem Juſtitiæ*) *Jus inſtituendi, et induci mandandi dictum præſentatum, non deberet devolvi ad Judicem concedentem Duplicem Querelam, et dictus præſentatus, per eum, inſtitui et induci, mandari non deberet, dicturus et allegaturus:*

Devolutio *Juriſdictionis*, ob *Negligentiam* Epiſcopi, *quid?*

Formula *Inhibitionis.*

VI. Inhibendum eſt etiam Episcopo, et ejus Vicario, *Ne* (*pendente hujuſmodi Duplicis Querelæ negotio indiſcuſſo*) *quicquam faciant in præjudicium Partis querelantis, ſub pœnâ Juris.*

Ratio, Quare ſit *Inhibitio perutilis.*

VII. Admodum verò neceſſarium eſt, ut hæc Inhibitio fiat; nam aliquando Episcopus, vel Judex *inferior*, poſt *Executionem Duplicis Querelæ*, et ante *relationem ejuſdem* [ſaltem *diem comparitionis*] admittat *alium Clericum* (c), in maximum Querelantis *Præjudicium*, ac *Contemptum* Superioris:

De *Contemptu Inhibitionis.*

VIII. Quod ſi fecerit, *majorem* Contemptum *commiſiſſe dicitur*, quàm ſi id feciſſet, *nullâ factâ* Inhibitione (d).

Attentata *poſt Inhibitionem*, ſunt *imprimis revocanda:*

IX. Hæc Admissio [facta poſt *Executionem dictæ Duplicis Querelæ*, ac poſt *Inhibitionem antedictam*] per Judicem *concedentem* dictam *Duplicem Querelam*, primò et ante omnia [*per viam* Attemptatorum] *revocanda* (e), *caſſanda, et pro nullâ et invalidâ, declaranda eſt.*

X. Poteſt

OBSERVATIONES.

(c) *Admittat alium Clericum.*] Proviſum eſt quòd infra *viginti et octo dies*; a tempore Exhibitionis, coram eo, Præſentationis *Epiſcopus alium nullatenus inſtituet*, in præjudicium Partis ita præſentatæ, idque *ſub pœnâ Nullitatis.* Vide *Can.* 95.

(d) *Inhibitione*] Varia Lectio (hujus Sectionis 8.) talis eſt, in *MS. Antiq.* "Quod ſi fecerit, *Inhibitione* in contrarium *præcedente*, et "non obſtante, *graviorem facit Contemptum*; "Nam in eo caſu, dicitur, *Contemptum* Juris "*et* Judicis *commiſiſſe.*

(e) *Per viam attemptatorum, revocanda.*] De attentatis revocandis; Vide *Tit.* 307.

X. Poteſt etiam ARCHIEPISCOPUS [cujus *Juriſdictio*, et *Authoritas*, in hoc caſu, *contemnitur*] etiam et OFFICIALIS *de* ARCUBUS [ut ex Statutis Curiæ conſtat (*f*)] contra EPISCOPUM, *ſic attemptantem* (*g*), procedere, *in Cauſâ Contemptûs*, et eum (*ſuo Arbitrio*) canonicè corrigere: *Contemptor Inhibitionis eſt, Arbitrio Judicis, puniendus;*

XI. Etiamſi dictus PRÆSENTATUS, et *obtinens* DUPLICEM QUERELAM (factâ Examinatione Vitæ, Morum, et Religionis, ac Doctrinæ) INIDONEUS *reperietur* (*h*): Quamvis *Inhibitio ſit immeritò* conceſſa.

XII. *Punitio* tamen, et *Correctio* EPISCOPI, in hoc caſu, *delinquentis*, referri ſolet ad IPSUM ARCHIEPISCOPUM. Punitio *Epiſcopi* deferri ſolet ad *Archiepiſcopum.*

OBSERVATIONES.

(f) *Ut ex Statutis Curiæ conſtat.*] Vide *Statut.* Curiæ de Arcubus [*Anno* 1295.] *Winchelſey* §. 29. *De modo procedendi in Contemptibus, tam contra Suffraganeos quàm cæteros*: Necnon *Statuta* ejuſdem Curiæ [*Anno* 1342.] *Stratford* §. 56. *De Contemptoribus Curiæ Cantuarienſis.*

(g) *Contra Epiſcopum, ſic attemptantem.*] "Scilicet, Clericum (poſt et contra Inhibitionem, ac Lite pendente) admittentem. *MSS.*

(h) *Inidoneus reperietur*:] "Ac rejectus, vel "non admiſſus fuerit. *MSS.*

Duplex Querela.

TITULUS CLIX.

De formâ Executionis DUPLICIS QUERELÆ, et *de faciendis per* PRÆSENTATUM.

Modus Executionis.

I. PRIMÒ curabit PRÆSENTATUS aliquem *literatum Mandatarium* monere EPISCOPUM (*a*), *ad inſtituendum Perſonam præſentatam, et ad miniſtrandum Juſtitiam, infra* tempus [*in Duplici Querelâ mentionatum*] et etiam EIDEM inhibere, *juxta tenorem* Inhibitionis (*b*) [*in eâdem Duplici Querelâ mentionatæ*] In *Duplici Querelâ*, Modus Executionis *Monitionis*, Et *Inhibibitionis.*

II. Quâ *Executione* factâ, *infra triduum* adibit *Præſentatus* EPISCOPUM, et (debitâ cum reverentiâ) petet *ſe inſtitui*, et *Juſtitiam ſibi miniſtrari*: et offeret *ſe promptum, et paratum ad ſubſcribendum Articulis Religionis* (*c*) (per Clericos, ad quæcunque Beneficia Eccleſiaſtica admittendos (*d*), ſubſcribendis) *et de præſtando Juramentum*, Forma petendi *Inſtitutionem*, ab *Epiſcopo.*

OBSERVATIONES.

(a) *Aliquem literatum Mandatarium monere Epiſcopum.*] "Hæc Executio debet fieri *cum* "*debitâ Reverentiâ*, et ſolebat exequi *per Mi*"*niſtrum.* MSS.

(b) *Juxta tenorem Inhibitionis.*] Scilicet; ad effectum in *Tit.* 158. §. 6.

(c) *Articulis Religionis.*] Vide *Canon.* [*An.* 1603.] 5, 36, 37, 38.

(d) *Subſcribendis.*] In quibus ſubſcribendis Articulis hâc utendum eſt Verborum Formulâ: "*Ego* N. N. [Nomine, ſcilicet, et Cognomine expreſſis] "*tribus his præfixis Articulis, om*"*nibuſque in eiſdem contentis, lubens, et ex* "*animo, ſubſcribo.* Vide *Can.* 36.

Duplex Querela.

tum, de agnoſcendo ſupremam Regiam Authoritatem (juxta Statuta hujus Regni, in eâ parte, edita) *et de Canonicâ Obedientiâ Epiſcopo, ac aliud quodcunque Juramentum licitum, et honeſtum, et* (*in hoc caſu*) *requiſitum:*

Petitio *Inſtitutionis* ter (ex Intervallo) *repetenda eſt*;

III. Hoc etiam faciet PRÆSENTATUS, *binis aliis vicibus*, infra *dies præſcriptos* (videlicet) quolibet *tertio die*, ſi *novem dies* (*e*) fuerint conſtituti, vel quolibet *die quinto*, ſi *quindecim dies* fuerint aſſignati (*f*) *ad inſtituendum:*

Vel, fiat *Proteſtatio*, ſi *præſentiam Epiſcopi* non datur habere.

IV. Si ſaltem poterit habere *Præſentiam* EPISCOPI; ſi non poſſit, *de eo debet proteſtari, et* TESTES (*g*) *ad perhibendum Teſtimonium rogare:*

Lapſis diebus, *ad deliberandum*, datis, citetur *Epiſcopus*, ad Effectum *Duplicis Querelæ*.

V. Et ſi EPISCOPUS, infra *tempus aſſignatum*, non curaverit inſtituere PRÆSENTATUM, tunc, *lapſis diebus deliberatoriis*, PRÆSENTATUS curabit EPISCOPUM citari, *juxta tenorem* DUPLICIS QUERELÆ (*h*).

OBSERVATIONES.

(e) *Si novem dies*, &c.] (f) *Si quindecim dies fuerint aſſignati.*] Prout in Titulo 158. §. 4

(g) *Et Teſtes.*] Seu Notarium Publicum.

(h) *Juxta tenorem Duplicis Querelæ*] Scilicet; *ad dicendum cauſam, quare Jus inſtituendi ad Superiorem devolvi non deberet:* Prout in *Tit.* 158. §. 5.

Duplex Querela.

TITULUS CLX.

Viis et modis.

De CITATIONE Viis *et* Modis, *ſi* EPISCOPUS *non poſſit* perſonaliter *citari.*

Abſente Epiſcopo, quid faciet *Mandatarius?*

I. SI EPISCOPUS præſentiam ſuam ſubtraxerit a *Mandatario* [vel potiùs, ita aliis urgentibus negotiis, impeditus fuerit] *quominus Mandatarius poſſit eum citare*, ſignificet *Mandatarius* [debitâ cum reverentiâ] famulis dicti EPISCOPI, *Quòd habet Citationem* (videlicet, *Duplicem Querelam*, ad Inſtantiam N. *Præſentati* ad [tale] Beneficium) *exequendam*, et petat, *ut poſſit habere Præſentiam* EPISCOPI:

Præconizatio *Epiſcopi* quando fit, etiam *non citati?*

II. Et ſi hoc *non poſſit obtinere*, expectet *Preſentatus* Diem *in quo* comparuiſſet EPISCOPUS (*a*), caſu quo fuiſſet citatus, et *præconizetur:*

III. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Expectet præſentatus diem, in quo comparuiſſet Epiſcopus.*] " Nam aliquando *Epiſcopi*, " quamvis *nollent citari*, tamen *ſolent conſtituere* " *Procuratorem, ad comparendum pro eis*; ne " concedatur *Decretum* Viis *et* modis [*MS. Antiq.*

III. Et ſi per *Procuratorem* non comparuerit, nec ſatisfecerit contentis in *Duplici Querelâ*, decernenda eſt CITATIO *viis et modis* [ut in cæteris Cauſis (*b*).]

Citatio, *Viis et Modis*, contra *Epiſcopum* quando *decernitur?*

IV. Sed ante *Executionem* ejuſdem, facienda eſt *Petitio* per Mandatarium (*c*) *ut poſſit convenire* EPISCOPUM, *ad effectum exequendi dictum Mandatum perſonaliter* (*d*) *:*

Modus *Executionis* ejuſdem *perſonaliter*;

V. Et ſi non poſſit, tunc *Citatio affigenda eſt Foribus exterioribus Palatii Epiſcopi*, vel *illarum Ædium in quibus reſidet Epiſcopus*, vel *Eccleſiæ Cathedralis Epiſcopatûs.*

Vel, per *Affixionem.*

OBSERVATIONES.

(b) *Ut in cæteris Cauſis.*] In Cauſis ordinariis, hodie, *ſi Pars citanda latitaverit*, non expectatur *ille dies* in *Citatione primariâ* pro *Partis ejuſdem Comparitione præſtitutus*, antequam alia *Citatio, Viis et modis*, emanaverit, ſed immediatè [factâ fide per Mandatarium, *Partem fuiſſe diligenter quæſitam, animo et intentione Citationem primariam in eam perſonaliter exequendi, ita verò latitâſſe quominus perſonaliter apprehendi poterit*] ex *more*, decernenda eſt *Citatio, Viis* et *modis*, ad effectum quem priùs. Vide *Obs.* in *Tit.* 23. ſub *lit.* (e) 1, 2, 3.

(c) *Facienda eſt Petitio per Mandatarium.*] Prout in *Calce* §. 2. hujus *Tit.*

(d) *Ad effectum exequendi dictum Mandatum perſonaliter.*] Tenor enim Citationis *viis et modis* eſt, ad *perſonaliter citandum*, ſi, ad *ſic citandum*, tutus pateat acceſſus; *alioquin publicæ Citationis Edicto*, &c. aliiſque *viis, modis atque mediis* quibus meliùs *et* efficaciùs, de Jure, fieri poterit. [Vide *Formulas.*]

Duplex Querela.

TITULUS CLXI.

In quo caſu PRÆSENTATUS *non tenetur expectare* TEMPUS DELIBERATORIUM, *datum* EPISCOPO *ad inſtituendum.*

Tempus Deliberatorium.

I. SI EPISCOPUS [cùm fuerit monitus, per *Mandatarium* (*a*), vel rogatus, ad *miniſtrandum Juſtitiam*, et ad *admittendum Præſentatum* (ut ſuprà, poſt Executionem Mandati) per *Præſentatum* (*b*),] dixerit; *ſe nolle inſtituere hujuſmodi Præſentatum*; vel *eundem admittere expreſſè recuſaverit :*

Inſtitutione *negatâ*,

II. Tunc *Mandatarius prædictus* poterit ſtatim citare EPISCOPUM (*c*), *ad comparendum* [ut (*d*) ſuprà] et *Præſentatus* non tenetur

Tunc *citetur* Epiſcopus;

OBSERVATIONES.

(a) *Monitus per Mandatarium*] Prout in *Tit.* 159. §. 1.

(b) *Vel rogatus*, &c. *per Præſentatum.*] Prout in *Tit.* 159. §. 2, 3.

(c) *Poterit ſtatim citare Epiſcopum.*] Hîc additur, in *MS. Antiq.* " Illíque *inhibere*, juxta " tenorem *Duplicis Querelæ.*

(d) *Ad comparendum, ut ſuprà.*] Videlicet; *ad dicendum cauſam, quare Jus inſtituendi, et induci mandandi Præſentatum, ad Judicem concedentem Duplicem Querelam, devolvi non deberet:* Prout in *Tit.* 158. §. 5.

Et *Dilatio* (in Duplici Querelâ, data) tum *non ſit expectanda*:

tur expectare Dilationem, in *Duplici Querelâ*, datam (*e*) [hoc eſt; adire Episcopum (*f*), nec citare Episcopum *poſt lapſum Dierum aſſignatorum, ad inſtituendum.*]

Ratio;

Tempus Deliberatorium, *per Denegationem Inſtitutionis*, recuſatur.

III. Ratio eſt; quia *Tempus* Ipſo datum erat Episcopo, *ad deliberandum*, et Ille, *expreſſè denegando inſtituere* (*g*), recuſat *Tempus deliberatorium* Sibi datum.

OBSERVATIONES.

(e) *Dilationem, in Duplici Querelâ datam.*] Scilicet; ſpatium (novem, vel quindecim dierum) aſſignatum *ad inſtituendum*; ut in *Tit.* 158. §. 4.

(f) *Hoc eſt adire Epiſcopum.*] Prout in *Tit.* 159. §. 2, 3, 4.

(g) *Denegando inſtituere.*] Imò videtur, quòd caſu quo *Epiſcopus* expreſſè dixerit, *ſe nolle admittere præſentatum*, poteſt *præſentatus* obtinere Duplicem Querelam, *non expectato decurſu viginti octo dierum* [juxta *Canon.* 95.]

Duplex Querela.

Certificatorium.

TITULUS CLXII.

De Certificatorio Duplicis Querelæ.

Quæ contineri debent in *Certificatorio* Duplicis Querelæ?

I. Mandatarius debet certificare Parti Querelanti, vel *ejus* Procuratori [per literas, *aut* per ſubſcriptionem in dorſo Duplicis Querelæ] non ſolùm *de* die *Executionis Monitionis ad inſtituendum*; ſed *de* diebus *quibus Præſentatus petiit ſe inſtitui*; quo die *citavit Epiſcopum, ad comparendum*; et quo die *inhibuit Epiſcopo*: Et ſi *Epiſcopus recuſaverit admittere præſentatum*, Mandatarius tenetur etiam *illud* certificare (*a*).

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Etiam illud certificare.*] Huc addenda ſunt, prout in *MS. Antiq.* "Ex quibus Inſtructionibus, *Procurator præſentati* curabit "*Certificatorium authenticum* concipi:

2 "Vel, aliàs, debet Mandatarius *perſonaliter* "*comparere*, et, de his, *fidem facere*.

TITU-

Duplex Querela.

TITULUS CLXIII.

Epiſcopus non comparens.

De Petitione *Procuratoris*, et Decreto *Judicis*, cùm DUPLEX QUERELA ſit relata, et *Epiſcopus* non comparuerit (*a*).

I. IN die Comparitionis EPISCOPI (*b*), *Procurator* ACTORIS dicet: *Exhibeo Procuratorium meum pro* N. *Clerico præſentato* [ad tale Beneficium] *ac facio me Partem pro eodem*; *et exhibeo Mandatum originale, cum Certificatorio in dorſo ejuſdem*; *et accuſo Contumaciam Reverendi Patris* M. [Wigornienſis] *Epiſcopi, moniti ad inſtituendum Dominum meum, ad Eccleſiam de* R. *infra tempus in hujuſmodi Mandato ſpecificatum, et ad miniſtrandum ſibi Juſtitiam, alioquin citati, ad comparendum iſtis die et loco, ad dicendum cauſam quare* (*ob ejus Negligentiam*) *Jus inſtituendi eundem* N. *non deberet devolvi ad hanc Curiam, et ad Dominum Judicem ejuſdem*; *et non curantis, nec inſtituere, nec Juſtitiam miniſtrare, nec comparere, nec aliquam cauſam allegare: Quare peto eum reputari Contumacem*; *et* (*in pœnam ſuæ hujuſmodi Contumaciæ*) *pronunciari, et decerni, prout in dicto Mandato introducto continetur* [id eſt; *pro Juriſdictione Curiæ, ac Jus inſtituendi*, &c. *eſſe devolutum*, ob *Negligentiam Epiſcopi.*]

Epiſcopo *non comparente*, Fiat [1.] Exhibitio *Procuratorii*: [2.] Exhibitio *Mandati*: [3.] Accuſatio *Contumaciæ*: [4.] Petitio *Procuratoris.* [*Juris inſtituendi* ſit *Devolutio*, ob *Negligentiam* Epiſcopi]

II. Tunc JUDEX faciet dictum EPISCOPUM *publicè* (*trinâ vice*) *præconizari*, et ſi *non comparuerit* (nec per *ſè*, nec per ejus *Procuratorem*) dicat JUDEX:

[5.] Fiat *Præconizatio*,

III. NOS *pronunciamus eum Contumacem*; *et* (*in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi*) *pronunciamus Jus inſtituendi* N. *ad dictam Rectoriam, eſſe* (*ob Negligentiam Domini Epiſcopi*) *Nobis devolutum, atque dictum* N. *ad et in dictam Eccleſiam inſtituendum, et Loci Ordinario* [videlicet; Archidiacono, *vel* ejus Officiali] *pro ejus Inductione, ſcribendum fore decernimus.*

[6.] Pronunciatio *Contumaciæ*, [7.] Decernitur *Jus devolutum*; [8.] Fiat *Inſtitutio*, et *Inductio*;

IV. In his caſibus (factâ *Præconizatione* (*c*) prædictâ) ſolent JUDICES remittere *Præſentatum* ad *Examen* ARCHIEPISCOPI, ut [ſi

[Sed præcedit *Examinatio præſentati*, per *Archiepiſcopum*]

OBSERVATIONES.

(a) *Cùm Duplex Querela ſit relata, et Epiſcopus non comparuerit.*] De modo procedendi in Negotio Duplicis Querelæ, *ſi Epiſcopus comparuerit*: Vide *Tit.* 165.

(b) *In die comparitionis Epiſcopi.*] Potiùs; in die *pro Epiſcopi comparitione*, in Citatione, præſtituto.

(c) *Factâ Præconizatione.*] Rectiùs legitur in *MSS.* " Factâ *Pronunciatione* prædictâ. [De quâ, Vide *ſuprà*; §. 3.]

[Tum *Judici* reſcriptum eſt.]

[ſi *idoneus* reperiatur] ILLE reſcribat JUDICI, pro *Admiſſione Præſentati.*

[9.] Forma *Cautionis*, per Inſtituendum, *interponendæ.*

V. Tunc, *editâ* CAUTIONE, per Inſtituendum, *de conſervando Inſtituentem indemnem, ratione hujuſmodi Inſtitutionis* [juxta formam Regiſtri, in his Cauſis, et conſimilibus, a tempore immemorato, uſitatam] *Literæ* INSTITUTIONIS(*d*) ſunt Sigillo JUDICIS *communiendæ*, et PARTI *tradendæ*, et decernendum eſt MANDATUM *Archidiacono Loci, pro ejus* INDUCTIONE:

[10.] Fiat Emanatio *Inſtitutionis* et *Inductionis*, ſub *Sigillo.*

[11.] Modus *Inductionis*, per *Archidiaconum.*

VI. Qui *Archidiaconus* ſolet, et tenetur [*aut* perſonaliter, *aut* per ejus Officialem] *realiter, et actualiter, dictum Inſtitutum, ad hujuſmodi Beneficium, inducere, et realem illi Poſſeſſionem tradere.*

OBSERVATIONES.

(d) 1 *Literæ Inſtitutionis.*] In Formulâ *Literarum Inſtitutionis*, fiat *Mentio*, quòd Inſtituendus ſit *Clericus*. Vide *Lynd.* de *Inſtitutionibus*, c. 3. v. *Clerico.* et v. *Ordine.*

2 In Literis Inſtitutionis, debet exprimi *Titulus*, quo admittendus ſit ad Beneficium; num per Viam *Præſentationis*, *Nominationis*, aut *Collationis*, aut *aliam* Viam quamcunque, per *quam* quis devenire poſſit ad Beneficium Eccleſiaſticum. Vide *Lynd. ibid.* verb. *quo Titulo.*

Duplex Querela.

Juramentum Inſtituendi.

TITULUS CLXIV.

De JURAMENTO *per Inſtituendum præſtando.*

Sequentia ſubibit *Inſtituendus*; (ſcilicet) *Juramentum* Supremaciæ:

I. PRÆSENTATUS, ante ejus INSTITUTIONEM [de quâ, in præcedenti Titulo, ſit mentio] primò ſubit JURAMENTUM [mentionatum in Actu Parliamenti] *de agnoſcendo Supremam Authoritatem Regiam:*

Articulorum Religionis *Subſcriptio:*

II. Deinde tenetur SUBSCRIBERE *Articulis Religionis* [mentionatis in dicto Statuto.]

Juramentum de Canonicâ Obedientiâ:

III. Tunc JURABIT *Canonicam Obedientiam, tum Archiepiſcopo Cantuarienſi, et ejus Succeſſoribus* (*a*):

Juramentum de Reſidentiâ, in Vicariâ.

IV. Ac [ſi ſit VICARIA] *de perſonali Reſidentiâ*, in eâdem.

OBSERVATIONES.

(a) *Jurabit Canonicam Obedientiam, tum Archiepiſcopo Cantuarienſi, et ejus Succeſſoribus.*] Legitur in *MSS.* "Jurabit *Canonicam Obedientiam* tam *Archiepiſcopo Cantuarienſi*, et *ejus* " *Succeſſoribus*, quàm *Epiſcopo Diœceſano*, et " *ejus Succeſſoribus.*

TITU-

Duplex Querela.

Objectiones contra Inſtitutionem.

TITULUS CLXV.

De modo procedendi *in Negotio* DUPLICIS QUERELÆ, *ſi Epiſcopus* comparuerit (*a*).

I. SI EPISCOPUS comparuerit, *et* allegaverit *cauſas ſufficientes, ob quas non admiſit Præſentatum:* Contra *Admiſſionem* Præſentati,

Veluti; *Quòd Eccleſia ſit plena, de Perſonâ alterius Incumbentis:* Quænam ſint *cauſæ*, per Epiſcopum, *objiciendæ?*

Vel; *Quòd Præſentatus ſit infamis, criminoſus, ſimoniacus, vel indoctus, ita quòd non poteſt reddere rationem Fidei, in Latino ſermone:*

Vel; *Quòd habet aliud Beneficium, incompatible cum Beneficio controverſo:*

II. Tunc procedendum eſt, in *hujuſmodi Negotio* (*b*), prout in aliis *Cauſis Summariis* (*c*), et *utrique* PARTI liceat replicare, duplicare, et excipere, contra TESTES (*d*), [ut in cæteris *Cauſis Summariis.*] Modus *tunc procedendi:* Licet *replicare, et duplicare.*

III. Si tandem *cauſæ, allegatæ per* EPISCOPUM, *probatæ non fuerint*, pronunciandum eſt, ut ſuprà (*e*) [per Sententiam definitivam, *vel* per Decretum Interlocutorium] *pro Juriſdictione* JUDICIS; ac PRÆSENTATUS *eſt inſtituendus* [obſervatis præmiſſis, in præcedenti Titulo (*f*) ſpecificatis] et EPISCOPUS *in Expenſis condemnandus eſt:* Quomodo decernendum eſt, *cauſis* per Epiſcopum *Objectis*, non *probatis?*

IV. Sed ſi EPISCOPUS *objecta præmiſſa* (*g*), vel *eorum aliqua*, [ſufficientia ad elidendum Actoris Intentionem] *probaverit*, ob quæ *non tenebatur inſtituere Præſentatum*, et *in non inſtituendo* [quamvis, ut ſuprà dicitur, monitus (*h*)] *non fuerit Contumax*; tunc *ferenda eſt* Quomodo *probatis?*

OBSERVATIONES.

(a) *Si Epiſcopus comparuerit.*] De Petitione Procuratoris, et Decreto Judicis, cùm Duplex Querela ſit relata, *et Epiſcopus non comparuerit:* Vide *Tit.* 163.

(b) *In hujuſmodi Negotio.*] Scilicet; in eo Negotio *Duplicis Querelæ*.

(c) *Prout in aliis Cauſis Summariis.*] Id eſt; ſine *Litis Conteſtatione*, et Aſſignatione *ad proponendum omnia*, et *ad concludendum.* Vide *Tit.* 7. §. 17.

(d) *Replicare, duplicare, et excipere contra Teſtes.*] Vide *Tit.* 98, 99, 100, 101, 102, 103.

(e) *Ut ſuprà.*] De Pronunciatione pro *Juriſdictione Judicis*, et pro *Jure Inſtitutionis* per *Devolutionem*; Vide *Tit.* 163. §. 3.

(f) *Obſervatis præmiſſis, in præcedenti Titulo.*] Videlicet; ſubſcriptis *Articulis Religionis*, et præſtitis *Juramentis*, de Jure, *requiſitis.*

(g) *Objecta præmiſſa:*] Scilicet; in §. 1. *hujus Tituli.*

(h) *Quamvis, ut ſuprà dicitur, monitus.*] Hoc ſuprà dictum eſt in *Tit.* 159. §. 1.

eſt Sententia pro Eo, et PRÆSENTATUS eſt in Expenſis [factis ex parte Epiſcopi] condemnandus:

Cùm Clericus (non Epiſcopus) allegat Eccleſiam plenam,

V. Sed ſi EPISCOPUS noluerit litigare, nec Litem prædictam defendere, ILLE CLERICUS qui Beneficium controverſum poſſidet, vel forſan eſt etiam ad idem Præſentatus, ſolet hanc Litem, in SE, ſuſcipere, ac comparere, et allegare; Eccleſiam eſſe plenam de ejus Perſonâ:

Primo loco, pronunciandum eſt pro Juriſdictione Superioris, et Jure devoluto;

Quia ex parte Epiſcopi nil fit, in contrarium, allegatum.

VI. Sed in iſto caſu [id eſt; ſi hæc ALLEGATIO data fuerit nomine Clerici, et non EPISCOPI] ſolet JUDEX Querelæ pronunciare, primò, pro ſuâ, in hâc parte, Juriſdictione (ut ſuprà) ac Jus inſtituendi Præſentatum (ſi nulla præmiſſorum obviant) ſibi eſſe devolutum, et ad Curiam ſuam [quoniam EPISCOPUS nullam allegavit cauſam, ob quam ita non pronunciaretur.]

Fiant hæc in pœnam Epiſcopi.

VII. Facienda tamen ſunt hæc in pœnam Contumaciæ dicti EPISCOPI (i).

Clericus (Epiſcopo conſentiente) poteſt ſalariare Procuratorem, ad objiciendum Nomine Epiſcopi:

VIII. Et quamvis ſuprà dicitur (l), quòd ILLE, qui etiam eſt Præſentatus ad Beneficium, ſolet hanc Litem, in SE, ſuſcipere, tamen [ſi EPISCOPO placuerit, ac MANDATUM ſufficiens, ad hoc, dederit (m)] CLERICUS, qui etiam eſt ad Beneficium controverſum Præſentatus, et qui intendit obſtare Admiſſioni Querelantis, poteſt Nomine EPISCOPI ſalariare PROCURATOREM, ad allegandum illas cauſas (n) contra Admiſſionem Querelantis:

Tunc pro Juriſdictione, non primo pronunciatur, Quin in Eventu Probationis.

IX. Et in hoc caſu [quia hæc allegantur Nomine EPISCOPI] non eſt pronunciandum, pro Juriſdictione JUDICIS, niſi in eventu Probationis, aut non Probationis, hujuſmodi allegatorum.

Negligentia Epiſcopi non excuſatur, ex hoc, quòd duo, ad idem, præſentantur:

X. Sed notandum eſt; Quòd ſi cauſa, ob quam EPISCOPUS recuſavit prædictum CLERICUM [qui obtinuit Duplicem Querelam] admittere, ſit, quia etiam alius CLERICUS fuerit ad idem Beneficium præſentatus; hæc cauſa non eſt ſufficiens, aut concludens, ad excuſandum EPISCOPUM a Negligentiâ:

Quo caſu, purgatur Negligentia, per Inquiſitionem De Jure Patronatûs: Secùs; de Negligentiâ patet.

XI. Nam ſi DUO CLERICI ad unum et idem Beneficium fuerint præſentati, EPISCOPUS [ad purgandum ejus Negligentiam] tenetur procedere ad INQUISITIONEM de Jure Patronatûs (o); Dicitur enim omninò negligens, ſi (vacante Eccleſiâ) DUO præſentati fuerint, et EPISCOPUS non proceſſerit ad INQUISITIONEM.

XII. Si

OBSERVATIONES.

(i) *In pœnam Contumaciæ dicti Epiſcopi.*] Vide *Tit.* 163. §. 1.

(l) *Suprà dicitur:*] In §. 5.

(m) *Mandatum ſufficiens, ad hoc, dederit.*] "Hoc eſt, non commune et uſuale Procuratorium, communi Sigillo, ſed Epiſcopali, ſigillatum [*MS. Antiq.*]

(n) *Illas Cauſas:*] ſuprà ſpecificatas, in §. 1.

(o) *Ad Inquiſitionem de Jure Patronatûs*] De Inquiſitione hujuſmodi; Vide *tres Titulos proximè ſequentes.*

XII. Si tamen JUDICI [*ad quem pro Juſtitiâ*, ita ut ſuprà dicitur, *querelatur*] conſtiterit *dictum* primum CLERICUM *querelantem* [propter *Incapacitatem*, vel *Defectus* (*p*) alios] *non eſſe admittendum*, *iſte* ſecundus CLERICUS [ſi exhibuerit Literas Præſentationis de Perſonâ ſuâ factas, ad Eccleſiam controverſam, et ſe admitti ad eandem petierit, et idoneus reperiatur] *admittendus eſt* per *dictum* JUDICEM *ſuperiorem*, et non eſt *remittendus* ad EPISCOPUM; quia, *pro hâc vice*, *ſeu vacatione* [ob *Negligentiam* EPISCOPI] *devolvitur Jus inſtituendi* ad *dictum* JUDICEM *ſuperiorem*.

Si Clericus, primò querelans, ſit inhabilis,

Alter Præſentatus habilis,

Fiat Inſtitutio (alius habilis) per Superiorem;

Ob Jus (per Negligentiam Inferioris) devolutum.

XIII. Sed dato; *cauſam nullam* objici poſſe *contra* primum CLERICUM, quoad *Habilitatem ejus Perſonæ*, et quòd [ob *Negligentiam* EPISCOPI, ut ſuprà, *nullam cauſam allegantis* (*q*), &c.] pronunciatum fuerit *pro Juriſdictione dicti* JUDICIS *ſuperioris*: Et dato; quòd *unus* CLERICORUM (*r*) ſteterit *pro ejus Admiſſione* ad dictum Beneficium: JUDEX (in iſto caſu) non debet ULLUM, ex *dictis* CLERICIS, admittere [quamvis *nihil eis obviat*, quia ſunt *per diverſos* PATRONOS *præſentati* (*ſ*)] ſed procedere tenetur *in Negotio* INQUISITIONIS *de Jure Patronatûs*; et tunc [factâ INQUISITIONE *hujuſmodi*] tenetur *illum* CLERICUM *admittere*, *pro quo* VEREDICTUM *ſit latum* (*t*).

Si Clericus, primò querelans, ſit habilis, et (ob Negligentiam Epiſcopi nil allegantis) pronunciatur pro Juriſdictione ſuperioris, ſique duo ſint Patroni præſentantes, quòdque, Clericus uterque petat Admiſſionem,

Fiat Inquiſitio, per Superiorem, De Jure Patronatûs.

XIV. Denique caveant CLERICI reſpectivè prædicti, *quòd exhibeant* LITERAS PRÆSENTATIONIS (*u*) *de Perſonis ſuis* ad *Beneficium litigioſum*, infra SEX MENSES *a* VACATIONE *ejuſdem*, ne fortè [lapſis dictis SEX MENSIBUS] interveniat EPISCOPUS, ad *quem* [ratione Lapsûs TEMPORIS] COLLATIO *dicti Beneficii* ſpectat, vel *alius* tertius CLERICUS, *cui* EPISCOPUS *hujuſmodi vacuum Beneficium controverſum* [per Lapſum TEMPORIS] contulit:

Præſentatio tempeſtivè exhibenda eſt;

Ne fiat Lapſus;

Lapſus Beneficii quid?

XV. Nam (in iſto caſu) ſufficiunt (*x*) SEX MENSES *a* die VACATIONIS *Beneficii* [ut fiat Lapſus (*y*)] *Si* PATRONI, vel PATRONUS, non *præſentaverint*, vel *præſentaverit*, infra hujuſmodi SEX MENSES:

Quando currit Tempus?

XVI. Nam

OBSERVATIONES.

(p) *Vel Defectus alios.*] Supple; "*Non objectos per Epiſcopum*; et, in caſu, quando "*Epiſcopus* tantùm allegavit, *alium Clericum* "*fuiſſe præſentatum* [*MS. Antiq.*]

(q) *Ut ſuprà, nullam cauſam allegantis.*] Scilicet; ut habetur in §. 6.

(r) *Quòd unus Clericorum.*] Legitur in *MSS.* "Quòd *uterque Clericorum* [Scilicet; *Ii* qui "præſentati erant Epiſcopo.]

(ſ) *Quamvis nihil eis obviat, quia ſunt per diverſos Patronos præſentati.*] Legitur autem *alio* modo in omnibus penes me *MSS.* Scilicet; in *MS. Antiq.* "*Quamvis nihil eis obviat,* "*quàm quòd ſunt ex diverſis Patronis præſentati*: Et ad ſimilem etiam effectum, hiſce verbis, habetur in *cæteris MSS.* Videlicet; "*Quamvis nihil eis obviat, quin quòd ſint per* "*diverſos Patronos præſentati.*

(t) *Pro quo Veredictum ſit latum.*] De Veredicto hujuſmodi; Vide *Tit.* 168. §. 4.

(u) *Quòd exhibeant Literas Præſentationis.*] Scilicet; "coram *Judice Querelæ*, ſi *antea* non "exhibitæ fuerint, *coram Epiſcopo* [*MS. Antiq.*]

(x) *Sufficiunt.*] Legitur *in MSS.* "currunt.

(y) *Ut fiat Lapſus.*] Hæc Verba ſequuntur in *MSS.* ſcilicet; "*Non obſtante Litis pendentiâ prædictâ.*

Quando *non* currit?

XVI. Nam non ſufficit *ſecundo* [aut *tertio* forſan] CLERICO intervenienti pro Intereſſe ſuo, *in Negotio Duplicis Querelæ* [agitato contra EPISCOPUM, vel *primum* CLERICUM *præſentatum*] allegare *ſe fuiſſe præſentatum*; ſed *exhibere tenetur* LITERAS PRÆSENTATIONIS, *et petere ejus* ADMISSIONEM, *et* INSTITUTIONEM, et tunc *non currit* TEMPUS.

Jus Patronatûs.

Citatio.

TITULUS CLXVI.

Modus Procedendi *in Negotio* (*quod dicitur*) De JURE PATRONATÛS.

Duo præſentantur Epiſcopo *Clerici*:

I. SI *duo* PATRONI (*a*) præſentaverint ORDINARIO reſpectivè *Clericos*, et *Clerici* hujuſmodi inſtiterint *pro eorum Admiſſionibus*, et EPISCOPUS admittendo *unum*, rejecerit *alterum*; Rejectus [ſeu ſaltem ejus Patronus] non habet Actionem contra EPISCOPUM, in *Foro Eccleſiaſtico*, ſed in *Foro Seculari*, de QUARE IMPEDIT, vel conſimilem Actionem:

Imminet Breve Regium [*Quare impedit*]

Quid faciendum?

II. Ideo, in his caſibus (*b*) EPISCOPUS ſolet decernere, *procedendum fore in Negotio* (quod dicunt) DE JURE PATRONATÛS:

[1.] Fiat *Monitio* contra *Patronos*, et *Præſentatos*;

III. Hoc eſt, ſtatuendus eſt, ab EPISCOPO, dies certus *ad ſedendum in Eccleſiâ vacuâ*, et decernenda eſt MONITIO contra *Patronos* præſentantes, et *Clericos* præſentatos, *ad tunc intereſſendum*, *ad videndum Proceſſum fieri*, *in dicto Negotio*, *juxta Juris exigentiam*:

IV. Ergo

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Patroni.*] Quò alacriùs ædificarentur ECCLESIÆ, Jus, ab antiquo, habuere FUNDATORES [qui, ſcilicet, EPISCOPO *conſentiente*, vel eaſdem *fundaverunt*, *ædificârunt*, vel, ante Conſecrationem, *dotaverunt*] *nominandi*, *præſentandi*, *et exhibendi Clericos idoneos* EPISCOPO, *in Eccleſiis inſtituendos*; et hoc appellatur JUS PATRONATÛS: Unde carmen,

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

2 Dicitur autem NOMINATIO, cùm (ut aliquando fit) *Jus præſentandi* ſit in alio, quàm nominante.

3 PRÆSENTATIO dicitur, cùm *Jus* et *nominandi* et *præſentandi*, ad unam ſpectat, et eandem perſonam.

4 COLLATIO vocatur, cùm Epiſcopus inſtituens ipſe potitus eſt hoc *Jure Patronatûs*, et idem eſt quod (cùm Epiſcopus inſtituit, ad Petitionem alterius) dicitur *Inſtitutio.*

5 Nonnulli quidem *alternatim*, et pro tali tantùm [illegible], Jus habent *Patronatus.*

6 ADVOCATIO dicitur, ubi PATRONUS *advocat* [illegible], ut, *ejus in loco*, præſentare poſſit ad Eccleſiam.

7 *Nominationis Præſentationis*, *Collationis*, *Advocationis*, et hujuſmodi generis varias Formulas [illegible] habebis accuratas, in *Formulario noſtro* [illegible], &c.

(b) 1 *in his caſibus.*] Supple: “Ante Admiſſionem Clerici [*MS. Antiq.*]

I

IV. Erga diem hujuſmodi, EPISCOPUS curabit, per CITATIONEM (ad effectum in præſenti Titulo mentionatum) *ſex Clericos*, et *ſex Laicos* [ex proximis Vicinis dictæ Eccleſiæ] intereſſe, die et loco aſſignatis, *ad ſubeundum* JURAMENTUM, *de fideliter inquirendo de et ſuper quibuſdam Articulis* (*eis, tunc et ibidem, miniſtrandis*) *Inquiſitionem Juris præſentandi ad dictum Beneficium, concernentibus:*

[2.] *Citatio* contra *ſex Clericos*, et *tot Laicos:*

[Eorum *Juramentum*]

V. Decernendum eſt etiam EDICTUM *publicum* [affigendum in Foribus exterioribus Eccleſiæ controverſæ, Divinorum tempore] contra omnes, *Jus aut Intereſſe*, in dicto Negotio, habentes, *vel* habere prætendentes, *ad intereſſendum, die et loco prædictis, ad proponendum eorum Intereſſe, in eâ parte, ſi quod habeant:*

[3.] Fiat Edictum *Publicum*, contra *omnes Jus habentes.*

VI. Erga *diem Comparitionis* perſonarum prædictarum citatarum [tam in *ſpecie*, quàm in *genere*] ARTICULI etiam *ſunt concipiendi*, ſuper *quibus*, per JURANDOS, *inquiri debet.*

[4.] Formentur *Articuli*, ſuper *Inquiſitione faciendâ*, de Jure Patronatûs.

Jus Patronatûs.

TITULUS CLXVII.

Articuli.

Tenor ſeu effectus ARTICULORUM *miniſtrandorum, in Negotio* (*quod dicunt*) DE JURE PATRONATÛS.

Formi *Articulorum*, ſuper *Inquiſitione* de Jure *Patronatûs*:

I. IMPRIMIS (*a*): *Quis, vel qui, præſentavit, aut præſentabant, ultimò ad Eccleſiam de* N. *ultimâ Vacatione ejuſdem*; *necnon pro duabus, vel tribus, ultimis ſeu poſterioribus Vacationibus dicti Beneficii?*

(Scilicet) Præſentavit *Quis? Quando?*

II. ITEM: *Utrùm perſona, ſeu perſonæ, quæ ultimò, ſeu dictis duabus, vel trinis ultimis Vicibus, vel Vacationibus præſentavit, vel præſentârunt, ad dictum Beneficium, ſic præſentârunt, vel præſentavit propriis eorum Titulis* (*b*)?

Quo Jure?

III. ITEM: *Utrùm aliquis ex Clericis præſentatis ſit notatus, aut ſuſpectus, de aliquo notorio ſeu famoſo Crimine, vel Hæreticæ, aut Simoniacæ Pravitatis, Perjurii, Adulterii, vel Ebrietatis?*

Quibus *gravibus Criminibus* (in genere) onerari poteſt *uterque Clericus præſentatus?*

IV. ITEM:

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Imprimis.*] Hìc omittitur *Articulus*, quem invenio in *Antiquo Codice MS. penes me, cum hiſce verbis*, videlicet:

2 " IMPRIMIS: *Utrùm Beneficium de* N. *vacet, ac quamdiu vacavit; ac utrùm per Mortem, vel Reſignationem ultimi Incumbentis ibidem, aut alio quocunque modo?*

(b) 1 *Propriis eorum Titulis.*] Hìc addas; *ut in omnibus habetur veteribus* MSS. Videlicet:

2 Poſt Verba [propriis eorum Titulis] " *Seu alterius Jure, vel ratione Advocationis?* Si ratione Advocationis; tunc, *A quo, ſeu cujus Jure, conceſſa, vel derivatâ fuit hujuſmodi Advocatio?*

An (ſpecificè) ſit *Simoniacus?*

IV. Item: *Utrùm aliquis ex Clericis præſentatis aliquid dederit, aut promiſerit [per ſe, aut per aliquam aliam interpoſitam perſonam, ſuo nomine, aut de ejus conſenſu, vel notitiâ] aliquam pecuniam, aut munus aliquod, directè, vel indirectè [ad effectum obtinendi Præſentationem de perſonâ ſuâ ad dictum Beneficium] Patrono ejuſdem, vel alii, qui dictum Clericum præſentavit, aut præſentari procuravit, aut obtinuit?*

Jus Patronatûs.

Proceſſus.

TITULUS CLXVIII.

De modo procedendi *tempore relationis* Mandati Citatorii, *in Negotio* Inquisitionis, ſeu (*quod dicunt*) De Jure Patronatûs.

Certificatorium Mandati Citatorii qualiter fieri debet?

I. Mandata *prædicta* (*a*) [tam contra *Clericos* et *Laicos*, quàm contra *Perſonas prædictas*, tam in *ſpecie*, quàm in *genere*] *ſunt debitè et authenticè* [videlicet; *aut* per Juramentum perſonale Mandatarii (qui hujuſmodi Mandata executus fuit) *vel* per Certificatorium authenticum, et authenticè ſigillatum, et ſcriptum in dorſis Mandatorum prædictorum] *certificanda:*

Introducto *Mandato Citatorio*, Fiat *Præconizatio*;

Pronunciatio Contumaciæ.

II. Et *factâ publicâ Præconizatione* pro *citatis hujuſmodi* [et in *ſpecie*, et in *genere*] eiſque comparentibus, *procedendum eſt in dicto Negotio*, in eorum *præſentiis*, et in pœnam *Contumaciæ* non comparentium [factâ priùs *pronunciatione* quòd ſint *Contumaces*] juxta *tenorem* Mandatorum *prædictorum.*

Forma Juramenti Inquiſitorum.

III. Et tunc *Laici* et *Clerici* Juramento onerandi ſunt, *de fideliter inquirendo de et ſuper* Articulis [tum miniſtratis, ac publicè lectis, et eis traditis] *ac de referendo eorum* Veredictum, *ſeu* Judicium, *eodem die*: Vel [ſi Cauſa ſit dubia] *infra biduum*, vel *triduum.*

Eorum *Veredictum*,

IV. Et ſi Juratores *ſeu* Inquisitores *prædicti* tulerint Veredictum, *ſeu* Judicium: *Talem* Patronum, *ſeu* Præsentatum *fuiſſe in poſſeſſione præſentandi, tempore ultimæ Vacationis dicti Beneficii*; Clericus Patroni *hujuſmodi*, ſi nulla præmiſſa obviant [ſcilicet; quæ in tertio vel quarto Articulis

OBSERVATIONES.

(a) *Mandata prædicta.*] De quibus ſuprà ſit mentio, in *Tit.* 166. §. 3, 4, 5.

culis (*b*), prædictis Inquiſitoribus, datis, continentur] *eſt admittendus.*

V. Et hìc notandum eſt; Quòd PATRONI *prædicti* ſolent curare, ut interſint (tempore Inquiſitionis prædictæ) ADVOCATI, et JURISPERITI in *Lege Municipali* hujus Regni, *ad informandum Conſcientias* JURATORUM, et *ad exhibendum* (*ſaltem oſtendendum*) *hujuſmodi* JURATIS INQUISITORIBUS, *Inſtrumenta, et Evidentias quaſcunque, pro* PROBATIONE *eorum* JURIS *in* PRÆSENTATIONE.

Adſint, *tempore Inquiſitionis* (de Jure Patronatûs) *factæ*, et *Legum Doctores*, et *Juriſconſulti* e Foro Seculari.

OBSERVATIONES.

(b) *Quæ in tertio et quarto Articulis.*] Scilicet; in §. 3, 4. *Tit.* 167. Legitur autem in *MS. Antiq.* " *Quæ in quarto et quinto Articu-* " *lis:* Alter enim *Articulus* (qui in *Tit.* 167. deſideratur) pro *primo*, inſeritur in *MS.* et ſuppletur per *Obs.* in *Tit.* 167. ſub *lit* (a) 2. Et inde mutatur *Articulorum hujuſmodi* Ordo numeralis.

Dilapidationes.

TITULUS CLXIX.

De Cauſâ DILAPIDATIONIS (*a*), *et contra* quos *inſtituenda eſt* (*b*).

Inſtitutio Actionis.

I. SI Epiſcopus, Rector, *ſive* Vicarius, dilapidaverit *Palatia, Manſionem, Eccleſias, Cancellum, Capellas, Ædes, vel alia Ædificia quæcunque,* ad Epiſcopatum, Rectoriam, *vel* Vicariam [quorum nuper ſtetit Epiſcopus, Rector, *vel* Vicarius] *ſpectantia*; tunc *proximus Succeſſor* agere poteſt *contra Prædeceſſorem ſuum* in Cauſâ *Dilapidationis, Ruinæ, vel Decaſûs* dicti Epiſcopatûs, Rectoriæ, *vel* Vicariæ:

Competit *Actio Dilapidationis* Succeſſori, *contra* Prædeceſſorem,

II. Et Epiſcopus, Rector, *vel* Vicarius agere poteſt, in Cauſâ prædictâ, *contra Executores* (*c*), *vel Adminiſtratores ultimi Incumbentis*; etiam

Prædeceſſore demortuo, *contra* Executores, *vel* Adminiſtratores ſuos;

OBSERVATIONES.

(a) *De Cauſâ Dilapidationis.*] Vide *Lynd. c.* 1. De Eccleſiis ædificandis, *per totum.* Vide *Conſt. Othob.* De domibus Eccleſiarum reficiendis; et ibi *Joh. Athon.* Vide *Stat.* An. 13. Eliz. *c.* 10.

(b) *Inſtituenda eſt.*] Hujus Tituli Deſcriptio talis eſt, in *MS. Antiq.* " *Quòd Cauſa* DILA- " PIDATIONIS *inſtituenda ſit*, contra *ultimum* " *Incumbentem*, vel *ejus Incumbentis Execu-* " *tores, vel Adminiſtratores*, per *modernum In-* " *cumbentem.*

(c) *Et Epiſcopus, Rector, vel Vicarius agere poteſt, in Cauſâ prædicta, contra Executores,* &c.] Varia Lectio talis eſt in *MSS.* " Et ſi " Epiſcopus, Rector, vel Vicarius contra quem " Actio hujuſmodi inſtituenda eſſet, fuerit mor- " tuus, ante Inſtitutionem Actionis hujuſmo- " di, modernus Epiſcopus, Rector, vel Vicari- " us agere poteſt, in Cauſâ prædictâ, contra " Executores, &c. [*ut ſuprà.*]

Etiamſi, *ſuo tempore*, Dilapidationes *non* contigerint;

etiam quamvis *Dilapidationes*, *Ruinæ*, *vel Decaſus* præmiſſorum *non contigerint ſuis temporibus* (*d*), ſed *temporibus ſuorum prædeceſſorum:*

Ratio.

III. Ratio eſt; *Quia iſti Executores, vel Adminiſtratores, habent conſimilem Actionem contra Executores, ſive Adminiſtratores, Anteceſſoris eorum Teſtatoris* (*e*), *ac potuerunt recuperare Valorem Reparationum hujuſmodi contra eoſdem, et* (*in non inſtituendo hanc Actionem*) *ſtetit, per eos, quò minùs recuperârunt.*

OBSERVATIONES.

(d) *Non contigerint ſuis temporibus*] Hìc adjicitur, in *MSS.* "Id eſt; temporibus ultimorum eorum Incumbentium.

(e) *Quia iſti Executores, vel Adminiſtratores, habent conſimilem Actionem contra Executores, et Adminiſtratores, Anteceſſoris eorum Teſtatoris.*] Ita legitur, in *MSS.* "Quia non ſolùm Incumbentes ultimi, ſed etiam eorum Executores, vel Adminiſtratores, habeant conſimilem Actionem contra Executores, vel Adminiſtratores, eorum Prædeceſſoris.

Dilapidationes.

TITULUS CLXX.

Excuſatio.

De cauſis quæ excuſant Epiſcopum, Rectorem, *vel* Vicarium, *et eorum* Executores, *vel* Adminiſtratores, *a Condemnatione in* DILAPIDATIONIBUS.

Cauſæ *Excuſationis*, a Dilapidationibus;

I. SI *Cauſa Dilapidationis* fuerit inſtituta *contra* Epiſcopum, Rectorem, *vel* Vicarium (*a*), *in cujus tempore Dilapidationes petitæ non contigerunt:*

Dilapidatio *non ſuo tempore:* *Hoc* probari debet,

II. Si Epiſcopus, Rector, *vel* Vicarius allegaverit, et probaverit, *Dilapidationes et Ruinas hujuſmodi non contigiſſe tempore Incumbentiæ ſuæ*; *et quòd ipſe, pro ratâ temporis* [id eſt; tanti temporis ſpatio quo ſtetit incumbens] *habitâ etiam ratione ad Valorem annuum Epiſcopâtus, Rectoriæ, ſive Vicariæ, et ad Onera eidem incumbentia, unà cum congruâ et neceſſariâ Suſtentatione, et Hoſpitalitate* [quas juxta ejus Dignitatem præſtare tenetur] *expoſuit et erogavit ſufficientem ſummam in Reparationibus rerum libellatarum*; *et quòd ultimus Incumbens ejuſdem* (*per quem Præmiſſa fuerunt dilapidata*) *ita ære alieno gravatus deceſſit, quòd non habuit bona, tempore mortis ſuæ, ex quibus hujuſmodi Decaſus poterant reparari:*

Et, pro ratâ temporis, *Expoſitio ſufficiens*;

Et quòd ultimus Incumbens obiit, et *non ſuit ſolvendo:*

III. Vel,

OBSERVATIONES.

(a) *Contra Epiſcopum, Rectorem, vel Vicarium.*] "Intellige Epiſcopum ad alium tranſlatum Epiſcopatum: et ſimiliter de Rectore, et Vicario, non moderno. [*MS. Antiq.*]

III. Vel, *Quòd dictus ultimus Incumbens, tempore Incumbentiæ ſuæ, inſtituit Actionem contra Prædeceſſorem ſuum (cujus tempore hujuſmodi Dilapidationes contigerunt) et quòd, Lite hâc pendente, Incumbens hujuſmodi mortem obiit; nullis conſtitutis Executoribus, et ita ære alieno gravatus, ut nullus audeat, aut velit, ejus Hæreditatem adire* [id eſt, Adminiſtrationem ejus bonorum acceptare.]

Vel, quòd ultimus Incumbens, *Lite* (de Dilapidationibus) *pendente, non ſolvendo*, demortuus eſt:

IV. Vel, *Quòd inſtituit Actionem contra Executores, vel Adminiſtratores, ultimi Incumbentis; et quòd illi, Sententiâ Judicis, liberati ſunt beneficio plenæ Adminiſtrationis, et Inſufficientiæ bonorum:*

Vel, Executores *plenè adminiſtrabant:*

V. Vel, *Quòd obtinuit Sententiam contra hujuſmodi Executores, vel Adminiſtratores; et quòd illi (Virtute Executionis ejuſdem Sententiæ) incarcerati fuerunt, ac ibidem Fatis ceſſerunt; nullis relictis bonis, ſaltem ſufficientibus ad ſolvendas Dilapidationes adjudicatas:*

Vel, obtentâ Sententiâ, *incarcerati*, abſque bonis, *deceſſerunt:*

VI. Et, *Quòd adhibuit omnem, quam potuit, Diligentiam pro Dilapidationibus hujuſmodi recuperandis* (*b*).

Et de *omnimodâ Diligentiâ*, pro recuperandis, *adhibitâ*.

OBSERVATIONES.

(b) *Recuperandis*] *Ad Calcem hujus Tituli*, hæc adduntur Verba [in *MS A. iq*] "*Reus in* "*caſibus prædictis, non eſt in Dilapidationibus,* "*vel in Expenſis* (*ſaltem, ſi Actor, ante Litem* '*inſtitutam, informatus fuerit de cauſis De*"*ſenſimis prædictæ*) *condemnandus, ſed ab* "*eiſdem abſolvendus.*

Dilapidationes.

TITULUS CLXXI.

De modo probandi DILAPIDATIONES, *et* RUINAS *Ædificiorum* [per ARTIFICUM Inſpectionem, *ex parte* ACTORIS.]

Inſpectio.

Modus *Inſpectionis*, ex Parte *Actoris:*

I. QUAMPRIMUM EPISCOPUS *ad* Epiſcopatum fuerit inſtallatus, et RECTOR ſeu VICARIUS inductus, *procurent* ARTIFICES [videlicet; *Fabrum lignarium, Tegularium*, et conſimiles Artifices] *in Ædificiis conſtruendis peritos, videre, inſpicere, et perſcrutari omnia Ædificia dilapidata, vel quæcunque Reparatione carentia:*

[Scilicet] Adhibendi ſunt *Artifices*, ad inſpiciendum *Dilapidationes:*

II. Et ſcribi curent; *pro quâ ſummâ*, quilibet ARTIFEX vult et poſſit *eadem reædificare*, et *conſtruere:*

Fiat *Æſtimatio:*

III. Et tunc ARTIFICES *apponere faciant eorum manus hujuſmodi Chartæ*; ut poſſint *eadem recordari*, cum fuerint *in* TESTES *vocati:*

Per *eoſdem* ſubſcribenda:

IV. Nam

Quandocunque (poſtea) *inſtituatur Actio.*

IV. Nam, factâ hâc INSPECTIONE, *Epiſcopus*, *Rector*, vel *Vicarius* poteſt *hanc Cauſam* DILAPIDATIONIS *inſtituere*, quandocunque *ſibi* placuerit.

Quid *teſtificare* debent *Artifices?*

V. Iſti ARTIFICES, ut probent *Intentionem* ACTORIS, deponere debent: *Quòd* [talis, *et* talis] *Ruina non poteſt ſufficienter reparari, aut emendari, minori ſummâ quàm* [tali] *ſummâ, nec eos velle minori ſummâ* (*caſu quo, ad id, conducti et ſalariati fuerint*) *hujuſmodi Ruinas reparare.*

Horum duo ſint, in *quâlibet Arte.*

VI. Et, ut hæc PROBATIO *fiat plena:* neceſſarium eſt, ut ex ARTIFICIBUS *prædictis* ſint *in quâlibet Arte* DUO; ut fiant PROBATIONES, *in omni Decaſu*, per DUOS TESTES, et non *unum*, *in ſingulari Arte*, *ſingularem Teſtem.*

Dilapidationes.

TITULUS CLXXII.

Inſpectio.

Quòd REUS, pro defenſione ſuâ, *admittendus eſt*, *in Cauſâ* DILAPIDATIONIS, *ad producendum* ARTIFICES, *ad inſpiciendum* RUINAS, *et* DECASUS *libellatos.*

Modus *Inſpectionis*, ex Parte *Rei:* [Videlicet] Si depoſuerint *Artifices*, de *Summâ exceſſivâ erogandâ*,

I. SI *Teſtes* ACTORIS in hujuſmodi *Cauſâ* DILAPIDATIONIS [aut *in favorem Producentis*, aut *quia Pars, eos producens, eos conduxit*, aut *conducere promiſit, ad Decaſus hujuſmodi conſtruendos et reparandos*] depoſuerint, *hujuſmodi Ruinas non poſſe reparari ſine* [tali] *Summâ exceſſivâ, aut admodum magnâ* [ſaltem, *in Opinione* REI.]

Reus allegabit, *minorem ſufficere;*

II. Licitum eſt REO, in hoc caſu, *hujuſmodi Exceſſus* allegare; et particulariter proponere [tales, *et* tales] *Res libellatas poſſe benè et ſufficienter reparari, et emendari* [tali, *et* tantâ] *Summâ:*

Et habebit *ad inſpiciendum*, per *Artifices:*

Fiat *Monitio* ad hunc effectum.

III. Et, ad *hujuſmodi allegata* probanda, REUS eſt admittendus, *ad introducendum* ARTIFICES, *ad inſpiciendum omnes et ſingulas Ruinas, ſeu Res dilapidatas*; monenduſque eſt *modernus* EPISCOPUS, RECTOR, ſeu VICARIUS, *ad permittendum hujuſmodi* ARTIFICES, *ad faciendum Scrutinium, et ad inſpiciendum Decaſus hujuſmodi*; et *ut permittat* REUM, *vel ejus* PROCURATOREM, *etiam intereſſe, ſi voluerit.*

Datur *Exceptio* contra *Artifices* hincinde,

IV. Contra hujuſmodi reſpectivè ARTIFICES [tam ACTORIS, quàm REI] proponi poſſunt EXCEPTIONES *contra* PERSONAS *et*

Dicta; et Partibus *hincinde litigantibus* licet, Judicium *ſive* Relationem *horum* Artificum [per *plures, ac alios magìs peritos* Artifices] *reprobare* (*a*).

Et *eorum Reprobatio*, per *peritiores.*

OBSERVATIONES.

(a) *Reprobare.*] Deinde ſequuntur hæc [in *Vet. MSS.*] *Allegandus eſt etiam hujuſmodi Ex-* " *ceſſus, et petenda eſt hujuſmodi Inſpectio Rerum* " *dilapidatarum, ante Concluſionem in Cauſâ*; " niſi proponatur per *viam Exceptionum* con- " tra *Teſtes Actoris*, ad probandum *eos eſſe per-* " *juros.*

Dilapidationes.

Defalcatio.

TITULUS CLXXIII.

In quo caſu integræ Ruinæ (et Decaſus) *non ſunt* Incumbenti *allocandæ.*

I. Si *Epiſcopatus, Rectoria*, vel *Vicaria* vacaverit, et Paſtoris *ſolatio* deſtituta fuerit, per *tres* aut *quatuor annos*, vel *conſimile tempus*, ante tempus Installationis *Epiſcopi*, vel Inductionis *Rectoris*, vel *Vicarii*, intendentis agere in *Cauſâ* Dilapidationis, in *quo tempore*, de veriſimili, *multæ* Ruinæ *et* Decasus *contigerunt:*

Si Beneficium *diu vacaverit* ruinoſum, ante *Inductionem*;

II. Vel ſi *Epiſcopus, Rector*, vel *Vicarius*, non inſtituit Actionem, *in Cauſâ* Dilapidationis, infra *quoſdam annos* à tempore Installationis, vel Inductionis, nec *hujuſmodi* Ruinas per Artifices *inſpici* curaverit, intra *tot annos*, in *quibus* etiam (ut ſuprà dicitur) *diverſæ* Ruinæ *contigerunt.*

Vel, ſi *diutinè*, poſt *Inductionem*, nulla *Actio* inſtituta, vel *Inſpectio* facta fuit; de *Dilapidationibus*;

III. In *his caſibus*, quamvis *Epiſcopus, Rector*, vel *Vicarius* probaverit Ruinas *prædictas* [cum poſt *tot annos*, ab Artificibus *prædictis*, inſpectæ fuerint] *extendiſſe ad* [talem] *Summam*, non recuperabit *integram Summam:*

Integra Summa, pro *cunctis* Decaſibus, *haud* allocanda eſt;

IV. Sed defalcanda eſt *tanta Summa, quantam* Artifices *prædicti judicabunt*, de veriſimili, *contigiſſe* inter *tempus* Vacationis *Beneficii*, et Inspectionis Ruinarum *hujuſmodi.*

Fiat *ergo Defalcatio*, quoad *Dilapidationes*, a Vacatione Beneficii, ad tempus Inſpectionis earundem, *intervenientes.*

V. Circumſpectus igitur Procurator Rei ſolet, in *his caſibus*, inter cætera Interrogatoria, quæ *Teſtibus* Adversarii miniſtrat, eoſdem *Teſtes* interrogare; *Ad quam, et quantam Summam* (*eorum Judicio, et Arte*) Decasus *rerum petitarum in Libello, contingentes* tempore *tantæ* Vacationis, vel *ante* Inspectionem *prædictam*, de veriſimili, *extendunt* (*a*)?

Interrogatoria per *Reum* (his in caſibus) *miniſtranda*;

De *Ruinis* (ſcilicet) durante Vacatione Beneficii, *vel* ante Inſpectionem earundem, *incidentibus*.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Extendunt*] Supple; " *Et ſi Reus, ex* " *Reſponſis hujuſmodi Teſtium, ad Interrogato-* " *ria, non relevatus fuerit, admittendus eſt ad* " *probandum Decaſus hujuſmodi.* [MS. Antiq.]

Decimæ.

TITULUS CLXXIV.

Monitio.

De MONITIONE *contra* PAROCHIANOS, ad ſolvendum *eorum* DECIMAS, *ſub pœnâ* SUSPENSIONIS *ab Ingreſſu Eccleſiæ*, et EXCOMMUNICATIONIS.

Forma *Monitionis* contra *Parochianos, in genere*, in pœnam Canonis incidentes, *in non ſolvendo Decimas.*

I. IMPRIMIS, impetranda eſt MONITIO *nomine* JUDICIS *competentis*; utpote, de *Arcubus*, vel *Audientiæ* (*a*); vel *Epiſcopi*, ſeu *ejus Officialis principalis* [ſed quære de inferioribus Judicibus] *ad peremptoriè monendum omnes et ſingulos Parochianos, quatenus ſolvant, ſeu ſolvi faciant eorum Decimas* (*b*) N. *Rectori* [ſive *Vicario*] de M. *ſub pœnâ Suſpenſionis ab Ingreſſu Eccleſiæ, et majoris Excommunicationis Sententiæ, contra non ſolventes Decimas poſt Monitionem Canonicam et legitimam, in eos ferendæ et promulgandæ.*

Alia Formula.

II. In MONITIONIBUS *antiquis* (in his caſibus) *uſitatis*, loco horum Verborum [*ferendæ et promulgandæ*] hæc Verba [*ipſo facto, latæ et promulgatæ*] ſcribebantur; ſed quære, *quare nunc omittuntur?*

Contenta *ulteriora.*

III. Sed in MONITIONE *hujuſmodi* mentio facienda eſt, N. *eſſe Rectorem* [vel *Vicarium*] *et quòd Parochiani recuſant ſolvere ſuas Decimas.*

Qualis eſt *Monitio*, ſi *omnes* Parochiani *ſolvere recuſent?*

IV. Si *omnes* PAROCHIANI recuſaverint *ſolvere ſuas Decimas*, tunc [quoniam *omnes* perſonaliter moneri, *commodè* non poſſunt] concedenda eſt MONITIO *viis et modis*, ut poſſit publicè, *die Dominico*, ac *Divinorum tempore*, in *dictâ Eccleſiâ Parochiali*, publicari et denunciari:

Qualis, ſi *pauci?*

V. Sed ſi *quædam certæ perſonæ* recuſaverint, tunc [quia *facilè* conveniri poſſunt] *ordinaria, et perſonalis* MONITIO (*c*) decernenda eſt.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Audientiæ.*] Vide *Operis Prolegom.* cap. 3. §. 1'.

(b) *Decimas.*] Vide *Lynd.* De Decimis; *Lib.* 3 *Tit.* 16 *per totum.*

(c) 1 *Ordinaria et perſonalis Monitio.*] Hodie *Citatio*, prout in cæteris *Cauſis Ordinariis*, emanare ſolet, in *hunc modum*:

2 JOHANNES, &c. *Univerſis et ſingulis*, &c. SALUTEM: *Vobis conjunctim et diviſim committimus, ac firmiter injungendo mandamus, quatenus citetis, ſeu citari faciatis peremptoriè* N. &c. *quòd compareat coram*, &c. [tali tempore, et loco] *cuidam* M. &c. *in quâdam Cauſâ Subſtractionis Decimarum, ſeu Emolumentorum Eccleſiaſticorum, de Juſtitiâ, reſponſurus: ſub pœnâ Juris, et Contemptûs.*

3 Quâ *Citatione relatâ*, Parteque citatâ *non comparente*, DOMINUS JUDEX *eam* pronunciare ſolet *Contumacem*; eamque, in *pœnam Contumaciæ* ſuæ hujuſmodi, *excommunicandam fore* decernit.

Decimæ.

TITULUS CLXXV.

De Executione, et *Certificatorio* MONITIONIS *contra* PAROCHIANOS, *ad ſolvendum* DECIMAS (*a*).

Certificatorium.

I. SI MONITIO prædicta fuerit *generalis,* et (ut prædicitur) *Monitio viis et modis,* ea eſt *publicè denuncianda,* ut ſuprà (*b*):

Qualis eſt *Executio Monitionis,* contra Parochianos, *in genere?*

II. Et ſi (hâc *Monitione* non obſtante) PAROCHIANI *ſuas Decimas ſolvere recuſaverint,* certificandum eſt, *quo die,* et *per quem, denunciata et publicata fuit.*

Certificatorium ejuſdem, Quale?

III. Si verò MONITIO emanavit contra *quoſdam* PAROCHIANOS, ea eſt exequenda, *et* certificanda, prout *Originalis* CITATIO (*c*), *in quâcunque Ordinariâ Cauſâ.*

Quomodo fit *Executio et Certificatorium Monitionis,* contra Parochianos, *in Specie?*

OBSERVATIONES.

(a) *Ad ſolvendum Decimas.*] Quoad contenta in hoc Titulo, Vide *Obs.* in *Tit.* 174. ſub *lit.* (c).

(b) *Publicè denuncianda, ut ſuprà.*] Scilicet; in *Tit.* 174. §. 4.

(c) *Et exequenda et certificanda, prout Originalis Citatio.*] De Executione Citationis originalis, ſeu primariæ; Vide *Tit* 21. De Certificatorio ejuſdem; Vide *Tit.* 25, 26.

Decimæ.

TITULUS CLXXVI.

De petitione *Procuratoris* poſt MONITIONEM *relatam,* ſi PAROCHIANI, *moniti* ad ſolvendum, DECIMAS non ſolverint (*a*).

Proceſſus contra non ſolventes.

I. RELATÂ *dictâ* MONITIONE *Procurator* ACTORIS allegabit, ut ſequitur:

Relatio *Monitionis,* contra *Parochianos.*

II. *Exhibeo Procuratorium meum pro* N. *ac facio me Partem pro eodem; ac allego Dominum meum ſuiſſe et eſſe Rectorem* [vel Vicarium] *Eccleſiæ Parochialis de* M. *ac pro tali communiter reputatum; et quòd, Jure Eccleſiæ ſuæ hujuſmodi, percipere debet omnes Decimas, ac Jura quæcunque Eccleſiaſtica, creſcentia, et renovantia, infra eandem Parochiam; quódque, præmiſſis non obſtantibus* [tales] (nominando omnes monitos prædictos) *eòrum Decimas ſolvere recuſârunt, ſeu plus juſto diſtulerunt; quódque fuerunt, Authoritate*

Exhibitio *Procuratorii,*

Allegatio Procuratoris, *apud Acta,*

OBSERVATIONES.

(a) *Non ſolverint.*] Quoad contenta in hoc Titulo, Vide *Obs.* in *Tit.* 174. ſub *lit.* (c).

Decimæ.

thoritate veſtrâ, Reverende Judex, *legitimè et peremptoriè, primò, ſecundò, et tertiò, moniti ad ſolvendum hujuſmodi Decimas dicto* N. *Rectori* [ſive Vicario] *ſub pœnâ Sententiæ Excommunicationis, in eos ferendæ* [vel potius; *ſub pœnâ declarationis, eos incidiſſe in Sententiam Excommunicationis, in Jure latam*] *prout in Mandato prædicto, et Certificatorio ejuſdem, apparet: Et quòd (hujuſmodi Monitione non obſtante) Decimas ſuas dicto Rectori ſolvere expreſſè recuſârunt, in pœnas (contra non ſolventes Decimas poſt Monitionem Canonicam) latas, incidere non formidantes:*

Petitio Citationis contra *monitos*, Decimas non ſolventes, *ad comparendum et videndum ſeipſos in Sententiam Excommunicationis incidiſſe pronunciari.*

III. Unde *peto eos citandos fore decerni, ad comparendum* [talibus die et loco] *ſeipſos, propter non ſolutionem Decimarum dicto Rectori, et in non parendo Monitioni veſtræ antedictæ, excommunicari* [ſeu potiùs; *in Sententiam Excommunicationis incidiſſe*] *pronunciari et declarari viſuros et audituros.*

Decretum *Judicis.*

IV. Judex: *Decernimus.*

Praxis antiqua fuit, pronunciare canonice monitos, *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis*; abſque novâ *Citatione* prædictâ:

V. *Temporibus retroactis practicari ſolebat*, quòd ſi Parochiani moniti fuerunt, *ad ſolvendum eorum Decimas* (modo et formâ (*b*) prædictis) *et tamen eas non ſolverint*, Judex [relatâ Monitione hujuſmodi, factâque fide de *Executione ejuſdem*, ac præſtito Juramento corporali, perſonaliter, per Rectorem, tales Parochianos *monitos*, ut ſuprà, *et requiſitas ad ſolvendum ſuas Decimas, eas non ſolviſſe*, nullâ præcedente Citatione, ad effectum *in præſenti Titulo* ſpecificatum] *ſolebat pronunciare, eoſdem monitos Contumaces, et incidiſſe in Sententiam Excommunicationis, latam contra non ſolventes Decimas poſt Canonicam Monitionem:*

Praxis hodierna, qualis?

VI. *Nunc verò practicatur* (admodum tamen raro) prout *in Titulo proximè ſequenti:*

An *hodierna* potior *antiquâ*?

VII. Sed utrùm *hæc moderna* Praxis ſit Juri *magìs conſona*, quàm *antiqua illa* Praxis? Quære *a Peritis.*

OBSERVATIONES.

(b) *Modo et formâ prædictis.*] Scilicet; ut habetur in *Tit.* 174. *per totum.*

TITU-

Decimæ.

TITULUS CLXXVII.

De modo procedendi, *ſi* PAROCHIANI *citati* non comparuerint (*a*).

Proceſſus contra non ſolventes.

Certificatorium Citationis, quid?

I. CERTIFICETUR dicta CITATIO (*b*) authenticè [ut in Titulo, *De Certificatorio* (*c*), &c.]

Citati, ad videndum ſeipſos in Sententiam Excommunicationis incidiſſe pronunciari, non comparentes, non ita *incidiſſe* pronunciantur; ſed excommunicantur, *in non comparendo.*

II. Et ſi citati *non comparuerint*, ex *hodiernâ* PRAXI [quamvis citati fuerint *ad certum illum effectum*, in præcedenti Titulo, *ſpecificatum* (*d*)] excommunicandi ſunt, *in pœnam Contumaciarum in non comparendo*; et non pronunciandi ſunt *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis prædictam*; ſed quære (*e*).

Ex *Praxi potiori*, fiat *Primaria Citatio cum Intimatione*, quòd (Decimis non ſolutis) Moniti *et* Citati *ſive venerint, ſive non*, pronunciandi ſint *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis.*

III. Ad tollendum igitur et evitandum omnem in hâc parte quæſtionem, inſeratur, in dictâ Citatione, INTIMATIO; *Quòd ſi moniti non ſolverint Decimas, nec citati ad effectum prædictum comparuerint, et cauſas ſufficientes allegaverint, ob quas Decimas hujuſmodi ſolvere non tenebantur, Judex intendit pronunciare eos incidiſſe in dictam Sententiam Excommunicationis, eoſque pro Excommunicatis eſſe denunciandos.*

Relatâ *Citatione*, cum *Intimatione*, non comparentes pronuncientur *Contumaces*, et incidiſſe in Sententiam *Excommunicationis*; Deinde fiat *Denunciatio*; *Significatio*; *Incarceratio*;

IV. *Relatâ* et authenticè *certificatâ* hâc CITATIONE cum INTIMATIONE, ac *accuſatâ*, in formâ Juris, *Contumaciâ* citatorum *et* intimatorum, eiſque *non comparentibus*, nec *cauſam aliquam allegantibus* [ut ſuprà] pronunciandi ſunt *incidiſſe in dictam Sententiam Excommunicationis*, et ſunt *pro talibus* denunciandi:

Dentur *Expenſæ.*

V. Et, ſi perſtiterint *in eâdem* (*f*), ſignificandi (*g*), *et* in Carceribus detinendi ſunt; donec *ſatisfecerint*, non ſolùm ECCLESIÆ, *pro Contemptu* (*h*), verùm etiam *ſolverint* RECTORI tam DECIMAS *ſubtractas*, quàm EXPENSAS *Litis*, et *Contumaciæ* (*i*).

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Non comparuerint*] Quoad contenta in hoc Titulo, recurramus ad *Obs.* in *Tit.* 174. ſub *lit.* (c).

(b) *Dicta Citatio.*] De quâ fit mentio in *Tit.* 176. §. 3.

(c) *Ut in Titulo de Certificatorio.*] Vide *Tit.* 25. 26. *per totum.*

(d) *In præcedenti Titulo ſpecificatum.*] Scilicet; §. 3.

(e) *Sed quære.*] Hæc Verba ſunt in *MSS.* " Quære tamen, an non poſſint pronunciari, " *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis?*

(f) *Si perſtiterint in eâdem.*] Per quadraginta dies.

(g) *Significandi.*] Aliàs legitur; " *Significandum eſt Regiæ Majeſtati.*

(h) *Non ſolùm Eccleſiæ, pro Contemptu.*] Vide *Tit.* 41. §. 2. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c).

(i) *Contumaciæ.*] De Expenſis Contumaciæ; Vide *Obs.* in *Tit.* 46.

Decimæ.

Proceſſus contra non ſolventes.

TITULUS CLXXVIII.

De modo procedendi, *ſi* PAROCHIANI *cittati* comparuerint.

Quid ſi *Parochiani* comparentes *ſolvere recuſant Decimas?*

I. SI PAROCHIANI *citati* [*ad dicendum cauſam quare* (*a*) *non deberent excommunicari*, ſeu *pronunciari incidiſſe in Sententiam Excommunicationis*, *pro non ſolutione Decimarum juxta* MONITIONEM, *in eâ parte*, *in eos executam*] comparuerint, et allegaverint *ſe non teneri ſolvere Decimas Parti agenti*, *donec conſtiterit de ejus Intereſſe in Decimis* (*b*) [mentionatis in dictis Monitione et Citatione.]

Forma *Allegationis Rectoris*, de *Intereſſ' ſuo* Decimas petendi.

II. Tunc ACTOR tenetur allegare et probare *Intereſſe ſuum* (id eſt) ſi ſit RECTOR; *Quòd*, *ad* [tot] *Annos elapſos*, *canonicè admiſſus*, *inſtitutus*, *et inductus fuit ad dictam Eccleſiam*; *et quòd ſit in pacificâ Poſſeſſione ejuſdem*; *et Curæ Animarum ejuſdem* (*tam in Sacramentis miniſtrandis*, *quàm in Divinis celebrandis*) *inſervit*; *et quòd ibidem perſonaliter reſidet*; *et pro* RECTORE *legitimo*, *et Canonico Poſſeſſore ejuſdem Eccleſiæ*, *ſit communiter dictus*, *habitus*, *et reputatus.*

Decimæ, *de Jure*, debentur *Rectori.*

III. Si REI fateantur *hæc allegata*, ſufficienter fundatum eſt *Intereſſe* RECTORIS; nam in eo ſequitur, *ex* PRÆSUMPTIONE JURIS, *Decimas omnes ejus Parochiæ ad* EUM *ſpectare*;

Intereſſe Rectoris negatum quomodo probatur?

IV. Si verò REI inficiantur *allegata dicti* ACTORIS facilè probantur, per *ſolam Exhibitionem Literarum* INSTITUTIONIS et INDUCTIONIS *dicti* RECTORIS: Probare tamen debet [per REORUM *Confeſſionem*, vel per TESTES] *ipſam* INDUCTIONEM: Quia MANDATUM, *ad inducendum*, non probat *realem* INDUCTIONEM (*c*).

Intereſſe Vicarii negatum qualiter probandum?

V. Si verò VICARIUS egerit in hujuſmodi Cauſâ, et *Jus ſeu Intereſſe ſuum* fuerit (ut ſuprà) per REOS *conventos* negatum (*d*), *oportet* EUM non ſolùm probare INSTITUTIONEM *et* INDUCTIONEM

OBSERVATIONES.

(a) *Ad dicendum cauſam quare*, &c.] Omittamus hanc Clauſulam, hiſce Signaculis [ ] ſuperiùs incluſam; nam hodie parùm in uſu eſt. Vide, de hoc, etiam *Obs.* in *Tit.* 174. ſub *lit.* (c)

(b) *Donec conſtiterit de ejus Intereſſe in Decimis.*] "Videlicet; quòd ſit *Rector.* [*MSS*]

(c) *Mandatum, ad inducendum, non probat realem Inductionem.*] Nullum enim cujuſmodicunque *Mandatum* probat *Actum realem.*

(d) *Ut ſuprà, per Reos conventos, negatum.*] Ut ſuprà, in §. 1. hujus Tituli.

TIONEM *ſuas* (ut ſuperiùs notatur quoad (*e*) RECTOREM) ſed etiam *quòd habet* [aut ex COMPOSITIONE, aut FUNDATIONE VICARIÆ (*f*), aut ex *legitimâ* PRÆSCRIPTIONE] *Jus percipiendi Decimas, per eum, petitas:* *Decimæ.*

VI. Quia (ut ſuprà (*g*) dicitur) VICARIUS *non habet, pro ſe,* PRÆSUMPTIONEM JURIS. Decimæ, de *Jure*, non debentur *Vicario.*

VII. Sed ſi REI (citati, ut ſuprà) non negaverint *Intereſſe* ACTORIS, ſed illud [id eſt; quòd eſt RECTOR, vel VICARIUS] fateantur, negant tamen *eos ullas ſubtraxiſſe Decimas*; quia forſan *eaſdem ſolverant,* aut aliter *pro eiſdem compoſuerant:* Cùm (a *Parochianis*) prætenditur *Solutio,* ſeu *Compoſitio,*

VIII. Tunc ACTOR allegare et probare tenetur, REOS [tales] *habuiſſe Decimas* [tali] *tempore, infra dictam Parochiam, quas ſubtraxerunt, non obſtante Monitione prædictâ:* Forma *Allegationis* Actoris:

IX. Et etiam allegare tenetur, *dictos* REOS, *ratione præmiſſorum, incidiſſe in Sententiam Excommunicationis,* contra *non ſolventes Decimas, poſt legitimam et canonicam Monitionem, ferendam et promulgandam* [ſeu potiùs *latam et promulgatam*] *Alter* ejuſdem *Articulus:*

X. Et, in *concluſione* Petitionis *ſeu* Allegationis hujuſmodi, petat *Jus et Juſtitiam*; *dictoſque* REOS *pronunciari incidiſſe in dictam Sententiam Excommunicationis; ac pro talibus denunciandos eſſe* (*h*). *Petitio,* quâ concluditur *Allegatio.*

XI. Admiſſâ iſtâ Allegatione, ſi REI *producti* [virtute *Juramenti,* ſeu *aliàs*] faſſi fuerint, *ſe Decimas quaſdam habuiſſe, et percepiſſe, infra dictam Parochiam,* et ſi REI non allegaverint et probaverint *Solutionem Decimarum* [ſeu *aliam exceptionem* (*aut cauſam*) *ſufficientem* non *Solutionis*] procedere poteſt JUDEX, (ad petitionem ACTORIS) *ad Prolationem Sententiæ ſuæ* (videlicet) Verbo tenùs, *vel* in Scriptis, pronunciare REOS *propter non Solutionem* (*non obſtante prædictâ Monitione Canonicâ*) *Decimarum* ACTORI *debitarum, incidiſſe in Sententiam Excommunicationis, a Jure* (*in hoc caſu*) *latam, et eſſe pro talibus publicè denunciandos:* Decimarum *Solutione* non *probatâ,* Ferenda eſt *Sententia,* (Scilicet) *Reos* incidiſſe in *Excommunicationem,* a Jure *latam:*

XII. Condemnandi ſunt etiam REI in EXPENSIS *Litis:* Dentur *Expenſæ;*

XIII. Et REI non ſunt *ab hujuſmodi Sententiâ Excommunicationis abſolvendi,* donec ſolverint, aut compoſuerint cum ACTORE, *pro Decimis ſubtractis,* et ſatisfecerint ECCLESIÆ, *pro Contemptu* (*i*). Quando Rei (*in non ſolvendo*) *excommunicati,* ſint abſolvendi?

XIV. Hìc

OBSERVATIONES.

(e) *Ut ſuperiùs notatur quoad Rectorem*] Scilicet; per *Reſponſa Partis adverſæ,* ſeu per *Teſtes,* ut in § 4

(f) *Vicariæ.*] Vide *Conſt. Othon.* c. *ad Vicariam,* et ibi *Joh. de Athon.*

(g) *Ut ſuprà dicitur.*] §. 3.

(h) *Denunciandos eſſe.*] ſupple [prout in *MSS.*] " *Et in Expenſis condemnari.*

(i) *Et ſatisfecerint Eccleſiæ, pro Comtemptu.*] Vide *Tit.* 41. §. 2. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c)

Probans *ſe* eſſe *Vicarium*,

XIV. Hìc duo notanda ſunt; *Primò*; quòd quamvis probatur [ſive per REI *Confeſſionem*, ſive per TESTES] [talem] (id eſt, ACTOREM) *eſſe* VICARIUM *Eccleſiæ*, et *quòd* REI *habuerunt Decimas infra eandem Parochiam:*

Probabit etiam *Jus percipiendi Decimas*.

XV. Si tamen REI negaverint *eas ſpectare ad* VICARIUM, tenetur VICARIUS (ut ſuperiùs (*l*) notatur) *probare Jus ſuum in eiſdem* [Quia non, *pro ſe*, *habet* JURIS PRÆSUMPTIONEM] alioquin cadet in Cauſâ (*m*).

Si Excommunicati, *in non ſolvendo* (ad obtinendum beneficium Abſolutionis) *offerent Decimas* [ſeu Valorem]

Quas (plus petendo) *Actor recuſat*,

Deponentur *Oblata*, ad Valorem,

Emaneat *Citatio*, contra *Actorem*, ad recipiendum *Oblata*,

Et ad dicendum cauſam, *quare* non fiat *Abſolutio*.

XVI. *Secundò*; dato; *quòd* REI (*in caſibus prædictis*) *excommunicati*, *et denunciati*, *cupiunt ab hujuſmodi Sententiâ abſolvi*, *ac Sacramentis Eccleſiæ et Communioni fidelium reſtitui*; *et parati ſunt ad ſolvendum eorum Decimas ſubtractas*; vel *verum Valorem earundem* [cùm Decimæ in ipſis Speciebus non extant] *et ſatisfacere Eccleſiæ*, *pro hujuſmodi Contemptu*; Et tamen RECTOR [vel VICARIUS] plus petendo [tam quoad quantitatem, quàm quoad valorem earundem] quàm quod debeatur, *recuſat Oblata recipere*; REI (in hoc caſu) poſſunt adire JUDICEM, qui prædictam SENTENTIAM tulit, et (ſuo periculo) *deponere verum Valorem Decimarum quarumcunque debitarum* (*n*), et petere, ut JUDEX (*o*) decernat RECTOREM [ſeu VICARIUM] vocandum fore, *ad recipiendum dictam Summam oblatam*, et *ad dicendum cauſam*, *quare dicti* REI *a dictâ Sententiâ Excommunicationis abſolvi*, *et Sacramentis Eccleſiæ*, *et fidelium Communioni*, *reſtitui non debeant*.

Quomodo abſolvuntur *Rei*, in pœnam *Actoris* non comparentis?

XVII. Si RECTOR non comparuerit [relato Mandato citatorio antedicto, et ſervatis de Jure, in eâ parte, ſervandis] REI ſunt [in pœnam *Contumaciæ* ACTORIS] abſolvendi (*p*), *factâ priùs fide*, *de parendo Juri*, *et ſtando Mandatis Eccleſiæ*, ſolutiſque EXPENSIS *Contumaciæ*, ſed non EXPENSIS *Litis*, quia *illæ* (*q*) ſunt primò *taxandæ*, et PARS ad *eaſdem ſolvendas* monenda eſt.

XVIII. Sed

OBSERVATIONES.

(*l*) *Ut ſuperiùs notatur.*] §. 5, 6.

(m) Alioquin cadet in Cauſâ.] Vide *Obs.* in *Tit.* 179. ſub *lit.* (c).

(n) *Quarumcumque debitarum.*] Hìc ſupple [prout in *MS. Antiq.*] "Et offerre ſe promptos et paratos *ad ſolvendas quaſcunque Expenſas, de* JURE *debitas*, et *per* JUDICEM *taxandas*; atque ad præſtandum Juramentum, "*de parendo Juri, et ſtando Mandatis Eccleſiæ*, "et petere *beneficium Abſolutionis eis impendi*.

(o) *Et petere, ut Judex.*] Quoad *hæc Verba*, cum *cæteris* (in § 16.) *ſequentibus*, hæc *varia Lectio* eſt [in quodam, penes me, *MS. Antiq.*] "JUDEX tamen (quia, *abſentibus Partibus*, ignorat utrùm, *juſtus Valor Decimarum* offeratur) decernere ſolet *Rectorem* [ſeu Vicarium] "*vocandum fore, ad dicendum cauſam, quare dicti Rei à dictâ Sententiâ Excommunicationis abſolvi, et Sacramentis Eccleſiæ, et Communioni Chriſti fidelium reſtitui, non deberent*: "Et in Citatione hujuſmodi mentio fienda eſt "*Oblationis*, et *Petitionis Reorum*.

(p) *Abſolvendi.*] "Nam JUDEX, *in abſolvendo*, "non debet eſſe difficilis. *MSS.*

(q) *Quia illæ.*] Scilicet; Expenſæ Litis: Vide ſuprà, *Obs.* ſub *lit.* (n).

XVIII. Sed ſi ACTOR comparuerit, et *Summam oblatam recipere* (*r*), *in plenam Solutionem*, recuſaverit, tunc *Summa oblata* [unà cum EXPENSIS *de Jure debitis*, et per JUDICEM *taxandis*] *dimittenda eſt apud* ACTA [ut in cæteris Cauſis *Subtractionum Decimarum* (*ſ*)] et ACTOR tenetur allegare, ſpecificare, et probare *quas Decimas* REUS *ſubtraxit*, et *verum Valorem earundem.*

Actore comparente, Oblata recuſata (penes Regiſtrum) *relinquenda ſunt.*

XIX. Si ACTOR *majorem ſibi debere Summam* probaverit, *eandem* obtinebit, cum *novis* EXPENSIS:

Actor, *plus deberi* probans, *ulteriores* obtinebit *Expenſas:*

XX. Si verò non probaverit, *condemnandus eſt in* EXPENSIS, *per* REOS [pendente hâc quæſtione, inter RECTOREM et REOS PAROCHIANOS, de *Quantitate*, vel de *Valore* Decimarum] *factis*, et PAROCHIANI ſunt abſolvendi *a dictâ Sententiâ Excommunicationis:*

Secùs; Reus obtinebit *Expenſas*, eâ Occaſione, factas,

Et *abſolvetur:*

XXI. Quia non contenditur *de Jure decimandi*, aut de *Jure Eccleſiæ*, ſed *de privato Jure* RECTORIS (videlicet) de *Valore*, et *Quantitate*, quæ ſolùm ſpectant *ad beneficium*, et *commodum privatum*, ipſius RECTORIS (*t*).

Ratio.

OBSERVATIONES.

(r) *Et Summam oblatam recipere.*] Quoad hanc *Sectionem*, hæc *varia Lectio* eſt [in *MS. Antiq.*] Videlicet; "Sed *ſi Actor comparuerit*, "Summa *aliàs* oblata eſt *de novo* offerenda, in "præſentiâ *Partis comparentis*, et dimittenda "eſt *apud Acta* [ut in Cauſis *Subtractionum* "*Decimarum*] et hæc *Oblatio* fienda eſt *unà* "*cum Expenſis* de *Jure* debitis, et per *Judi-*"*cem* taxandis: Si Actor *Oblationem hujuſmo-*"*di recuſaverit*, tenetur allegare, ſpecificare, "et probare *quas Decimas Reus ſubtraxit*, et "*Valorem earundem.*

(ſ) *Dimittenda eſt apud Acta, ut in cæteris Cauſis Subtractionum Decimarum.*] Vide, de hoc, *Tit.* 180. §. 4, 5.

(t) *Rectoris.*] Tum in *Vet. MSS.* ſequuntur hæc Verba; Scilicet: "Sed quia Rei cùm moniti et citati fuerunt (ut ſuprà) ad ſolven-"dum eorum Decimas, eaſdem non ſolvebant, "ſed pronunciati fuerunt Contumaces, et inci-"diſſe in Sententiam Excommunicationis, et pro "talibus denunciati fuerunt, priuſquam com-"paruêre; et quia, per Oblationem ſuprà men-"tionatam, faſſi fuêre ſeſe Decimas debere "Actori, et in hâc Lite ſolummodo contendi-"tur de Valore, et Quantitate Decimarum; Ac-"tor, in hoc caſu, petere poteſt, ut condem-"narentur in prioribus Expenſis, factis ante "Oblationem prædictam, et taxandæ ſunt hu-"juſmodi Expenſæ, et Rei ad Solutionem "earundem compellendi ſunt, non obſtante hâc "ultimâ Lite.

Decimæ.

TITULUS CLXXIX.

Quòd CONSUETUDINES *de modo et formâ decimandi, et* IMMUNITATES *non ſolvendi Decimas*, poſſunt allegari *coram* JUDICE ECCLESIASTICO.

Conſuetudo.

I. SI in *Parochiâ* REI inolevit aliqua CONSUETUDO [uſitata per tempus immemoratum, *vel*, ad minùs, per quadraginta annos] *de* MODO DECIMANDI: Hoc eſt; quòd *Decimæ* GRANI *cujuſcunque*

Conſuetudines, de Decimis, ſunt *Cognitionis Eccleſiaſticæ.*

Exemplum; De *modo decimandi.*

cujuſcunque ſit ſolvenda *per* GARBAM [Anglicè *A Sheaf*] et quòd PAROCHIANI *non tenentur redigere* GARBAS *hujuſmodi* (*a*) *in* CUMULOS [Anglicè *into Shocks, or Stacks*] allegatâ et probatâ hâc CONSUETUDINE, obtinebit REUS.

Aliud Exemplum.

II. Similiter de *Decimâ* FŒNI, ſi *decima Acra*, non *defalcata*, ſit [de CONSUETUDINE *Parochiæ*] ſolvenda, NOMINE *Decimæ* FŒNI, et non FŒNUM *ſucciſum, et compoſitum in* ACERVOS [Anglicè *Cocks*] valebit hæc CONSUETUDO.

Exemplum *aliud.*

III. Si *certa quædam et ſtata* PECUNIARUM SUMMA ſolvi conſuevit, NOMINE *Decimarum*, et non *Decima Pars* FŒNI, vel GRANI, in *ipſâ* SPECIE, prævalebit etiam REUS.

Exempla *plura.*

IV. Similiter etiam de *omnibus aliis* CONSUETUDINIBUS, licèt *minus* [ex CONSUETUDINE] ſolvi ſolet, *quàm* DECIMA PARS (*b*).

Immunitates, Exemptiones, Privilegia de *Decimis,* ventilantur in *Foro Eccleſiaſtico.*

V. IMMUNITATES etiam et EXEMPTIONES, ſive PRIVILEGIA, *de non ſolvendo Decimas* [de quibuſdam *Terris*, et per quaſdam *Perſonas*] allegari poſſunt, et ſolent *coram* JUDICE ECCLESIASTICO: Qui tenetur et ſolet *hujuſmodi Allegationes admittere*; ac [ſi probatæ fuerint] *pro Valore, et Validitate earundem pronunciare*; *ac* REUM *a petitione* ACTORIS, *quoad petita in Libello, unà cum ſuis* EXPENSIS *dimittere.*

Exemptiones hujuſmodi quænam ſint?

VI. Quæ verò *Terræ* et *Perſonæ* ſunt *immunes, exoneratæ*, et *exemptæ* a SOLUTIONE *Decimarum*, cavetur in *Statuto, triceſimo primo Henrici Octavi*; *Cap.* 13.

Compoſitio, quoad *Decimas,* qualis eſt?

VII. COMPOSITIONES (ſcilicet) *reales* (id eſt) factæ cum Conſenſu *omnium Intereſſe habentium* [utpote olim factæ inter *Rectores* et *Parochianos*, vel, ut contingit aliquando, inter *Rectorem* et quendam certum *Dominum Manerii*, pro *ſe*, et *Hæredibus ſuis*] *de non ſolvendo* DECIMAS *omnino*, ſed *de ſolvendo*, intuitu earundem, *quandam certam et ſtatam* SUMMAM, allegari poſſunt *coram* JUDICE ECCLESIASTICO (*c*).

Etiam ad *Forum* ſpectat *Eccleſiaſticum.*

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Redigere Garbas hujuſmodi.*] "(In fundo "ſparſim dimiſſas) in Cumulos. *MS.*

(b) *Licèt minus (ex Conſuetudine) ſolvi ſolet, quàm decima Pars.*] Vide *Lynd. cap.* quoniam propter, *De Decimis*, Verb. *Conſuetudines.*

(c) 1 *Eccleſiaſtico.*] Deinde ſequitur [in *MSS. Antiq.*] hic Titulus infrà ſcriptus.

TITULUS, { "*Quòd* CONSUETUDO *de non ſolvendo omninò* DECIMAS, *nec aliquid alium Intuitu earum, valet.*

"Licèt ab omnibus ſit receptum, quòd CONSUETUDO (quamvis antiquiſſima) *de non ſolvendo omninò* DECIMAS *non valet,* niſi in "caſibus *in præcedenti Titulo* mentionatis;

2 "Tamen ſi VICARIUS egerit *pro Decimis*, "et LAICUS negaverit *Decimas ſibi deberi*; Niſi "VICARIUS probaverit *hujuſmodi Decimas petitas*, ex CONSUETUDINE vel PRÆSCRIPTIONE, aut per COMPOSITIONEM *realem*, "SIBI *deberi*, ſuccumbit in Cauſâ; et REUS "eſt abſolvendus, cum *Expenſis ſuis*:

3 "*Ratio* eſt; Quia *omnes Decimæ, de* JURE, "ſpectant ad RECTOREM [ſeu RECTOR habet, pro ſe, JURIS PRÆSUMPTIONEM] ſecùs, de VICARIO: Et ideo VICARIUS percipiet tantùm eas *quas poſſidet*, vel pro *quibus* "habet *Compoſitionem realem.*

Decimæ.

TITULUS CLXXX.

De OBLATIONE *Summæ*, NOMINE *Decimarum*, ad *evitandas Lites.*

Oblatio

I. SI QUIS fuerit citatus *ad reſpondendum in Cauſâ Decimarum*, et cupit evitare *Condemnationem Expenſarum* (*a*), fiat OBLATIO *veri* VALORIS *earundem*, in *Initio Litis*, ante *oblatum Libellum*, ſeu ſaltèm ante *Litem conteſtatam*, in hunc modum (*b*):

Ad evitandas E[illegible] Valoris Decimarum?

II. *Exhibeo Procuratorium meum pro dicto* N. *citato, et facio me Partem pro eodem; et* (*animo evitandi Litem, et redimendi injuſtam Vexationem, et futuras Expenſas*) *realiter offero* (*c*), *in Judicio*, M. *Procuratori Partis agentis* [talem Summam] *pro omnibus et ſingulis Decimis, per Dominum meum* N. *Actori hucuſque, de Jure, vel Conſuetudine Parochiæ de* O. *debitis et ſolvendis; unà cum Expenſis, de Jure debitis, et per Dominum Judicantem taxandis.*

[illegible] mine *Decimarum* omnium.

III. Si ACTORIS *Procurator* petierit INDUCIAS, *ad conſulendum Dominum ſuum*, utrùm *velit recipere* SUMMAM *oblatam*, in *plenam Solutionem*, aut in *partem*; concedendæ ſunt hujuſmodi INDUCIÆ, in *proximum*, vel in *ſecundum diem Juridicum*, juxta JUDICIS Arbitrium (*d*):

Datur ad *conſulendum*, an *acceptanda* ſint *Oblata*, pro *parte*, vel ad *plenum*;

Tempus in *arbitrio Judicis*.

IV. In quo caſu, *dimittenda, vel deponenda eſt* SUMMA *oblata*, *apud* ACTA, *penes* REGISTRARIUM (*e*): Ne fortè in poſterum dicatur,

Oblata relinquuntur [illegible] *giſtro*:

OBSERVATIONES.

(a) *Et cupit evitare Condemnationem Expenſarum.*] Scilicet; *de futuro.*

(b) *In hunc modum.*] Adjicitur in *MSS.* "In "die Exhibitionis Mandati Citatorii.

(c) *Realiter offero, &c.*] "Et ſi *Reus* hoc "omiſerit *maturiùs* facere [ſcilicet; *primo die* "*Comparitionis ſuæ*, vel ante *Litis Conteſtatio-* "*nem*] poteſt *poſtea*, in *quâvis parte Judicii*, "hoc facere, *ad evitandum futuras Expenſas.* MSS.

(d) *Arbitrium.*] Varia Lectio *Sectionis hujuſmodi* (quam, Numero *tertio*, ſuprà notavimus) talis eſt, in *MS. Antiq.*

"Si *Procurator* ACTORIS dubitaverit, *utrùm* "*Decimæ* [pro *quibus* Dominus ſuus *intendit* "*litigare*] fuerint *majoris Valoris* quàm *Summa* "*oblata*, acceptet *hujuſmodi Oblationem*, *quatenus facit pro parte Domini ſui*; et proteſte- "tur, *Se eſſe promptum et paratum ad accep-* "*tandum eandem Summam in partem Solutio-* "*nis debitarum Decimarum*; ac petat INDUCI- "AS *ſibi concedi, ad conſulendum Dominum ſu-* "*um*, utrùm *velit accipere Summam oblatam*, "in *plenam Solutionem*, aut *in partem*: Quas "INDUCIAS *Judex* ſolet concedere in *proxi-* "*mum*, vel in *ſecundum Juridicum.*

(e) *In quo caſu, dimittenda, vel deponenda eſt Summa oblata, apud Acta, penes Regiſtrarium.*] Ad ſimilem *Effectum*, hiſce *Verbis*, patet hæc Clauſula in *MSS.* "Tunc dimittat *Reus* Sum- "mam oblatam, *apud Acta*, penes *Regiſtrum.*

Ratio.

dicatur, *hanc* OBLATIONEM fuiſſe *Verbalem tantùm*, et non *realem* (*f*).

Oblatio, apud Acta, *depoſita* valet; ac ſi *conſignata* eſſet.

V. Et nota; Quòd hæc *depoſitio apud* ACTA (ex longo *Uſu*, et *Stylo* omnium Curiarum) habet *eandem vim*, et *effectum eundem*, ac ſi ea SUMMA *conſignata* fuiſſet, et *depoſita*; et perinde ac ſi *omnes aliæ Solemnitates*, in hoc caſu [de *Jure*, in hujuſmodi OBLATIONIBUS faciendis, requiſitæ] *adhibitæ* et *obſervatæ* fuiſſent.

OBSERVATIONES.

(f) 1 *Verbalem tantùm, et non realem.*] "OBLATIO *realis* eſſe debet; non *verbalis* tantùm, niſi in *tribus* caſibus:

"*Primò*; ſi RES *offerenda* vel *immobilis* ſit, vel ſaltèm ejuſmodi *quæ manibus portari commodè non poſſit*; tunc enim ſufficit REM [tali loco] ACTORI ſe reſtituturum, "*ſuis Sumptibus*, offerre.

"*Secundò*; Si SUMMA non ſit *liquida*, ſed CALCULI *conficiendi* ſunt, tum ſufficit *minorem* aliquam Summam *realiter*, et *verbis* reſiduum offerre.

"*Tertiò*; Si REO, *verbis*, offerente, ACTOR *expreſsè recuſet* accipere. *MSS.*

Decimæ.

TITULUS CLXXXI.

Oblatio.

De Acceptatione OBLATIONIS [*Summæ* NOMINE *Decimarum*] *in plenam Solutionem*, et *Condemnatione* Rei *in Expenſis.*

Acceptatâ *Oblatione*, nomine *Decimarum* omnium,

Acceptans petit *Expenſas*:

I. SI ACTOR [aut tempore OBLATIONIS *Summæ prædictæ* (*a*), vel in die dato, *pro* INDUCIIS, *ad conſulendum* (*b*), &c.] *acceptaverit* SUMMAM *oblatam*, in *plenam Solutionem*, tunc petat, *ut* OFFERENS *condemnetur in Expenſis*:

Annuit *Judex*:

II. JUDEX: *Condemnamus*:

Fit *Expenſarum Taxatio*:

Decernitur *Monitio* pro *Solutione*.

III. Et tunc [porrectâ *ſchedulâ Expenſarum*] JUDEX *hujuſmodi Expenſas* taxabit, ac decernet MONITIONEM *ad ſolvendum* [ut ſuprà, in Titulo (*c*), *De Petitione, et Decreto Monitionis, ad ſolvendum Expenſas.*]

OBSERVATIONES.

(a) *Summæ prædictæ.*] Summæ *Nomine Decimarum*, et in *plenam Solutionem*, unà cum *Expenſis*. Prout in *Tit.* 180. §. 2.

(b) *Ad conſulendum*, &c.] Ut in *Tit.* 180. §. 3.

(c) *Ut ſuprà, in Titulo*, &c.] De Petitione et Decreto Monitionis, *ad ſolvendum Expenſas*; Vide *Tit.* 134. et *Obs. ibid.*

TITU-

Decimæ.

TITULUS CLXXXII.

Quòd ACTOR *poterit* recuſare OBLATIONEM *generalem*, pro omnibus DECIMIS *debitis ante datum Libellum*, factam.

Oblatio.

I. QUAMVIS REUS vocatus *ad reſpondendum in Cauſâ Subtractionis Decimarum* [animo evitandi Litem, et futuras Expenſas] *ante oblatum Libellum*, quandam SUMMAM, *pro omnibus Decimis debitis*, obtulerit, unà cum *Expenſis* [ut in penultimo Titulo (*a*) continetur.]

Factâ *Oblatione generali*, Nomine *Decimarum* omnium,

II. Et ACTOR, ſi in die dato, pro INDUCIIS (*b*), *ad conſulendum*, an *voluerit recipere* SUMMAM *oblatam*, in *plenam Solutionem*, recuſaverit EANDEM ſic recipere, et dederit LIBELLUM continentem *quaſdam Decimas* [non extendentes *ad Valorem* SUMMÆ *oblatæ*] et in Lite proceſſerit, et non probaverit *plures ſibi deberi Decimas* (*c*), obtinebit SENTENTIAM pro *Decimis* (*d*) *libellatis* (ſeu pro *Valore earundem* (*e*) per eum probato) et pro *Expenſis Litis*; non obſtante dictâ GENERALI OBLATIONE pro *omnibus Decimis*, vel pro *integro debito:*

Actor (*nolens acceptare Oblationem*, pro *Decimis* omnibus) Dat *Libellum* quoad *Decimas* quaſdam *particulares*, infra *Valorem* Oblationis *generalis* factæ,

Actor *probans* obtinebit, *quoad libellata*, cum *Expenſis*: *Oblatione generali* non obſtante:

III. Nam ſi *diverſæ* SPECIES *Decimarum* [utpote *Grani*, *Fœni*, *Agnorum*, et *ſimilium*] debitæ fuerint, ACTOR poterit, pro *quâcunque harum* SPECIERUM, inſtituere *Actionem ad ratam* (*f*); et cùm *unam* inſtituerit *Actionem*, non tenetur liberare REUM ab *omnibus Actionibus* (*g*).

Ratio,

Pro *Decimis* agatur *accumulatè*, et *in genere*, vel *ſpeciatim*, pro *ſingulis*.

IV. Ad evitandum igitur hujuſmodi Cautelam (*h*), et Condemnationem, *quamprimum* ACTOR *dederit* LIBELLUM, *offerat* REUS, *de*

Potior eſt *Oblatio ſpecifica*, pro quâlibet *Decimarum* ſpecie, *ſeparatim*, cum *Expenſi*:

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in penultimo Titulo.*] §. 2.

(b) *Si in die dato, pro Induciis.*] Varia Lectio talis eſt in *MSS.* " Sive in die *hujuſmodi Oblationis*, ſive in die *dato, pro Induciis.*

(c) *Et in Lite proceſſerit, et non probaverit plures ſibi deberi Decimas.*] Hujuſmodi Clauſulæ hæc ſunt Verba in *MS. Antiq.* " Et in Lite " proceſſerit, *et Decimæ, per eum probatæ non* " *exceſſerint Summam oblatam.*

(d) *Pro Decimis libellatis.*] " Per eum probatis, *MS. Antiq.*

(e) *Seu pro Valore earundem.*] Vide *Tit.* 254. §. 4, 5, 6.

(f) *Inſtituere Actionem ad ratam.*] Legitur in omnibus *MSS.* " Inſtituere Actionem ſeparatim.

(g) *Ab omnibus Actionibus.*] " Ita jamdudum adjudicatum fuit in Curiâ de *Arcubus*, " et eadem Sententia, per *Judices Delegatos*, " confirmata fuit. *MS. Antiq.*

(h) *Ad evitandum igitur hujuſmodi Cautelam.*] In *MS. Antiq.* Varia Lectio *hujus Sectionis* talis eſt; Videlicet:

" Ad evitandum igitur *Actiones*, ſeu *Lites* " *infinitas* [in die *Dationis Libelli*, et ante " *Litis Conteſtationem*] offerat REUS *ſpecificè*, " et *particulatim*, SUMMAS pro *Decimis petitis* [Videlicet; *talem*, et *tantam Summam* pro *tali Decimâ*; et ſic *de Decimis* " *libellatis cæteris*, ſi *diverſæ Decimæ petitæ* " *fuerint.*]

Decimæ.

de novo, SPECIFICÈ [id eſt; *talem Summam*, pro *tali Decimâ*, et *talem*, pro *tali*] aut *Summam* priùs *oblatam* [ſi extendit ad *Valorem Decimarum libellatarum*] aut *aliam*, pro *Decimis libellatis*, cum *Expenſis :*

Iſto caſu, *quando Reus condemnabitur in Expenſis?*

Quando non?

V. Et tunc, ſi recuſata, *aut* acceptata fuerit OBLATIO, facienda eſt *Expenſarum Condemnatio*, vel *Abſolutio* ab *Expenſis* [ut in Titulis ſequentibus (*i*).]

De hoc, *Quid olim:*

Opinio DD.

VI. Sed tamen, annis præteritis, *contrariam tenebant ſententiam* ADVOCATI [et aliter adjudicatum fuit] *hiſce inducti rationibus*; Videlicet:

De Expenſis (Oblatione generali, Nomine omnium Decimarum recuſatâ, et uberiori Summâ, quàm oblatâ, non probatâ) *a die Oblationis, Reo allocandis.*

VII. Si REUS, *ante oblatum Libellum* [animo evitandi Lites (*l*), ac redimendi injuſtas Vexationes, et futuras Expenſas] SUMMAM *quandam* [nomine *omnium Decimarum debitarum*] obtulerit, *cum Expenſis* (ut (*m*) ſuprà) et ACTOR (*n*) habuerit tempus *ad deliberandum*, utrùm *velit eandem recipere*, in *plenam Solutionem*, ſeu potiùs INDUCIAS *ſibi dari ad conſulendum* petierit; Si in *eodem die* recuſaverit *ſic* accipere, et *poſtea* dederit LIBELLUM (*o*), et in *Lite* proceſſerit [conando probare *majorem* ſibi deberi *Summam*, pro *Decimis ſubtractis*] et non probaverit *plures ſibi deberi Decimas*, vel *majorem Summam* [nomine *Decimarum*] quàm *Summam prædictam* (priùs *oblatam*) et in *Lite* proceſſerit, uſque ad SENTENTIÆ *prolationem*; quòd ACTOR, licèt recuperet *Summam oblatam*, et *Expenſas*, uſque in diem OBLATIONIS, tamen condemnandus eſſet *in Expenſis totius Litis*, a die OBLATIONIS prædictæ.

Stylus Curiæ fuit; Quòd *Oblatio* generalis *acceptanda* ſit, vel *refutanda :*

VIII. Et notandum eſt; Quòd [ex *antiquo Stylo* Curiarum] *factâ* OBLATIONE *Decimarum* [quamvis GENERALI] ACTOR tenebatur *aut* recipere SUMMAM *oblatam*, in *plenam Solutionem omnium Decimarum*, vel recuſare *ſic* recipere:

Oblata *non acceptans*, et libellando *nil probans ultra deberi*, fit in *malâ Fide :*

Ex *malâ Fide* naſcuntur *Expenſæ*, a die *Oblationis factæ.*

IX. Si verò ACTOR recuſaverit, et LIBELLUM dederit, ac *Litem* proſecutus fuerit, et *non* probaverit *majorem ſibi deberi Summam*, reddit SE *in malâ fide*; et ideo condemnandus eſt (ut (*p*) ſuprà) *in Expenſis*, a die OBLATIONIS.

OBSERVATIONES.

(i) *Ut in Titulis ſequentibus.*] Supple; *De Decimarum Oblatione tractantibus, fit mentio.*

(l) *Animo evitandi Lites.*] "Id eſt; ne diverſæ Cauſæ inſtituentur pro Decimis. *MS.*

(m) *Ut ſuprà.*] In *Tit.* 180. §. 2.

(n) *Et Actor,* &c.]

(o) *Dederit Libellum.*] Hujus Clauſulæ (atque Verba *dederit Libellum*) Varia Lectio eſt in *MS. Antiq.* ſcilicet:

"Et *Actoris Procurator* petierit et habuerit "*Inducias*, ſeu tempus *ad deliberandum*, et *con-* "*ſulendum Dominum ſuum*, utrùm *velit eandem* "*recipere*, in *plenam Solutionem*, vel *ulterius liti-* "*gare*; et *Actor*, ejuſve *Procurator*, eodem *die* re- "cuſaverit recipere *Summam oblatam* in *plenam* "*Solutionem*, et *poſtea* dederit Libellum.

(p) *Ut ſuprà.*] §. 7. in fine.

TITU-

Decimæ.

TITULUS CLXXXIII.

In quo caſu Offerens DECIMAS non eſt *condemnandus* in *Expenſis.*

Oblatio.

I. SI SUMMA *oblata* recepta fuerit, in *plenam Solutionem*, et recipiens petierit, OFFERENTEM *condemnari in* EXPENSIS, ſi OFFERENS allegaverit, et [ſi *negatum fuerit ab* ADVERSARIO] probaverit, *ſe eandem* SUMMAM *obtuliſſe* ante *Litem motam*, ac tempore *Executionis Citationis*, ſaltem ante diem *relationis ejuſdem, et comparitionis* REI, et *quòd* ACTOR *oblata recuſavit, ſeu plus juſto diſtulit Summam oblatam recipere*; tunc OFFERENS *eſt abſolvendus ab* EXPENSIS, et ACTOR recuſans *condemnandus eſt in* EXPENSIS, *factis circa Probationem hujuſmodi* OBLATIONIS.

> Fiat *Oblatio* (ad evitandum *Expenſas*) ante *Citationem emanatam*,
> Ac *iterum* poſt ejuſdem *Executionem*, ante verò diem *Relationis*;
> Tunc Actor, *quæ priùs recuſavit, acceptans Oblata*, condemnabitur, et *Reus* abſolvetur ab *Expenſis*.

II. Sed nota; quòd (in iſto caſu) non ſufficit probare, SUMMAM *fuiſſe oblatam, et recuſatam*, ante *Litem motam*, et denuo *fuiſſe oblatam* in die *comparitionis* REI, ad excuſandum OFFERENTEM ab omni *Solutione* EXPENSARUM:

> Nil profit, *ad Expenſas evitandas*, Oblatio *ante Citationem*, ac *iterum* die *Comparitionis* facta:

III. Quia per *Executionem Citationis* intenditur, et præſumitur, ACTOREM (*a*) jam *alterius eſſe ſententiæ*, et *interpellâſſe* (*b*), ac, per *Executionem Citationis*, *requiſiviſſe* SUMMAM *oblatam*.

> Ratio,
> *Citatio* eſt *Debiti Poſtulatio.*

IV. Et ideo, ſi *non ſit* denuo *oblata* ACTORI [ſi conveniri poſſit, alioquin apud ædes ſuas] *coram Teſtibus*, vel *coram Miniſtro Eccleſiaſtico* (*c*) [ut veriſimiliter ACTOR poſſit habere *notitiam* hujuſmodi OBLATIONIS tempore *Executionis Citationis*, vel ante diem *comparitionis* REI] REUS eſt in *Morâ*: Et *Ultima Mora nocet.*

> *Oblatio* quomodo fiat poſt *Citationem* executam, et ante diem *Comparitionis* Rei (in *Abſentiâ* Actoris) *ad evitandum* Expenſas?
> *Mora nocet*;

V. Nam ſi REUS obtuliſſet *hujuſmodi Summam*, modo præmiſſo, ACTOR non ſalariâſſet *ejus Advocatum*, et *Procuratorem*, nec ſolviſſet *feodum Procuratorii*, et *Certificatorii dictæ Citationis.*

> Ratio,

VI. Tamen, in iſto caſu, *moderandæ ſunt* hujuſmodi EXPENSÆ: Quia MALITIA, *talis qualis*, videtur eſſe *in* ACTORE (*d*).

> Quo caſu *Expenſæ* ſint *moderatè* taxandæ?

OBSERVATIONES.

(a) *Præſumitur Actorem.*] "Saniori uſum "Conſilio. *MSS.*

(b) *Et interpellâſſe.*] "Reum ad ſolvendum. *MSS.*

(c) *Miniſtro Eccleſiaſtico.*] "Miniſtro Eccle-"ſiæ. *MSS.*

(d) *Videtur eſſe in Actore.*] Tum ſequuntur hæc Verba, in *MS. Antiq.*

"In non *petendo Decimas*, poſt *Recuſationem prædictam*, et ante *Executionem Citationis.*

TITU-

Decimæ.

Oblatio.

TITULUS CLXXXIV.

De Condemnatione tam PARTIS REÆ offerentis DECIMAS, *poſt datum Libellum, in* EXPENSIS, quàm ACTORIS recuſantis recipere, *in plenam Solutionem.*

Acceptatâ Oblatione, *poſt Litem conteſtatam*, pro *Decimis omnibus*, factâ,

I. SI OBLATIO facta fuerit [poſt *Litem conteſtatam* (*a*), ſeu potiùs, poſtquam JUDEX decreverit, *procedendum fore ſummariè et de plano*] pro *omnibus Decimis libellatis*, et ACTOR *eandem* receperit in *plenam Solutionem*, tunc adjudicanda eſt SUMMA *oblata* ACTORI per SENTENTIAM *definitivam*, et OFFERENS eſt condemnandus in EXPENSIS, *factis* ante *hujuſmodi* OBLATIONEM, unà cum *feodo* SENTENTIÆ *definitivæ:*

Summa *oblata* (cum Expenſis) *decernenda eſt* Actori, *per Sententiam:*

Ratio;

Litis Conteſtatio poſtulat *Sententiam.*

II. Quia ACTOR [*Lite*, ut ſuprà, *conteſtatâ*] non potuit nec obtinere SUMMAM *oblatam* ſibi decerni, nec REUM in EXPENSIS condemnari, niſi per JUDICIS *Sententiam, ſeu* DECRETUM INTERLOCUTORIUM.

Cùm *Oblatio* ſit *recuſata*, et *plus deberi* non probatur,

Utraque Pars condemnatur *in Expenſis:*

Quomodo *hoc* ſit?

III. Sed ſi ACTOR OBLATIONEM hujuſmodi, in *plenam Solutionem*, recipere recuſaverit, *et* proceſſerit *et* perſtiterit *in Lite*, conando probare *majorem ſibi deberi Summam* (*b*), ſi defecerit, eſt condemnandus *in quibuſcunque* EXPENSIS, *factis per* REUM a die OBLATIONIS, et REUS (ut ſuprà (*c*) dicitur) eſt condemnandus *in* EXPENSIS *factis* uſque in diem OBLATIONIS, unà cum *feodo* SENTENTIÆ *Judicis* (*d*).

OBSERVATIONES.

(a) *Poſt Litem conteſtatam.*] Confeſſus poſt *Litem conteſtatam* eſt condemnandus per *Sententiam*. Vide *Lynd.* c. *ult.* de *Simoniâ*, v. *confeſſus.*

(b) *Conando probare ſibi majorem deberi Summam.*] " Videlicet; *Decimas* petitas, vel " oblatas, *majoris eſſe valoris*, vel *plures* deberi " *Decimas*; nempe, quoad *Quantitatem*, vel " *Qualitatem*. [MS. *Antiq.*]

(c) *Ut ſuprà dicitur.*] §. 1. in Calce.

(d) *Unà cum feodo Sententiæ Judicis.*] " Nam " *Actor* tenetur obtinere *Sententiam*, aliàs non " obtinebit *Summam oblatam*. [MS. *Antiq.*]

TITU-

Decimæ.

TITULUS CLXXXV.

De aliâ recuſatione OBLATIONIS *factæ, ante oblatum Libellum,* in *plenam Solutionem* omnium DECIMARUM *debitarum.*

Oblatio.

I. SI ACTOR credit *plures* ſibi deberi *Decimas,* extendentes ad *majorem Summam,* quàm *Summam oblatam*; dicet PROCURATOR *ejus,* in die dato pro INDUCIIS (*a*): *Accepto Oblationem per Reum factam, et Summam oblatam, quatenus facit pro Parte meâ, et Domini mei; et quatenus facit contra, diſſentio, et proteſtor de Nullitate ejuſdem; et offero me promptum, et paratum, ad recipiendum Summam oblatam, in partem Solutionis, et non aliter; et do Libellum; et peto procedendum fore ſummariè, et de plano.*

Ubi plus *debetur* quàm *oblatum,*

Forma tum *Acceptationis* Oblationis, *in partem.*

Datio *Libelli.*

II. Tunc REUS poterit reaſſumere *Summam oblatam* [Sed tutiùs eſt, durante Lite, ut apud Acta remaneret (*b*)] dicendo in Actis: *Quia Actor recuſavit recipere Summam oblatam, in plenam Solutionem, eandem reaſſumo.*

Reus vel reaſſumat, vel potiùs *in Regiſtro* relinquat *Oblata, non (pro integro) acceptata.*

III. Sed nota; Quòd in his OBLATIONIBUS *Decimarum,* ſi diverſæ *Decimæ,* diverſorum *generum,* debeantur, conſulendi ſunt JURISPERITI de formâ OBLATIONIS hujuſmodi *Decimarum* (videlicet) *An* OFFERENS *tenetur* ſpecificè *declarare,* pro quibus *Decimis,* ac *quæ* et *qualis Summa,* pro eiſdem, *ſit offerenda?*

Quæſtio naſcitur;

Utrùm *Oblatio* ſpecificè *fieri debet,* pro quâlibet *Decimarum* Specie, *ſeparatim?*

IV. Nam aliqui, *ex* ADVOCATIS *modernis,* iſtius ſunt ſententiæ, *quòd non valet* (ut ſuprà dicitur) *generalis* OBLATIO, *et quòd* ACTOR *poteſt recuſare* (ſine ſuo damno) *Summam oblatam,* propter *generalitatem* OBLATIONIS:

De hoc caſu, *Opinio* DD.

V. Sed ego (quòd memini) nunquam vidi hoc adjudicatum, aut practicatum a majoribus: Nam, per hos quadraginta annos retroactos (ſalvis quibuſdam annis nuper elapſis) OBLATIO *hujuſmodi* fieri ſolebat, *generaliter* (videlicet) *talis Summa* pro *omnibus Decimis*; et tunc *Opinio* practicantium fuit, *quòd tutiùs eſſet* REO offerre *Summam groſſam,* ſeu *generalem,* pro *omnibus Decimis* (ut (*c*) ſuprà) quàm

Praxis quoad *Oblationem generalem* pro *omnibus Decimis:*

Praxeôs hujuſmodi *Ratio.*

OBSERVATIONES.

(a) *In die dato pro Induciis.*] De petendo *Inducias hujuſmodi dari,* ſeu *ad conſulendum in diem aliquem ulteriorem*; Vide *Tit.* 180. §. 3. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (d).

(b) *Sed tutiùs eſt, durante Lite, ut apud Acta remaneret.*] Vide *Tit.* 180. §. 4.

(c) *Pro omnibus Decimis, ut ſuprà.*] Scilicet; ut in *Tit.* 180. §. 2.

†

Decimæ.

quàm *particulares Summas*, ne fortè OFFERENS, non offeret *juſtum Valorem* cujuſlibet *particularis Decimæ*, et ita condemnaretur *in Expenſis:*

Quando fieri debet *Specificatio Oblationis*, generaliter *factæ?*

VI. Tamen, ex *antiquâ Praxi*, ſi ACTOR petierit, ut REUS *ſpecificet*, pro *quibus Decimis* offerat *illam generalem Summam*; REUS tenebatur *ſpecificare* pro *quibus*; ſaltèm ſi ACTOR allegaverit, *quòd intendit agere pro Decimis in* SPECIE, *et obtinere* SENTENTIAM, *eaſdem* in SPECIE *deberi*, et non *Pecuniam*, aut *aliud quicquam*, intuitu *earundem* (*d*).

OBSERVATIONES.

(d) 1 *Intuitu earundem.*] Huc addendum invenio Titulum alterum hujuſmodi [prout in *MS. Antiq.*]

TITULUS. { " Quòd OBLATIO *generalis*, " Nomine *omnium Decimarum*, " ſpecificanda eſt, *ad Petitionem* " ACTORIS.

" QUAMVIS (in Titulo quodam præcedenti, " §. *Sed tamen*, &c.)
[Vide *Tit.* (Ordine noſtro) 182. §. 6, 7, 8, 9]
" dicitur, REUM, per *generalem* OBLATIONEM " (annis præteritis) *liberatum fuiſſe* ab *Expenſis*, " ſi ACTOR habuerit tempus *ad conſulendum*, " utrùm voluerit *eandem* recipere in *plenam* " *Solutionem*, vel in *partem* tantùm, et *eandem* " in *plenam* recipere recuſaverit, et *majorem* " *ſibi deberi Summam* non probaverit;

2 " Tamen ſemper practicatum fuit, quòd " ſi ACTOR petierit *Specificationem particularem* Summæ oblatæ [videlicet, pro *quibus* " *Decimis* oblata fuit] REUS tenebatur *eandem* " *ſpecificare*:

3 " Hæc *Petitio*, in quibuſdam caſibus, eſt " admodum *neceſſaria*: Utpote; ſi ACTOR " prætendit *Decimas* quaſdam, in SPECIE, ſibi " deberi, et REUS (e *contrà*) inficiatur, prætendens *Decimas* quaſdam, *ex Conſuetudine* " *Parochiæ*, in ipſis SPECIEBUS, *non* eſſe ſolvendas; *ſed*, intuitu earundem, *certam et ſtatam quandam Pecuniæ Summam*; Vel *nullas* " *omninò Decimas*, nec aliquid aliud, *intuitu* " *earundem*, ſolvi debere:

4 " Si igitur, in hoc caſu, ACTOR reciperet " *Summam* illam *generalem*, *id* non obtineret, " *quod* in *Propoſito habuit*, cùm *hanc Litem inſtituit*; Nempe obtinere SENTENTIAM, *Decimas prædictas*, *in* SPECIE, *præſtandas eſſe*.

Decimæ.

TITULUS CLXXXVI.

Oblatio.

In quo caſu expedit REO ſpecificare, pro *quibus* DECIMIS *facta ſit* OBLATIO (*a*).

Poſt *datum Libellum* pro *Decimis*, in *Specie*, ſolvendis,

I. SI LIBELLUS fuerit datus, *ante* OBLATIONEM *Decimarum*, et ACTOR, in eodem, petierit *Decimas* [*Lactis*, *Caſeorum*, vel *ſimilium*, quæ non ſunt *de* CONSUETUDINE *Parochiæ*,

OBSERVATIONES.

(a) *Facta ſit Oblatio.*] Varia Lectio Deſcriptionis hujus Tituli, in nonnullis *MSS.* talis eſt: " Quòd *Specificatio* particularis, OBLATIONIS Summarum pro *Decimis*, in caſibus quibuſdam, *Reo* prodeſt, *et* eſt neceſſaria.

chiæ, in ipſis SPECIEBUS, *perſolvenda*, ſed *certâ quâdam Summâ*, intuitu eorundem] *in ipſis* SPECIEBUS, *ſibi adjudicari* : *Decimæ.*

II. Tunc ſi REUS obtulerit *Summam groſſam* [nomine *omnium Decimarum*] et ACTOR *eandem* acceptaverit, *in plenam Solutionem*, videtur OBLATIONEM fuiſſe factam *pro Decimis in* SPECIE, juxta *petita* in LIBELLO (*b*). Tum Oblatio *generalis* agnoſcit *Decimas*, in *Specie*, deberi; *Quamobrem?*

III. In iſto igitur caſu, *fiat* OBLATIO, in hunc modum: Modus quo expedit *Reo*, ad *Valorem*, et juxta *Parochiæ Conſuetudinem*, offerre pro *Decimis*, petitis in *Specie*.

Pro Lacticinio Vaccarum,	* * * * *	juxta CONSUETUDINEM *Parochiæ*.
Pro quâlibet Vaccâ,	*Duos denarios*	
Et pro quâlibet Acrâ depaſtâ per Animalia ſterilia,	*Quatuor denarios*	
Et ſic de cæteris rebus, pro quibus, Decimæ non ſunt in SPECIE perſolvendæ,	* * * * *	

IV. Tunc ACTOR, ſi OBLATIONEM [in *hunc modum*, *factam*] acceptaverit, agnoſcit *Parochiæ* CONSUETUDINEM. Quomodo agnoſcitur *Conſuetudo?*

V. Caveat igitur ACTOR; ne hanc OBLATIONEM acceptet [quamvis offeratur *verus* VALOR *Decimarum*] nam per *hanc* ACCEPTATIONEM OBLATIONIS, agnoſcit ACTOR CONSUETUDINEM *Parochiæ*: Cavenda, per *Actorem*, ne agnoſcat *Conſuetudinem*.

VI. Quemadmodum REUS *per* GENERALEM OBLATIONEM, pro omnibus *Decimis libellatis*, videtur recedere *a* CONSUETUDINE, et agnoſcere *Decimas deberi* in SPECIE (*c*). Cavenda, per *Reum*, ne recedat a *Conſuetudine*.

TITU-

OBSERVATIONES.

(b) *Juxta petita in Libello*] Hìc additur, in *MS. Antiq.* " Et *Reum*, per hanc *generalem* " *Oblationem*, agnoviſſe *Decimas* deberi in *Specie*. [Vide de hoc etiam in §. 6. hujus *Tit.*]

(c) 1 *In Specie.*] Tunc inſeritur in *MS. Antiq.* Titulus hìc infrà poſitus.

TITULUS. { " Quòd OBLATIO *generalis*, " Summæ pro *omnibus Decimis*, " aliquando prodeſt ACTORI, " ſi *eandem* acceptaverit.

" IN proximo præcedenti Titulo, dicitur; REO " prodeſſe offerre *Summas particulares*, pro " *Decimis*, juxta CONSUETUDINEM *Parochiæ*: " Videlicet [talem] *Summam* Nomine et Intuitu *Decimarum* [talis] *rei decimabilis*; " præſertim cùm, in LIBELLO, *Decimæ*, in " ipſis SPECIEBUS, petantur; ne REUS videatur, per *generalem* OBLATIONEM, agnoſcere *Decimas deberi*, in SPECIE:

2 " Ideo ſi REUS obtulerit *generalem Summam*, pro omnibus *Decimis libellatis*, et diverſæ *Decimæ* in LIBELLO petitæ fuerint, in " ipſis SPECIEBUS, et REUS prætendens CONSUETUDINEM (ut ſuprà) ante Litem motam, " *eas ſolvere recuſaverit*, acceptet ACTOR OBLATIONEM *hanc generalem*, in *plenam Solutionem*, et *quatenus facit pro parte ſuâ*, in quo " caſu REUS videtur (ut in præcedenti Titulo " dicitur) agnoſcere *Decimas*, in SPECIE, *ſolvendas eſſe*.

Decimæ,

TITULUS CLXXXVII.

Oblatio.

Quòd ACTOR, ſi OBLATIONES *particulares factæ fuerint*, poterit *unam recipere*, et *litigare de reliquis* (*a*).

Actor poteſt acceptare *unam* ſpecificam *Oblationem*,

I. SI OBLATIO fuerit facta *ſpecificè*, pro [tali] et [tali] *Decimâ* [ſpecificando *Decimas*] ACTOR poterit recipere *unam*, aut *alteram Summam oblatam*, et, ſi LIS *fuerit conteſtata*, ante *hujuſmodi* OBLATIONEM, petere *eandem ſibi*, per SENTENTIAM JUDICIS, *decerni*, *et pro Jure ſuo*, *in eâ parte*, *pronunciari*, et poterit litigare pro *reliquâ Summâ oblatâ*; Quia *verus Valor*, vel *omnes Decimæ libellatæ* non offeruntur (*b*):

Et de *cæteris* litigare: Ratio.

Litigans de *cæteris oblatis*, plus deberi *probans*, quales obtinebit *Expenſas?*

II. Et obtinebit EXPENSAS *totius Litis*, ſi probaverit *majorem Summam ſibi deberi*, quàm *Summa oblata*, *et per eum recuſata*, *ſeu non acceptata*, vel *alias* aut *plures deberi Decimas* (*c*):

Secùs, *in Expenſis* quantis condemnabitur?

III. Et (*e contrà*) ſi non probaverit, *condemnabitur in Expenſis* [ut ſuprà, in Titulo (*d*) *De Condemnatione tam Partis Reæ offerentis Decimas*, poſt datum Libellum, in Expenſis, quàm ACTORIS *recuſantis recipere*, *in plenam* SOLUTIONEM.]

OBSERVATIONES.

(a) *De reliquis.*] Inſcribitur hic Titulus, in *MS. Antiq.* hoc modo:

" Quòd OBLATIONES *particulares*, factæ " per REUM, poſſunt, per ACTOREM, in *par-* " *te* recipi, et in *parte* recuſari.

(b) *Non offeruntur.*] Hujus Sectionis *varia Lectio* talis eſt, in *MS. Antiq.*

" Si *Oblatio* fuerit facta *ſpecificè* pro [tali] " et [tali] *Decimâ* [ſpecificando *Decimas*] ante " LITIS *conteſtationem*, ACTOR poterit *unam*, " aut *alteram Summam oblatam* recipere, *unà* " *cum Expenſis* tunc *debitis*; et ſi LIS *fuerit* " *conteſtata*, ante *hujuſmodi Oblationem particu-* " *larem*, ACTOR etiam poterit accipere *unam*, " vel *alteram Summam oblatam*, et petere *ean-* " *dem ſibi*, per *Sententiam Judicis*, *tradendam* " *fore decerni* [Quia, LITE *conteſtatâ*, JUDEX " non ſolet, *nec* tenetur decernere *Summam* " *oblatam*, *tradendam*; niſi per *Sententiam*] et " *pro Jure ſuo in eâ parte pronunciari*, ac *Re-* " *um* in *Expenſis*, in diem *Oblationis* hujuſ- " modi *debitis*, condemnari; et JUDEX ita con- " demnare et pronunciare tenetur; et quoad " *reliquas Summas oblatas* ACTOR poterit liti- " gare, aut quia *integræ Decimæ*, vel *earum* " verus *Valor* non offeruntur.

(c) *Plures deberi Decimas.*] Hujus Sectionis hæc Verba ſunt, in *MS. Antiq.*

" Et ſi probaverit *plures Decimas*, vel *ma-* " *jorem Valorem*, obtinebit *Sententiam* pro *eiſ-* " *dem*, cum *Expenſis ſuis* factis *a die* quo re- " cuſavit *eaſdem* accipere.

(d) *Ut ſuprà, in Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 184. §. 3.

TITU-

Decimæ.

TITULUS CLXXXVIII.

De aliâ OBLATIONE *Decimarum*, ad evitandum Pœnam *in Statuto Parliamenti.*

Oblatio.

I. SI REUS in Litem fuerit vocatus, pro *Decimis Prædialibus* [utpote *Grani*, vel *Fœni*] ſi *non* ſeparaverit *Decimam Partem* (*a*), *nec* compoſuerit (*b*) cum RECTORE [ſeu alio Jus percipiendi Decimas habente] pro *eiſdem*, offerre tenetur *triplicem Valorem Decimarum* (*c*): Oblatio *triplicis Valoris Decimarum*, quando facienda?

II. Vel, ſi REUS ſeparaverit *Decimas ſuas*, et tamen prohibuerit, *aut* Impedimento fuerit RECTORI [ſeu alii Jus habenti in eiſdem] quò minùs potuit *eaſdem colligere, et aſportare*, facienda eſt OBLATIO *duplicis Valoris Decimarum*; et hoc etiam [id eſt; *triplex*, vel *duplex Valor*, in caſibus prædictis] cavetur per STATUTA (*d*). Quando *Duplicis?*

OBSERVATIONES.

(a) *Si non ſeparaverit Decimam partem.*] Aliàs legitur; "*Si non ſeparaverit Decimam, a* "*cæteris nonis partibus.* MS.

(b) *Si non ſeparaverit*, &c. *nec compoſuerit*, &c.] Supple; *Priuſquam res decimabiles hujuſmodi, a loco in quo creſcebant, aſportaverit:* Juxta *Statut.* An. 2. *Ed.* 6. *c.* 13. §. 1.

(c) *Triplicem valorem Decimarum.*] Additur in *MS. Antiq.* "*Quia ex Statutis Regni, in* "*hoc caſu, editis, triplex Valor tenetur et de-* "*betur.*

(d) *Cavetur per Statuta.*] Vide *Statut.* 27. *H.* 8. *c.* 20. *Stat.* 32. *H.* 8. *c.* 7. *Stat.* 2. *Ed.* 6. *c.* 13. Per Statutum etiam, hìc ultimò mentionatum, cavetur *Partem in his caſibus gravatam, agere poſſe coram* JUDICE ECCLESIASTICO, *pro pœnis in dicto Statuto mentionatis:* Videlicet, pro *triplici* et *duplici* Valore.

Decimæ.

TITULUS CLXXXIX.

De SEQUESTRATIONE *Fructuum Beneficii* (*a*), pendente LITE, ſive *de Titulo Beneficii*, ſive *de Jure Decimarum.*

Sequeſtratio Fructuum.

Sequeſtratio Fructuum Beneficii controverſi peti poteſt, ſive per *Actorem*, ſive per *Reum*.

Forma Petitionis *Sequeſtrationis Fructuum Beneficii*, Lite pendente.

I. SI litigatur de *Beneficio* [videlicet, *an talis*, vel *talis*, ſit *Rector*, vel *Vicarius*] tunc PROCURATOR [ſive *Actoris*, ſive *Rei* (*b*)] poteſt, in hunc modum, allegare:

II. *Allego quòd* (*pendente hâc Lite*) *Decimæ et fructus Beneficii* (*c*) *litigioſi diſſipantur*; *et quòd veriſimiliter timetur ne convoletur ad Arma, circa Collectionem Decimarum hujuſmodi*; *et quòd hujuſmodi Beneficium eſt inofficiatum* (*d*), *ratione Litis hujuſmodi*: *Quare* (*ad evitandas cauſas hujuſmodi*) *peto Fructus hujuſmodi Beneficii, durante Pendentiâ Litis, ſequeſtrandos fore decerni, et Sequeſtrum committi aliquibus perſonis indifferentibus* (*e*).

III. Tunc

OBSERVATIONES.

(a) 1 *De Sequeſtratione Fructuum Beneficii.*] SEQUESTRATIONES in *Foro Eccleſiaſtico* ſunt,

Vel { PERSONARUM,
RERUM:

2 PERSONARUM, in *Cauſis Matrimonialibus*; idque in variis caſibus, de quibus, in ſuis locis, mox opportunè tractabitur [Vide *Tit.* 200, 201, 202: unà cum *Obs.*]

3 RERUM etiam SEQUESTRATIO fit; utpote, FRUCTUUM BENEFICII ECCLESIASTICI:

4 Dum *uterque litigantium, de Beneficio,* prætendat *ſe poſſidere*, contenditur plerúmque, tam circa *Officium Curæ*, quàm etiam circa *Collectionem Decimarum* et *Fructuum*: proinde (ne Partes ad Arma convolent) poteſt JUDEX, *pendente Lite*, ſequeſtrare *Fructus Beneficii*, et *eos colligendos* [ſub *Computo*, poſt reddendo *Jus habenti*] committere *aliquibus Perſonis indifferentibus*:

5 Solet etiam *aliquem Miniſtrum*, ad interim *Curæ deſerviendum*, conſtituere; *Stipendio* eidem, per *Sequeſtratores*, ex *Fructibus* [juxta *Judicis* Arbitrium] *præſtito.*

6 Solent etiam, *aliis* in *caſibus* ſequeſtrari *Fructus Beneficii*: Utpota, *a tempore Vacationis*; Item, *ratione Dilapidationis*; Item, *pro Debito privato Incumbentis*; et *aliis ſimilibus*: Et *hujuſmodi* SEQUESTRATIONES *ex mero* JUDICIS *Officio* procedunt.

(b) *Procurator, ſive Actoris, ſive Rei.*] " Si " *utraque Pars* prætendat ad idem, *hujuſmodi* " *Sequeſtratio* per *Judicem* decernitur, cauſâ " cognitâ, etiam *invitis utriſque litigatoribus*, vel " *altero eorum petente*: Nam *Fructus Beneficii*, " de quo *Lis pendet*, poſſunt ſequeſtrari, ut " ſerviant ad *Neceſſitatem Eccleſiæ*. MS.

(c) *Fructus Beneficii.*] Fructûs nomine continetur *omnis Utilitas ad Eccleſiam ſpectans.* [Vide *Lynd.* de *Conſuet.* c. *Nullus Rector.* v. *Fructus.*]

(d) *Hujuſmodi Beneficium eſt inofficiatum.*] Additur in *MS. In maximum præjudicium Parochianorum.*

(e) 1 *Aliquibus perſonis indifferentibus.*] " Ad " uſum Jus habentis. *MS.*

2 Hìc etiam ulteriùs procedit *MS. Antiq.* Scilicet: " Si *altera Partium litigantium* fue- " rit in *Poſſeſſione dicti Beneficii*, ante Litem " hanc motam, et *Adverſarius* nunquam fue- " rit in *Poſſeſſione hujuſmodi Beneficii*, ſed ſo- " lummodo prætendit *legitimum Jus* et *Titulum, in eodem*, ſibi competere, *inficiari tenetur allegata petentis Sequeſtrum eſſe vera, et* " *proteſtari de Nullitate Petitionis hujuſmodi,* " *et allegare eadem non concludere in Jure, et* " *petitam Sequeſtrationem non eſſe concedendam.*

3 " Et ſi *Poſſeſſio* in *Beneficio hujuſmodi* con- " ſtiterit *ex Actis Curiæ*, allegat *eandem*, et " referat

III. Tunc, *Si* (*ex Actis*) *conſtiterit*, *Utroſque* [id eſt, tam *Reum*, quàm *Actorem*) *fuiſſe inſtitutos ad Beneficium controverſum*; licèt *non* conſtiterit, *cui verum Jus competit* (*f*). — Quibus in caſibus, decernitur *Sequeſtratio Fructuum*, pendente Lite?

Vel, *Si lata fuerit Sententia* (*g*), pro *Jure unius*, et contra *Jus alterius*; licèt ſit, *ab eâdem Sententiâ* appellatum:

Vel, *Si contenditur*, inter *duos* RECTORES, ad quem *Decimæ* [Fundi talis] *ſpectant* (*h*):

IV. JUDEX poteſt (ex cauſis prædictis) decernere SEQUESTRATIONEM *prædictam*, et SEQUESTRUM committere *Guardianis*, ſeu aliquibus perſonis, *dictæ Parochiæ* (*i*): — *Sequeſtrum quibus committitur*

V. Interpoſitâ priùs, *ab eis*, CAUTIONE idoneâ [*de colligendis Decimis hujuſmodi*; *et de fideliter cuſtodiendo eaſdem*, *ad uſum Jus habentis*; *et ad reddendum Computum de collectis*, *cùm requiſiti fuerint* (*l*)] — *Cautio* per *Sequeſtratores* interponenda *qualis ſit?*

VI. Interpoſitâ hâc SEQUESTRATIONE, JUDEX ſolet conſtituere MINISTRUM, *ad deſerviendum Curæ* [*pendente* LITE *prædictâ*] et mandare SEQUESTRATORIBUS, ad *præſtandum ei Salarium*, per JUDICEM *aſſignandum*, ex *dictis Fructibus* (*m*). — Monentur *Sequeſtratores*, de *ſuſtentando Curatum*, pendente Lite, *aſſignatum*.

VII. Iſtam SEQUESTRATIONEM curabunt SEQUESTRATORES publicari, *in Eccleſiâ Parochiali*, *tempore Divinorum*; ut PAROCHIANI *habeant Notitiam ejuſdem*. — *Sequeſtratio* eſt, in Eccleſiâ, *publicanda*.

VIII. Et

OBSERVATIONES.

" referat ſe *ad Acta Curiæ*; Et ſi probata fuerit " [niſi *adverſa Pars* probaverit *Curam animarum eſſe inofficiatam*, et *Fructus eſſe diſſipatos*, " et *vehementem præſumptionem Convolationis* " *ad Arma*] deneganda eſt *Sequeſtratio:*

4 " Secùs, ſi *præmiſſa* probata fuerint.

(f) *Tunc ſi* (*ex Actis*) *conſtiterit*, *utroſque*, &c. *fuiſſe inſtitutos*, &c. *licèt non conſtiterit cui verum Jus competit.*] Hujus Clauſulæ *varia Lectio* talis eſt, in *MS. Antiq.* Videlicet:

" Sed dato, *utrumque Clericum* fuiſſe *admiſſum* " *et inductum*, ſaltèm *inſtitutum*, ad dictum *Beneficium*, tunc ſi *Allegatio* et *Petitio Sequeſtrationis* " *hujuſmodi* facta fuerit per *unam Partem*, et " *altera Pars* Conceſſioni *Sequeſtrationis* hujuſ" modi contradixerit (quia præſumitur eos con" volaturos ad Arma, circa Fructuum percep" tionem, et, eâ Occaſione, Fructus, de veri" ſimili, diſſipatos eſſe) *Judex* ſolet *Sequeſtrum* " *in Fructibus* interponere.

(g) *Si lata fuerit Sententia.*] Vide *Lynd.* c. unic. *De Sequeſtratione* v. *Jure præmiſſis.*

(h) *Vel, ſi contenditur, inter duos Rectores, ad quem Decimæ Fundi talis ſpectant.*] Horum loco, hæc reperiuntur Verba in *MS. Antiq.*

" Decerni etiam poteſt *Sequeſtratio in Fructibus* (ex cauſis præmiſſis) ſi contenditur inter " duos Rectores, de *Jure percipiendi Decimas*, " in *quodam Fundo*, ex *quo* unus hujuſmodi " Rectorum prætendit *Decimas ad ſe ſpectare*, " quamvis *Fundus* ſit in alterius *Parochiâ*.

(i) 1 *Dictæ Parochiæ.*] Hujus Sectionis *varia Lectio* eſt:

" *Sequeſtratio prædicta* concedi ſolet *Guardianis Parochiæ Beneficii controverſi*; vel *aliis* " *Perſonis*, Arbitrio JUDICIS, *conſtituendis.* MS.

2 Hìc etiam addamus: Quòd, ex cauſis, JUDEX revocare ſolet *Sequeſtrationem*, priùs factam, et *aliis* (de novo) committere:

3 *Sequeſtri* autem *Violatores* ſunt, *ipſo facto*, excommunicati. [Vide *Lynd.* c. unic. *De Sequeſtratione.*]

(l) *Cùm requiſiti fuerint.*] Aliàs legitur: " A " *Sequeſtratoribus* interponenda eſt *Cautio Fidejuſſoria*, pro *fideli Collectione Fructuum*, et *de* " *reddendo verum Computum*, *de collectis*, *quoties* ad hoc *requirentur.* MS.

(m) *Aſſignandum ex dictis Fructibus.*] Varia Lectio: " *Si verò conſtiterit* JUDICI *Curam* " *eſſe* (ratione Litis prædictæ) *inofficiatam*, con" ſtituere ſolet *Miniſtrum*, ad *deſerviendum Curæ*, et *ei*, ex *Fructibus*, congruum *Stipendium* " aſſignare [*MS. Antiq.*

Sequeſtratio a Partium alterutrâ petenda ſit.

VIII. Et nota; Quòd hæc Petitio ſolet fieri, per *illam* PARTEM, quæ non eſt *in Poſſeſſione Beneficii*; ſed hoc non obſtat, quin et *ipſa* PARS *poſſidens* poteſt etiam illud SEQUESTRUM petere, ex cauſis prædictis.

Sequeſtratio quando *relaxatur?*

IX. Et nota; Quòd *finitâ hâc Lite*, SEQUESTRATIO eſt *relaxanda*, et *Fructus collecti* ſunt VICTORI reſtituendi:

Fructus Victori *ſolvere recuſantes* quomodo compelluntur *Sequeſtratores?*

X. Et ſi SEQUESTRATORES *eos ſolvere recuſaverint*, vocandi ſunt, *ad reddendum Computum de receptis hujuſmodi*, et ita, per CENSURAS ECCLESIASTICAS, cogendi ſunt, *ad Præſtationem receptorum* [ſi *in ipſis Speciebus remaneant* (*n*), ſi non, *tunc veri Valoris eorundem*]

Non redditio Computi, de *Fructibus perceptis*, eſt *Cautionis Foriſfactura.*

XI. Et ſi, per *frivolas* DILATIONES, et forſan APPELLATIONES, plus juſto, *diſtulerint Litem*, et non *reddiderint Computum*, poteſt agi contra eos, in FORO SECULARI, pro *Foriſfacturâ* CAUTIONIS, *interpoſitæ tempore conceſſionis Sequeſtrationis*; *ſi* JUDICI placuerit, coram quo *interpoſita fuit* CAUTIO:

Modus *Aſſignationis Cautionis*, per *Judicem*, in uſum *Partis læſæ.*

XII. Qui JUDEX dabit PARTI *gravatæ*, et LITERAS OBLIGATORIAS (*o*), et LITERAS ATTORNATORIAS (*p*) ad agendum pro *pœnâ*, et recuperandum *pœnam ſtipulatam* (*q*), ad uſum PARTIS *gravatæ.*

OBSERVATIONES.

(n) *Si in ipſis Speciebus remaneant.*] Nam aliquando *Decimæ collectæ* ſunt *vendendæ*; tam quia, pendente Lite, *perituræ*, vel *minoris prætii* fuêre, quàm *ad ſolvendum Stipendium Miniſtri*, et *ſimilia.*

(o) *Literas Obligatorias*] Scilicet, *Cautionem Originalem*, tempore *Conceſſionis* SEQUESTRATIONIS, *interpoſitam.*

(p) *Et Literas Attornatorias.*] Sub *manu*, et *Sigillo*, JUDICIS *firmatas*, ad inſtituendum *Actionem* contra *Sequeſtratores.*

(q) *Et recuperandum pœnam Stipulatam.*] " Si ſint *in Morâ ſolvendi*, in FORO *Seculari.* MS.

Decimæ.

TITULUS CXC.

Reſtitutio Termini Probatorii.

De RESTITUTIONE in *Cauſâ Decimarum*, verſus *Lapſum* TERMINI PROBATORII.

Reſtituendus eſt *lapſus* Terminus Probatorius *in Cauſâ Decimarum:*

I. IN CAUSÂ DECIMARUM, licèt *Terminus Probatorius fuerit lapſus*, et *nulli fuerint producti Teſtes*, tamen ACTOR (ſi hoc petierit) eſt *reſtituendus* versùs *lapſum Termini Probatorii*, allegando, ut ſequitur:

Allegatio, hoc caſu, *qualis?*

II. *Ego allego hanc Cauſam eſſe Cauſam Eccleſiæ, et quòd per negligentiam Domini mei* (*non curantis producere Teſtes, infra Ter-*

† *minum*

minum Probatorium) *Eccleſia eſt enormiter læſa*; *Quare peto Partem meam reſtitui verſus lapſum Termini Probatorii* (*a*). Qualis *Petitio?*

III. Tunc JUDEX (*b*): *Nos, ad tuam petitionem, te reſtituimus verſus Lapſum Termini Probatorii*, et (ad petitionem ejuſdem Partis) aſſignabit *novum Terminum Probatorium*, in præſentiâ PROCURATORIS PARTIS ADVERSÆ, *diſſentientis*, et *proteſtantis de Nullitate petitionis, et Decreti Judicis*, ac *allegantis hujuſmodi Reſtitutionem fieri non debere, referendo ſe ad Jura.* Forma *Reſtitutionis*, et Aſſignationis *novi Termini.* Forma *Proteſtationis* Adverſarii.

IV. Sed nota; Quòd hæc RESTITUTIO ſolet fieri, *cùm* CLERICUS [*et non* LAICUS] *agit pro Decimis*; et, in caſu, *cùm* JUS ECCLESIÆ [id eſt; cùm REUS prætendit *Nullas omnino Decimas deberi*, aut *Summam quandam, nomine Decimarum*, et non *Decimas in ipſâ Specie*] et non JUS PARTICULARE, aut PRIVATUM COMMODUM RECTORIS (*c*), fuerit, *per* REUM, negatum: Quando *Reſtitutio* non dabitur *Laico?* Quid dicitur *Jus Eccleſiæ?* Quando *Reſtitutio* non dabitur *Clerico?*

V. Tamen ſi LAICUS probaverit, *ſe eſſe* FIRMARIUM, et REUS negaverit *Decimas Eccleſiæ* [*cujus eſt* FIRMARIUS] *ſolvi debere*, tunc LAICUS eſt *reſtituendus* ut RECTOR: Quando *Laico* dabitur, æque ac *Clerico?*

VI. Et vidi hanc RESTITUTIONEM (ex ſolâ Allegatione prædictâ) fuiſſe, in contradictorio Judicio, *bis* aut *ter*, in *unâ Cauſâ*, obtentam. Caſus, *de hoc*, adjudicatus.

VII. Tamen ſi RESTITUTIO facta fuerit *ſæpiùs* quàm *ſemel*, ſolet JUDEX condemnare PARTEM, petentem RESTITUTIONEM *ſecundo* tempore, *in Expenſis retardati Proceſſûs*, a die *primæ* RESTITUTIONIS, uſque in diem *ſecundæ* RESTITUTIONIS. *Bis* petens *Reſtitutionem*, quas ſolvet *Expenſas* retardati Proceſſûs?

VIII. JUS PARTICULARE, ſeu PRIVATUM COMMODUM (*de* quo *ſuprà fit* (*d*) *mentio*) dicitur, *Quando* RECTOR, vel LAICUS, in caſu prædicto, *non probavit* QUANTITATEM, ſeu VALOREM *Decimarum petitarum*, nec *quòd ſit* RECTOR, vel LAICUS FIRMARIUS. *Privatum Commodum Rectoris*, quid dicitur?

OBSERVATIONES.

(a) *Reſtitui verſus lapſum Termini Probatorii.*] " Et *alium*, ſeu *novum Terminum Probatorium* " *competentem aſſignari* [Additio in *MS. Antiq.*]

(b) *Tunc Judex.*] In *MS.* hæc ſequuntur: " *Si ſibi conſtiterit hanc eſſe Cauſam Eccleſiæ* " [ut infrà notatur, in hoc Titulo] *dicet: Re-* " *ſtituimus te versùs lapſum Termini Probatorii,* " *et aſſignamus tibi* [talem] *Terminum Probato-* " *rium*; in præſentiâ Procuratoris Partis ad- " verſæ diſſentientis, *&c.* [ut ſuprà.]

(c) *Jus particulare, aut privatum Commodum Rectoris.*] Quid ſit hoc; Vide §. 8.

(d) *De quo ſuprà fit mentio.*] Scilicet, in §. 4.

TITU-

Decimæ.

TITULUS CXCI.

Executio Sententiæ.

De modo demandandi SENTENTIAM EXECUTIONI, *in Cauſâ Decimarum*, quoad EXPENSAS, licèt fuerit a SENTENTIÂ *appellatum*, et JUDICI *inhibitum*.

In Cauſâ *Decimarum*, Sententia poteſt exequi *quoad Expenſas*, non obſtante *Appellatione*;

I. QUAMPRIMUM conſtare poterit JUDICI qui *tulit Sententiam* [ſive pro ACTORE, ſive pro REO] Quòd *appellatur ab eâdem*, JUDEX poteſt, et (ſi, ab eo, id requiritur) tenetur, *ſtatim demandare Sententiam ſuam Executioni*, quoad EXPENSAS, et EASDEM *taxare*, et *compellere Partem ad ſolvendum* EASDEM, in omnibus perinde ac ſi omnino *non* fuiſſet, *ab ejus Sententiâ*, *appellatum*:

Etiam *Inhibitione* non obſtante;

II. Et hoc etiam, *non obſtante quâcunque* INHIBITIONE (*a*) contra eum *executâ*, ratione APPELLATIONIS, a *Sententiâ definitivâ*, interpoſitæ:

Ratio, Statutum Regni.

III. Nam ita cavetur, *per* STATUTUM PARLIAMENTI, *An.* 32 *Hen.* 8. *cap.* 7.

OBSERVATIONES.

(a) *Non obſtante quâcunque Inhibitione*, &c.] Vide *Tit.* 294. §. 4.

Decimæ.

TITULUS CXCII.

Executio Sententiæ.

In quibus caſibus licet appellare *ab* EXECUTIONE SENTENTIÆ, quoad *Taxationem* EXPENSARUM, in *Cauſis Decimarum*, non obſtante STATUTO *in præcedenti Titulo mentionato*.

Quamvis (juxta *Statutum Parliamenti*) in *Cauſâ Decimarum* Sententia poteſt exequi, *quoad Expenſas*, non obſtante *Appellatione*;

I. LICÈT in STATUTO *prædicto* (*a*) caveatur; *Quòd non obſtante* APPELLATIONE, in *Cauſâ Decimarum*, a *Sententiâ definitivâ*, JUDEX *poteſt exequi ejus Sententiam*, quoad EXPENSAS, et *taxare* EXPENSAS:

II. Tamen

OBSERVATIONES.

(a) *In Statuto prædicto.*] An. 32. *H.* 8. *c.* 7.

II. Tamen quia hæc EXECUTIO et TAXATIO debent fieri, juxta JURIS, *in eâ parte*, *exigentiam* [id eſt; in *præſentiâ Partis Appellantis*, vel *in pœnam Contumaciæ illius*, ſi fuerit legitimè *citata*, et contumaciter *ſe abſentet*] licet *appellare ab* EISDEM, *ex capite* NULLITATIS, non obſtante STATUTO *prædicto:*

Obſtat autem Appellatio ab *Expenſarum Taxatione*,
[1.] Propter *Nullitatem* Taxationis:

III. Et etiam *ſi* JUDEX *exceſſerit modum* in TAXATIONE *hujuſmodi* EXPENSARUM; et cùm *Decem* tantùm *Libræ* debebantur, pro EXPENSIS *obtinentis Sententiam*, JUDEX aliquando (offenſus, ex eo quòd ab ejus Sententiâ appellatum eſt) taxabit EXPENSAS ad *Quadraginta Libras:*

[2.] Ob *Taxationem nimis exceſſivam:*
[Exempli gratiâ]

IV. Necnon *ſi* JUDEX *excommunicaverit* PARTEM, quam condemnavit *ad ſolvendum* EXPENSAS, pro non *Solutione* EARUNDEM, ſine *ullâ* (ſaltem legitimâ) MONITIONE *ad ſolvendum* EASDEM:

[3.] Propter *Excommunicationem* in non *ſolvendo Expenſas*, Parte, *ad id*, non *legitimè* monitâ.

V. PARS, in *his* EXPENSIS *condemnata*, poteſt [non ſolùm *ab hujuſmodi exceſſivâ* TAXATIONE EXPENSARUM, verùm etiam *a dictâ injuſtâ* EXCOMMUNICATIONE] *appellare* [ut in Titulo, *De Appellatione a Taxatione immoderatâ*, *ſive exceſſivâ Expenſarum* (*b*)] non obſtante *dicto* STATUTO.

[Quo caſu, datur *Appellatio*, tam ab *exceſſivâ Taxatione*, quàm ab *injuſtâ Excommunicatione*]

VI. Ratio eſt; Quia *in* STATUTO *hujuſmodi* cavetur, his Verbis: *Et* JUDEX, *qui tulit Sententiam*, *decernet*, *ſeu taxabit* EXPENSAS RATIONABILES *Partis obtinentis Sententiam*, *non obſtante ullâ Appellatione a Sententiâ definitivâ* [prout in Statuto prædicto pleniùs liquet, et apparet.]

Ratio Pro *Appellatione* a *Taxatione nimis exceſſivâ*;

VII. Ideo, ſi JUDEX exceſſiſſet *modum* in TAXATIONE EXPENSARUM, exceſſit *fines Mandati*, *ſive Commiſſionis in dicto* STATUTO *mentionatæ*.

Rationis Elucidatio.

VIII. Similiter, *ſi* JUDEX *eas Expenſas* NULLITER *taxaverit* [videlicet; *in abſentiâ Partis*, *vel ejus Procuratoris*] vel NULLITER [ſine *legitimâ* MONITIONE *ad ſolvendum Expenſas taxatas*, vel ante *diem* SOLUTIONIS] *excommunicaverit* PARTEM pro non *Solutione:*

Ratio Pro *Appellatione* propter *Nullitatem* in *Taxatione Expenſarum*, vel propter *injuſtam Excommunicationem* in non *ſolvendo eaſdem*.

IX. In *iſtis caſibus*, prout in *aliis* (videlicet) *a nimis exceſſivâ Taxatione Expenſarum*, &c. licet *appellare*, non obſtante STATUTO *prædicto:*

In quibus (*præmiſſis*) procedit *Appellatio*, non obſtante *Statuto Parliamenti:*

X. Nam *omne* STATUTUM, editum *contra* JUS COMMUNE, ſtrictè, *et* ſecundùm literam *eſt interpretandum*, *et accipiendum:*

Ratio:

XI. Et

OBSERVATIONES.

(b) *Ut in Titulo, De Appellatione a Taxatione immoderatâ, ſive exceſſivâ Expenſarum.*] Vide *Tit.* 282. Item, *De modo juſtificandi Appellationem, a Taxatione Expenſarum*; Vide *Tit.* 283.

Rationis Elucidatio.

XI. Et *ante* editum *hujuſmodi* STATUTUM *De* JURE, non *licebat* JUDICI, *in Cauſâ Decimarum*, *exequi Sententiam ſuam*, quoad EXPENSAS, vel *eas taxare*, ſaltèm *Partem condemnatam*, *ad* SOLUTIONEM *earundem*, *compellere*, ſi *fuiſſet ab ejus Sententiâ ad Superiorem Judicem* APPELLATUM, *et eidem Judici*, *a Quo*, INHIBITUM.

Quoad *hæc*, Unanimis Opinio *Juriſconſultorum*:

XII. In hâc enim ſententiâ fuerunt *omnes* JURISCONSULTI, qui interfuerunt conditioni *dicti* STATUTI, de *Expenſis taxandis*; alioquin fruſtrà *cautum fuiſſet*, prout in *dicto* STATUTO continetur (videlicet) *Quòd* JUDEX *decernet* EXPENSAS RATIONABILES.

Similis Opinio *Judicum*, ex *utroque Foro*.

XIII. Et etiam in quâdam CONSULTATIONE, habitâ per JUDICES ECCLESIASTICOS, cum JUDICIBUS SECULARIBUS *hujus Regni*, in *caſu prædicto* (videlicet) *Utrùm liceret appellare*, *ab exceſſivâ*, *et immoderatâ Expenſarum Taxatione?* Eorum JUDICIUM fuit, *licere appellare*, in *his caſibus*, non obſtante STATUTO *prædicto*.

TITU-

Cauſæ Matrimonium tangentes.

TITULUS CXCIII.

Quòd Cauſæ tangentes MATRIMONIUM tractari ſolent *in* CURIIS ECCLESIASTICIS; et *de formâ* inſtituendi *eaſdem.*

Inſtitutio Actionis.

I. SIQUIS MATRIMONIUM *contraxerit*, ſed non *ſolemnizaverit*, *in facie Eccleſiæ*, et MULIER negaverit *hujuſmodi Contractum*; agendum eſt, *in Cauſâ* MATRIMONIALI, ſeu SPONSALITICÂ, ſeu potiùs SPONSALIORUM: *Contractu Matrimoniali negato*, quomodo *Lis* inſtituenda ſit?

II. Et ſi ACTOR veretur, quòd MULIER (Lite pendente) intendit *aliunde Matrimonium contrahere*, poteſt curare, ut, in eâdem CITATIONE, inſeratur INHIBITIO, contra PARTEM citandam, *ne* (*Lite pendente*) *cum alio contrahat*, *vel* [forſan priùs contractum] *Matrimonium ſolemnizari procuret* [ut in Titulo, ſpecialiter tractante *de Citatione*, in hoc caſu (*a*), pleniùs apparet.] In *Cauſâ Contractûs*, unà cum *Citatione*, fiat *Inhibitio*, ne convoletur *ad alia Vota*.

III. Si MATRIMONIUM fuerit, *in facie Eccleſiæ*, *ſolemnizatum*, et MULIER *receſſerit a* VIRO, vel (e contrà) ſi VIR *repudiaverit* UXOREM; tunc agendum eſt, *in Cauſâ* RESTITUTIONIS OBSEQUIORUM CONJUGALIUM (*b*): Cauſa *Reſtitutionis Obſequiorum Conjugalium*, quamobrem inſtituenda?

IV. Si quis *ſolemnizaverit* MÁTRIMONIUM cum *unâ*, et poſtea convolaverit *ad ſecundas* NUPTIAS; ſi legitima UXOR cupit VIRO *ſuo reſtitui*, inſtituenda eſt LIS, *in Cauſâ* DIVORTII *a* VINCULO MATRIMONII, et RESTITUTIONIS OBSEQUIORUM CONJUGALIUM: Cauſa *Divortii* a *Vinculo*, quoad *ſecundas Nuptias*, et *Reſtitutionis Obſequiorum Uxori legitimæ*, qualis eſt?

V. LIS tamen eſt iſta inſtituenda, tam contra *ſuperinducentem*, quàm contra *ſuperinductam*; aliàs *Sententia Divortii lata* contra VIRUM [non *vocatâ ſuperinductâ* MULIERE] non *valet* quoad *eam*, nec *ei* LIS *hujuſmodi præjudicabit*; quod aliàs faceret, ſi *vocata*, et LIS prædicta *contra* UTROSQUE *inſtituta fuiſſet*: Quomodo ſit inſtituenda?

Quæ dicta ſunt, *de* MULIERE, locum etiam habent, de VIRO.

VI. Similiter,

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo ſpecialiter tractante de Citatione, in hoc caſu.*] De *Citatione*, in Cauſâ Matrimoniali, cum *Inhibitione*; Vide *Tit.* 198. Vide etiam *Tit.* 31. necnon *Tit.* 200. §. 3, 7. item *Tit.* 202, 203, 204.

(b) *Reſtitutionis Obſequiorum Conjugalium.*] De cauſis quæ impediunt *Reſtitutionem* Obſequiorum Conjugalium, in *Cauſâ Matrimoniali*: Vide *Tit.* 216. §. 1, 3.

Cauſa *Divortii a Vinculo*, ratione *prioris Matrimonii*, qualiter inſtituenda ſit?

VI. Similiter, ſi MULIER *ſuperinducta* (*c*) intendit recedere a VIRO *ſuperinducto*, ac ut PERFORMATIO PROMISSI (*d*) MATRIMONII (inter eam et dictum Virum) *pro nullâ, et invalidâ pronunciaretur*; agere poteſt (ut ſolet) *in Cauſâ* DIVORTII, a VINCULO MATRIMONII, et [ex cauſis, ſuperiùs ſpecificatis (*e*)] expedit, ut *ea* ACTIO inſtituatur contra *legitimam* UXOREM *dicti* VIRI:

Præmiſſa (*f*) etiam locum habent *contra* MULIEREM (*g*).

De *Diſſenſu* Impuberum.

VII. Si PUELLA *quæ* [infra *duodecimum ætatis annum*, ultra tamen *ſeptimum annum*] MATRIMONIUM, cum MINORE [*quatuordecim annis*] de facto, *ſolemnizaverit*, quamprimum ad *legitimam ætatem* [id eſt, ad *duodecimum annum* (*h*)] pervenerit, *coram* TESTIBUS, *et* NOTARIO PUBLICO (ſi Notarius adhiberi poſſit) *diſſentierit hujuſmodi* MATRIMONIO, et proteſtata fuerit, *quòd* non *intendit* ILLUD *quoviſmodo ratificare*, aut *in* ILLUD *conſentire*, ſed *ab* EODEM *recedere, et reſilire*, legitimè poteſt ad *ſecundas* NUPTIAS *convolare:*

De *Matrimonio* Impuberum *diſſolvendo.*

VIII. Nam, per DISSENSUM *hujuſmodi*, SOLEMNIZATIO *prioris* MATRIMONII redditur *nulla:*

IX. Quæ hìc dicta ſunt de PUELLÂ [infra *duodecimum ætatis annum*, ſolemnizante MATRIMONIUM] etiam in VIRO [ſolemnizante MATRIMONIUM poſt *annum ſeptimum*, ante tamen *decimum quartum annum*] locum habent:

Cauſa *Nullitatis Matrimonii* [inter Impuberes] *habiti*, quomodo inſtituenda?

X. Solent tamen PERSONÆ (in hoc caſu) ante *has ſecundas* NUPTIAS, agere contra PERSONAM *illam*, cum *quâ*, de facto, MATRIMONIUM *fuit ſolemnizatum* [ſi *legitimæ* fuerit *ætatis*] in *Cauſâ* NULLITATIS MATRIMONII, et obtinere *Sententiam* JUDICIS, pro NULLITATE *ejuſdem.*

Quo caſu *Matrimonium* [inter Impuberes] *ſecundum valet*, non obſtante *priori.*

XI. Sed quamvis ſuprà dicitur, PERSONAS (in caſu prædicto) ſolere, ante hujuſmodi *ſecundas* NUPTIAS, *Actionem* NULLITATIS MATRIMONII inſtituere, ac *Sententiam* pro NULLITATE *ejuſdem* obtinere; Tamen ſi, ante *Inſtitutionem Cauſæ hujuſmodi*, dicta MULIER

OBSERVATIONES.

(c) *Mulier ſuperinducta.*] "Superinducta eſt "Mulier, cum quâ, Vir (habens Uxorem ſu"perſtitem) de facto, profanavit Matrimonium. *MS. Antiq.*

(d) *Ac ut Performatio promiſſi Matrimonii.*] Legitur in *MSS.* "Ac ut *Profanatio prætenſi Matrimonii.*

(e) *Ex cauſis ſuperiùs ſpecificatis.*] Scilicet in §. 5. *hujus Tituli.*

(f) *Præmiſſa.*] "Intellige, quoad *ſuperin"ductum*, quæ notantur de *Muliere ſuperinductâ.* MS.

(g) *Locum habent contra Mulierem.*] Hæc adduntur Verba in *MS. Antiq.* "Si *ſuperin"ductus* inſtituere voluerit *Actionem*, contra "*Mulierem ſuperinductam.*

(h) 1 *Ad duodecimum annum.*] Hæc Ætas, videlicet, duodecim annorum in *Muliere*, et quatuordecim in *Viro*, eſt idonea *ad conſentiendum Nuptiis*, etiam JURE *communi* ANGLIÆ.

2 Minores autem (viceſimo primo Ætatis anno nondum completo) abſque *Parentum* Conſenſu, *eiſve defunctis*, abſque *Tutorum* ſive *Gubernatorum ſuorum* Conſenſu, *Matrimonium* ſive *Sponſalia* contrahere prohibentur. Vide *Canon.* [*An.* 1603.] 100.

MULIER *ſolemnizaverit aliunde* MATRIMONIUM [nullâ præcedente *Sententiâ*] hoc *ſecundum* MATRIMONIUM valet, et legitimum cenſetur; dummodo, poſt *legitimam ætatem*, nullus [nec VERBIS, nec ACTIS] anteceſſerit CONSENSUS in *prius* MATRIMONIUM *prædictum*.

Cauſæ Matrimonium tangentes.

XII. Sed dato, MULIEREM perveniſſe *ad legitimam ætatem*, cùm VIR fuerit adhuc *in Minori ætate* [id eſt, infra *decimum quartum ætatis annum*] nam in hoc caſu, requiritur DISSENSUS (*i*) *expreſſus* (ut (*l*) ſuprà) vel *Inſtitutio Actionis* pro NULLITATE MATRIMONII: Quoniam *ut Matrimonium fiat perfectum* requiritur *mutuus Partium Conſenſus*, qui adhiberi non poſſit, *ſi altera Partium fuerit Minor*; ideo (ut ſuprà dicitur) licitè MULIER poteſt *ad ſecundas convolare* NUPTIAS: Præmiſſa tamen intelligenda etiam ſunt de JUVENE, *ſolemnizante* MATRIMONIUM infra *decimum quartum ætatis annum*, et non *diſſentiente*, quamprimum *ad legitimam* pervenerit *ætatem*, PUELLÂ tunc *in Minori ætate* exiſtente.

Alius caſus quoad [Impuberes] quo licebit *ſecundas* inire *Nuptias*.

XIII. Si (in caſu, in præſenti Titulo, ſpecificato) PARTES *prædictæ* [*quæ* MATRIMONIUM, de facto, *ſolemnizârunt* in *Minori ætate*] quamprimum pervenerint *ad legitimam ætatem* [id eſt, MULIER *ad duodecimum*, et VIR *ad decimum quartum ætatis annum*] VERBIS [*invicem* CONJUGES *appellantes*] vel FACTIS [*per* LITERAS *miſſivas*, ſeu *alia Familiaritatis, et Amoris* SIGNA, *et* DONARIA] dictum *primum* MATRIMONIUM [quamvis ſolemnizatum *infra annos prædictos*] approbaverint, *et* ratificaverint [*præcipuè* (*invicem*) *carnaliter cognoſcendo*, vel *in uno, et eodem Lecto decumbendo*] et tamen (his non obſtantibus) *ad ſecundas* NUPTIAS convolaverint; *altera* PARTIUM agere poteſt *contra* convolantem ad *ſecundas* NUPTIAS (*m*), in *Cauſâ* MATRIMONIALI, *et* DIVORTII:

Alia *Cauſa Matrimonialis* et *Divortii* [quoad Impuberes] quomodo inſtituenda?

XIV. Et ſi ACTOR, in *hâc Cauſâ*, probaverit CONSENSUM *in primum Matrimonium* [VERBIS, *vel* FACTIS] ante *ſecundas* has NUPTIAS, poſt *legitimam ætatem*, obtinebit Sententiam, DIVORTII *a ſecundis* NUPTIIS, ac pro VALIDITATE *prioris* MATRIMONII:

Sententia qualis, in *hoc caſu?*

XV. Si

OBSERVATIONES.

(i) *Nam, in hoc caſu, requiritur Diſſenſus.*] "Legitur in *MSS*. Non, in hoc caſu, requiritur "Diſſenſus.

(l) *Ut ſuprà.*] §. 7, 8.

(m) *Et tamen* (*his non obſtantibus*) *ad ſecundas Nuptias convolaverint; altera Partium agere poteſt contra convolantem ad ſecundas Nuptias*, &c.] Varia Lectio talis eſt, in *MSS.* "Et tamen (his non obſtantibus) ad ſecundas Nuptias *convolaverit altera Partium*; "agi poteſt tam contra *ſuperinductam*, quàm "contra *ſuperinducentem*, convolantem ad ſecundas Nuptias, &c.

Cauſa Nullitatis Matrimonii, ob Gradûs Propinquitatem, quomodo inſtituenda?

XV. Si quis *contraxerit*, et *ſolemnizaverit* MATRIMONIUM, in Gradu *Conſanguinitatis*, vel *Affinitatis*, de *Jure Divino*, prohibito, *vel* de *Legibus hujus Regni* non permiſſo (*n*) [quia hujuſmodi *Copulatio* non eſt *Matrimonium*, ſed *Adulterium*, ſeu potiùs *Inceſtus*] competit UTRIQUE PARTIUM *Cauſa* DIVORTII, a VINCULO MATRIMONII, ſeu potiùs [quia, *ab initio*, non fuit *Matrimonium*] *Cauſa* NULLITATIS MATRIMONII.

Cauſa Jactitationis Matrimonii quomodo inſtituenda?

XVI. Si JUVENIS cum FŒMINÂ *tractaverit*, MATRIMONIUM *contrahendo* (*o*), vel forſan *contraxerit* SPONSALIA, de *futuro*, ſed non contraxerit verum MATRIMONIUM, *per verba* de *præſenti*, ſi FŒMINA jactitaverit *et* affirmaverit, *dictum Juvenem*, *cum eâ*, *Matrimonium*, *per verba* de *præſenti*, *contraxiſſe*, *et eum ejus Maritum*, *ſeque ipſius* [*Juvenis*] *Conjugem eſſe* (quod quàm ſæpiſſimè contingit, in maximum præjudicium Juvenis, aliunde proponentis Matrimonium contrahere) JUVENIS *iſte* poteſt agere *contra hanc* MULIEREM, in *Cauſâ* JACTITATIONIS MATRIMONII (*p*):

Conſimilem etiam *Cauſam* MULIER (in caſu conſimili) inſtituere poteſt, *contra* VIRUM.

Cauſa Nullitatis Matrimonii, ob Inhabilitatem [ſcilicet, *Impedimentum naturale*] *quomodo inſtituenda?*

XVII. Quia MATRIMONIUM *ordinatum fuit*, non ſolùm *ad evitandam* FORNICATIONEM, ſed etiam *ad* PROLES *procreandas*; ſi MATRIMONIUM (tale quale) *fuerit*, inter *Virum*, et *Mulierem*, de facto, *ſolemnizatum*, qui omnino *inhabiles* ſunt (*q*), non propter ÆTATEM, ſed propter aliquod *naturale* IMPEDIMENTUM (*r*), ad PROLES *ſuſcitandas* [utpote, propter *Impotentiam*, *Frigiditatem*, *Maleficentiam*, et *ſimilia*, quæ, *ipſo* JURE, reddunt hujuſmodi MATRIMONIUM *nullum*.]

Hæc IMPEDIMENTA *naturalia* aliquando contingant, tam *in* MULIERE, quàm in VIRO (*ſ*).

Cauſa Separationis a Thoro et Menſâ,

XVIII. Si MARITUS fuerit, erga UXOREM, *crudelis et ferox*, *ac Mortem ei comminatus et machinatus fuerit*; vel *eam inhumaniter* [Verbis *et* Verberibus] *tractaverit*, et aliquando *Venenum*, *loco Potûs*, *paraverit*; vel *aliquid ſimile commiſerit*, propter quod MULIER (*ſine periculo Vitæ*) *cum* MARITO *cohabitare*, *aut* OBSEQUIA CONJUGALIA *impendere*, *non audeat*; MULIER agere poteſt,

OBSERVATIONES.

(n) *De Jure Divino prohibito, vel de Legibus hujus Regni non permiſſo.*] Vide *Cap.* 18. et 20, *Legis Leviticæ.* Vide *Statut. An.* 2. *Ed.* 6. *cap.* 23. Vide *Canon.* [*An.* 1603.] 99.

(o) *Tractaverit, Matrimonium contrahendo.*] "Tractaverit *de Matrimonio* contrahendo. *MSS.*

(p) *In Cauſâ Jactitationis Matrimonii.*] De modo procedendi in *tali Cauſâ*; Vide *Tit.* 194, 195, 196, 197.

†

(q) *Qui omnino inhabiles ſunt.*] Legitur in *MSS.* "Et tamen *una Partium* omnino *inhabilis* eſt.

(r) *Impedimentum.*] De modo probandi *Defectus* inter *Conjugatos*, ad *diſſolvendum Matrimonium*; Vide *Tit.* 217.

(ſ) *Contingant tam in Muliere, quàm in Viro.*] Hìc pergit *MS. Antiq.* "Et *Pars gravata* agere poteſt, in *Cauſâ* NULLITATIS *Matrimonii.*

poteſt, *contra* talem VIRUM, in *Cauſâ* DIVORTII, *ſeu potiùs* SEPARATIONIS, *a* THORO *et* MENSÂ (*t*), *propter* SÆVITIAM: *Conſimilis* etiam *Cauſa* competit VIRO, *contra* UXOREM.

Propter *Sævitiam*, quomodo inſtituenda?

XIX. Si MULIER cupiat *divortiari*, ſeu potiùs *ſeparari* a VIRO, vel (e contrà) MARITUS ab UXORE, *propter* ADULTERIUM (*u*), agendum eſt (ut ſuprà) *in Cauſâ* DIVORTII (*x*), *ſeu* SEPARATIONIS, *a* THORO *et* MENSÂ.

Quomodo propter *Adulterium*?

XX. Si PARENTES, vel AMICI, *Viri*, vel *Mulieris*, qui *interfuerunt* SOLEMNIZATIONI, vel CONTRACTUI inter *Liberos*, vel *Conſanguineos ſuos*, ſeu *alias Perſonas quaſcunque*; vel ſi SENTENTIA *definitiva* lata fuerit, *pro quocunque hujuſmodi Matrimonio*, de *Scientiâ*, vel *Credulitate* PARENTUM vel AMICORUM *hujuſmodi* [a quâ *non appellatur*, vel *interpoſitâ* forſan *Appellatione*, ea non ſit *proſecuta*, ſed *deſerta*] Tamen hujuſmodi PARENTES, et AMICI dictæ *Fœminæ*, *eam* [etiam aliquando *invitam*] ita *cuſtodiunt*, et *detinent*, quò minùs citari, *ad reſpondendum in Cauſâ Matrimoniali*, vel (pòſt latam Sententiam) *ad ſolemnizandum Matrimonium adjudicatum* conveniri poſſit; vel, Verbis et Communicationibus (*y*) conantur perſuadere *Puellæ*, ut MATRIMONIUM [aliàs, *in* eorum *præſentiis*, *contractum*, vel, ut ſuprà, *adjudicatum*] negaret; *ac mentem et amorem*, *a* VIRO *hujuſmodi*, alienaret; *et*, aliquando, *ut ad alia* VOTA *convolaret*, ſolicitant:

Contra iſtos *Matrimonii Celebrationem*, aut *Conſummationem*, *Impedientes*,

Seu *Sponſam*, aut *Uxorem detinentes*,

Minantes,

Suadentes,

A proprio Viro *alienantes*,

Et ad alia Vota *ſolicitantes*.

XXI. Tunc ILLE, qui MATRIMONIUM cum *dictâ* PUELLÂ *contraxit*, agere poteſt, *in Cauſâ* IMPEDIMENTI MATRIMONII, contra PARENTES, vel AMICOS *prædictos*, et (probatis præmiſſis) *corrigendi et puniendi ſunt* (*z*), *juxta* JURIS *exigentiam*, et JUDICIS *Arbitrium*, et *condemnandi ſunt in* EXPENSIS:

Similiter, in omnibus, de JUVENE, ſi *Fœmina fuerit* ACTRIX.

Competit Cauſa *Impedimenti Matrimonii*:

In *hoc caſu*, Delinquentes, *ad Arbitrium Judicis*, puniendi ſunt,

OBSERVATIONES.

(t) *Separationis, a Thoro et Menſâ.*] Vide *Tit.* 215, *per totum.*

(u) *Propter Adulterium.*] De cauſis per *Judicem* perpendendis, in *Cauſâ Divortii* propter *Adulterium*; Vide *Tit.* 213.

(x) *In Cauſâ Divortii*, &c.] Quæ hoc *impediunt*; Vide *Tit.* 214.

(y) *Communicationibus.*] Aliàs, ut in *MS.* " Comminationibus.

(z) 1 *Puniendi ſunt.*] Ne quis *impediat* Matrimonium celebrari *in facie Eccleſiæ*; Vide *Conſtit. Othobon.* Conjugale fœdus; *per totum.*

2 Quòd Miniſtri ſine Bannis ritè indictis, vel legitimè diſpenſatis, Matrimonium celebrare prohibentur: Vide *Canon.* [*An.* 1603.] 62. Vide etiam *Lynd.* De Clandeſtinâ Deſponſatione.

3 Similiter etiam Miniſtri in locis exemptis, ſine Bannorum juſtâ Indictione, vel Diſpenſatione legitimâ, Matrimonium celebrare prohibentur: Vide *Can.* 63.

4 Per quos autem, et quibus, Facultates pro Bannis Matrimonialibus omittendis (interpoſitâ Cautione) concedendæ ſint: Vide *Can.* 101.

5 Sub quibus Conditionibus, in Facultatibus pro Bannorum Omiſſione concedendis, Cautio ſit interponenda: Vide *Can.* 102.

6 Quòd eædem Conditiones, ob majorem Cautelam jurejurando ſuffulciri debent: Vide *Can.* 103.

7 Viduis autem contrahentibus remittitur Parentum Conſenſus: Vide *Can.* 104.

Jactitatio Matrimonii.

TITULUS CXCIV.

Proceſſus in Cauſà.

De modo procedendi, *in Cauſâ* JACTITATIONIS *Matrimonii*, et *de tenore* SENTENTIÆ, *in eâdem Cauſâ*, *ferendæ*.

Jactitationis Matrimonii, et *Cauſæ Diffamationis*, Similitudo:

I. CAUSA JACTITATIONIS MATRIMONII eſt *Cauſa* PLENARIA (*a*), ac ſapit naturam *Cauſæ* DIFFAMATIONIS, ſeu *quaſi*; et in *eâdem Cauſâ* procedendum eſt, ut in *Cauſâ* DIFFAMATIONIS (*b*):

Quoad *Reſponſa Rei*, Diſſimilitudo.

II. Hoc excepto, quòd in hâc *Cauſâ Jactitationis*, REUS cogendus eſt, *ad reſpondendum Poſitionibus Libelli*, *quamvis nulli Teſtes producti fuerint*, *ſuper eodem*; ſecùs *in Cauſâ Diffamationis*; ut ſuo loco tractatur (*c*).

Quænam *Probationes hincinde* requiruntur, in *Cauſâ Jactitationis*?

III. Si igitur ACTOR probaverit [ſive per *Confeſſionem* PARTIS *Reæ*, ſive per TESTES] *Partem Ream dixiſſe*, *ſeu jactitâſſe*, *ſe Matrimonium*, *cum Actore*, *contraxiſſe*, vel *Actorem ejus Maritum fuiſſe*, et PARS *Rea* non allegaverit et probaverit, SE juſtè *ita dixiſſe*, *et jactitâſſe* [*ſcilicet*; QUIA reverà *Matrimonium fuit inter eos*, per *Verba de præſenti*, *contractum*] ferenda eſt SENTENTIA pro ACTORE, *Partem Ream temerè et injuſtè dixiſſe*, *et jactitâſſe ſe Matrimonium cum Actore contraxiſſe*, et *Silentium perpetuum* (in eâ parte) *eſt* PARTI REÆ *imponendum*, et etiam eſt *in Expenſis* ACTORI *condemnanda* (*d*).

Qualis ſit *Sententia*?

Quænam *Expenſæ*?

OBSERVATIONES.

(a) *Cauſa Jactitationis Matrimonii eſt Cauſa Plenaria.*] Vide *Tit.* 7. §. 1, 7.

(b) *Procedendum eſt, ut in Cauſâ Diffamationis.*] Vide *Tit.* 7. §. 1, 4.

(c) *Ut, ſuo loco, tractatur.*] Vide *Tit.* 61. §. 14.

(d) *Condemnanda.*] Quæ ſuperiùs dicuntur *de Muliere*, locum etiam habent *de Viro*.

TITU-

Jactitatio Matrimonii.

TITULUS CXCV.

De formâ allegandi *et* juſtificandi JACTITATIONEM MATRIMONII, ante LITIS CONTESTATIONEM; et *de tenore* SENTENTIÆ, ſi *Pars Rea* juſtificaverit JACTITATIONEM.

Juſtificatio Jactitationis

I. SI PARS REA vocata (ut (*a*) ſuprà) *in Cauſâ* JACTITATIONIS MATRIMONII, intendit *juſtificare* JACTITATIONEM *libellatam* [id eſt; *quòd* verè *et* juſtè *dixit*, *et jactitavit*, SE *Matrimonium cum* ACTORE *contraxiſſe*] proponere poteſt MATERIAM, ſive ALLEGATIONEM JUSTIFICATORIAM, ſeu DEFENSIVAM, in die dato, ſeu aſſignato PARTI REÆ, ſeu *ejus* PROCURATORI, *ad reſpondendum Libello*, ante CONTESTATIONEM LITIS, ſeu loco LITIS CONTESTATIONIS; ſub hâc formâ:

Datur *Allegatio Juſtificationis Jactitationis*, ante *Litem conteſtatam*, ſeu loco *Conteſtationis*.

II. *Ego* N. [id eſt; PARS REA, vel *ejus* PROCURATOR] *reſpondendo Libello, aliàs* (*in hâc Cauſâ*) *dato, do Materiam, ſive Allegationem, loco Reſponſionum*; *atque reſpondeo, allego, proteſtor, et cætera facio, prout in Materiâ, ſive Allegatione hujuſmodi continetur:*

Forma dandi *Allegationem Juſtificationis*.

III. *Et ſub Proteſtatione de nullitate* (*b*), *ineptitudine, nimiâ generalitate, obſcuritate, et indebitâ ſpecificatione dicti Libelli, conteſtor Litem negativè ad eundem* (*c*).

Forma *Proteſtationis*, eodem tempore, et *Litis Conteſtationis*.

IV. Quoniam JUSTIFICATIO JACTITATIONIS *hujuſmodi* propoſita, et allegata fuit, *tempore et loco* LITIS CONTESTATIONIS, ſi PARS REA probaverit, *ſe* juſtè *jactitâſſe* [id eſt; SE *Matrimonium*, per *Verba de præſenti, cum* ACTORE *contraxiſſe*] pronunciandum eſt (in unâ et eâdem Sententiâ) non ſolùm, ACTOREM *defeciſſe in Probatione Libelli, ſaltèm ad effectum in eodem petitum* [ſcilicet, ut pronunciaretur, PARTEM *Ream* ACTOREM *defamâſſe*, *et* injuſtè *jactitâſſe*, *ſe Matrimonium cum* ACTORE *contraxiſſe*,

Sententia pro *Jactitatione* (allegatâ loco Litis Conteſtationis) *juſtificatâ*, qualis eſt?

OBSERVATIONES.

(a) *Vocata, ut ſuprà.*] *Tit.* 193. §. 16.

(b) *Et ſub Proteſtatione de nullitate, &c.*] Hæc Verba ſunt in *MS. Antiq.* "Et, *aliter* " *quàm in hujuſmodi Materiâ continetur*, ſub " Proteſtatione de nullitate, *&c.*

(c) *Ad eundem.*] Hìc pergit *MS. Antiq.* in hiſce Verbis, videlicet: " Acceptet ACTOR Allegata hujuſmodi, *qua-* " *tenus faciant pro Parte ſuâ* (nam per hujuſ- " modi Allegata, *propoſita per Partem Ream*, " ACTOR liberatur *ab Onere probandi* Jactitati- " onem) *et quatenus faciunt contra*, diſſentiat, " inficiando *eadem eſſe vera.*

Pronunciatur, in eâdem, *pro Matrimonio.*

contraxiſſe, et SILENTIUM *eidem* PARTI *Reæ imponendum eſſe*] verùm etiam pronunciandum eſt, *pro hujuſmodi* MATRIMONIO *allegato*; prout pronunciari ſolet *in Cauſâ* MATRIMONIALI originaliter inſtitutâ.

Sententia, *contra Jactitationem*, dimiſſoria, *qualis?*

V. Si verò REUS defecerit, *in Probatione* JUSTIFICATIONIS *hujuſmodi* JACTITATIONIS, tunc (e contrà) pronunciandum eſt, ACTOREM *probâſſe Libellum, ac* PARTEM *Ream defeciſſe in Probatione Materiæ Juſtificatoriæ Jactitationis allegatæ, et* SILENTIUM *eſt* PARTI *Reæ imponendum* (*d*), quoad *contenta, deducta,* et *petita*, in MATERIÂ JUSTIFICATORIÂ; *dimittendus eſt etiam*

Quales *Expenſæ?*

ACTOR, quoad *petita* hujuſmodi in MATERIÂ *datâ* per PARTEM REAM, et PARS *Rea condemnanda eſt in* EXPENSIS *totius Litis.*

OBSERVATIONES.

(d) *Et Silentium eſt Parti Reæ imponendum.*] Hìc adjiciuntur hæc Verba ſequentia, in *MS. Antiq.*

" Sed quære, an hæc *Silentii Impoſitio* valeat, cùm *Exceptio Rei Judicatæ,* in *Cauſâ* " *Matrimoniali,* non habet locum?

[Quòd Sententia *in Cauſâ Matrimoniali*, contra Matrimonium, *nunquam tranſit in Rem Judicatam*; Vide *Tit.* 205. §. 2, 3, 4, 5.]

Jactitatio Matrimonii.

TITULUS CXCVI.

Juſtificatio Jactitationis.

Quòd PARS REA, *in Cauſâ* JACTITATIONIS MATRIMONII, *poſſit* dare *et* proponere *Materiam juſtificatoriam* JACTITATIONIS, poſt LITIS CONTESTATIONEM, et *de tenore* SENTENTIÆ, *in eâdem Cauſâ.*

Quomodo datur *Allegatio Juſtificationis Jactitationis* poſt *Litis Conteſtationem?*

I. QUAMVIS ſuprà dictum (*a*) ſit, *proponi poſſe* MATERIAM JUSTIFICATORIAM JACTITATIONIS, in die aſſignato *ad reſpondendum Libello* ac loco LITIS CONTESTATIONIS; *Pars Rea* tamen poteſt *hujuſmodi* MATERIAM *proponere*, poſt LITEM CONTESTATAM, ad elidendam Intentionem *Actoris:*

Danda eſt *Juſtificatio Jactitationis*, ante *Publicationem*, et *Percontationem*,

Ne objiciatur, *Materiam eſſe contrariam*;

II. Ita tamen, ut *proponatur* ante PUBLICATIONEM *Teſtium Actoris, ſuper Libello,* nam tunc (*b*) obſtabit EXCEPTIO, *quòd Materia* directè contraria *non ſit proponenda,* poſt *publicatas Atteſtationes* et *percontatas* per *Partem Ream:*

III. Sed

OBSERVATIONES.

(a) *Suprà dictum eſt*] Scilicet; in *Tit.* 195. §. 1.

(b) *Nam tunc.*] Poſt Publicationem. 3

III. Sed quære, *utrùm* non obſtante *Publicatione* (*c*), et *Percontatione*, in CAUSÂ MATRIMONIALI, *Materia* quamvis contraria *proponi poſſit?*

Nonne dubitur *poſt Publicationem* et *Percontationem*, in *favorem Matrimonii?*

IV. Si PARS REA, in hoc caſu, *juſtificaverit* JACTITATIONEM [id eſt; *plenè probaverit Contractum Matrimonialem, inter eam et Actorem*] obtinebit tantùm SENTENTIAM *abſolutoriam* [videlicet *Actorem defeciſſe in probatione Libelli*, et *Partem Ream dimittendam, et abſolvendam eſſe, ab Impetitione Actoris.*]

Jactitatione (allegatâ *poſt Litem conteſtatam*) juſtificatâ, *Sententia* ſit ſummodo (quoad Reum) *abſolutoria:*

V. Tenebant tamen ADVOCATI, annis retroactis [ac etiam ita communiter practicatum fuit] quòd, in iſto caſu (in hoc Titulo, mentionato) videlicet; *ſi* PARS REA *probaverit Matrimonium*, quamvis, per eam, *poſt* LITIS CONTESTATIONEM, *allegatum*, obtineret SENTENTIAM, *in proximo præcedenti Titulo* [§ Quoniam Juſtificatio] *mentionatam.*

Opinio DD. et *Praxis* olim,

Quòd *Sententia* ſit etiam (in hoc caſu) pro *Matrimonio declaratoria.*

VI. Quamvis ſuprà dicitur (*d*), *Materiam prædictam eſſe proponendam*, ante PUBLICATIONEM *Teſtium*, ne objiciatur, *quòd non ſit admittenda*, quia *Publicatio Teſtium, ſuper Libello, obſtat*; ſi tamen, in *Libello*, nec *Dies*, nec *Locus certus* [in *quo* Verba JACTITATIONIS proferri prætenditur] *ſit ſcriptus*, ſed generaliter *talibus Menſibus* [numerando *diverſos*] ac *in tali, vel tali, Loco* (ut in his caſibus ſolet fieri) *Materia* contra prædicta (*e*) *proponi poteſt:*

Quando *Materia* Jactitationis (ex unâ parte) *propoſita*, non ſit certis loco et tempore coarctata, tum *Materia contraria* ſit (ex alterâ parte) *admittenda*, poſt *Publicationem:*

VII. Quia, *per illam* generalem *Allegationem*, PARS REA non *potuit ſe defendere*, quod aliàs *facilè poſſit*, poſt *publicatas Atteſtationes:*

Ratio.

VIII. Nam *tunc*, ſi TESTES depoſuerint, *quo tempore*, ac *quo in Loco* (*f*), PARS REA protulit *Verba libellata*, poteſt probare *Negativum* (*g*): videlicet;

Modus probandi *negativum.*

IX. *Abſentiam* ſuam, *eodem Tempore*, àb *eodem Loco*, et ejus continuam *Præſentiam*, in *alio loco:*

Exemplum:

X. Necnon *per alios* TESTES [diligenter attendentes *quæ*, et *qualia*, *Verba* PARS REA protulit] *numero plures* (*h*) (tempore et loco, per Teſtes Actoris, depoſitis) *præſentes*, PARTEM REAM *talia Verba* non *protuliſſe.*

Exemplum aliud.

XI. Poteſt etiam PARS REA probare, *Se*, ante *Tempus Prolationis Verborum libellatorum*, MATRIMONIUM *cum* ACTORE *contraxiſſe*; et ideo, *Se* juſtè *jactitâſſe*, ut ſuprà.

Juſtificatio Jactitationis Matrimonii quomodo probanda?

TITU-

OBSERVATIONES.

(c) *Non obſtante Publicatione*, &c.] De *Productione* Teſtium, in *Cauſâ Matrimoniali*, poſt *publicatas Atteſtationes*, &c] Vide *Tit.* 205.

(d) *Suprà dicitur.*] § 2.

(e) *Materia contra prædicta*] Legitur in *MS.* " Materia directè contraria.

(f) *Depoſuerint, quo tempore, ac quo in loco*] " Nam aliàs Teſtes nihil probant. *MS. Antiq.*

(g) *Poteſt probare negativum.*] Vide de hoc etiam in *Tit* 27. §. 3.

(h) *Numero plures.*] Additur in *MS. Antiq.* " Et fide digniores.

Jactitatio Matrimonii.

TITULUS CXCVII.

Juſtificatio Jactitationis.

Quòd PARS REA *citata*, in *Cauſâ* JACTITATIONIS MATRIMONII, *poteſt* (ſive *in eodem Judicio*, *ſive in alio*) *inſtituere* ACTIONEM, contra *hujuſmodi* ACTOREM, in *Cauſâ* MATRIMONIALI.

Opinio DD.

Quòd citatus, in *Cauſâ Jactitationis*, poteſt inſtituere *Actionem*, in *novâ Cauſâ Matrimoniali*, coram *alio Judice*.

I. NONNULLI, ex modernis ADVOCATIS, tenent [et ita etiam adjudicari novi] licere PARTI citatæ ad *reſpondendum* in *Cauſâ* JACTITATIONIS MATRIMONII, aut in *eodem Judicio*, aut coram *alio Judice competente* [etiam non obſtante quòd CITATIO, in *Cauſâ* JACTITATIONIS, primò *emanavit*, et *executa fuit*] contra *hunc* ACTOREM inſtituere *Cauſam* MATRIMONIALEM.

Altera *Opinio* DD.

Quòd *non* poteſt; niſi in *eâdem Cauſâ*; et coram *eodem Judice*:

II. Retroactis tamen temporibus, *contrariam* tenebant ADVOCATI *ſententiam*; videlicet: PARTEM REAM non poſſe [in hoc caſu] nec in *eodem Judicio*, nec in *alieno Judicio*, LITEM in *Cauſâ* MATRIMONIALI inſtituere; *ſed* teneri MATRIMONIUM (ſi quod cum Actore contraxerit) *allegare*, coram *eodem Judice*, in *ipſâ et eâdem Cauſâ* JACTITATIONIS MATRIMONII, et non *in aliâ*, aut *novâ Cauſâ* (*a*); his etiam adducti rationibus:

Ratio Hujus *Opinionis*.

III. Quòd ſi *duæ ſeparatæ Cauſæ* inſtituerentur, *una* JACTITATIONIS, *alia* MATRIMONIALIS, facilè fieri potuiſſet, ut *duæ contrariæ pronunciarentur* SENTENTIÆ, etiam per *eundem* JUDICEM; videlicet:

Rationis Argumentum.

IV. Si PARS REA non allegaverit *et* probaverit MATRIMONIUM, in *dictâ Cauſâ* JACTITATIONIS MATRIMONII, quòd tunc pronuncianda eſt SENTENTIA, ut ſuprà (*b*), ACTOREM *probâſſe Libellum*, et PARTEM REAM, *injuſtè jactitâſſe*, *ſe Matrimonium cum* ACTORE *contraxiſſe*, atque *Silentium* (in eâ parte) *eſſe* PARTI REÆ *imponendum:*

Argumenti Explicatio.

V. Et (e contrà) ſi in *aliâ Cauſâ* (videlicet) MATRIMONIALI, ACTOR probaverit MATRIMONIUM *allegatum*, ferenda eſt SENTENTIA, *pro* MATRIMONIO *allegato*, *inter* PARTEM REAM *et* ACTOREM:

VI. Dicebaturque,

OBSERVATIONES.

(a) *Et non in aliâ, aut novâ Cauſâ*] Sic et hodie practicatur.

(b) *Ut ſuprà.*] In Titulo 194, §. 3.

VI. Dicebaturque, ab ADVOCATIS hujuſmodi, *hanc ſecundam Cauſam dividere Continentiam Cauſâ:* Conſule igitur, in hîc Quæſtione, peritiſſimos ADVOCATOS. *Rationis* Elucidatio.

VII. Sed dato, hanc *ſecundam Cauſam* (ſcilicet) MATRIMONIALEM, poſſe inſtitui *in* alio *ſeu* eodem *Judicio*, quamvis CAUSA JACTITATIONIS inſtituta *fuit* (*c*), arguendus tamen eſt iſte *ſecundus* ACTOR, de *Malitiâ* (*tali, quali*) Quia videtur, SE *hanc ſecundam* inſtituiſſe *Cauſam*, *animo malitioſo*, ac *onerandi ejus* ADVERSARIUM *diverſis Litibus, et Expenſis*, cum (ut in præcedenti Titulo (*d*) dicitur) *utraque Cauſa hujuſmodi* [videlicet, JACTITATIONIS, et MATRIMONII] *ſimul et ſemel*, ac *unis et eiſdem Expenſis*, tractari potuiſſet. Quo caſu *Actor* arguendus eſt de *Malitiâ*? Ratio.

OBSERVATIONES.

(c) *Poſſe inſtitui in alio, ſeu eodem Judicio, quàmvis Cauſa Jactitationis inſtituta fuit.*] Varia Lectio talis eſt, in *MS. Antiq.* "Poſſe inſtitui *in* alio *Judicio*, quàm *in* illo, *in* quo "*Cauſa Jactitationis* inſtituta fuit, ſeu *in* eodem *Judicio*.

(d) *Ut in præcedenti Titulo.*] 195. § 4.

TITULUS CXCVIII.

De CITATIONE, in *Cauſâ* MATRIMONIALI, cum INHIBITIONE.

Matrimonium et *Sponſalia.*

Citatio.

I. SI AGENS, in *Cauſâ* MATRIMONIALI, credit, vel dubitat, PARTEM REAM *citandam* velle (Lite pendente) *ad alia Vota convolare* [id eſt; cum alio aut contrahere, aut ſolemnizare Matrimonium] curare poteſt, ut in CITATIONE inſeratur INHIBITIO (*a*), contra Partem Ream, *Ne* (*Lite hujuſmodi pendente*) *convolet ad alia Vota, Matrimoniumve aliunde quoviſmodo contrahat, et quòd ſi, de facto, antea contraxerit* [id eſt; ante *Executionem* CITATIONIS] *illud, in facie Eccleſiæ, ſolemnizari non procuret, ſub pœnâ Juris et Contemptûs* (*b*). In *Cauſâ Matrimoniali*, (Unà cum *Citatione*) Fiat *Inhibitio* contra *Partem citatam*, *Ne convolet ad alias Nuptias.*

II. Si

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Citatione inſeratur Inhibitio.*] Vide *Tit.* 193. §. 2. *et Obs. ibid.* ſub *lit.* (a). Vide etiam *Tit.* 200. §. 7.

(b) 1 *Sub pœnâ Juris et Contemptûs*] De modo petendi *Decretum*, in Negotio *Contemptûs*, in Cauſâ *Matrimoniali*, nempe propter Solemnizationem Matrimonii (pendente Lite) *Inhibitione Judicis*, in contrarium, *non obſtante*; Vide *Tit.* 31.

2 De *puniendis* perſonis ſolemnizantibus, *vel* contrahentibus *Matrimonium clandeſtinum*, Lite pendente, et contra *Inhibitionem Judicis*; Vide *Tit.* 201. §. 2. necnon *Tit.* 203 *per totum*. et *Tit.* 290 §. 10.

Quando talis *Inhibitio perutilis eſt*, tam in *Specie*, contra *Partem citatam*, quàm contra *omnes*, in *genere*?

II. Si autem ACTOR exiſtimet, vel ſuſpicetur *aliquem intendere Matrimonium ſolemnizare cum Parte Reâ*, poteſt [in *eâdem* CITATIONE] obtinere *generalem* (*c*) INHIBITIONEM (videlicet) tam in *ſpecie*, contra Partem (vel Perſonam) quam, in hoc, ſuſpectam habet, quàm in *genere*, contra quoſcunque alios, ne (*Lite hujuſmodi indiſcuſſâ pendente*) *faciant*, *aut attemptent aliquid*, *in præjudicium ejuſdem Litis*, *ſub pœnâ Juris et Contemptûs.*

OBSERVATIONES.

(c) *Obtinere generalem Inhibitionem.*] De *Intimatione*, et *Inhibitione generali*, in Cauſâ *Matrimoniali*; Vide *Tit.* 202. §. 3, 4, 5.

Matrimonium et *Sponſalia.*

Edictum Publicum.

TITULUS CXCIX.

De modo inchoandi, proſequendi, *et* finiendi LITEM, *in* CAUSÂ MATRIMONIALI, ſi REUS non *poſſit* citari, *vel* citatus *per Edictum publicum*, nec *per ſe*, nec *per Procuratorem* comparuerit.

In *Cauſâ Matrimoniali*, latitante Parte citandâ, *quid agendum*, ut fiat *Examinatio Teſtium*, ad perpetuam *rei Memoriam*?

I. SI VIR *contraxerit Matrimonium* cum MULIERE (vel *è contrà*) ac cupit agere, *in* CAUSÂ MATRIMONIALI, attamen non poſſit citare PARTEM *talem adverſam* [quoniam aut latitat in Regno, aut extra Regnum tranſmigravit] *Ne Teſtes* [quos Actor, ad probandum hujuſmodi Matrimonium, habet] *Fatis cederent*, *antequam examinentur*; hoc modo, procedendum eſt:

Emaneat *Citatio*;

II. Primò ACTOR impetrabit CITATIONEM, contra ABSENTEM, *ad reſpondendum*, *in Cauſâ Matrimoniali*, et curabit, ut MANDATARIUS PARTEM *citandam perquirat*, in locis ubi ultimò reſidebat, aut moram fecit, ac diligenter faciat Inquiſitionem, apud notos, vicinos, parentes, et conſanguineos PARTIS *citandæ*, et ſi PARS ita latitaverit, *quominus citari poſſit*, certificetur *hujuſmodi* MANDATUM CITATORIUM [ut in Titulo (*a*), *De modo obtinendi Citationem*, *quæ dicitur Citatio*, *ſeu Decretum*, *viis et modis*] et petendum, et obtinendum eſt DECRETUM *viis et modis* [ad effectum *Primariæ Citationis*] illudque eſt *exequendum*, et *certificandum*, ut in Titulo prædicto (*b*):

Fiat *Inquiſitio*, pro Parte,

Certificatorium de Parte non inventâ,

Decretum *Viis et modis*,

Certificatorium Executionis ejuſdem,

III. Si

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 23.

(b) *Ut in Titulo prædicto*,] Vide *Tit.* 23. et *Tit.* 25.

III. Si verò *ſic citata* PARS non comparuerit, *excommunicetur*, et *pro excommunicatâ*, publicè in Eccleſiâ Parochiali, ubi (ut præfertur) ultimò reſidebat, et in unâ, vel alterâ Eccleſiâ parentum ſuorum, *denuncietur*.

Non comparentis *Excommunicatio*, *Denunciatio*,

IV. Quibus ſic geſtis [poſt unam, aut alteram hebdomadam ſequentem *Denunciationem hujuſmodi*] compareat ACTOR, ſeu *ejus* PROCURATOR, et alleget: *Quòd adhibuit omnem* (*quam potuit*) *Diligentiam, ad citandam Partem adverſam, ad reſpondendum ſibi, in Cauſâ Matrimoniali*; et *quòd ipſa ita latitavit et latitat, quominus poſſit perſonaliter citari*; et *quòd ideo curavit eam citari per Edictum Publicum*; et *quòd illud etiam debitè certificari, et Contumaciam dictæ* PARTIS *Reæ accuſari, fecit*; et (*in pœnam ejuſdem Contumaciæ*) *eandem excommunicari obtinuit*; *prout ex Actis hujus Curiæ* (*ad quæ ſe refert*) *apparet:* Et etiam *quòd curavit eandem* PARTEM *Ream pro excommunicatâ, palàm et publicè, in Eccleſiâ Parochiali, ubi moram facere ſolebat, denunciari*; *prout ex Certificatorio Literarum Denunciatoriarum hujuſmodi Excommunicationis* [quas etiam Actor tunc exhibebit] *liquet:* Et *quòd* (*præmiſſis non obſtantibus*) *Pars Rea ſubterfugit Judicium, et contumaciter ſe abſentat ab eodem, et quòd communiter dicitur, apud parentes, et conſanguineos, et vicinos ejuſdem Partis, quòd tranſtulit ſe ad partes tranſmarinas, ne Mandatum veſtrum*, DOMINE JUDEX, *in eam exequatur, vel Lis iſta contra eam proſequatur:* Et *quòd Teſtes, quos habet ad probandum Contractum Matrimonialem, ſunt Senes et Valetudinarii* [ſi ita ſint] vel, *quòd maximè dubitatur de eorum Vitâ, vel ſaltèm, ne* (*tractu temporis*) *ipſa Verba formalia Contractûs, aut cæteræ neceſſariæ Circumſtantiæ ejuſdem* [ut Tractatus, Signorum (etiam Auri, ſeu Annuli) Datio et Receptio, ac Partis ipſius Confeſſio, ſeu Recognitio Contractûs præcedentis] *labentur ex eorum Memoriâ* (*quæ admodum labilis eſt*) et *ita eorum Teſtimonium periret, in maximum præjudicium dicti Actoris:*

Allegatio Procuratoris de Parte *citandâ*, Judicium (latitando) *ſubterfugiente:*

Quo caſu, *Teſtes* ubi ſint *valetudinarii*,

Seu, vix tenaces *Memoriæ ſuæ* Domini,

[*Horum ne* pereat *Teſtimonium*]

V. Unde petat; *ut decernatur, dictam* PARTEM REAM *vocandam fore, ad comparendum, infra ſexaginta, quinquaginta, quadraginta*, vel (ad minùs) *triginta dies, poſt Executionem hujuſmodi Citationis* [ſi Pars citanda ſit extra Regnum] *ſi Juridicus*, &c. [prout in ordinariâ Citatione (*c*)] *per Edictum Publicum, tam in foribus Eccleſiæ Parochialis dictæ Partis Reæ, ubi ultimò reſidebat, quàm in Publico Excambio Regali, tempore Concurſûs Mercatorum ibidem* [ad hos reſpectivè effectus, videlicet]

Contra *Reum latitantem*, quomodo petatur *Edictum Publicum Citatorium?*

Qualiter hoc *exequendum* eſt?

VI. *Ad*

OBSERVATIONES.

(c) *Si Juridicus*, &c. *prout in Ordinariâ Citatione.*] Vide *Tit.* 20.

Ad quos Effectus, in Edicto Publico, citabitur (qui litigat) Reus, in Cauſâ Matrimoniali.

VI. *Ad reſpondendum* N. [Actori] *in Cauſâ Matrimoniali :*

Ad videndum Libellum dari :

Ad videndum Terminum aſſignari, ad probandum eundem :

Ad videndum Teſtes produci, recipi, jurari, et examinari ſuper eodem :

Ad videndum Dicta et Depoſitiones Teſtium hujuſmodi publicari :

Ad proponendum quaſcunque Materias, Allegationes, Defenſiones, vel Exceptiones contra quoſcunque Teſtes in dictâ Cauſâ producendos, ſi quas proponendas habuerit :

Ad videndum et audiendum Terminum, et Terminos aſſignari, ad audiendam Sententiam in Cauſâ :

Ad videndam et audiendam Sententiam definitivam ferri et promulgari in Cauſâ :

[Denique] *Ad intereſſendum ſingulis Seſſionibus generalibus, in Curiâ prædictâ tenendis, durante pendentiâ dictæ Cauſæ, uſque ad Sententiæ definitivæ prolationem, in eâdem Cauſâ, incluſivè ferendam :*

Tenor Intimationis, de procedendo in pœnam Contumaciæ Partis, ſe abſentantis.

VII. Necnon petat INTIMATIONEM fieri *dictæ* PARTI, *quòd ſi ipſa, die et loco prædictis, comparuerit, ſive non,* JUDEX *intendit procedere ad receptionem et admiſſionem Libelli,* &c. [hìc ſpecificè reiterandi et repetendi ſunt omnes effectus præcedentis Citationis] *ejus Abſentiâ, ſeu potiùs Contumaciâ, in aliquo, non obſtante.*

Fiat Certificatorium Executionis Edicti Publici Citatorii, cum Intimatione, Præconizatio : Pronunciatio Contumaciæ : Tum licitè procedatur, in pœnam Abſentis.

VIII. Relato *hujuſmodi* MANDATO, ſeu DECRETO *Citatorio,* cum CERTIFICATORIO *Authentico,* de et ſuper *Executione ejuſdem,* factâque *publicâ Præconizatione,* trinâ vice, *pro* PARTE *citatâ,* eâque *non comparente,* procedendum eſt, *in pœnam* CONTUMACIÆ *ejuſdem* PARTIS, ad omnes et ſingulos reſpectivè *effectus prædictos,* etiam ad *Prolationem Sententiæ definitivæ* incluſivè, CONTUMACIâ *dictæ* PARTIS, *in aliquo, non obſtante.*

Abſentis Contumacia eſt (in omnibus Actis) accuſanda :

IX. Caveat tamen PROCURATOR ACTORIS, ut nihil faciat, aut decerni petat, niſi in *pœnam Contumaciæ* PARTIS REÆ, priùs *accuſatæ, præconizatæ, et pro Contumace pronunciatæ :*

Certificatorium Mandati, de Juridico in Juridicum, continuandum eſt : Ratio.

X. Et ut hæc *legitimè,* et *juxta Juris exigentiam,* fiant; *continuetur, de die, in diem* [id eſt; de Juridico, in Juridicum] *Certificatorium dicti Mandati* [ſive Decreti Primarii Citatorii] nam *eo Certificatorio circumducto,* aut (ut aiunt) *diſcontinuato,* circumducitur etiam *dictum Decretum Citatorium,* et *nihil poteſt decerni* [ſaltèm ut Actus valeat] *in pœnam Contumaciæ* PARTIS REÆ.

Forma Edicti Publici Citatorii, ad alios particulares Effectus, in Cauſâ Matrimoniali.

XI. Sed quamvis ſuprà dicitur (*d*), PARTEM REAM citandam eſſe, per Edictum Publicum, *ad omnes reſpectivè effectus prædictos* (*e*); tamen

OBSERVATIONES.

(d) *Suprà dicitur.*] §. 5.

(e) *Effectus prædictos.*] §. 6.

tamen tutiſſimum eſſe arbitror (et ita practicatus ſum) *poſt productos et examinatos Teſtes*, denuo (modo et formâ quibus (*f*) ſuprà) citare PARTEM REAM, *ad aliquos particulares effectus*; utpote, *Ad videndum Teſtium Publicationem*; et *Ad proponendum Exceptiones contra hujuſmodi Teſtes* [qui nominandi ſunt in hujuſmodi Decreto] *vel aliam quamcunque Materiam, ſi aliquibus uti, aut aliquam proponere voluerit*; necnon *Ad videndum et audiendum Terminum et Terminos aſſignari, ad audiendum Sententiam* (*g*), et *Ad intereſſendum Prolationi ejuſdem incluſivè*, cum INTIMATIONE etiam [ut (*h*) ſuprà]

Matrimonium et *Sponſalia.*

XII. Conſimilis etiam Proceſſus, ſeu Modus procedendi, fieri poteſt (*i*), *Si quis* [poſt ſolemnizatum, vel contractum Matrimonium] *Scientiam habuerit, Partem* [cum quâ hujuſmodi Matrimonium ſolemnizatum, vel contractum fuit] *priùs*, cum alio, *ſolemnizâſſe*, vel *contraxiſſe Matrimonium*; Ne (ut ſuprà (*l*) dicitur) *pereat Teſtimonium Teſtium neceſſariorum in eâ parte.*

Conſimili modo procedendum eſt, *in Cauſâ Nullitatis Matrimonii, ratione prioris*, ſeu *ratione Præcontractûs*; [Ne pereat *Teſtimonium.*]

XIII. Sed in his, et omnibus caſibus prædictis, vel conſimilibus, notandum eſt; Quòd *ſi* TESTES, *ad probandum Libellum neceſſarii*, non *fuerunt producti*, vel (propter diſtantiam loci, vel propter ætatem Teſtium) *commodè produci*, non *poſſunt*, judicialiter, *in ipſo Loco* [videlicet, loco ad quem PARS REA citata fuit] ſed quòd *producendi ſunt*, in partibus, *Vigore Commiſſionis* [quia PARS REA non fuit, per Edictum publicum Citatorium prædictum, citata ad comparendum, *in aliquo alio Loco, niſi in Loco Judiciali*, et ideo non eſt *Contumax*, ad ullum effectum, *extra Locum hujuſmodi*, ad *quem* primò fuit citata] ACTOR tenetur, *de novo*, citare PARTEM REAM (modo et formâ prædictis) *Ad comparendum in loco ac diebus, coram Commiſſariis, aſſignandis pro Expeditione dictæ Commiſſionis, ad videndum Teſtes produci, recipi, et jurari ſuper Libello prædicto, et Proceſſum ulteriorem fieri, in et circa Expeditionem dictæ Commiſſionis, juxta Juris, in eâ parte, exigentiam*, cum INTIMATIONE [*ut* (*m*) *ſuprà*]

Contra *Reum* latitantem, *Edictum Publicum Citatorium* (de *novo*) emanare debet, quoties *Teſtes examinantur*, per *Commiſſionem*, in partibus; (Scilicet) *Ad comparendum*, coram Commiſſariis, *tempore Executionis* ejuſdem *Commiſſionis*: Fiat cum *Intimatione.*

TITU-

OBSERVATIONES.

(f) *Modo et formâ quibus ſuprà.*] Scilicet; per Edictum publicum, prout habetur in §. 5.

(g) *Terminos aſſignari ad audiendum Sententiam.*] Sin autem *ad totam Cauſam* citatus ſit [ut ſuprà §. 6. præcipuè in Calce, *ad comparendum ſingulis Seſſionibus*] Cur *Citatione ſingulari*, ad hos reſpectivè *Particulares effectus* in §. 11. aut *ad audiendum Sententiam*, Opus eſt? [Vide, de hoc, etiam inter *Obs.* in *Tit.* 124. ſub *lit.* (a)]

(h) *Cum Intimatione etiam, ut ſuprà*, in §. 7.

(i) *Fieri poteſt.*] Supple [prout in *MS.*] "*In* "*Cauſâ Divortii, a Vinculo Matrimonii, ſeu* "*Nullitatis Matrimonii, ratione prioris.*

(l) *Ut ſuprà dicitur.*] §. 4. in Calce.

(m) *Cum Intimatione, ut ſuprà.*] §. 7.

Sequeſtratio Fœminæ.

Sequeſtratio ad reſpondendum.

TITULUS CC.

Quòd Fœmina ſit ſequeſtranda (*a*), *in* CAUSÂ MATRIMONIALI, et *de* PETITIONE *ejuſdem* SEQUESTRATIONIS.

Forma *Juramenti* Partis, *ad petendum Sequeſtrationem Fœminæ*, quæ in *aliquorum Poteſtate* coarctata eſt:

Petitio deſuper.

Fiat *Sequeſtratio* Sumptibus *petentis.*

Quouſque durabit *Sequeſtratio?*

I. SI ACTOR perſonaliter fecerit fidem (*b*); *Quòd Fœmina* [contra quam agit] *remanet cum ſuis parentibus* [*vel* conſanguineis, *vel* amicis] *qui admodum adverſantur Matrimonio allegato; et quòd dicta* N. *non gaudet liberis ſuis Habenis, ita ut non auſa ſit* (*c*) VERITATEM, *in hâc Cauſâ, fateri*; et ideo petierit ACTOR *eam ſequeſtrandam fore decerni, in locum aliquem indifferentem*; JUDEX debet *eam ſequeſtrare* [Sumptibus petentis hujuſmodi SEQUESTRATIONEM] *per quoſdam dies* [Arbitrio ſuo, deſignandos] *ante ejus Examinationem ſuper Poſitionibus Libelli, vel alterius Materiæ Actoris:*

Tempus *Sequeſtrationis* eſt, ad *Arbitrium Judicis*, uſque *finem Litis*, dilatandum:

Idque *tutiſſimum*, ad *nova Vota* ne convoletur.

II. Et, ſi ita viſum fuerit JUDICI [ex cauſâ emergente ex Reſponſis Partis Reæ, vel Probationibus] *cuſtodiri* decernet eam, *in* SEQUESTRO, *durante Lite* (*d*)*:*

III. [Hoc eſt tutiſſimum; nam (his diebus) *cùm relaxantur a* SEQUESTRO, *convolare ſolent* ad *ſecundas* NUPTIAS, *Lite pendente.*]

IV. Et

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Quòd Fœmina ſit ſequeſtranda*, &c.] SEQUESTRATIONES (ut alibi notatur) in *Curiis Eccleſiaſticis* ſunt,

Vel { RERUM,
PERSONARUM:

2 RERUM, videlicet; in *Cauſis Beneficialibus*; utpote, *Fructuum Beneficii:*

[Prout habetur in *Tit.* 189. et inter *Obs. ibid*]

3 PERSONARUM autem SEQUESTRATIO, fit, in *Cauſis Matrimonialibus*; idque variis in caſibus:

4 *Primò*; Si *Fœmina* (contra quam agitur) cum *eis* commoretur et habitet *qui adverſantur Matrimonio, de quo agitur*; poteſt ACTOR (fidem de præmiſſis faciens Juramento ſuo) petere ut (Sumptibus ſuis) *ſequeſtretur Fœmina, antequam ſuper Libello examinetur, per dies aliquot, in aliquem locum indifferentem*, ad quem liberum Acceſſum poſſit habere, et ei Poſitiones legere, et cætera, quæ vult, interrogare.

5 *Secundò*; Si *Fœmina* in caſu prædicto (non obſtantibus Pendentiâ Cauſæ, et Inhibitione Judicis) ad *ſecundas Nuptias* convolaverit, *ſequeſtranda eſt a Viro, pendente Lite*; quinimo tam *Ipſa*, quàm *Vir*, *puniendi ſunt, et* publicè corrigendi. Vide *Tit.* 201. §. 1, 2. necnon *Tit.* 290. §. 10.

6 *Tertiò*; Pendente Lite *ſuper Sponſâ duorum*, Puella *ſequeſtrari*, et Copulâ interdici debet.

7 *Quartò*; Si PARS *obtinens Sententiam* contra Matrimonium, *poſt interpoſitam* (ab adverſâ Parte) *Appellationem*; cum *alio* Matrimonium ſolemnizaverit, *ſequeſtrandi ſunt ſolemnizantes*, per *Judicem Appellationis*, primò, & ante omnia [Vide *Tit.* 290. §. 10.]

8 *Quintò*; Ex cauſâ *Sævitiæ*, in Marito, *Mulier ſequeſtrari debet*. MSS.

(b) *Si Actor perſonaliter fecerit fidem*, &c.] Varia Lectio talis eſt, in *MS. Antiq.*

" Si Actor, *dato Libello, et Lite conteſtatâ*,
" allegaverit et fidem fecerit, *&c.*

(c) *Ita ut non auſa ſit.*] " Metu eorum. *MS. Antiq.*

(d) *Cuſtodiri decernet eam in Sequeſtro, durante Lite.*] Vide *Tit.* 201. §. 1.

IV. Et licitum erit ACTORI, vel ejus PROCURATORI, debito tempore, *convenire* PUELLAM *ſequeſtratam*; et EI *legere* ARTICULOS, *ſuper quibus examinabitur*; *ac* EAM *admonere*, ut in *reſpondendo* VERITATEM *dicat*, *et devitet* PERJURIUM.

Quibus, *ad ſequeſtratam*, pateat Acceſſus?

V. Et nota; Quòd ſæpe decernitur iſta SEQUESTRATIO per ſolum JURAMENTUM PROCURATORIS, *de Credulitate*, allegando *ut ſuprà* (*e*).

Sufficit aliquando *Juramentum Procuratoris*, ad petendum *Sequeſtrationem*.

VI. Et nota; Quòd JUDEX poteſt, et ſolet, JURAMENTO *onerare* SEQUESTRANDAM, judicialiter, cùm IPSA *ſit producta* (*f*) [antequam *fuerit* SEQUESTRATA] *de fideliter reſpondendo Libello*, vel *Materiæ*, &c. *non* tamen *examinabitur*, donec *ſubiverit* SEQUESTRUM.

Quale *Sequeſtranda* ſubibit *Juramentum*, ante *Sequeſtrum*? Poſt *Sequeſtrationem* ſubeundum eſt *Examen*.

VII. Solet etiam JUDEX (ſi hoc ab eo petatur) ex ſuperabundanti, *inhibere* Fœminæ; *Ne*, *Lite pendente* (ut in Citatione ordinariâ (*g*), in Cauſâ Matrimoniali) *aliunde Matrimonium contrahat*; *et ſi*, *de facto*, *contraxerit*, *quòd illud*, *in facie Eccleſiæ*, SOLEMNIZARI *non procuret* (*h*).

Quando fiat *Inhibitio Judicialis*; de non convolando *ad novas Nuptias*?

OBSERVATIONES.

(e) *Allegando ut ſuprà.*] §. 1. Sectionis autem hujuſmodi (numero quinto ſuperiùs notatæ) *Varia Lectio* talis eſt, in *MS. Antiq.*

" Hæc *Sequeſtratio* ſæpe decernitur, *ſine Juramento Partis principalis*, ad petitionem Allegantis, ut ſuprà, et facientis fidem *de Veritate ejuſdem Allegationis*, *juxta Informationem ſibi traditam, quam credit eſſe veram.*

(f) *Et nota*; *Quòd Judex poteſt*, &c. *cum ipſa ſit producta.*] Legitur hujuſmodi Clauſula, hiſce Verbis, in *MS. Antiq.*

" *Sequeſtratio hujuſmodi* peti ſolet *in die Comparitionis Fœminæ*, citatæ *ad perſonaliter reſpondendum Poſitionibus Libelli*, vel *Poſitionum, additionalium*, et *eodem tempore*, JUDEX, ſi ab eo petatur, *&c.* [ut *ſuprà.*]

(g) *Ut in Citatione ordinariâ*, &c.] De *Inhibitione hujuſmodi*, quandoque *inſerendâ* in *Citatione originali*; Vide *Tit.* 193. §. 2. necnon *Tit.* 198. §. 1.

(h) 1 *Non procuret.*] Supple [prout in *MS.*] " Sub pœnâ Juris *et* Contemptûs.

Tunc etiam, ad Calcem hujus Tituli, hæc adduntur ſequentia, in *MS. Antiq.*

2 " His ita geſtis, JUDEX (ad petitionem Actoris) monere ſolet hanc Fœminam, *ad ſubeundum hujuſmodi Sequeſtrum*, *apud Ædes* [per eum tunc nominatas] *proximo*, vel *ſecundo die ſequente.*

3 " Solent, in his caſibus, *Partes hincinde* nominare *locos*, ſeu *Perſonas*, in quibus, *ſeu* cum quibus, cupiunt *Fœminam ſequeſtrari*, et *eoſdem* JUDICI *offerre.*

4 " JUDEX verò, in his caſibus (ſi nihil, in contrarium, objici poſſit) *unam*, *ex his Perſonis* eligere ſolet.

5 " Sed, ſi *Partes* objicere poſſunt quaſcunque juſtas *Exceptiones*, contra *Perſonas* hinc inde nominatas, JUDEX ſolet aliquam nominare Perſonam, per *Partes* non nominatam.

6 " Et quámvis *Reſponſa Partium principalium* fienda Poſitionibus *Libelli*, vel alterius cujuſcunque *Materiæ*, ſolent concipi per *Advocatum*, ſeu *Procuratorem* earundem *Perſonarum*:

7 " Tamen, in his caſibus, JUDEX *ſolet*, in præſentiâ Regiſtrarii, *Partes* ſecretè, et ſemotis omnibus, *examinare.*

Sequeſtratio Fœminæ.

TITULUS CCI.

Sequeſtratio pendente Lite.

De aliâ SEQUESTRATIONE *Mulieris* (*a*), in CAUSÂ MATRIMONIALI [pendente Lite, *convolantis ad ſecundas* NUPTIAS.]

Pars, in contrarium inhibita, convolans ad alia Vota, *ſequeſtretur*, pendente Lite:

I. SI MULIER, contra quam agitur, *in* CAUSÂ MATRIMONIALI, non obſtante *Pendentiâ* LITIS, et INHIBITIONE [*quòd, Lite pendente, non convolaret ad alias Nuptias*] *Matrimonium ſolemnizaverit*, vel *Matrimonium contraxerit* cum *alio*; hoc allegato, et probato, *eſt* SEQUESTRANDA (Sumptibus petentis) *Lite pendente* (*b*):

Quomodo *Pars iſta punienda ſit,* unà cum *Viro participe?*

II. Et etiam tam *ipſa*, quàm *Vir ille* (ſi Notitiam habuerit dictæ Pendentiæ Litis) cum *quo* Matrimonium hujuſmodi contraxerit, ſunt [*Arbitrio* JUDICIS] puniendi (*c*), *et* publicè corrigendi (*d*).

OBSERVATIONES.

(a) *De aliâ Sequeſtratione Mulieris.*] Vide *Lynd. c.* unico, *De Sequeſtrationibus*, verb. *Cauſis juſtis.*

(b) *Lite pendente.*] " Durante Lite. *MS. Antiq.*

(c) *Sunt, Arbitrio Judicis, puniendi.*] Vide *Tit.* 290. §. 10.

(d) 1. *Corrigendi.*] Vide plura in *MS. Antiq.* prout *infrà*;

" Quære tamen utrùm *Mulier* [quæ, *Lite* " pendente, et *Inhibitione* prædictâ non ob- " ſtante, Matrimonium cum alio ſolemnizavit] " *ſit ſequeſtranda* (ut ſuprà dicitur) *durante* " *Lite*; niſi primò, per petentem *hanc Seque-* " *ſtrationem*, fuerit allegatum et probatum, " *Virum* (cum *quo* Matrimonium ſolemniza- " vit) *habuiſſe Notitiam Inhibitionis, et Litis* " *prædicta?*

2 " Nam quàmvis, in hoc caſu, *Sequeſtratio* " concedi ſolet, *ad evitandum Peccatum*, inter " hanc *Mulierem* et *Virum* cum *quo* ſolemniza- " vit Matrimonium, ſi adjudicetur, in Cauſâ " prædictâ, *pro Matrimonio*, inter *Actorem* præ- " dictum *et* dictam *Mulierem*:

3 " Ita (e *contrà*) Si nullus *Contractus Ma-* " *trimonialis* initus fuerit, inter *litigantes* præ- " dictos, *Injuria* talis qualis (ſi *Vir* non habue- " rit *Scientiam Litis*, et *Inhibitionis*) fuerit *Viro* " *illo*, qui, *bonâ fide*, Matrimonium, cum *dictâ* " *Muliere*, ſolemnizavit; et etiam aliquando " cauſa, *ſeu* occaſio *Peccati* daretur, in eo quòd " *legitimi ad invicem* ſeparati, *et* ſequeſtrati " ſunt.

[Vide *Tit.* 202. §. 2.]

TITU-

Sequeſtratio Fœminæ.

Sequeſtratio pendente Lite.

TITULUS CCII.

De Intimatione, et Inhibitione *generali, in* Causâ Matrimoniali.

I. Quamvis [in ſupradicto Titulo (*a*)] dicitur, *Fœminam* [ſi Lite pendente, et Inhibitione in Cauſâ non obſtante, convolaverit ad alia Vota Matrimonialia] *eſſe ſequeſtrandam*, Lite Pendente: — Etſi *Pars, in contrarium inhibita*, convolans ad novas Nuptias, *ſit*, pendente Lite, *ſequeſtranda*;

II. Tamen dicunt, et tenent quidam Docti (et ita adjudicari novi, et obtinui) quòd *ſi* Vir (qui ſolemnizavit Matrimonium, cum dictâ Fœminâ) *non fuerit* Sciolus *hujuſmodi* Inhibitionis, *vel* Litis Pendentiæ, *ſed fuerit in bonâ fide* [id eſt, ſolemnizaverit Matrimonium, cum dictâ Fœminâ, nihil ſciens aut prudens de Lite, vel Inhibitione prædictâ] quòd (in iſto caſu) *propter* Delictum *Mulieris*, Ille *non ſit puniendus* [id eſt; *ejus Uxor non eſt, ab eo, ſequeſtranda* (*b*)] — Non ita ſanè, ſi *Viri participis* ſit *Ignorantia*, de Lite pendente: *Ratio.*

III. Ad evitandum igitur *hujuſmodi* Dolum (qui ſæpiſſimè, hiſce caſibus, contingit) quamprimum Citatio, *et* Inhibitio (*c*) ſit executa, *contra Mulierem*, in *Cauſâ Matrimoniali*, curet Actor, ut Intimatio, *et* Inhibitio decernatur, *in* Genere, *contra omnes, et ſingulas perſonas*; primò, intimando et ſignificando, *talem Cauſam*, inter *tales perſonas*, *pendere*, *coram tali Judice*; deinde inhibendo eiſdem, *ne* (*pendente Lite*) *quicquam faciant*, *aut attemptent*, *in præjudicium Pendentiæ Litis prædictæ:* — Tutiſſimum eſt, ut fiant tam *Citatio* et *Inhibitio* contra Partem, in *ſpecie*, quàm *Intimatio* et *Inhibitio* contra omnes in *genere*: Harum *Tenor.*

IV. Et fiat hujuſmodi Intimatio, *et* Inhibitio, per Decretum *viis et modis*, et publicetur *in Eccleſiâ Parochiali*, ſolitæ habitationis *dictæ Mulieris* (*d*), tempore *Divinorum:* — *Inhibitio* (quâ Edictum Publicum) quomodo *in Eccleſiâ*, publicanda?

V. Et tunc (in iſto caſu) *ſi quis* contraxerit *Matrimonium*, cum *dictâ Reâ*, non poteſt prætendere Ignorantiam *ejus* dictæ Litis; nam Scientia *Præſumitur:* et eſt *puniendus* non ſolùm, — Poſt *Publicationem* Inhibitionis, eſt *Viri contrahentis præſumpta Scientia*;

OBSERVATIONES.

(a) *In ſupradicto Titulo*] 201. §. 1.

(b) *Non eſt ab eo ſequeſtranda.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 201. ſub *lit.* (d)

(c) *Citatio et Inhibitio.*] De *Citatione*, in Cauſâ Matrimoniali, cum *Inhibitione*, Vide *Tit.* 198.

(d) *In Eccleſiâ Parochiali ſolitæ habitationis dictæ Mulieris*] Additur in *MS. Antiq.* " Vel, ſi " Mulier non habuerit ſolitam habitationem, " tunc in Eccleſiâ Parentum, et Conſanguineo- " rum, et Amicorum, in quâ communiter reſi- " dere ſolebat.

Unde *puniendus* eſt iſte *contrahens*; quà *Contemptor*, et Mulier *Sequeſtranda* eſt.

Quando fiat *Executio* Intimationis, *et* Inhibitionis hujuſmodi?

ſolùm, ut CONTEMPTOR (*e*), ſed etiam MULIER eſt *ſequeſtranda* [ut in Titulo prædicto (*f*)] et hæc INTIMATIO *et* INHIBITIO poſſunt exequi, tempore quo PRIMARIA CITATIO, *in Cauſâ Matrimoniali*, executa fuerit, *vel* poſtea, ante relationem ejuſdem.

OBSERVATIONES.

(e) *Ut Contemptor.*] De modo procedendi contra Contemptores hujuſmodi; Vide *Tit.* 31, 33, 34, 35, 36.

(f) *Ut in Titulo prædicto.*] Vide *Tit.* 201. §. 1.

Matrimonium Clandeſtinum.

TITULUS CCIII.

Pœna clandeſtinè ſolemnizantium.

De puniendis *Perſonis ſolemnizantibus*, vel *contrahentibus* MATRIMONIUM CLANDESTINUM (*a*), *Lite pendente*, ac contra *Inhibitionem* JUDICIS.

Matrimonium clandeſtinum aliquando fuit *contumaciter ſolemnizatum*, etiam *pendente Lite*, et *Inhibitione*, in contrarium, *non obſtante*;

I. QUOTIDIANUM eſt, quòd quamprimum agitur *in Cauſâ Matrimoniali*, ſi REUS (ſive Mulier, ſive Vir) credit AGENTEM *poſſe probare Contractum allegatum*, *ſaltèm ita plenè*, *quòd* [ſi aliunde Matrimonium non ſit ſolemnizatum, vel contractum] ACTOR *obtinebit in Cauſâ*; REUS [non obſtante LITIS PENDENTIÂ, et INHIBITIONE JUDICIS] *aliunde contrahere ſolet Matrimonium*, *illudque etiam ſolemnizari procurare*; his rationibus ſequentibus inductus:

Sub *Spe*, quòd *Fœmina*, jam *defloratâ*, haud ſit ab altero *appetenda*; quódque *Lis*, *inter Partes*, exinde forſan *ſopita ſit*:

II. Primò; *Quòd credit ejus* ADVERSARIUM *nolle* (ſaltèm volenter) *obtinere* SENTENTIAM *adjudicatoriam* pro *Muliere* (ſuâ ſententiâ) *defloratâ*, vel *ab alio cognitâ*, et (ex eo) *velle faciliùs* CAUSAM *componere*, vel *a* LITE *deſiſtere:*

Vel quòd *Judicis Officium*, de *Contemptu*, fortè *conquieſcat*;

III. Secundò; *Quòd*, *de veriſimili*, JUDEX *non vult*, ex OFFICIO *ſuo* [nullo id inſtigante, aut ejus Officium promovente] *procedere contra* CONTEMPTOREM *hujuſmodi:*

Seu forſitan, ante *Litis* ultimum *Fatale*, Pars altera *Fatis cedat*:

IV. Tertiò; *Quòd licèt* ACTOR *noluerit componere* CAUSAM, tamen REUS *poſſit ita protrahere* LITEM [aut per frivolas Allegationes, et Exceptiones, aut per Appellationes] *ut interim*, aut MORS *faciat*

OBSERVATIONES.

(a) *De puniendis Perſonis ſolemnizantibus*, *vel contrahentibus Matrimonium Clandeſtinum.*] Vide, de hoc, *Conſtit. Provinc.* De *Clandeſtinâ Deſponſatione*: Quódque *ſcienter intereſſentes* incurrant Pœnam *Excommunicationis*; Vide *c.* Humana Concupiſcentia, §. *Clandeſtina etiam Matrimonia*; et *Lynd. ibid.*

faciat finem CAUSÆ, aut REGIA *generalis* CONDONATIO, *Punitionem* CONTEMPTûs *aboleat:*

Aut interveniat aliquando *Condonatio Regia*, quoad *Contemptum:*

V. His igitur omnibus obviabit JUDEX, et ut ea ne in poſterum (ſaltem tam frequenter) committantur, curabit, *ſi immediatè* [poſtquam poſſit ei conſtare de hujuſmodi Contemptu, vel de eo Notitiam habuerit] *proceſſerit* contra *hujuſmodi* CONTEMPTORES, *nullo habito reſpectu, nec ad* PROBATIONES *Adverſarii, nec ad* PERSONAS *contendentes,* ſed ſolummodo *ad ipſum* CONTEMPTUM (*b*):

Hiſce qualiter occurrendum eſt? *Reſponde;* Procedendo *ſtatim* contra *Contemptores, Poſtpoſitâ Cauſâ* inter *Partes:*

VI. Nam CONTEMPTUS JURIS *et* JUDICIS non eſt *minor*, neque *major*, ſi *probatus*, vel *non probatus* fuerit CONTRACTUS *allegatus:*

Ratio, Cauſa Contemptûs, *Juris* et *Judicis*, ſeorſim *ventilanda eſt.*

VII. Evitabit etiam JUDEX hos quotidianos CONTEMPTUS, ſi in INTERROGATORIIS, quæ miniſtrabit, contra hos CONTEMPTORES, interroget; *Utrùm aliquis Advocatus,* vel *Procurator,* ſeu *Procuratoris Clericus,* aut *aliquis alius* (*præſertim Curiæ ſuæ Miniſter*) *dederit Conſilium* (*c*), *ut hujuſmodi fieret Matrimonii Solemnizatio, vel Contractus?*

Interrogatoria neceſſaria in *Cauſâ Contemptûs.*

VIII. Et *ſi aliquis Advocatus,* vel *Procurator fuerit* (*in hâc parte*) *juſtè* SUSPECTUS [juſta enim eſt SUSPICIO, ſi per CONFESSIONEM *proprii Clientuli* hoc appareat] *ſuſpendatur ab Officio ſuo,* donec, *de hâc* SUSPICIONE, *ſe legitimè purgaverit:*

Pœna *Advocati,* ſeu *Procuratoris,* Contemptoribus *conſulentis,*

IX. Et ſi CONVICTUS fuerit, *ſuſpendatur,* per *Annum,* vel, *durante* JUDICIS ARBITRIO (*d*).

Suſpenſio, ad Arbitrium *Judicis.*

OBSERVATIONES.

(b) *Sed ſolummodo ad ipſum Contemptum*] " Juris manifeſtum, et Contemptoribus hujuſ-" modi injunxerit Pœnam. [*MS. Antiq.*]

(c) *Dederit Conſilium.*] Additur, in *MS. Antiq.* " Directè, vel indirectè.

(d) *Arbitrio.*] Contenta ſuperiùs, in §. 8, et 9. ſic habentur, in nonnullis *MSS.*

" Et ſi *Contemptor hujuſmodi faſſus fuerit* " *aliquem Advocatum,* vel *Procuratorem* de-" diſſe Conſilium, *ut ſolemnizaret, vel contra-* " *heret Matrimonium* [*non obſtante Litis Pen-* " *dentiâ*] ſanè JUDEX proceſſerit, *contra hujuſ-* " *modi Advocatum,* et *Procuratorem,* per *Suſ-* " *penſionem ab Officio,* donec *ſe* legitimè, in eâ " parte, *ſuo Juramento,* purgaverit, et ſi *con-* " *victus* fuerit, *Delinquentem,* per *Annum,* vel " *Arbitrio ſuo,* ſuſpenderit.

TITU-

Matrimonium Clandeſtinum.

TITULUS CCIV.

Pœna clandeſtinè ſolemnizantium.

Quòd MATRIMONUM contractum (*a*) *vel* ſolemnizatum, *Lite pendente*, non *gaudeat eiſdem* PRIVILEGIIS, *quibus* MATRIMONIUM, *bonâ fide*, ſolemnizatum.

Privilegium Matrimonii, *bonâ fide*, ſolemnizati, *Quid?*

Non indultum eſt *idem Privilegium* in Matrimonio, *malâ fide*, ſeu *clandeſtinè*, ſolemnizato:

I. LIcèt omnis CONTRACTUS MATRIMONIALIS, quem quis prætendit, *ad diſſolvendum* MATRIMONIUM [*alias*, BONÂ FIDE, *ſolemnizatum*, *et conſummatum*, *et diuturnâ Cohabitatione confirmatum*] deberet probari *per* DUOS (*ad minùs*) TESTES, *omni* EXCEPTIONE *majores:* Tamen hoc, *ſingulare* PRIVILEGIUM *indultum*, non eſt *conceſſum Perſonis*, MALÂ FIDE [id eſt, *pendente* LITE, et contra *Inhibitionem* JUDICIS] *clandeſtinè* MATRIMONIUM *ſolemnizantibus:*

Ratio.

II. Nam *ſi hoc* permiſſum, *et* indultum eſſet, *vel* JURA *prædicta* locum haberent, in CLANDESTINIS *his* MATRIMONIIS, juſta cauſa daretur, PERSONIS litigantibus, *contrahere*, etiam et *ſolemnizare* MATRIMONIUM (*Lite pendente*) cùm, poſt *publicatas* ATTESTATIONES ſui ADVERSARII, intelligant, *ferri* SENTENTIAM *debere*, pro CONTRACTU *allegato*, ſi non *convolaverint ad* SECUNDAS NUPTIAS; et hoc eſt quotidianum.

Opinio DD.

De *Matrimonio Clandeſtino.*

III. Sed JURA *etiam prædicta*, in *his* CLANDESTINIS MATRIMONIIS, locum habere, *multi* ADVOCATI, et JUDICES *tenuerunt*, his annis poſterioribus.

Altera, de hoc, *Opinio*

Doctorum Judicum, *et* Epiſcoporum.

IV. Sed *contra* hanc OPINIONEM [videlicet, *Quòd Matrimonium ſolemnizatum*, pendente Lite, *non gaudeat iiſdem* PRIVILEGIIS, *quibus Matrimonium*, bonâ fide, *ſolemnizatum*] ad triginta octo annos elapſos, JUDICES quidem, communi omnium ſententiâ, Doctiſſimi, et REVERENDI PATRES (ex meâ certâ ſcientiâ, quia interfui, et audivi) in CAUSIS GRAVISSIMIS, et inter EGREGIAS PERSONAS, *tulerunt* SENTENTIAS:

Caſus ſingularis,

De Matrimonio, pendente Lite, *clandeſtinè* ſolemnizato:

V. *Quorum* JUDICUM *unus*, cùm quàm ſæpiſſimè audiviſſet Eruditiſſimos quoſdam ADVOCATOS (numero, ad minùs, octo) hinc inde ſalariatos, *de hâc* JURIS QUÆSTIONE [videlicet, *Utrùm Matrimonium ſolemnizatum*, pendente Lite, *et contra* Inhibitionem Judicis,

OBSERVATIONES.

(a) *Quòd Matrimonium contractum*, &c.] "*clandeſtinè, et contra Inhibitionem Judicis*, Legitur in *MS. Antiq.* · " Quòd Matrimonium " contractum, *&c.*

JUDICIS, *gauderet ipſis, et eiſdem* PRIVILEGIIS, *atque Matrimonium*, bonâ fide, *et ante ullam* Litem inſtitutam, *contractum*] diſputantes, ac ſtatueret *Sententiam definitivam* ferre in Cauſâ, haberetque *utraſque Sententias*, in manibus ſuis [hoc eſt, tam ACTORIS, quàm REI *Sententiam*] percontatus eſt ADVOCATUM (præ reliquis eruditiſſimum) PARTIS quæ, *pendente Lite*, ſolemnizavit Matrimonium; *Ut ſincerè* (prout coram JUDICE Altiſſimo) *reſponderet et publicè diceret, quam dictarum Sententiarum ille* ADVOCATUS, *ſi* JUDEX, *in eâ Cauſâ eſſet, eligeret, ſeu pronunciare voluerit?*

Matrimonium Clandeſtinum.

Judex loquitur.

VI. Qui ADVOCATUS (paululùm, ut videbatur, quid reſponderet dubitans) tandem reſpondebat: *Quòd ſi hoc* ſecundum *Matrimonium ſolemnizatum* non fuiſſet, *Sententiam* IPSE pro ACTORE *meritò tuliſſet* [id eſt, pro Matrimonio allegato, ſeu libellato pronunciâſſet.]

Reſpondet *Advocatus:*

VII. Tunc illico dixit JUDEX antedictus: *Approbo*, DOMINE DOCTOR, *Sententiam tuam*; et cùm ita ſit, *quâ Conſcientiâ, quâve Ratione commoverer, habere rationem* hujus CLANDESTINI, *et* FURTIVI (ut iſtud nuncupare placuit) MATRIMONII, et (*contra meam Conſcientiam) ferre Sententiam* pro eodem *prætenſo* MATRIMONIO?

Replicatio *Judicis:*

VIII. Et ſtatim, *rejectâ illâ Sententiâ* [videlicet, *Sententiâ* porrectâ per ſolemnizantem Matrimonium, *Lite pendente*] tulit *Sententiam* pro ACTORE, caſſando, *et* pro nullo declarando *illud Secundum* MATRIMONIUM.

In *hoc caſu*, Sententia *Judicis* contra Matrimonium, *pendente Lite*, ſolemnizatum.

IX. Sed, de hâc QUÆSTIONE, conſule *Peritiſſimos* JUDICES, et ADVOCATOS. Certè ſi PRIVILEGIUM *juſti legitimique Matrimonii*, his *Nuptiis clandeſtinis*, JURA *negarent*, non toties litigantes, LITE *pendente*, et contra JUDICIS *Inhibitionem*, convolarent ad SECUNDAS NUPTIAS.

Quomodo providè fruſtrentur *Matrimonia clandeſtinè ſolemnizata?*

Matrimonium legitimè *Solemnizatum.*

TITULUS CCV.

De PRODUCTIONE TESTIUM, in *Cauſâ Matrimoniali*, poſt *publicatas* ATTESTATIONES, et *de ſpeciali* PRÆROGATIVÂ, ſive PRIVILEGIO *Cauſæ Matrimonialis.*

Cauſa Privilegiata.

I. LICÈT *generaliter* non admittuntur TESTES, poſt PUBLICATIONEM, *ſuper eiſdem*; admittuntur tamen *in Cauſâ Matrimoniali*, etiam ſine JURAMENTO quòd TESTES de novo

In *Matrimoniali* producuntur *Teſtes*, poſt *Publicationem*, ſuper *eiſdem*; Abſque Juramento, *de noviter ad notitiam pervenientis;*

pervenerunt ad Notitiam PARTIS, poſt *publicatas* ATTESTATIONES (*a*):

Imò, produci poſſunt poſt *Sententiam*,

Aut in *ſecundâ Cauſâ*, de *re eâdem*:

II. Et dato etiam, quòd *in Cauſâ Matrimoniali*, lata ſit SENTENTIA contra ACTOREM, *quòd defecit in* PROBATIONE *Libelli*, et REUS *abſolvitur*; tamen ACTOR [in *eodem Judicio*, ſeu in alio] poteſt, *de novo*, inſtituere *novam Cauſam Matrimonialem*, contra *eandem* PERSONAM [non ſolùm ex *novo*, aut *ſecundo Contractu*, ſed ex *priori*] et producere PROBATIONES, *ſibi priùs cognitas*, vel *incognitas*:

Ratio,

[1] *Sententia* contra *Matrimonium* non tranſit *in rem judicatam*:

[2] *Matrimonialis* eſt *Cauſa Privilegiata.*

III. Et, in iſto caſu, non obſtat *Exceptio Rei Judicatæ* (*b*), vel *quòd prædicta* SENTENTIA tranſivit in *Rem Judicatam*; Quia SENTENTIA *lata, in Cauſâ Matrimoniali*, contra *Matrimonium*, nunquam tranſit *in Rem Judicatam*, et habet *multa* PRIVILEGIA (*c*).

Sententia contra *Matrimonium* revocari poteſt, ex *novis* (interdum *eiſdem*) *Probationibus*:

IV. Et quoties ECCLESIA decipitur, *pronunciando* SENTENTIAM contra *Matrimonium*, ex *novis* PROBATIONIBUS [etiam aliquando ex *eiſdem*] poteſt revocari *prior* SENTENTIA:

Ratio.

V. Et ratio eſt; *ad evitandum* PECCATUM, *et* PERICULUM ANIMÆ, *ſi injuſta* SENTENTIA *ſortiretur effectum*, *et locum haberet.*

OBSERVATIONES.

(a) *Poſt publicatas Atteſtationes.*] De Productione Teſtium, poſt Publicationem, ſuper priùs poſitis, ex capite quòd de novo pervenerant ad Producentis Notitiam; Vide *Tit.* 81.

De aliâ Productione Teſtium, ſuper priùs poſitis, poſt Publicationem, ſine Juramento, quòd de novo pervenerant ad Notitiam eos producere conantis. Vide *Tit.* 82.

(b) *Exceptio rei judicatæ.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 60. ſub *lit.* (e).

(c) *Habet multa Privilegia.*] Vide *Tit.* 14. §. 3, 4.

Vide *c.* 1. *De poſtulando* in *Provinc. Conſtit.* et *Lynd. ibid.* v. *Pro Matrimonio.* Vide etiam *c.* 1. *De Sententiâ Excommunicationis.*

Sumptus et *Alimonia.*

TITULUS CCVI.

Pro Parte Reâ.

De Petitione Sumptûs LITIS *et* ALIMONIÆ (*a*), *in quibuſcunque Cauſis Matrimonialibus*, inter *Virum* et *Uxorem.*

Alimonia quando *petenda?*

I. IN omni Cauſâ, in quâ UXOR *agit* contra MARITUM, vel *e contrà*, quamprimum conſtare poterit JUDICI [ſive per Reſponſa Procuratoris, *ſeu* Partis principalis, *vel* Probationes] *Matrimonium*

OBSERVATIONES.

(a) *Alimoniæ.*] Sumptus Alimoniæ ſunt Cibaria, et Veſtimenta (in nutrimentum, et Corporis cultum) et Habitatio; ſeu cauſæ neceſſariæ, in ſubſidium Vitæ, ſine quibus Corpus ali nequit.

monium fuiſſe ſolemnizatum, PROCURATOR MULIERIS allegabit, ut ſequitur:

Allegatio Procuratoris, apud Acta, *pro Alimoniâ:*

II. *Allego conſtare ex Actis Curiæ* [vel, *ex Libello Adverſarii* (*b*), quando VIR *agit* contra UXOREM *in Cauſâ Divortii*, *vel in Cauſâ Reſtitutionis Obſequiorum conjugalium:* vel, *ex Reſponſis Procuratoris*; vel *Partis principalis*] *Matrimonium fuiſſe ſolemnizatum, inter Dominam meam, et* M. *Partem adverſam, referendo me ad Acta* [*Reſponſa Procuratoris*, vel *Partis*, *Libellum*, vel *Teſtes in hâc Cauſâ examinatos*] *Quare peto eandem Partem adverſam, condemnari in Expenſis* LITIS, *et* ALIMONIÆ.

Petitio ejuſdem.

III. Tunc JUDEX [*ſi ſibi conſtiterit de* MATRIMONIO *allegato*] condemnabit, *ut petitur.*

Decretum Judicis.

IV. Deinde PROCURATOR MULIERIS *dabit* JUDICI *Schedulam Expenſarum* LITIS (*c*):

Expenſarum Schedula porrigenda eſt.

V. Et in fine, ſive calce *ejuſdem Schedulæ* ſcribet, in hunc modum: *Et petit Pars dictæ* N. *Sumptus Alimoniæ*, a *die datæ primariæ Citationis*, *durante Lite*, *juxta ratam* ...... [relinquendo ſpatium, ut JUDEX ſcribat Summam (*d*)] *pro quâlibet hebdomadâ*, *a tempore prædicto*, *uſque in Finem Litis*, *decerni.*

Formula *olim* uſitata, *ſuper Taxatione Alimoniæ*, per *Schedulam*, Qualis?

VI. Tunc JUDEX, primò taxabit *Expenſas* LITIS, ac deinde [*ſi ſibi conſtare poterit de* FACULTATIBUS (*e*) *Viri*] taxabit hujuſmodi *Sumptus Alimoniæ*, juxta ejus *Arbitrium*, in hunc Modum: *Taxamus Sumptus Alimoniæ*, *pro quâlibet hebdomadâ*, a *tempore datæ*, vel *relatæ Citationis Primariæ* [ſi hoc ſibi æquum viſum fuerit] *ad* talem *Summam* (*f*), *ſolvendam durante Lite*, niſi *aliter per* NOS *decretum fuerit.*

Primò taxantur *Expenſæ Litis.*

Alimoniæ Sumptus quomodo *taxandi?*

VII. Nam eſt notandum; Quòd ADVERSARIUS poteſt, *in quâcunque Parte Litis* [ad evitandum *ulteriorem Taxationem*, aut *Allocationem Sumptûs Alimoniæ*, ſaltèm ut *moderatè taxetur*] allegare et probare PAUPERTATEM *ſuam*, vel *quòd ſit lapſus* FACULTATIBUS,

Ex quibus cauſis *Alimonia*, poſt *ejuſdem Taxationem*, ſit *moderanda?*

OBSERVATIONES.

(b) *Ex Libello Adverſarii.*] " Nam ſi *Vir* " egerit contra *Uxorem*, in Cauſâ *Divortii*, vel " *Reſtitutionis Obſequiorum Conjugalium*, tene- " tur in *Libello* allegare *Solemnizationem Ma-* " *trimonii*; et *qui poni fatetur.* MS.

(c) 1 *Dabit Judici Schedulam Expenſarum Litis.*] Unam, ſcilicet, offeret *Judici*, et Copiam dabit *Procuratori Partis adverſæ*, ut (ſi quid habeat) objiciat.

2 De *modo petendi Taxationem Expenſarum*, & *formâ Taxationis earundem*; Vide *Tit.* 331. §. 3, 4, 5, 6.

(d) *Relinquendo Spatium, ut Judex ſcribat Summam.*] Hodie *Taxatio Sumptûs Alimoniæ* fieri non ſolet, ut ſuprà, per *Schedulæ Subſcriptionem:* Sed *ex Ore* JUDICIS; et intratur hujuſmodi *Decretum ſuum*, in Actis Curiæ, per *Regiſtrarium.*

(e) *Si ſibi conſtare poterit de Facultatibus.*] Vide *Tit.* 207. §. 1, 2.

(f) *Ad talem Summam.*] In taxatione Alimentorum, conſiderantur Partis Conſuetudo, et Qualitas ejus, cui Alimenta aſſignantur.

TIBUS, *citra Decretum Judicis, interpoſitum ſuper Sumptibus Alimoniæ.*

A quo tempore Alimenta ſunt Uxori allocanda?

VIII. Caveat tamen JUDEX, ne circumveniatur *in Taxatione prædictâ* (videlicet) *a die datæ Citationis*; nam aliquando AGENTES curant *Citationes extrahi*, et tamen *eas exequi*, et *certificari* differunt, *per* Annum, *aut* circiter: *Quâ fraude*, per JUDICEM, *compertâ*, taxare ſolet EXPENSAS, et allocare *Sumptus* ALIMONIÆ, a *die executionis*, ſive *relationis Citationis*.

Sumptus et *Alimonia.*

TITULUS CCVII.

Pro Parte Actrice.

De Clauſulâ neceſſariâ inſerendâ in LIBELLO, cùm UXOR *agit* contra VIRUM, ut *eò citiùs allocentur* Sumptus LITIS et ALIMONIÆ.

De Formâ Poſitionis *in Libello* neceſſariæ, *quò citiùs* allocetur *Alimonia*.

I. PROCURATOR UXORIS ponere et allegare poteſt, *in Libello*, VALOREM *bonorum*, quæ MARITUS *habuit*, in DOTEM, *ratione Nuptiarum*, et VALOREM *bonorum quorumcunque*, quæ MARITUS *poſſidet*, ut *Certitudo* VALORIS *hujuſmodi* poſſit conſtare, *ex Reſponſis* VIRI, et ita JUDEX informabitur *quoad* SUMMAM *taxandam*.

Modus *Summariè* probandi *Facultates* Viri.

II. Et nota; Quòd JUDEX poteſt informari, *ſuper* FACULTATIBUS *Viri* (*a*) ex ratione factâ, *vivâ voce*, VICINORUM; vel *alio ſummario modo* (*b*).

A *Marito* alenda eſt *Uxor adultera*, etiam *quid habens* aliunde, *quo* ali poteſt: *ſi* petatur *ante concluſum* in Cauſâ:

III. Et licèt MARITUS alleget, et offeret ſe promptum et paratum ad probandum, *Quòd* UXOR *ſit* ADULTERA; vel, *Quòd habeat* ALIUNDE *de quibus ſufficienter alimentari poſſit*, et *Litis Expenſas ſuſtinere*; Etiam dato, quòd hujuſmodi allegata MARITUS *per* TESTES *probaverit*, vel potiùs TESTES plenè depoſuerint *eadem allegata eſſe vera*; JUDEX tamen tenetur *Expenſas*, et *Sumptus hujuſmodi allocare*; niſi fuerit *concluſum in Cauſâ*:

Ratio.

IV. Quia, *nihil dicitur eſſe probatum*, quamdiu *aliquid*, *ex adverſò*, *proponi et probari poſſit* (*c*): Nam dicunt JURISPERITI: *Nihil*

OBSERVATIONES.

(a) *Super Facultatibus Viri.*] De quibus etiam, Vide *Tit.* 206. §. 6, 7.

(b) *Summario modo.*] Additur *in MS. Antiq.* " Et hæc in *Actis Curiæ* redigenda ſunt; ut, ſi " appelletur ab *exceſſivâ Taxatione*, ex *Actis* " hujuſmodi *Taxatio* juſtificari poſſit.

(c) *Proponi, et probari poſſit.*] " Ad elidendum Intentionem Adverſarii. *MS.*

Nihil probari dicitur, ante *prolationem Sententiæ*, ſaltèm quamdiu *adverſa Pars poſſit excipere contra Teſtes*; ſed quære.

V. TAXATIS *Expenſis Litis*, et *Alimoniæ*, JUDEX ſolet decernere MONITIONEM, *pro* SOLUTIONE *earundem* [ut in Titulo (*d*), *De Petitione et Decreto Monitionis, ad ſolvendum Expenſas.*]

Fiat *Monitio* pro *Solutione* Expenſarum *Litis*, et *Alimoniæ*.

VI. Et nota; Quòd *in* TAXATIONE *Alimoniæ*, JUDEX ſolet allocare UXORI *tertiam*, vel (ad minùs) *quartam partem* ANNUI VALORIS *bonorum immobilium*:

Quantum *pro Alimento* eſt allocandum?

VII. Quòd ſi VIR non habet *bona immobilia*, tunc taxandi ſunt Sumptus, *juxta* COMMUNEM REPUTATIONEM VALORIS *bonorum mobilium*, ac DIGNITATEM *Viri*, prout JUDICI videbitur.

Taxatio Alimoniæ fit, quoad *Viri Facultates*, juxta *Arbitrium boni Judicis*.

OBSERVATIONES.

(d) *Ut in Titulo*, &c] Vide *Tit.* 134. et *Obs ibid.* ſub *lit.* (c)

Expenſarum aut *Abſolutio*, ſeu *Condemnatio*.

TITULUS CCVIII.

Victor aliquando condemnandus: Victus aliquando abſolutus.

In quibus caſibus JUDEX poteſt condemnare *Partem*, *obtinentem Sententiam*, in EXPENSIS, *vel* abſolvere *Partem*, *contra quam lata eſt Sententia*, *ab* EXPENSIS (*a*).

I. SI in *Cauſâ Matrimoniali*, ACTOR probaverit CONTRACTUM *Matrimonialem*, per *unum Teſtem*, *omni Exceptione majorem*, et TRACTATUM, per *alios*; vel probaverit RECOGNITIONEM *Contractûs*, per *duos Teſtes*, præſentibus PARTIBUS:

Quando *Victor*, in *Matrimoniali*, condemnabitur *in Expenſis*?

Exempla.

[Vidi etiam EXPENSARUM *Condemnationem*, ſi ACTOR probaverit RECOGNITIONEM, per *duos Teſtes*, in abſentiâ PARTIS, dummodo etiam probetur TRACTATUS *Matrimonii*.]

Vel, ſi probaverit CONTRACTUM, *per Verba de futuro*, per *duos Teſtes*, et TRACTATUM, per *eoſdem*, ſeu *alios Teſtes*:

Vel probaverit MATRIMONIUM, *per Verba de præſenti*, per *duos Teſtes*, et hujuſmodi PROBATIONES poſtea tolluntur, per EXCEPTIONES *legitimas*, PARTI tamen producenti *incognitas*:

Vel,

OBSERVATIONES.

(a) *Abſolvere Partem, contra quam lata eſt Sententia, ab Expenſis.*] Huc tendunt quæ habet *Jo. Athon*, *Conſtitut.* Cùm non ſolùm; *Othonis*; v. *Matrimoniales Cauſæ*.

Expenſarum aut Abſolutio, ſeu Condemnatio.

Vel, ſi PROBATIONES ACTORIS factæ fuerint *duriores* (hoc eſt) *ſi Teſtes* deſierint *eſſe Teſtes omni Exceptione majores*, ratione prioris *Contractûs, ſeu Matrimonii*, vel per ſubſequentem *Solemnizationem Matrimoniii* [*Lite pendente*] *habitam :*

In iſtis caſibus, ſolet JUDEX [quamvis tulit *Sententiam* pro REO] condemnare *obtinentem Sententiam* in EXPENSIS *factis* per ACTOREM.

Quando Victus abſolvetur ab Expenſis?

II. Sed ſi probetur TRACTATUS, tam *de* MATRIMONIO, quàm de DOTE *aſſignandâ* [iteratis vicibus] factus, *ac* DATIO, *et* RECEPTIO hinc inde DONORUM, præſertim ANNULORUM,

Exemplum :

JUDEX ſolet abſolvere ACTOREM ab EXPENSIS *Litis :*

Ratio (Scilicet) Juſta cauſa litigandi.

III. Quia, in hoc caſu, dicitur EUM habuiſſe *juſtam cauſam litigandi* (*b*).

OBSERVATIONES.

(b) *Habuiſſe juſtam cauſam litigandi.*] A tali verò Sententiâ, quæ facit aliquatenus pro Parte tuâ (ſcilicet) *quoad Expenſas* [ſeu *contra* Victorem *taxatas*, aut *quoad* Partem ſuam Victam *deletas*] qualiter appellandum eſt, *quoad Cauſam principalem*; Vide *Tit.* 294. §. 9, 10, 11. Lege etiam *Tit.* 300. per totum, *De Adhæſione.*

Executio Sententiæ, pro Matrimonio ſolemnizando.

Executio rei judicatæ.

TITULUS CCIX.

De EXECUTIONE SENTENTIÆ, in *Cauſâ Matrimoniali.*

Forma demandandi Sententiam Executioni, in Cauſâ Matrimoniali :

I. SI SENTENTIA ſit lata, *pro Matrimonio* [vocanda eſt PARS REA, *ad dicendum cauſam quare Sententia non debeat Executioni demandari*, et, ut fiat *Verbalis Executio*, procedendum eſt, ut in *cæteris Cauſis* (*a*), *quando Sententiæ ſunt verbaliter Executioni demandandæ.*]

(Scilicet)

Fiat Monitio, pro Matrimonio ſolemnizando ;

II. [Et poſtquam *Sententia* ſit *Executioni demandata*] decernenda eſt MONITIO, contra PARTEM REAM, *ad ſolemnizandum Matrimonium cum* PARTE AGENTE, *citra* tale *Feſtum* (*b*) *:*

III. [Alioquin

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in cæteris Cauſis.*] De formâ demandandi *Sententiam Executioni*; Vide *Tit.* 130, 131. Necnon *Obs.* in *Tit.* 131. ſub *lit.* (a) et *Obs.* in *Tit.* 130. ſub *lit.* (c).

(b) *Citra tale Feſtum.*] Seu infra *tot dies* poſt Executionem ejuſmodi Monitionis, in eandem Partem Ream debitè factam, ſub pœnâ [*ex more Curiarum hodierno*] majoris Excommunicationis Sententiæ, in eandem Partem, infra *tempus iſta præſtitutum*, idem Matrimonium non ſolemnizantem, exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, lectæ, latæ, et promulgatæ.

III. [Alioquin citanda eſt Pars Rea, *ad comparendum* tali *die* (poſt lapſum dicti Feſti) *ad dicendum cauſam quare, propter Contumaciam ſuam, excommunicari non debeat* (*c*).]

Sub *pœnâ* Excommunicationis.

IV. PETENS *Solemnizationem Matrimonii* curabit LICENTIAM, ſive DISPENSATIONEM concedi, *ad ſolemnizandum hujuſmodi Matrimonium*, BANNIS *non editis, et in quâcunque Eccleſiâ* (*d*).

Licentia qualis, *ad ſolemnizandum*, impetranda?

V. Deinde adibit ACTOR PARTEM REAM, et petet ab eâdem *ut deſignet, et ſtatuat diem aliquem certum*, pro *Solemnizatione hujuſmodi Matrimonii*; et ſi non poſſit IPSE, ad hunc finem, convenire PARTEM REAM (*e*), id agat *per* interpoſitam Perſonam.

Diem, pro *Nuptiis celebrandis*, deſignat *Pars Rea*.

VI. Et ſi PARS REA non vult *conſtituere diem*, pro *Nuptiis hujuſmodi celebrandis*, nec forſan *quicquam Petitioni hujuſmodi reſpondere*, tunc ACTOR, *aliquo die Dominico, vel Feriato, ſtatuat, apud* SEIPSUM, *ſolemnizari procurare hujuſmodi Matrimonium, in* tali *Eccleſiâ*, et hoc etiam aut perſonaliter (ſi fieri poſſit) *ſignificet* PARTI REÆ, vel ſaltèm *de eo proteſtetur, coram* TESTIBUS.

Parte *Reâ* diem *non* deſignante, Deſignabit *Actor*, Et *eidem* ſignificabit.

VII. Deinde, *die et loco conſtitutis*, adibit ACTOR *conſtitutam Eccleſiam*, et curabit etiam ut MINISTER, *ad ſolemnizandum hujuſmodi Matrimonium*, adſit, expectetque *adventum* PARTIS REÆ: ſed ſi non venerit, *de præſentiâ et diligentiâ ſuis* (*f*), *coram* TESTIBUS, *proteſtetur*.

Tempore ſtatuto, adſit *Actor*, in *promptu*, cum *Parocho*, ad *ſolemnizandum*: *Parte Reâ* ſe tunc *abſentante*, fiat *Proteſtatio*, de Diligentiâ *Actoris* adhibitâ.

OBSERVATIONES.

(c) 1 *Excommunicari non debeat.*] In hujus Tituli Lectione, prætereamus *iſtiuſmodi Clauſulas*, in §. 1, 2, 3. ſuperiùs *inſertas*, et Hamulis hujuſmodi [ ] *incluſas*:

2 *Talis* enim *Praxis* hodie *parùm in uſu eſt*; procedere verò ſolemus modo quo *ſuprà* notatur, ſub *lit.* (b).

(d) *Bannis non editis, et in quâcunque Eccleſiâ.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 193. ſub *lit.* (z) 2, 3, 4, 5, 6, 7. Vide *varias etiam Formulas* Licentiarum ſive Diſpenſationum, pro Matrimoniis, abſque Bannorum Indictione, ſolemnizandis, in *Formulario noſtro Eccleſiaſtico*, &c.

(e) *Convenire Partem Ream.*] Id eſt; eam invenire, ad Colloquium.

(f) *De præſentiâ & diligentiâ ſuis.*] Quo caſu *Judex Ipſe* diem aſſignabit, *pro Matrimonio* inter Partes *celebrando?* Vide *Tit.* 211. §. 1, 2.

TITU-

Executio Sententiæ, pro *Matrimonio ſolemnizando.*

TITULUS CCX.

Executio rei judicatæ.

De modo procedendi *contra* PARTEM REAM, *recuſantem ſolemnizare Matrimonium* [juxta JUDICIS SENTENTIAM.]

Parte Reâ (ad *id* monitâ) *Matrimonium ſolemnizare recuſante,* Fiat *Certificatorium Monitionis executæ,* pro *Matrimonio ſolemnizando;*

Et *Juramentum,* de *Requiſitione Partis,* et *Aſſignatione Diei pro Nuptiis.*

[Olim *accuſanda erat* ejus *Contumacia,* non *comparentis* ad dicendum cauſam *quare excommunicari non deberet*]

[Factâ Præconizatione]

Hodie (Vi *Monitionis primariæ*) fit *exnunc,* &c. *Excommunicatio:*

Deinceps *Incarceratio,*

I. IN *die aſſignato* (*a*), certificandum eſt JUDICI dictum DECRETUM, ſeu MANDATUM *ad ſolemnizandum Matrimonium,* unà cum CERTIFICATORIO, in dorſo, ſuper debitâ EXECUTIONE ejuſdem:

II. Et (ad majorem Cautelam) allegari poſſunt REQUISITIO *ad ſolemnizandum Matrimonium,* ASSIGNATIO *diei,* et *cætera præmiſſa* (*b*), et deſuper facienda eſt fides, *Juramento* ACTORIS.

III. [Deinde, accuſanda eſt *Contumacia* (*c*) PARTIS REÆ, monitæ *ad Solemnizandum Matrimonium,* tali *die,* vel, *ad comparendum,* iſtis *die et loco,* ſeipſum *excommunicari viſuræ,* et *non curantis hujuſmodi Matrimonium ſolemnizare,* nec *comparentis,* nec *ullam cauſam allegantis, propter quam non deberet excommunicari.*]

IV. [Tunc JUDEX faciet PARTEM REAM, trinâ vice, *publicè præconizari* (*d*), et, ſi non comparuerit, *eſt pronuncianda contumax* (*e*), et *excommunicanda*] et *eſt procedendum,* ut *in cæteris Cauſis Eccleſiaſticis* (*f*).

V. Et ſi PARS REA fuerit vigore BREVIS REGII, *De Excommunicato capiendo,* in CARCERIBUS *detruſa,* ibidem eſt *detinenda,* donec

OBSERVATIONES.

(a) 1 *In die aſſignato*] Hìc intelligitur, *in die* [pro Comparitione Partis Reæ, *ad dicendum cauſam,* quare *propter Contumaciam ſuam,* excommunicari non debet] *aſſignato;* prout in *Tit.* 209. §. 3.

2 Quoniam autem ejuſmodi *Monitio,* ſeu *Citatio* [*ad* tale *faciendum,* alioquin *ad comparendum,* tali die, *ad dicendum cauſam, quare excommunicari non debeat*] Nobiſcum hodie rariùs obtinet:

3 Dic potiùs; *In die Juridico* proximò ſequente *quadraginta dies, poſt lapſum Termini,* pro *Solemnizatione Matrimonii,* juxta *Monitionem* [ſub pœnâ majoris Excommunicationis Sententiæ, exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, lectæ, latæ, et promulgatæ] *alias emanatam,* certificanda eſt JUDICI *hujuſmodi Monitio,* unà cum *Certificatorio,* in dorſo, ſuper *debitâ Executione* ejuſdem, in *Partem,* et ſuper *Denunciatione* (juxta tenorem ejuſdem) *Literarum* Excommunicationis:

4 Tunc etiam alleget PROCURATOR; *Partem ſtetiſſe excommunicatam, per quadraginta dies;* et petat, *Significandum fore Regiæ Majeſtati* pro *Corporis Captione.*

(b) *Cætera Præmiſſa.*] Scilicet, in *Tit.* 209. § 4, 5, 6, 7.

(c) *Accuſanda eſt Contumacia,* &c. (d) *Trinâ vice, publicè præconizari,* &c. (e) *Eſt pronuncianda Contumax,* &c.] Omittenda ſunt, *quà obſoleta,* quæ *ſuperiùs* exarata ſunt in §. 3, 4. et ſub *hiſce Signis* [ ] limitata; proceditur enim, *ex more Praxeôs hodiernæ,* prout in *Obs.* in *præſenti Tit.* ſub *lit.* (a) 3, 4.

(f) *Et eſt procedendum, ut in cæteris Cauſis Eccleſiaſticis.*] De modo procedendi *poſt Denunciationem Excommunicationis;* Vide *Tit.* 39, 43, 44.

donec *ſolemnizaverit Matrimonium*, et *ſatisfecerit Eccleſiæ pro Contemptu* (*g*). *Hæc quouſque duratura?*

OBSERVATIONES.

(g) *Et ſatisfecerit Eccleſiæ, pro Contemptu.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 41. ſub *lit.* (c).

Executio Sententiæ, pro *Matrimonio ſolemnizando.*

TITULUS CCXI.

De modo procedendi *ſi perſona* [propter *ejus Contemptum* in *non ſolemnizando*, juxta SENTENTIAM JUDICIS, *Matrimonium*] *excommunicata*, et *incarcerata*, tandem *conſentiat* MATRIMONIUM *ſolemnizare.*

Executio rei judicatæ.

I. SI PARS REA, excommunicata *et* incarcerata, *in non ſolemnizando Matrimonium*, juxta *Sententiam* JUDICIS, per PROCURATOREM *ſuum* comparuerit; et *idem* PROCURATOR, *Nomine* PROCURATORIO *ejuſdem* REÆ, obtulerit ſe promptum et paratum *ad præſtandum* JURAMENTUM (*a*), *de parendo Juri, et ſtando Mandatis Eccleſiæ*; et allegaverit *eandem* REAM fuiſſe et eſſe promptam et paratam *ad ſolemnizandum Matrimonium, quocunque Die, per Judicem, aſſignando*; et ideo petierit *eandem a Sententiâ Excommunicationis* [ſaltèm *in Diem* (*b*), vel *ad Cautelam*] *absolvi*; non tamen *abſolvenda eſt*, donec *ſufficiens* CAUTIO interponatur, *quòd parebit Juri, ſtabit Mandatis Eccleſiæ, et ſolemnizabit Matrimonium cum Actore, in Die per Judicem aſſignando:*

Si Pars *excommunicata*, et *incarcerata*, conſentiat *ſolemnizare* Matrimonium,

Fiat *Oblatio* Juramenti, *de parendo Juri*, &c.

Allegatio Procuratoris,

Petitio ejuſdem.

Cautio qualis *interponenda eſt*, pro Parte *excommunicatâ* incarceratâ, *ante Abſolutionem*, in Matrimoniali?

II. Quâ CAUTIONE præſtitâ, *abſolvenda eſt, in Diem* [videlicet, in proximum *Diem Juridicum*, proximè ſequentem *Diem aſſignatum* ad ſolemnizandum Matrimonium.]

Quo *caſu*, fiat *Abſolutio*, in *Diem?*

III. Et hìc notandum eſt; Quòd licèt, in *cæteris* Cauſis *et* Caſibus, REUS EXCOMMUNICATUS, propter *aliquod Crimen*, ſeu *Contemptum Eccleſiaſticum*, non ſit *abſolvendus*, priuſquam *Ille* JUDICIS MANDATO *ſatisfecerit*, propter quod *fuit Excommunicatus:*

IV. [Exempli

In *aliis Cauſis* fiat *Satisfactio*, per Partem, de *eo*, propter *quod* excommunicatur, *antequam* abſolvetur.

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Nomine Procuratorio ejuſdem Reæ, obtulerit ſe promptum et paratum ad præſtandum Juramentum*, &c.] Peti ſolet a JUDICE, per *Procuratorem* (in caſibus hujuſmodi) *deſcendendum fore decerni, ad præſtandum Juramentum* [per *Judicem*, ejuſve *Surrogatum*] *ipſæ Parti principali, incarceratæ:*

2 Vel petenda eſt COMMISSIO, *pro receptione talis Juramenti* Corporalis.

(b) *Saltem in diem.*] De Abſolutione *in diem*; Vide plura inter *Obs.* in *Tit.* 45. ſub *lit.*

(b) Vide etiam *Tit.* 303, et 304.

Utpote, de *Decimis, Legato, Procurationibus ſolvendis*, &c.

IV. [Exempli gratiâ; EXCOMMUNICATUS *in non* ſolvendo *Expenſas, Decimas, Legatum*, ſeu *Procurationes*, non eſt *abſolvendus* priuſquam *ea perſolverit*]

Item de *reſpondendo Libello.*

V. [Similiter; EXCOMMUNICATUS *in non* reſpondendo *Libello*, non eſt *abſolvendus*, priuſquam *eidem reſponderit*]

Quoniam *Excommunicati* non ſolemnizant *Matrimonium*,

Abſolvuntur igitur *in Diem*, vel *ad Cautelam*, in Cauſâ *Matrimoniali.*

VI. Quia tamen MATRIMONIUM *non eſt ſolemnizandum per* PERSONAS EXCOMMUNICATAS, ideo, in iſto caſu, *interpoſitâ* CAUTIONE antedictâ, *ad Diem*, ſeu *ad Cautelam*, et *præſtito* JURAMENTO prædicto, *de parendo* JURI, *abſolvenda* eſt PARS, priùs, EXCOMMUNICATA (*c*).

OBSERVATIONES.

(c) *Interpoſitâ Cautione antedictâ, ad Diem ſeu ad Cautelam, et præſtito Juramento prædicto, de parendo Juri, abſolvenda eſt Pars priùs Excommunicata.*] Varia Lectio talis eſt, in *MSS.* "Interpoſitâ Cautione antedictâ, et præſtito "Juramento prædicto, de parendo Juri, abſol-"venda eſt priùs Pars Excommunicata, *ad Di-*"*em, ſeu ad Cautelam.*

ExecutioSententiæ, pro *Matrimonio ſolemnizando.*

Executio rei judicatæ.

TITULUS CCXII.

De modo procedendi *ſi* PARS REA [in *non ſolemnizando* MATRIMONIUM adjudicatum, *excommunicata*, et *incarcerata*, et poſtmodum *a Sententiâ Excommunicationis*, ad *ſolemnizandum*, *abſoluta*] iterum etiam *recuſaverit ſolemnizare* MATRIMONIUM.

Si Pars *excommunicata*, et *incarcerata*, in non ſolemnizando (*fictitium* perhibendo *Conſenſum*, et datâ *Cautione*) *abſoluta* fuerit, in *diem*, tum verò ſolemnizare *iterum recuſaverit*; quid faciendum? *Anne* Pars *reincidat* in Excommunicationem *priorem?*

I. IN caſu prædicto [*in proximo præcedenti Titulo* (*a*), mentionato] videlicet; licèt PARS REA præſtiterit *juratoriam*, ſeu *fidejuſſoriam* CAUTIONEM, de ſolemnizando *Matrimonium*, *cum Actore*, *Die per Judicem conſtituto*, et (ex eo capite) obtinuerit ABSOLUTIONEM, *uſque in Diem*, vel *ad Cautelam*; ſi tamen recuſaverit *hujuſmodi Matrimonium* ſolemnizare; *Quomodo ſit contra dictam Partem procedendum?* ſæpius fuit controverſum:

II. Scilicet; *An* JUDEX, *vigore* primæ *Excommunicationis*, *et Denunciationis*, poſſit (de novo) ſcribere *Regiæ Majeſtati*, pro *Corporis Captione dictæ Partis?* quoniam fuerat *abſoluta* tantùm *in Diem*, et, *lapſo illo Die*, reincidebat *in* priorem *Excommunicationem* (*b*):

III. Vel,

OBSERVATIONES.

(a) *In præcedenti Titulo.*] §. 1, 2, 6.

(b) *In priorem Excommunicationem.*] Poſt hæc Verba, in *Antiquis MSS.* ſequitur etiam hæc Clauſula:

"Vel, *utrùm* JUDEX teneatur (de novo) *de-*"*nunciare* primam *Excommunicationem*, et "*Pars*, poſt *hanc ſecúndam Denunciationem*, "*ſteterit excommunicata*, per *quadraginta dies* "(de novo) certificare *Regiæ Majeſtati*, pro "*Corporis Captione?*

III. Vel, *Utrùm* JUDEX teneatur (de novo) monere Partem, *ad ſolemnizandum Matrimonium*, citra alium Diem, *ſub pœnâ Excommunicationis*, et deinde procedere *ad Denunciationem Excommunicationis*, et *in omnibus*, ut *in ſecundo præcedente Titulo continetur?* (*c*).

Vel, *de novo*, monenda ſit, *et* denuncianda?

IV. Hunc *ultimum procedendi modum* ego practicatus ſum, ac ita, *in hoc caſu*, practicari tutiſſimum eſſe, *ad tollendas has Ambiguitates*, arbitror.

Dic; *de novo*, monere, *et* denunciare *ſatiùs eſt*.

V. Et quia JUDEX, in caſu prædicto, *per* PARTEM REAM *circumventus fuit* [promittendo *quòd voluit ſolemnizare Matrimonium*, et, eo prætextu, obtinendo ABSOLUTIONEM; et quia etiam fuit *manifeſtus Contemptor* JUDICIS, et JURISDICTIONIS *Eccleſiaſticæ*] JUDEX poterit (et, ex æquo, tenetur) *dare* PARTI *gravatæ* et *injuriatæ* [per hunc *Dolum* PARTIS *Reæ*, et *Retardationem Litis*] LITERAS OBLIGATORIAS, captas *pro Solemnizatione Matrimonii* ante *certum diem*, LITERASQUE ATTORNATORIAS pro *recuperatione* FORISFACTURÆ (*d*) *Cautionis fidejuſſoriæ hujuſmodi:*

Quo caſu, *Judex circumventus eſt?*

Quis dicatur *Contemptor manifeſtus?*

Quomodo fiat *Aſſignatio Cautionis*, per *Judicem* (tanquam *forisfactæ*) in uſum *Partis læſæ?*

VI. Præſertim *hæc fieri* expedit, *ſi* PARS [poſtquam fuerit, ut præfertur, *vigore dictæ* ABSOLUTIONIS *in diem*, a CARCERIBUS *liberata*] ita ſe abſentet, ut ACTOR non poſſit (de novo) *eam* citare *ad effectum prædictum* (*e*); Et tunc FIDEJUSSORES curabunt *eandem* PARTEM REAM in *Judicio ſiſtere.*

Partem, ſemet *occultantem* (aſſignatâ Cautione) *Fidejuſſores* exturbabunt, *e Latebris*, uſque *Tribunal.*

OBSERVATIONES.

(c) *Et in omnibus, ut in ſecundo præcedente Titulo continetur.*] Vide *Tit.* 210. *per totum*, et *Obs. ibid.* quoad *Praxin hodiernam.*

(d) *Pro recuperatione Forisfacturæ.*] Vide *Tit.* 189. §. 12.

(e) *Ad effectum prædictum*] Scilicet *ad ſolemnizandum Matrimonium* cum Parte agente.

Adulterium.

TITULUS CCXIII.

Judicis Indagatio.

De cauſis *per* JUDICEM perpendendis, *in Cauſâ* DIVORTII, *propter* ADULTERIUM.

In Cauſâ *Divortii*, ne *colluſoriè* fateatur Uxor *Adulterium*, non *commiſſum*,

I. QUIA noſtris diebus (ſuadente Diabolo) quamplurima petuntur DIVORTIA, *propter Adulterium*, ut (eo colore) ſic SEPARATI *ad* SECUNDAS NUPTIAS *convolare valeant* (*a*): Et [ut eò faciliùs hujuſmodi DIVORTIUM obtineri poſſit] ſolet UXOR fateri *Adulterium* (*b*), de quo *colluſoriè* accuſatur; quamvis, reverà, *nullum fuerat commiſſum*:

Ne *minis*, aut *blanditiis*, cogatur id (*contra Veritatem*) fateri,

II. Aliquando etiam MARITUS [ut Ipſe ALIAM *poſſit* UXOREM *ducere*] aut *Minis*, *Verberibus*, *Blanditiis*, aut *aliquo alio modo illicito*, inducit UXOREM, *ad confitendum Adulterium*, quamvis *nullum commiſerat*:

Judex indagare ſolet, *de veritate*, et *cauſâ* Confeſſionis:

III. Ad hunc igitur DOLUM, *et* FRAUDEM, obviandum et evitandum, ſolet (in his caſibus) *circumſpectus* JUDEX, *ſecretò* [ſemotis omnibus, præſertim MARITO] *indagare Animum* MULIERIS, eamque *ſedulò examinare*, de *veritate*, et *Cauſâ hujuſmodi* CONFESSIONIS; ac (omnibus etiam viis, et modis licitis) *veritatem percontari*; et ſi DOLUM, *et* FRAUDEM *hujuſmodi reperire poſſit*, vel ſaltèm de Eo aliquam *Probabilem* SUSPICIONEM *habuerit*, ſolet abſtinere a *Pronunciatione Sententiæ* DIVORTII:

Ubi de *Dolo* conſtiterit, ne fiat *Divortium.*

IV. Niſi PETENS *Sententiam* DIVORTII *Adulterium objectum probaverit*, per TESTES, vel ſaltèm per *vehementes* PRÆSUMPTIONES, et FAMAM *publicam*; vel aliter JUDICIS CONSCIENTIAM [quòd, de veriſimili, *objectum Crimen* ſit verum] *informaverit*, ex quo credat CONFESSIONEM *dictæ* MULIERIS, de *Adulterio commiſſo*, non emanâſſe *per* DOLUM, *aut* FRAUDEM.

Quibus modis, *Conſcientia Judicis* eſt plenè *informanda*, in Cauſâ *Divortii*, *ad Dolum evitandum*, ex Confeſſione *Uxoris?*

V. Caveat etiam JUDEX de his *Adulterii* voluntariis CONFESSIONIBUS; ne PERSONA SUPPOSITITIA (quod meis diebus bis novi) coram Eo, ad *Adulterium libellatum confitendum*, *producatur*,

Uxoris in *loco*, ne *Perſona* confiteatur *Suppoſititia*,

OBSERVATIONES.

(a) *Ad ſecundas Nuptias convolare valeant.*] Quomodo Separatis (eorum altero ſuperſtite) nova Copula ſit interdicta; deque Cautione ut caſtè vivatur, et ad alias Nuptias (durante alterius vitâ) ne convolētur; Vide *Canon.* [*An.* 1603] 107, et 108.

(b) *Solet Uxor fateri Adulterium.*] Pro Conjugio dirimendo, nuda Partium Confeſſio non audienda; Vide *Canon.* 105.

catur, quamvis coram Eo allegetur, *eam eſſe* illius *Viri* UXOREM, qui DIVORTIUM *petit:*

VI. Huic DOLO, *et* FRAUDI, facilè obviabit JUDEX [ſi de eo *ſuſpicatur*] curando, *ut interſint*, coram EO, ante *Sententiæ Prolationem*, (*c*) PERSONÆ *aliquæ*, *fide dignæ*, NOTITIAM *exploratam habentes dictæ* CONFITENTIS MULIERIS (*d*).

Adſint *Notitiam* Confitentis *habentes.*

OBSERVATIONES.

(c) *Sententiæ Prolationem.*] Sententiæ *Divortii*, et *Separationis*, a *Thoro et Menſâ*, vel *Nullitatis Matrimonii*, non ſunt, niſi *publicè*, ac *pro Tribunali*, ferendæ. Vide *Can.* 106.

(d) *Dictæ confitentis Mulieris.*] "Viri (ſcilicet, illius) *Uxoris*. MSS.

Adulterium.

TITULUS CCXIV.

Inter Partes Compenſatio: Condonatio.

De Cauſis quæ *impediunt* SEPARATIONEM, etiamſi PARS *conventa* commiſerit ADULTERIUM.

I. COMPENSATIO CRIMINIS (id eſt) *ſi* PARS REA (*a*) probaverit PARTEM AGENTEM etiam *Adulterium commiſiſſe*, abſolvenda eſt PARS REA, quoad *petita in Libello* PARTIS AGENTIS.

II. Similiter; ſi *Actio* DIVORTII, *propter Adulterium*, inſtituta fuerit, per MULIEREM contra VIRUM (vel, *e contrà*) ad obtinendum DIVORTIUM, *propter Adulterium*; ſi PARS REA, in hoc caſu, allegaverit et probaverit, PARTEM AGENTEM, ante hanc Litem inſtitutam, *habuiſſe* NOTITIAM, ſaltèm PROBABILEM, *Criminis commiſſi, et libellati*, et tamen poſtea CARNALE COMMERCIUM *cum* PARTE REÂ *habuiſſe*; PARS AGENS non obtinebit *Sententiam* DIVORTII: Quia, in hoc, dicitur, PARTEM AGENTEM *hanc Injuriam* (id eſt, Crimen objectum) *remiſiſſe et condonâſſe:*

Impedimenta Divortii: [1] *Compenſatio Criminis*, per Adulterium, ex alterâ Parte, commiſſum. [2] *Condonatio Injuriæ*, per Carnale Commercium, poſt Adulterii Notitiam probabilem.

III. PROBABILIS *verò* SCIENTIA, in hoc caſu, dicitur, ſi MARITUS, *ſuſpectam habens* UXOREM *de Adulterio*, EAM *de eodem* accuſaverit, *et* ILLA *hujuſmodi Crimen* confeſſa fuerit:

Vel, TESTES illi [quos MARITUS, in Judicio contradictorio, *ad probandum Adulterium objectum*, produxit] *ſignificaverint* MARITO, ante Litem hujuſmodi inſtitutam, SE *poſſe deponere*, *ſeu*

Probabilis Scientia, quid? [1] (Scilicet) *Uxoris Confeſſio*; [2] *Teſtium Significatio*, de viſu et ſcientiâ propriis, quoad Adulterium commiſſum;

OBSERVATIONES.

(a) *Si Pars Rea.*] Scilicet; ſive *Vir*, ſive *Mulier*.

Adulterium.

ſeu teſtificare, ex propriis eorum Viſu et Scientiâ, *de hujuſmodi Adulterio:*

[3] Partis, *In Actu, Deprehenſio.*

Vel, *ſi* MARITUS *Uxorem ſuam*, in *ipſo Actu adulterino*, deprehenderit:

Poſt hæc, per *Copulam*,

Remittitur *Injuria.*

IV. *In quibus caſibus*, ſi tamen MARITUS poſtea UXOREM *carnaliter cognoverit*, hanc *Injuriam* remittit, et *ſeparandus non eſt*, ab ejus UXORE.

Divortium cupiens abſtineat a *Thoro.*

V. *Abſtineat igitur*, in hoc caſu, MARITUS *a Thoro Mulieris* [quamvis ſtatim eam, *ab ædibus ſuis*, non repudiaverit] ſi cupit *ab eâ divortiari.*

Adulterium, ſive *Sævitia.*

TITULUS CCXV.

Sententia.

De tenore SENTENTIÆ, in *Cauſâ* DIVORTII, ſeu potiùs SEPARATIONIS a *Thoro* et *Menſâ*, propter ADULTERIUM, ſive SÆVITIAM.

Non licet, *ſeparatis*, ad *ſecundas* convolare *Nuptias*,

I. QUAMVIS [in Titulo, *Quòd Cauſæ* TANGENTES *Matrimonium tractari ſolent in Curiis Eccleſiaſticis*, &c. §. Si *Maritus* (*a*) et § *ſi Mulier* (*b*)] dicitur (in *caſibus*, in *eiſdem ſpecificatis*) agendum eſſe *in Cauſâ* DIVORTII, *ſive* SEPARATIONIS *a* THORO, *et* MENSÂ; Tamen *de* JURE CANONICO [Legibus hujus Regni, in hâc parte, approbato] *non licet Perſonis*, in *his caſibus* [videlicet, nec *propter* ADULTERIUM, nec *propter* SÆVITIAM] *divortiatis, aut ſeparatis* (*c*), ad SECUNDAS *convolare* NUPTIAS, *viventibus* prioribus *Maritis*, vel *Conjugibus* (*d*):

Conjugibus *inter vivos* exiſtentibus:

Ratio.

II. Quia VINCULUM MATRIMONIALE [*Matrimonii ſemel perfecti*] *non poteſt ab Homine diſſolvi*, niſi *Morte naturali.*

Clauſula *Sententiæ*, in Cauſâ *Divortii*, ſive *Separationis* a *Thoro* et *Menſâ*, propter *Adulterium*, ſive *Sævitiam.*

III. Ideo in *omni* SENTENTIÂ, in his caſibus, *latâ*, inſeritur hæc Clauſula; *Dictos* N. et M. (ſcilicet Partes illas cupientes Divortium) *ratione Adulterii* (ſi Cauſa fuerit inſtituta propter Adulterium) [vel, *ratione Sævitiæ allegatæ et probatæ*] *a Thoro, Menſâ, ac mutuâ Cohabitatione, atque Obſequiorum conjugalium impenſione, donec et quouſque duxerint invicem reconciliandos, et non aliter, neque*

OBSERVATIONES.

(a) §. *Si Maritus.*] *Tit.* 193. §. 18.

(b) §. *Si Mulier.*] *Tit.* 193. §. 19.

(c) *Divortiatis, aut ſeparatis.*] " Separantur, " ſed remanent Conjuges. *MS.*

(d) *Viventibus prioribus Maritis, vel Conjugibus.*] Vide *Statut.* An. 1. *Jac.* 1. *c.* 11.

neque alio modo, ſeparamus et divortiamus: plerúmque verò omittitur hoc verbum [*divortiamus*]

Fiat *Inhibitio*, Separatis, *ne convolent ad alia Vota.*

IV. Solent etiam JUDICES *moderni* [ad evitandas SECUNDAS *has* NUPTIAS, *viventibus* prioribus *Conjugibus*, quòd eſt admodum commune] *expreſſè* INHIBERE *Perſonis ſeparatis*, ne *convolent ad alia Vota* (*e*), *durante vitâ ſeparatorum*, cum ADMONITIONE etiam, *quòd innuptæ* (*niſi fuerint reconciliatæ*) *maneant.*

Nuptias ſecundas ineuntes Separati (*Conjugibus* inter vivos) quomodo *puniendi ſint?*

V. Et quoties de hujuſmodi NUPTIIS SECUNDIS, coram SUMMIS COMMISSARIIS REGIIS, *in* CAUSIS ECCLESIASTICIS, vel coram JUDICIBUS REVERENDISSIMI CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI, *querelatur*, DELINQUENTES (in his caſibus) *puniuntur, et corriguntur*, atque ab hujuſmodi SECUNDIS NUPTIIS, ſeu potiùs CONNUBIIS ADULTERINIS *divortiantur, et ſeparantur.*

OBSERVATIONES.

(e) *Inhibere perſonis ſeparatis, ne convolent ad alia Vota*, &c] Vide *Canon.* [An. 1603] 107, 108.

RestitutioObſequiorum Conjugalium.

TITULUS CCXVI.

De cauſis, quæ *impediunt* RESTITUTIONEM OBSEQUIORUM CONJUGALIUM, in *Cauſâ Matrimoniali.*

Reſtitutionis Impedimenta.

Reſtitutionem *Obſequiorum Conjugalium* impedit *Adulterium:*

I. PROBATIO quòd *poſt contractum*, vel *citra ſolemnizatum Matrimonium*, ac *Receſſum* MULIERIS a VIRO (vel, *e contrà*) VIR, vel UXOR *commiſerit Adulterium*, ſufficit ad impediendum RESTITUTIONEM, *in Cauſâ Matrimoniali* (*a*):

Niſi probetur *Compenſatio*; *Scientia*; *Condonatio*, Seu *Remiſſio:*

II. In hoc tamen caſu, *ſi* ACTOR *replicaverit, et probaverit* COMPENSATIONEM, vel SCIENTIAM, CONDONATIONEM, vel REMISSIONEM *Criminis* [ut ſuperiùs notatur, in quodam præcedente Titulo (*b*)] *obtinebit* ACTOR *Reſtitutionem petitam:*

Quænam *alia* ſint *Impedimenta* Reſtitutionis *Obſequiorum Conjugalium?*

III. Proponi etiam poſſunt, *ad hanc* RESTITUTIONEM *impediendam*, omnes cauſæ quæ reddunt *Matrimonium*, aliàs *contractum*, IPSO JURE, *nullum:* Quæ *ſuperiùs* mentionatæ ſunt [in Titulo, *Quòd Cauſæ* (*c*), *tangentes Matrimonium, tractari ſolent, in Curiis Eccleſiaſticis, et de formâ inſtituendi eaſdem.*]

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Adulterium ſufficit ad impediendum Reſtitutionem, in Cauſâ Matrimoniali.*] Similiter Sævitia. Vide *Tit.* 193. §. 18.

(b) *In quodam præcedente Titulo.*] Vide *Tit.* 214. *per totum.*

(c) *In Titulo, Quòd Cauſæ*, &c] Vide *Tit.* 193. §. 17.

Nullitas, ob *Defectum.*

TITULUS CCXVII.

Cauſa Frigiditatis.

De modo probandi DEFECTUS, *inter* CONJUGATOS, *ad diſſolvendum* MATRIMONIUM.

De *Impedimentis*, inter Conjugatos, ad *diſſolvendum Matrimonium*: Modus *Inſpectionis Viri.*

I. AD probandum DEFECTUS [de quibus tractatur in Titulo, *Quòd Cauſæ* (*a*), *tangentes Matrimonium, tractari ſolent in Curiis Eccleſiaſticis*, &c.] JUDEX, ad petitionem PARTIS *allegantis* IMPEDIMENTA [ſi talia ſint, quæ ex CORPORIS INSPECTIONE judicari poſſunt] compellere poteſt VIRUM, *ad exhibendum præſentiam ſuam, et ad oſtendendum* [in loco aliquo ſecreto, per JUDICEM aſſignando] *Pudenda ſua*, ſeu *illos Corporis Defectus quos* MULIER objicit [ſi ex INSPECTIONE *Corporis* apparere poſſint] MEDICIS, *et* CHIRURGIS *peritis*, priùs judicialiter, in præſentiâ PARTIS ADVERSÆ, *de diligenter inſpiciendo Virum, et de referendo in ſcriptis eorum Judicium*, juratis.

Juramentum, de fideliter *inſpiciendo.*

Forma *Relationis* Judicii *Medicorum*, quòd *Defectus*, in *Viro*, ſit *inſanabilis*:

II. Et ſi MEDICORUM et CHIRURGORUM *Judicium* ſit, *Quòd Morbus*, vel *Defectus Viri fuerit inſanabilis, et incurabilis* [tamen tenentur, in Relatione eorum Judicii, ipſum Morbum, ſeu Defectum ſpecificare, ne circumveniatur Eccleſia] *et quòd* (*in eorum Scientiâ, Doctrinâ, et Experientiâ*) *Morbus aut Defectus hujùſmodi, nullâ Re, aut Arte Medicâ, curari poſſit*, MULIER obtinebit in Cauſâ:

Forma *Allegationis*, eapropter, ex parte *Mulieris.*

III. Hoc addito, et allegato, *ex parte* MULIERIS; *Quòd ipſa ſit Juvenis*, et *ad Procreationem apta*, et *quòd, per tres annos* (*b*), *inſimul pernoctârunt*, et *quòd quamvis a Marito cognoſci cupiebat, ab eo tamen cognita non fuit, nec cognoſci potuit.*

Quid ſi *Relatio Medicorum*, de *Viro*, ſit *dubia*?

IV. Et ſi DEFECTUS, prædicto VIRO (ut præfertur) *objecti*, non poſſunt *directè*, per MEDICOS et CHIRURGOS juratos, *judicari*, aut *decerni*; vel forſan *dubia* ſit EORUM *Relatio*; allegetur [*ex parte* MULIERIS] non ſolùm, *quæ ultimò recitata ſunt*, ſed etiam, hoc addito; *Quòd ſit Virgo intacta, nec a quoquam cognita:*

Forma *Allegationis*, eapropter, ex parte *Mulieris.*

V. Et,

OBSERVATIONES.

(a) *In Titulo, Quòd Cauſæ*, &c.] Vide *Tit.* 193. §. 17.

(b) 1 *Per tres Annos.*] Continuos, non interpoſitos.

2 Hæc triennalis Expectatio non eſt neceſſaria, ubi ſtatim poſſit conſtare, de Impotentiâ coeundi. *MS.*

V. Et, *ad hoc probandum*, judicialiter [*præcedente petitione*, ex parte MULIERIS] jurandæ ſunt OBSTETRICES, et MULIERES *vetulæ*, et in his caſibus *expertæ*, et *peritiſſimæ*, ad *inſpiciendum Mulierem*, *an vera ſint hæc allegata.*

Probatur *Allegatio Mulieris*, per *Inſpectionem Obſtetricum*: Harum *Juramentum.*

VI. [Hìc nota; quòd ſi DEFECTUS objiciantur *contra* MULIEREM, probandi ſunt, iſto modo, *per Inſpectionem*, *et Relationem*, *harum Mulierum juratârum.*]

[*Defectus, in Muliere*, inſpiciant *Obſtetrices*]

VII. Et ſi, *Judicio* hujuſmodi OBSTETRICUM et MULIERUM, reperta fuerit *Virgo*, *ſaltèm Fœmina intacta*, *nec a quoquam cognita*; et ſi VIR non poſſit aliquos DEFECTUS objicere contra UXOREM, *ob quos cognoſci non poſſit*; hæc dictarum MULIERUM *Relatio*, cum *Judicio* MEDICORUM et CHIRURGORUM, quamvis *dubio* (*c*), unà cum *cæteris prædictis* INDICIIS [videlicet, *in eo quòd Mulier ſit Juvenis*, et *quòd concubuit cum Viro*, *per triennium*, ac *quòd*, *ex Aſpectu*, *apta et idonea videatur*, *ad Procreationem*] ſufficiunt *ad* DIVORTIUM; ſeu potiùs ad pronunciandum, *Nullum*, *ab initio*, *Matrimonium fuiſſe inter hujuſmodi Perſonas*; *eaſque abinvicem*, *et ab omni Vinculo*, *et Fœdere Conjugali*, *liberas*, *et immunes fuiſſe*, *et eſſe.*

Relatio Judicii Obſtetricum qualis?

Quænam *Circumſtantiæ*, et *Indicia* ſufficiant ad *Diſſolutionem Matrimonii*, propter *Impedimentum naturale*, in *Viro*?

OBSERVATIONES.

(c) *Quamvis dubio.*] Ut ſuprà dicitur, §. 4.

Teſtamenti Probatio, Communi Formâ.

TITULUS CCXVIII.

Juramentum.

De Formâ et *Juramento*, in *probandis* TESTAMENTIS, in *Communi Formâ.*

Exhibitio *Teſtamenti*, coram *Judice.*

I. EXECUTOR *perſonaliter*, ſive per *aliquem* PROCURATOREM de ARCUBUS, debet exhibere TESTAMENTUM defuncti coram JUDICE (*a*); qui miniſtrabit ei ſequens JURAMENTUM:

Juramentum (olim) *Procuratoris*, in *Animam* Executoris.

II. Et primò, PROCURATORI: *Jurabis* (*b*), *quòd* CREDIS (*c*) *hoc eſſe verum Teſtamentum, et ultimam Voluntatem defuncti*; et *quòd Executor ſolvet omnia Debita et Legata defuncti, quatenus Jura volunt, et Facultates defuncti* (*d*), *ad hoc, extendent*; *et etiam Bona omnia et ſingula ejuſdem defuncti, benè et fideliter, faciet appreciari*; et *de appreciatis conficiet verum et plenum Inventarium, et confectum exhibebit*, Die .... [quem JUDEX tunc præfiget.]

Juramentum Executoris *Corporale.*

III. Conſimile JURAMENTUM præſtabit EXECUTOR: Videlicet; ſi fuerit perſonaliter præſens, *tempore* CONDITIONIS *Teſtamenti*, *de* VERITATE *Teſtamenti* (*e*); alioquin, *de* CREDULITATE [ut *ſuprà* (*f*)] ſed *de cæteris* (*g*) præſtabit JURAMENTUM *de* VERITATE, adjectâ limitatione prædictâ; *quatenus Jura volunt, et Facultates defuncti, ad hoc ſe extendent.*

IV. Tunc

OBSERVATIONES.

(a) *Debet exhibere Teſtamentum defuncti coram Judice.*] De *Judicibus*, in hâc parte, *competentibus*; Vide *Obs.* in *Tit.* 6. ſub *lit.* (a)

(b) *Jurabis*] " In *Animam* N. Executoris. *MSS.*

(c) 1 *Quòd Credis.*] " Licèt *Procurator* præ-" ſtat *Juramentum* Nomine *Executoris*, et in " ejus *Animam*; habet, ad hoc, ab eodem Ex-" ecutore, *Mandatum ſpeciale*, et jurat de *Cre-" dulitate*, non de *Scientiâ*, aut *Veritate.* [MS. *Antiq.*]

2 Prohibitum autem eſt hujuſmodi Juramentum [in *Animam conſtituentis*] in Cauſis Teſtamentariis, per *Canonem* (*An.* 1603.) 132. Ejuſque loco, ſubſtituta eſt *Commiſſio*, gravi alicui Viro Eccleſiaſtico (Partis habitationi Vicino) *concedenda per Judicem*; cum Poteſtate Juramentum uſitatum *Executori*, vel *Adminiſtrationem petenti*, Vice ſuâ, miniſtrandi.

(d) *Et Facultates defuncti.*] Legitur in *MSS.* " Et Facultates bonorum defuncti.

(e) *Si fuerit perſonaliter præſens, tempore Conditionis Teſtamenti, de Veritate Teſtamenti.*] Nempe; Jurabis *hoc eſſe* verum Teſtamentum, et ultimam Voluntatem defuncti.

(f) *Alioquin, de Credulitate, ut ſuprà.*] §. 2. Scilicet; Jurabis, *quòd credis hoc eſſe* verum Teſtamentum, et ultimam Voluntatem defuncti.

(g) 1 *De cæteris.*] Id eſt, quòd ſolvet Debita, et Legata, et de appreciandis bonis, et in Inventarium redigendis, et exhibendis; ut ſuprà §. 2.

2 Superiùs autem in §. 2, et 3. omittitur, *in hujuſmodi Juramento*, Clauſula peræquè neceſſaria, *de vero Computo reddendo*, quæ inſcripta eſt in *Calce* §. 1. *Tit.* 219.

3 Hìc ergo ſubjiciam hodiernam *hujuſmodi Juramenti* Formulam.

Tenor

IV. Tunc Judex dicet: *Approbamus hujuſmodi Teſtamentum,* et *illud inſinuamus* (*h*), ac *committimus Adminiſtrationem Bonorum dicti defuncti* (*juxta Tabulas* (*i*) *Teſtamentarias*) N. *Executori in eodem nominato,* et *aſſignamus ad exhibendum Inventarium* (*l*) [tali Die (*m*)]

Approbatio *et* Inſinuatio *Teſtamenti*, per *Judicem*.

Conceſſio *Adminiſtrationis* ſecundum *Tabulas*.

Aſſignatio pro *Inventario exhibendo*.

OBSERVATIONES.

Tenor Juramenti Executoris.

JUrabis, quòd credis hoc Teſtamentum eſſe veram et ultimam Voluntatem defuncti; Et quòd ſolves omnia Debita et Legata defuncti quatenus Jura volunt, et Facultates defuncti ad hoc extendunt; Et etiam exhibebis verum, plenum, et perfectum Inventarium omnium, et ſingulorum Bonorum, Jurium, et Creditorum dicti defuncti, unà cum juſto et fideli Computo, Calculo, ſive Ratiocinio, in Regiſtrum Curiæ [Prærogativæ Cantuarienſis] cùm ad ea legitimè requiſitus fueris: *Sic te* Deus *adjuvet, et hæc Sancta* Dei *Evangelia.*

(h) 1 *Inſinuamus.*] Id eſt; quaſi in *Sinu* inferrimus; ſcilicet, in *Archivis* Teſtamentum reponimus, *regiſtrandum.*

2 Cautum eſt autem, ut *Regiſtrarius,* vel ipſius *Aſſignatus,* aut *Deputatus* curet Teſtamenta omnia, infra tempus idoneum, *in Regiſtrum conſcribi,* ſub pœnâ *Suſpenſionis* a ſuo Munere, ac Officio, ad tempus præſcriptum in *Canone* 134.

(i) *Juxta Tabulas Teſtamentarias.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 220. ſub *lit.* (b)

(l) 1 *Inventarium.*] Inventarium eſt Scriptura, in quâ res inventæ in Hæreditate conſcribuntur.

2 Neceſſum olim æſtimabatur, Inventarium incipi, aut fieri, intra triginta dies, ab aperturâ Teſtamenti, et compleri, intra duos Menſes alios, rebus et perſonis in præſentiâ poſitis [Vide *Authentic. Collat.* 1. *Tit.* 1. *de Hæredibus,* et *Falcidia* cap. 2 Gl. *tempora.*]

3 Pars quæ habet Intereſſe, poteſt quærere ſi aliquid ſit ſurreptum, vel non manifeſtatum, in Confectione Inventarii.

(m) 1 *Tali die.*] Tum inſeritur hæc Clauſula, in *MSS.*

" *Uxor,* ſi ſit *Executrix,* poteſt præſtare hoc " Juramentum, *ſub proteſtatione, de non rece-* " *dendo ab aliquo Commodo, Titulo, vel Inter-* " *eſſe ſuis, et hâc Proteſtatione ſibi ſemper ſal-* " *vâ:* Sic et *alius Executor,* ſi Cauſa requi- " rat.

2 In nonnullis etiam Formulis (quas vidi) recentioribus, Jurata fuit *Uxor* (ſeu relicta) *et Executrix,* ſub hâc Reſervatione, videlicet:

Salvo *dictæ* A. B. *Relictæ et Executrici,* quocunque beneficio *ad eam,* tanquam *Relictam dicti defuncti* (dum vixit Civis London) *ratione Conſuetudinis Civitatis London,* ſpectante; *Acceptatione ſuâ hujuſmodi,* Oneris Executionis dicti Teſtamenti, *non obſtante.*

Adminiſtratio abinteſtato decedentis.

TITULUS CCXIX.

De Formâ committendi Administrationes (*a*), et *Juramenti,* per *Adminiſtratorem præſtandi.*

Juramentum.

I. JUrabis, ut ſuprà [in præcedenti Titulo (*b*), *de Juramento Procuratoris*] ſcilicet, *Quòd* Credis *defunctum deceſſiſſe ſine Teſtamento*; et *quòd fideliter adminiſtrabis omnia et ſingula Bona ejuſdem*

Juramentum Adminiſtratoris *Corporale.*

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Adminiſtrationes.*] *Stylus* hodie *Curiarum* eſt; Ne emanet *Adminiſtratio* ſub Sigillo, *quatuordecim diebus*; a Morte Inteſtati, *nondum plenè elapſis:* Niſi *ſpeciales ob cauſas* [utpote, factâ

Adminiſtratio abinteſtato decedentis.

ejuſdem defuncti; et *ſolves Debita ipſius, quantum ad hoc ſufficiant Bona*; et *conficies verum Inventarium*, &c. [ut in proximo præcedente Titulo (*c*)] et *quòd reddes verum Computum, de Adminiſtratione tuâ, cùm, ad hoc, fueris requiſitus, ex* OFFICIO JUDICIS [vel *vocatus, ad* INSTANTIAM PARTIS; vel *tali* DIE CERTO, ſi ita, ex cauſâ, JUDICI neceſſarium videbitur.]

Conceſſio *Literarum Adminiſtrationis.*

II. Tunc JUDEX dicet: *Committimus Adminiſtrationem dicto* N.

Juramentum (olim) *Procuratoris,* in *Animam* Adminiſtratoris.

III. Poteſt etiam ADMINISTRATIO peti per PROCURATOREM [et conſimile JURAMENTUM (*d*) etiam, per EUM, præſtari debet.]

Cautio obligatoria, de *fideliter adminiſtrando,*

IV. Et omnis ADMINISTRATOR tenetur idoneè cavere (*e*), *ad omnes effectus prædictos*; necnon *ad Diſtributionem* (*f*) *Reſidui Bonorum defuncti* (*ſolutis Debitis, Funeralibus, et cæteris Oneribus*) *in pios uſus, vel inter pauperes, et conſanguineos defuncti, juxta* JUDICIS ARBITRIUM, dummodo tamen *rationabilis Portio* allocetur ADMINISTRATORI:

Quo tempore *interponenda?*

V. Et hæc CAUTIO interponi conſuevit, *ad effectus prædictos* (in his caſibus) *tempore præſtationis* JURAMENTI (*g*), a tempore immemorato.

Dilatio, pro *Inventario* et *Computo exhibendis,* ex *Officio Judicis,* ad tempus, *indulta,*

VI. Et quamvis *ſuprà* dicitur (in prædictis (*h*) Titulis) JUDICEM ſolere aſſignare EXECUTORI Terminum, ſive Diem, *pro Inventario exhibendo* (*i*), et ADMINISTRATORI, *tam ad exhibendum Inventarium, quàm etiam ad exhibendum, ſeu reddendum Computum,* ſuper *Adminiſtratione ſuâ* in *Bonis defuncti,* cùm, *ad hoc, fuerit requiſitus:*

Non impedit quin fiat *Citatio,* ad *Inſtantiam Intereſſe habentis,* pro *eiſdem* citiùs *exhibendis.*

VII. Tamen (non obſtante utrâque Aſſignatione hujuſmodi) LEGATARIUS, *proximi* CONSANGUINEI, et CREDITOR, poſſunt vocare EXECUTOREM, ac ADMINISTRATOREM, ad *exhibendum Inventarium, et ad reddendum Computum,* non obſtante *Aſſignatione*

OBSERVATIONES.

factâ Fide, *bona eſſe peritura,* &c.] Literas Adminiſtrationis ſpecialiter decernere, *Judici meliùs viſum fuerit,* citiùs extrahendas.

2 Præter autem Literas Adminiſtrationis *ſimplices,* ſolent etiam JUDICES ECCLESIASTICI concedere

Literas Adminiſtrationis cum Teſtamento annexo;

Literas Adminiſtrationis bonorum inadminiſtratorum;

Literas Adminiſtrationis durante Abſentiâ Partium, in remotis agentium;

Durante Minori Ætate;

Durante Corporis, aut Animi, Vitio;

Pendente Lite;

In uſum Jus habentium;

Literas Adminiſtrationis limitatas;

Literas Adminiſtrationis in Juris Subſidium, et ad corroborandum Proceſſum in Foro Seculari, vel Curiâ Cancellariæ, &c.

(b) (c) *Præcedenti Titulo.*] §. 2.

(d) *Conſimile Juramentum.*] Ut ſuprà notatum eſt [inter *Obs.* in *Tit.* 218. ſub *lit.* (c) 2.] non ſat eſt Procuratorem jurare.

(e) *Idoneè cavere,* &c.] (f) *Necnon ad Diſtributionem,* &c.] Vide *Statut.* 22, et 23. *Car.* 2. *c.* 10. Etiam 1. *Jac.* 2. *c.* 17.

(g) *Tempore Præſtationis Juramenti.*] Saltèm, ante Emanationem Literarum Adminiſtrationis ſub Sigillo.

(h) *In prædictis Titulis*] Scilicet, in præcedenti *Tit.* §. 2. et §. 4. in Calce; et præſenti *Tit.* § 1. ſimiliter.

(i) *Pro Inventario exhibendo.*] Etiam ad reddendum Computum.

Aſſignatione, aut *Dilatione* priùs *datâ*, per JUDICEM, ex OFFICIO *ſuo* [ut latiùs, in quibuſdam Titulis ſequentibus (*l*) apparet.]

Inſtitutio Actionis.

OBSERVATIONES.

(l) *Quibuſdam Titulis ſequentibus.*] Vide *Tit.* 227. §. 1, 5, 6. *Tit.* 228. per totum; *Tit.* 234. §. 2. *Tit.* 239. §. 2. *Tit.* 256. §. 3.

Temeraria Adminiſtratio.

TITULUS CCXX.

De Præparatoriis, ſive *neceſſariò faciendis*, ante *Inſtitutionem Actionis*, in *Cauſâ* TEMERARIÆ ADMINISTRATIONIS *Bonorum*, et *de modo Inſtitutionis ejuſdem.*

Inſtitutio Actionis.

I. ANTE *Inſtitutionem* hujuſmodi *Cauſæ*, TEMERARIÆ ADMINISTRATIONIS, oſtendat EXECUTOR *Parti conveniendæ* [id eſt, Parti temerè Bona defuncti adminiſtranti (*a*)] *Teſtamentum defuncti*, *ſub Sigillo* JUDICIS, *illud approbantis:*

Temerario Adminiſtratori oſtendat Executor *Probationem*, *ſub Sigillo*,

II. Similiter, oſtendat ADMINISTRATOR *Adminiſtrationem*, *Sigillo* JUDICIS *committentis communitam*, ut poſſit, dictæ *Parti conveniendæ*, conſtare de *eâdem:*

Similiter Adminiſtrator *Adminiſtrationem*;

III. Et etiam, coram TESTIBUS, interpellet dictam *Partem* citandam, *ad tradendum ſibi Bona defuncti, in manibus ſuis exiſtentia*; ad finem *ut appreciari*, et *in Inventarium redigi poſſint*; *necnon, ut Legata, et Debita defuncti perſolvi*, et *eadem Bona* [*juxta Tabulas Teſtamentarias* (*b*)] *per Executorem*, vel *Adminiſtratorem, valeant adminiſtrari*; *et Teſtamentum defuncti procedere, et debitum effectum ſortiri valeat.*

Bona, coram Teſtibus, *poſtulanda ſunt:*

Quem in Finem?

IV. Si quis (in hunc modum) interpellatus, Bona hujuſmodi [*ſine Authoritate legitimâ*] retinens, illa tradere recuſaverit, ſeu plus juſtò diſtulerit; tunc gravatus agere poteſt contra hujuſmodi Temerarium Adminiſtratorem, *in Cauſâ* TEMERARIÆ ADMINISTRATIONIS *Bonorum dicti defuncti*; vel potiùs citare Partem temerè Bona prædicta adminiſtrantem, *ad reſpondendum* ARTICULIS *Animæ ſuæ ſalutem*, et *præſertim Impedimentum Executionis Teſtamenti*, *et Temerariam Adminiſtrationem Bonorum defuncti, concernentibus, ad Promotionem dicti* N. [Executoris, *vel* Adminiſtratoris] *objiciendis.*

Contra *bona tradere* recuſantem, Agitur, ad *Inſtantiam Partis*, In Cauſâ *Temerariæ Adminiſtrationis*; Vel, ex *Officio Judicis*, In *Animæ Salutem*, Propter *Impedimentum* Executionis Teſtamenti, et *temerariam* Adminiſtrationem.

OBSERVATIONES.

(a) *Temerè bona defuncti adminiſtranti.*] Temerarius Adminiſtrator eſt, qui, nullâ munitus Authoritate, ſe defuncti bonis immiſcet. [Vide *Tit.* 248. §. 5.]

(b) 1 *Juxta Tabulas Teſtamentarias*] Tabulæ propriè *Teſtamentum* ſignificant: Unde bonorum Poſſeſſiones, *ſecundum Tabulas*, et *contra Tabulas*, dictæ:

2 Perantiquus enim Mos *ſcribendi* fuit in *ceratis Tabulis*; ſcilicet, *Tabellis* ligneis, *Cerâ* illitis.

TITU-

Temeraria Adminiſtratio.

Sententia; ejuſdem Executio; Expenſæ.

TITULUS CCXXI.

Tenor SENTENTIÆ, in *Cauſâ* TEMERARIÆ ADMINISTRATIONIS *Bonorum*, et *forma Executionis ejuſdem.*

Contra *temerarium* Adminiſtratorem,

I. TENOR SENTENTIÆ in his caſibus, TEMERARIÆ ADMINISTRATIONIS *Bonorum*, talis eſſe debet, *vel*, per eandem, pronunciandum eſt, ut ſequitur, videlicet:

Clauſula *Sententiæ definitivæ* qualis?

II. *Quòd* talis *eſt Executor* [vel *Adminiſtrator*] *Bonorum* N. *defuncti*; et *quòd omnia Bona defuncti cadere debent ſub ejus Adminiſtratione, ad ſolvendum Debita, et Legata defuncti*; et *quòd talis* [ſcilicet Reus] *nonnulla Bona ejuſdem defuncti, præſertim talia* [ſpecificando ea Bona quæ probantur, ſive per Teſtes, ſive per Confeſſionem Partis adverſæ, Reum adminiſtrâſſe, ſine legitimâ Authoritate] *temerè adminiſtrat*; atque *ex eo, impedimento fuit, et eſt, quò minùs Executor* [vel *Adminiſtrator*] *eadem Bona adminiſtrare*, ac *de eiſdem Inventaria conficere*, ac *Debita, et Legata* [ſi Executor in hujuſmodi Cauſâ agat] *dicti defuncti perſolvere*, ac *Teſtamentum procedere, ac debitum effectum ſortiri valeat:* Et dictus N. [id eſt Reus] *eſt pronunciandus, incidiſſe in Sententiam Excommunicationis, contra hujuſmodi perſonas latam* (*a*); atque *eſſe perſonam, ipſo facto, excommunicatam*; et *pro tali publicè denunciandum:* Et Reus *eſt in Expenſis Litis condemnandus.*

Eſt (inter alia) *declaratoria* Sententiæ Excommunicationis, *de Jure*, latæ;

In *Expenſis* autem *condemnatoria.*

Non Opus eſt *Monitione*, pro *bonorum traditione*;

III. Sed hìc notandum eſt; *Quòd* [latâ Sententiâ prædictâ, modo et formâ prædictis, eâque Executioni verbali mandatâ] JUDEX non *ſolet decernere* MONITIONEM, contra hujuſmodi *Temerarium Adminiſtratorem*, pro *Solutione*, aut *Traditione dictorum bonorum, temerè adminiſtratorum:*

Sat eſt *Denunciatio*, Sententiæ Excommunicationis, *de Jure*, latæ,

IV. Sed factâ PUBLICATIONE, ſeu DENUNCIATIONE *dictæ Sententiæ* EXCOMMUNICATIONIS [de JURE, in caſu præmiſſo, *latæ*] in Eccleſiâ Parochiali *Temerarii Adminiſtratoris*, ſi ILLE perſtiterit in hujuſmodi *Sententiâ* EXCOMMUNICATIONIS, *per quadraginta dies*, poſt DENUNCIATIONEM, ſignificandum eſt *Regiæ Majeſtati*,

Poſtmodum, *Significatio*,

OBSERVATIONES.

(a) *Incidiſſe in Sententiam Excommunicationis, contra hujuſmodi Perſonas latam.*] Vide. c. *Statutum*, De *Teſtamentis*, in *Conſtit. Provinc.* ¶. *Cæterum contingit.*

Majeſtati, pro BREVI REGIO, *De Excommunicato capiendo*; et *eſt* (virtute ejuſdem Brevis Regii) *in Carceribus detinendus*; et *non eſt abſolvendus*, donec *reſtituat Bona temerè adminiſtrata*; et *ſatisfecerit Eccleſiæ* pro *Contemptu* (*b*), ac *pertinaci Contumaciâ*. *Corporis Captio, Incarceratio,* Donec ſatisfactum fuerit.

V. Procedere tamen poteſt JUDEX ad *Executionem* SENTENTIÆ, quoad *Expenſas* PARTIS, *eandem obtinentis*; prout in *cæteris* Cauſis Eccleſiaſticis (*c*). Fiat autem *Monitio* pro *Expenſis*.

OBSERVATIONES.

(b) *Et ſatisfecerit Eccleſiæ, pro Contemptu.*] Vide *Tit.* 41. §. 2. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c)

(c) *Prout in cæteris Cauſis Eccleſiaſticis.*] De Expenſis recuperandis, Vide *Tit.* 134, 135, 136. et *Obs. ibid.*

Teſtamenti Probatio, per Teſtes.

TITULUS CCXXII.

De INTIMATIONE *neceſſariâ* [*inſerendâ*] in CITATIONE, in *Cauſâ* TESTAMENTARIÂ.

Citatio, cum Intimatione.

I. SI ILLE, qui cupit *Teſtamentum probari, per* TESTES (*a*), vereatur, ne [ſi nimis longa mora protrahatur, per REUM, in non comparendo] TESTES *Teſtamentarii* Fatis cedant, PROBATIONESQUE *ejus neceſſariæ* pereant; vel, ſi EXECUTOR cupit EXPEDITIONEM *Cauſæ*; poteſt curare, ut, in *primariâ*, ſive *originali* CITATIONE [de quâ ſuprà, in Titulo, *De Cauſis tractandis* (*b*) *in Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis*, facta eſt mentio, §. *Si Executor extraneus*, &c.] INTIMATIO *inſeratur*, ſub hâc, vel conſimili formâ, videlicet: In Cauſâ *Teſtamentariâ*, Quando in *Citatione primariâ*, inſeritur *Intimatio?*

II. *Intimetis inſuper, ſeu intimari faciatis, peremptoriè, prædictis citatis, tam in ſpecie, quàm aliis quibuſcunque, in genere, Quòd ſive ipſi, die et loco prædictis, comparuerint, ſive non* (*c*), *Nos, aut aliàs dictæ Curiæ noſtræ Prærogativæ Cantuarienſis Magiſter, Cuſtos, ſive Commiſſarius, ad receptionem, Juramenti præſtationem,* Tenor *Intimationis*, In Cauſâ *Teſtamentariâ*.

OBSERVATIONES.

(a) *Qui cupit Teſtamentum probari, per Teſtes.*] Notandum eſt (uti Nobiſcum indies practicatur) Ubi *Teſtis* in Teſtamento (quod, in ſolenni Juris formâ, probari velis) nominatus ſit *Legatarius*, tempore *Productionis ejuſdem in Teſtem* (ad idem probandum) et ante *ejus Juramenti Præſtationem*, allegandum eſt; *eundem Teſtem*, aut, *in plenam Satisfactionem, recepiſſe Legatum, ſibi in dicto Teſtamento donatum*; vel, *eidem Legato expreſſè renunciâſſe*: Et, eo tempore, exhiberi peneſque Regiſtrum relinqui debet ſive *Relaxatio*, ſeu *Renunciatio dicti Legati*, ſub ejus Manu et Sigillo *firmata*, quam *pro facto ſuo* tunc agnoſcat.

(b) *In Titulo, de Cauſis tractandis*, &c.] Vide *Tit.* 6. §. 5.

(c) *Comparuerint, ſive non.*] Sic ſe habet Formula moderna: Scilicet;

Quòd

Teſtamenti Probatio, per Teſtes.

præſtationem, et Examinationem dictorum Teſtium, eorumque Dictorum et Depoſitionum Publicationem, procedere intendimus, ſeu intendit, eorum Abſentiâ, ſeu potiùs Contumaciâ, in aliquo, non obſtante (*d*).

OBSERVATIONES.

Quòd ſi ipſi, die, horis et loco prædictis, non comparuerint, aut comparentes Cauſam rationabilem et legitimam in contrarium, non oſtenderint, Magiſter, Cuſtos, ſive Commiſſarius noſter antedictus, ejuſve Surrogatus, aut alius Judex, in hâc parte, competens quicunque, ad, &c. *procedere intendit et procedet ipſorum ſic citatorum et intimatorum Abſentiâ, ſeu potiùs Contumaciâ, in aliquo, non obſtante.*

(d) 1 *In aliquo, non obſtante.*] In quamplurimis autem aliis caſibus, in Cauſis Teſtamentariis, deque Conceſſione Literarum Adminiſtrationis abinteſtatò decedentium, inſeri debent, in *Citationibus* primariis, *Intimationes:*

2 Utpote, in *Citatione contra Executorem,* ad videndum Codicillum probari.

3 In *Citatione contra proximum Conſanguineum,* ad exhibendum Teſtamentum defuncti (ſi quod condiderit (et ad acceptandum, vel refutandum Onus Executionis ejuſdem, vel Literarum Adminiſtrationis, alioquin ad dicendum Cauſam, quare defunctus abinteſtatò deceſſiſſe pronunciari, et Adminiſtratio, tanquam ita decedentis, uni Creditorum committi non debeat.

4 In *Citatione contra Adminiſtratorem,* ad introducendum Literas prætenſas Adminiſtrationis, ſurreptitiè obtentas, et ad dicendum Cauſam, quare revocari non debeant.

5 In *Citatione* ad dicendum Cauſam, quare Adminiſtratio, ob defectum Juriſdictionis; ſeu ob defectum Cautionis; aut quia Adminiſtrator non fuit plenæ Ætatis (vel aliis ex Cauſis legitimis) revocari non debeat.

6 In *Citatione* ad dicendum Cauſam, quare Literæ Obligatoriæ, pro fideli Adminiſtratione bonorum cujuſdam defuncti, interpoſitæ, tanquàm foriſfactæ, cuidam Intereſſe habenti, tradi non debeant.

7 In *Citatione contra proximos Conſanguineos defuncti,* ad videndum Computum reddi, et Literas acquietantiales, ſuper plenâ Adminiſtratione, concedi [prout in *Tit.* 239. §. 3, 4.]

Declinatio Fori, et *Probatio Juriſdictionis.*

TITULUS CCXXIII.

Bona Notabilia.

In quo caſu Pars, ſeu *Procurator Partis,* poteſt declinare JUDICEM *Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis,* et excipere, *quòd non ſit* JUDEX *competens.*

Citatus ad *probandum* Teſtamentum, ſive *per Teſtes;*

I. SI EXECUTOR vocatus fuerit [ſive ex OFFICIO JUDICIS, ſive ad INSTANTIAM PARTIS] *ad probandum aliquod Teſtamentum* [aliàs, *coram Judice in partibus,* probatum in communi formâ] *per Teſtes:*

Seu, *in communi formâ:*

II. Vel, *ad acceptandum, vel refutandum, Onus Executionis Teſtamenti* [quod Executor differt probare in communi formâ]

Vel, ad *acceptandum,* vel *refutandum* Adminiſtrationem *abinteſtatò decedentis:*

III. Vel, ſi PROXIMUS CONSANGUINEUS defuncti, *vel* defuncti RELICTA [ad quos Adminiſtratio bonorum decedentis abinteſtatò ſit committenda] vocatus, *ſeu* vocata fuerit, *ad acceptandum, vel refutandum, Adminiſtrationem bonorum defuncti, vel ad dicendum cauſam, quare Adminiſtratio bonorum ejuſdem defuncti non deberet*

deberet tali [ſcilicet, alicui remotiori gradu Conſanguinitatis, etiam aliquando Creditori] *committi:*

IV. Vel, ſi aliquod Teſtamentum fuerit probatum, *coram Judice in partibus*, in caſu *ubi defunctus* [ut ab ACTORE prætenditur] *habuerit bona ſufficientia extra Diœceſin, in quâ mortem obiit, ad fundandum Juriſdictionem Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis*; et EXECUTOR fuerit vocatus, *ad dicendum cauſam, quare Probatio hujuſmodi Teſtamenti, tanquam per non Judicem facta, pro nullâ et invalidâ declarari, et caſſari non deberet:*

Aut, ad *dicendum Cauſam* quare *Probatio* Teſtamenti *caſſari* non deberet, *ob defectum Juriſdictionis:*

V. Similiter, ſi Adminiſtratio abinteſtatò, cujus commiſſio ſpectat *ad Curiam Prærogativæ* [ſaltèm, ut per ACTOREM prætenditur] fuerit *coram incompetenti Judice, in partibus*, commiſſa; et ADMINISTRATOR hujuſmodi vocatus fuerit, *ad dicendum Cauſam, quare eadem Adminiſtratio non deberet revocari, et, tanquam per non Judicem competentem commiſſa, retractari:*

Similiter, de *Adminiſtratione* abinteſtatò decedentis:

VI. Vel, ſi Ille qui obtinuit, *a Judice Curiæ Prærogativæ*, Literas Adminiſtrationis *bonorum cujuſdam defuncti*, vocaverit alium, etiam habentem Adminiſtrationem *bonorum ejuſdem defuncti*, ſibi, *per Judicem inferiorem*, commiſſam, *ad reſpondendum certis Articulis, temerariam Adminiſtrationem bonorum dicti defuncti, concernentibus:*

Vel, *ad reſpondendum Articulis*, de *Adminiſtratione* temerariâ:

VII. Et *in ſimilibus Cauſis, ſpectantibus ad Cognitionem* JUDICIS CURIÆ PRÆROGATIVÆ: &c.

VIII. In *his omnibus Cauſis*, ſi defunctus tamen *non* habuerit *bona ſufficientia ad fundandum Juriſdictionem Curiæ Prærogativæ* [ut in Titulo, *De Cauſis tractandis* (a) *in Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis.*]

In *hiſce caſibus*, ubi non ſunt *bona Notabilia*;

IX. PROCURATOR, pro PARTE *citatâ* poterit comparere, *ſub proteſtatione, de non conſentiendo in Judicem* (b), *tanquam in Judicem Parti ſuæ, in hâc Cauſâ, competentem*, et allegare, ut ſequitur, videlicet:

Fiat, [1.] *Proteſtatio* Citati:

X. *Quòd* N. *citatus non tenetur comparere, nec ſatisfacere contentis in prætenſo Mandato introducto, ex eo quòd, Cognitio hujus Cauſæ non ſpectat ad hanc Curiam; pro eo, videlicet, et ex eo quòd, defunctus* (*in dicto Mandato introducto, nominatus*) *mortem obiit, in* tali *Parochiâ in Diœceſi* N. *et quòd* non *habuit, tempore vitæ et mortis ſuarum, bona ſufficientia* [vel *nulla omnino bona*] *ad fundandum Juriſdictionem hujus Curiæ, extra dictam Diœceſim, in quâ moriebatur.*

[2.] *Allegatio* Citati; ſeu *Declinatio Fori*, nempe, *Juriſdictionis Curiæ* Prærogativæ.

XI. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo, de Cauſis tractandis*, &c.] Vide *Tit* 6. §. 1, 2.

(b) *In Judicem.*] Vel *aliàs*, ut in *MS.* "In "Dominum hujus Curiæ Judicantem.

[3.] *Allegatio* Actoris, *ad fundandum Juriſdictionem* Prærogativæ.
Bonorum Notabilium Præſumptio non valet:
Jus de *Teſtatis*, et *Inteſtatis*, penes *Ordinarium Loci* cenſetur;
Cùmque *Præſumptio Juris* (hoc caſu) pro *Reo* ſit; *Actoris* eſt *Onus probandi Jurisdictionem* Prærogativam.

XI. Et tunc ACTOR tenetur allegare, *et* probare, *ut in Titulo proximo ſubſequenti* (*c*) *continetur:*

XII. Nam non præſumitur, *defunctum habuiſſe bona extra Diœceſim, in quâ mortem obiit*;

XIII. Ac omne Teſtamentum eſt probandum, omniſque Adminiſtratio committenda eſt [de JURE (*d*) communi] *coram* ORDINARIO *Loci* (*e*):

XIV. Et ideo REUS, in hoc caſu, habet pro ſe *Præſumptionem* JURIS; ideoque incumbit ONUS *probandi* (*f*) JURISDICTIONEM *Curiæ Prærogativæ*, in hoc caſu, ACTORI.

Notanda, de prædictâ *Allegatione*, Fori *declinatoriâ*.

XV. Et nota; Quòd licèt ſuprà dictum (*g*) eſt, REUM debere allegare, *quòd defunctus* non *habuit*, *tempore mortis ſuæ*, *bona ſufficientia extra Diœceſim*, *in quâ moriebatur*, *ad fundandum Juriſdictionem Curiæ Prærogativæ* [prout ſuprà (*h*), in hoc Titulo, §. *In his omnibus Cauſis*, (*i*), &c.]

Quædam *Allegationis hujuſmodi*, Fori *declinatoriæ*, Forma præſtabilior.

XVI. Tamen [ne *dubitari* poſſit, PARTEM dictam Allegationem *proponentem* teneri, *ad eam probandam*] credo tutiſſimum eſſe [*ad evitandas* de eâ re, *Juris quæſtiones*] ut REUS comparens, in aliquo caſuum prædictorum, *ſub præmiſſis Proteſtationibus* (*l*), hoc ſolùm dicat; *Se non teneri ſatisfacere contentis in Mandato introducto, niſi primò conſtiterit de Juriſdictione hujus Curiæ, et Domini Judicis* (*m*).

OBSERVATIONES.

(c) *Ut in Titulo proximo ſubſequenti.*] §. 2.

(d) *De Jure communi.*] "Hæc Verba [*de* "*Jure communi*] non ſunt intelligenda *de Jure* "*hujus Regni* tantùm; ſed *de Jure Canonico*, "ſeu *Eccleſiaſtico.* [MS. *Antiq.*]

(e) *Coram Ordinario Loci.*] Vide *Lynd.* c. *Statutum*, De *Teſtamentis*, in *Text.* et v. *Ad quos pertinet*; et v. *Laicis.*

(f) *Incumbit Onus probandi*, &c.] Et ſi is, qui Reum vocavit non probaverit, tenetur ſolvere Expenſas. [Vide *Can.* (An. 1603.) 93.]

(g) (h) (i) Vide *ſuprà*, §. 8, 9, 10.

(l) *Sub præmiſſis Proteſtationibus.*] Prout *ſuprà*, in §. 9.

(m) *Et Domini Judicis.*] In quo caſu, *Actor* tenetur allegare, prout in *proximo ſequenti Titulo*, §. 2.

TITU-

Declinatio Fori, et Probatio Juriſdictionis.

Bona Notabilia.

TITULUS CCXXIV.

De modo allegandi *et* probandi JURISDICTIONEM *Curiæ Prærogativæ Cantuarienſis.*

I. SI, in aliquo caſuum prædictorum (*a*) JURISDICTIO CURIÆ PRÆROGATIVÆ *fuerit negata, et declinata*; tunc PROCURATOR *Actoris*, ſeu PARS *ipſa*, tenetur allegare, prout ſequitur, videlicet: Negatâ *Curiæ Prærogativæ* Juriſdictione,

II. *Quòd defunctus mortem obiit, in* tali *Diœceſi*, ſeu *peculiari Juriſdictione*; et *quòd, tempore mortis ſuæ, habuit extra* eandem *Diœceſim*, vel *peculiarem Juriſdictionem* talia, *vel* talia *bona, nomina* (*b*), *ſeu catalla* (*c*), *extendentia ad* talem *Summam* [ut in Titulo, *De Cauſis*, (*d*) *tractandis, in Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis*] *in* tali *Parochiâ*; ac quòd eadem *Parochia fuit et eſt infra* talem *Diœceſim*, vel *peculiarem Juriſdictionem* [videlicet; in aliâ Diœceſi, ſeu Juriſdictione, extra quam defunctus mortem obiit.] *Allegatio Actoris*, ad fundandum Juriſdictionem, *qualis?*

III. Et ſi *hoc* fuerit, per ADVERSARIUM, *negatum*, et, per ALLEGANTEM, *probatum*, REUS, non ſolùm *in Expenſis, factis et faciendis in Probatione Juriſdictionis Curiæ*, eſt *condemnandus*, verùm etiam (in præſentiâ ejus Procuratoris) ADVERSARIUS poteſt petere, et JUDEX decernere, *juxta contenta in Mandato introducto*: Id eſt; REUM *teneri ſatisfacere id, quod eſſet faciendum, ſi Objectio contra Juriſdictionem Curiæ propoſita non fuiſſet.* Probatâ *Curiæ Prærogativæ* Juriſdictione, Fiat [1.] *Condemnatio* in *Expenſis*, [2.] Decretum, *ad ſatisfaciendum contentis in Mandato Citatorio.*

IV. Notandum tamen eſt; Quòd expedit PROCURATORI *neganti* JURISDICTIONEM *Curiæ Prærogativæ*, ut illud agat *bonâ, et optimâ fide*: *Curiæ Prærogativæ Juriſdictio* cautè declinanda eſt,

V. Nam aliàs (meâ ſententiâ) PROCURATOR (ut ſuprà) *declinans* (*e*) JURISDICTIONEM *Curiæ Prærogativæ*, committit PERJURIUM: Præ Metu *Perjurii*:

VI. Quia

OBSERVATIONES.

(a) *In aliquo caſuum prædictorum.*] in *Tit.* 223. §. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7.

(b) *Nomina.*] De quibus, Vide *Obs.* in *Tit.* 9. ſub *lit.* (b).

(c) *Seu Catalla.*] Hodie, loco verborum hujuſmodi [ſcilicet, *bona, nomina, ſive catalla*] ſubſtituimus ſequentia, nempè, *Bona, Jura, ſive Credita.*

(d) *Ut in Titulo de Cauſis*, &c.] Vide *Tit.* 6. §. 1, 2.

(e) *Ut ſuprà, declinans*, &c.] Prout habetur in *Titulo* proximè præcedenti, §. 9, 10, 15, 16.

Ratio eſt Forma Juramenti *Procuratoris.*

VI. Quia [tempore ſuæ Admiſſionis in PROCURATOREM de ARCUBUS] præſtitit JURAMENTUM (*f*); *Quòd nunquam faciet, aut fieri procurabit aliquid, contra Privilegia, et Juriſdictiones Eccleſiæ Chriſti* CANTUARIENSIS.

OBSERVATIONES.

(f) *Præſtitit Juramentum.*] Hiſce, ſcilicet, verbis:

Quòd nunquam ad Impugnationem, Diminutionem, vel Læſionem Juris, Libertatis, vel Privilegii Cantuarienſis Eccleſiæ poſtulabo; Nec Jus, Libertatem, vel Privilegium ejuſdem Eccleſiæ, quoquo modo, impugnabo, impugnarive procurabo, aut impugnanti, vel hujuſmodi Impugnationem procuranti, præſtabo Conſilium, Auxilium, vel Favorem: Sed omnia Jura, et Privilegia, et omnes Libertates ipſius Eccleſiæ ſemper manutenebo, pro poſſe meo. [Vide *Statuta* de Arcubus: *Stratford.*]

Comparatio Manuum, ſeu Characterum.

Comparatores.

TITULUS CCXXV.

De COMPARATIONE LITERARUM (*quæ communiter habetur, in Curiâ Prærogativæ Cantuarienſis*) ad probandum *manum* TESTATORIS.

Si *Teſtamentum* ſit, Manu Teſtatoris, *ſcriptum*, ſeu *ſubſcriptum*;

Vel, *Inſtrumentum aliquod* ſit, a quovis *ſcriptum*, aut *ſubſcriptum*,

Teſtibus, putà, *demortuis*,

Alia Scripta, ſub *horum* Manibus *firmata*,

Et *quorum Subſcriptio* probari poſſit, per *Teſtes oculatos*,

In *Subſidium Probationis*, exhibenda ſunt.

Forma *Allegationis quod Scriptum*, a *Quo* ſuit M... in *Comparatio*;

I. SI contenditur; *Utrùm Teſtamentum litigioſum ſit ſcriptum*, vel *ſubſcriptum*, manu *Teſtatoris*; vel *Utrùm aliquod Inſtrumentum* (utpote) *Indenturæ, Locationes, et Literæ obligatoriæ* [quæ communiter, incidenter tamen, et non principaliter exhibentur, ad probandum intentionem Actoris, vel Partis Reæ] *fuerint ſcriptæ*, vel *ſubſcriptæ*, manu propriâ *Perſonarum in eiſdem nominatarum:*

II. Si TESTES *Teſtamentarii*, et *Inſtrumentarii*, defuncti fuerint, *ante hujuſmodi Litem motam*; vel, *non producentur in* TESTES (*a*):

III. Tamen, ſi PARS habuerit alia SCRIPTA [quamvis omnino impertinentia ad Cauſam inſtitutam, *ſub* manu *Teſtatoris* [vel *aliarum perſonarum, in dictis Exhibitis mentionatarum*] et TESTES qui poterint deponere, *quòd viderunt Teſtatorem ſubſcribentem* [vel *Partes prædictas ſubſcribentes*] hujuſmodi SCRIPTIS, *&c.*

IV. Tunc PROCURATOR illa SCRIPTA exhibebit, *in* SUBSIDIUM PROBATIONIS *contentorum*, in *Allegatione, Teſtamento*, ſeu *alio Scripto antedicto*, et allegare debet:

V. *Hæc* VERBA** [videlicet, Verba quæ continentur in Exhibitis, datis in Subſidium Probationis contentorum] *ac* NOMEN, *et* COGNOMEN *Teſtatoris* [vel *Perſonarum antedictarum*] *fuiſſe et eſſe ſcripta, et*

OBSERVATIONES

(a) *Vel non producentur in Teſtes*] Legitur in *MSS.* "Vel cùm producerentur in Teſtes.

et exarata, manu propriâ *Teſtatoris* [vel *Perſonarum prædictarum*] ipſâ, videlicet, et eâdem manu, cum quâ *Teſtamentum* fuit et eſt *ſcriptum, et exaratum*; ſeu *alia prædicta Exhibita* [primo loco data] *ſcripta et exarata* fuerunt et ſunt.

Comparatio Manuum, ſeu Characterum.

VI. Ponenda eſt hæc ALLEGATIO, *conjunctim, et diviſim*; ac admittenda, ut in *cæteris* Cauſis:

Ponitur conjunctim, *et* diviſim;

VII. Ac producendi ſunt TESTES, ſuper *hujuſmodi allegatis*, et *exhibitis:*

Producuntur *Teſtes*;

VIII. Et [factâ PUBLICATIONE *Depoſitionum* eorundem TESTIUM] ſi PARS, præmiſſa exhibens, *probaverit hujuſmodi allegata*, dicet PROCURATOR, ut ſequitur; videlicet:

Fiat *Publicatio*; Factâque *Probatione*,

IX. *Allego Intentionem meam* (*b*), *in Allegatione et Exhibitis, per me* [tali die] *datis* (iſta ſunt Exhibita quæ, primo loco, data fuerunt) *fuiſſe et eſſe ſufficienter fundatam, ex Exhibitis, per me, ultimo loco, datis, et Depoſitionibus Teſtium ultimò productorum; referendo me ad eorum Dicta, et Depoſitiones, ac reſpectivè Exhibita prædicta, et ad Jura:* Et *ideo, peto* COMPARATIONEM *fieri, inter hæc* VERBA ** (ſpecificando Verba, quæ per Teſtes deponuntur, fuiſſe ſcripta per Teſtatorem, *vel* per Perſonas prædictas) *et hæc* VERBA ** (ſpecificando illa Verba, quæ allegantur, in primis Exhibitis, fuiſſe ſcripta per Teſtatorem, *vel* per Perſonas antedictas) *et peritos, in arte ſcribendi, eligi, et* JURAMENTO *onerari, de fideliter comparando præmiſſa, et de referendo eorum* JUDICIUM [tali die.]

Forma *Allegationis* Procuratoris, *apud Acta:*

Deinceps petitio *Comparationis* Manuum, *ſeu* Characterum, inter priùs *Exhibitum* et *Inſtrumentum*, ad *Quod* fieri petitur *Comparatio*;

X. Tunc JUDEX [ſi ſibi conſtiterit, *probata eſſe Exhibita prædicta* (quæ, ultimo loco, data fuerunt, in Subſidium Probationis priùs Exhibitorum) *fuiſſe ſubſcripta* manu propriâ *Teſtatoris*, vel *Perſonarum in dictis primis Exhibitis mentionatarum*] dicet:

Unde *Judex* (probatis Exhibitis)

XI. *Decernimus* COMPARATIONEM *fieri, et* N. M. O. et P. [hoc eſt, quatuor, vel ſex, e ſenioribus Procuratoribus, et peritioribus in arte ſcribendi] JURAMENTO *onerari, de fideliter comparando reſpectivè Exhibita prædicta, et de referendo eorum* JUDICIUM [tali die]

Decernit *Comparationem.* Quinam ſint *Comparatores?* Juramentum *Comparatorum.*

XII. Ipſos COMPARATORES curabit PARS, petens *Comparationem*, convenire, in aliquem locum *utrique* PARTI indifferentem, *ad faciendum Comparationem*; et etiam curabit, ut REGISTRARIUS interſit, *ad oſtendendum* COMPARATORIBUS *hujuſmodi, omnia Exhibita*, ac *Actum habitum ſuper Decreto dictæ Comparationis*; ut poſſit *eiſdem* COMPARATORIBUS conſtare, *de et ſuper quibus facienda ſit Comparatio:*

Ubi loci fiat *Comparatio?* Fiat præſente *Regiſtrario*:

XIII. Et

OBSERVATIONES.

(b) *Allego Intentionem meam.*] Et Partis meæ [*ſeu* Domini mei.]

Interſit *Adverſarii Procurator*; XIII. Et licitum etiam eſt PARTI *adverſæ*, vel *ejus* PROCURATORI, intereſſe *hujuſmodi Comparationi*, et, ex *Actis*, vel *Exhibitis ipſis*, informare COMPARATORES, *de Diſſimilitudine*, *vel Varietate* manuum, *vel* characterum, *reſpectivè Exhibitorum*.

Informet *Is* de *Manuum Diſſimilitudine.*

Relatio *Comparatorum*, qualis, de *Similitudine?* XIV. Si, per *Comparationem factam*, COMPARATORES invenerint, et retulerint, *Ad eorum* JUDICIUM, *et* VEREDICTUM, *dicta reſpectivè Scripta* (videlicet, Scripta, tam primò, quàm ſecundo loco, exhibita) *eſſe unâ et eâdem* manu *exarata*, *et ſcripta*: Ita eorum JUDICIUM [virtute eorum JURAMENTI, die ad hoc conſtituto] referre tenentur *in* SCRIPTIS; unà cum SUBSCRIPTIONE [eorum reſpectivè manuum] *relationem hujuſmodi* certificante:

Relatio *Comparatorum*, in *Scriptis*, certificanda eſt:

Fiat *Exhibitio* Relationis *Comparatorum*, in *Subſidium Probationis*: XV. Et PARS petens *dictam Comparationem* debet hujuſmodi *relationem* exhibere, *in* SUBSIDIUM PROBATIONIS *contentorum in allegatis*, *et exhibitis prædictis*, *primo loco*, *datis*:

Proteſtatio *Adverſarii*, contra Relationem *Comparatorum*. XVI. PROCURATOR verò PARTIS ADVERSÆ *diſſentiat*; et *proteſtetur de Nullitate ejuſdem.*

Relatio *Comparatorum*, de *Diſſimilitudine*, qualis? XVII. Si COMPARATORES [*factâ diligenti Comparatione præmiſſorum*] retulerint, *Scripta reſpectivè prædicta* non *eſſe unâ et eâdem* manu *ſcripta*, *ſed diſſimilia*: Ita eorum referendum eſt JUDICIUM;

Relationis *Comparatorum* Acceptatio, per *Adverſarium*, qualis? XVIII. PROCURATORE ADVERSARII *acceptante hujuſmodi relationem*, *pro parte ſuâ*, *et Domini ſui.*

Comparatio Manuum, ſeu Characterum.

Comparatores.

TITULUS CCXXVI.

De modo probandi TESTAMENTUM, in *Judicio contradictorio*, ut SENTENTIA poſſit ferri *pro Viribus ejuſdem*, quámvis *nulli* TESTES fuerint adhibiti (*a*) *tempore* CONDITIONIS *ejuſdem* [Deque *Subſidio* COMPARATORUM *in hoc caſu*.]

Teſtamentum, *Manu Teſtatoris*, ſcriptum, *vel* ſubſcriptum, I. SÆPISSIMÈ contingit, quòd defunctus, ſanæ exiſtens Memoriæ, *ſcripſit* TESTAMENTUM *ſuum*, manu ſuâ propriâ, *vel* forſan ILLUD [per alium, de ejus mandato, ſcriptum] manu ſuâ propriâ *ſubſcripſit*; et [antequam illud, coram Teſtibus, publicavit, agnovit, aut approbavit] *Fatis ceſſit*:

Abſque *Teſtibus* eidem *adhibitis*,

II. Si

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Quámvis nulli Teſtes fuerint adhibiti.*] Teſtamenta hujuſmodi, minùs ſolennia, vocamus *Schedulas Teſtamentarias*.

2 Teſtamentum etiam aliud eſt *non Scriptum*, ſeu *Nuncupativum*; De quo Vide *Stat.* 29 *Car.* 2. *c.* 3.

II. Si tamen (in iſto caſu, Teſtatore mortuo) ejus EXECUTOR vocatus fuerit, *ad probandum hujuſmodi Teſtamentum per* TESTES; ſi idem EXECUTOR poſſit probare, per DUOS TESTES idoneos, *dictum Teſtamentum fuiſſe*, immediatè *poſt Mortem Teſtatoris, repertum* [vel, ſaltèm tam citò, quòd non potuit ſcribi, in tempore tam anguſto, inter mortem Teſtatoris, et repertum Teſtamentum] *in Ciſtâ, ſeu Capſâ ſeratâ* (*b*) *Teſtatoris, in quâ cætera ejus Scripta, magni momenti, reponere ſolebat*; et ſi etiam, per COMPARATORES [in caſu prædicto, mentionato in *proximo præcedenti Titulo* (*c*)] inventum et compertum fuerit, *Teſtamentum allegatum fuiſſe ſcriptum*, vel *ſubſcriptum* manu propriâ *Teſtatoris*; pronunciandum eſt *pro Viribus hujuſmodi Teſtamenti*:

Repertum autem, in *Teſtium duorum* præſentiâ [*ſtatim poſt Mortem Teſtatoris*] in ejus *Scriptorum Momenti* Reconditorio,

Ex Relatione *Comparatorum*,

Valet:

III. Ita ſæpiſſimè adjudicari vidi, et obtinui; ſaltèm, ſi hoc Teſtamentum ſit *Teſtamentum inter Liberos*, vel *ad Pios uſus* (*d*).

Præcipuè inter *Liberos*, et ad *Pias cauſas*.

IV. Similiter, ſi UNUS TESTIS depoſuerit, *de* CONDITIONE *Teſtamenti, ex ſuâ certâ ſcientiâ*; et compertum fuerit, per COMPARATIONEM Literarum, *illud eſſe ſcriptum*, vel *ſubſcriptum*, manu propriâ *Teſtatoris*, ſufficiunt hæ duæ *ſemiplenæ Probationes*, ad pronunciandum *pro Viribus dicti Teſtamenti*: Intellige, de Teſtamento *inter Liberos*, vel *ad Pios uſus*.

Item *duæ ſemiplenæ Probationes*, viz. *Teſtis ſingularis*, de condito Teſtamento, et *Comparatio Literarum*, ſufficiunt inter *Liberos*, et *ad Pios uſus*.

V. Similiter etiam, ſi DUO TESTES depoſuerint, *quòd Teſtator, in eorum præſentiis, faſſus eſt, ſe condidiſſe Teſtamentum* [licèt non declaraverit contenta ejuſdem, nec penes quem, aut quo in loco, remanebat] ſi etiam, per COMPARATIONEM, compertum fuerit, *fuiſſe ſcriptum*, vel *ſubſcriptum*, manu propriâ *Teſtatoris*, et *repertum fuerit in Capſâ Teſtatoris*, ut ſuprà (*e*) [quámvis non ſtatim, ſed interjectis quibuſdam diebus] *valebit hujuſmodi Teſtamentum*; ſaltèm, *in Cauſis prædictis Piis*, et *inter Liberos*:

VI. Et ita etiam vidi ſæpe adjudicatum.

Si *duo* ſint *Teſtes*, de *Declaratione Teſtatoris*, ſe Teſtamentum condidiſſe (ſine *contentis*, vel ubi *depoſitum*) ex *Comparatorem* Relatione, ſi repertum ſit [*etiamſi non ſtatim poſt Mortem*] in *Capſâ Teſtatoris*, Teſtamentum valet, in *Cauſis prædictis*.

Hæc, *in Judicio*, comprobata ſunt.

OBSERVATIONES.

(b) *In Ciſtâ, ſeu Capſâ ſeratâ.*] Legitur, in nonnullis *MSS.* "*In Ciſtâ, ſeu ſecretâ Capſâ*: " In aliis; *In Ciſtâ, ſeu Capſâ ſecurâ.*

(c) *In caſu prædicto, mentionato in proximo præcedenti Titulo.*] §. 14.

(d) *Ad Pios uſus*] Vide *Obs.* in *Tit.* 240. ſub *lit.* (a) 1.

(e) *Ut ſuprà.*] §. 2.

TITU-

Inventarium et Computus.

TITULUS CCXXVII.

Actoris Intereſſe.

Quæ perſonæ dicuntur habere Intereſſe *ad vocandum* Executores, *vel* Adminiſtratores, *ad exhibendum* INVENTARIA, et *reddendum* COMPUTOS.

Legatarius Executorem (*rogatum*, et Legatum ſolvere *recuſantem*) vocet *ad exhibendum Inventarium*, et *Computum*: [Ratio]

I. SI LEGATARIUS rogaverit EXECUTOREM *ad ſolvendum ſibi Legatum, relictum in Teſtamento*, et EXECUTOR [prætendendo ſe non habere, in manibus ſuis, Bona ſufficientia Teſtatoris, ad præſtationem hujuſmodi Legati] *illud ſolvere recuſaverit*; LEGATARIUS *iſte* poterit vocare EXECUTOREM, *ad exhibendum Inventarium*, et *ad reddendum Computum*, ut (ex Inſpectione eorundem) *eidem* LEGATARIO poſſit conſtare, de *Sufficientiâ*, et *Inſufficientiâ* Bonorum defuncti, *ad ſolvendum Legatum:*

Et compellat, *ad Computum probandum.*

II. Poteſt etiam LEGATARIUS *hujuſmodi* compellere EXECUTOREM *ad probandum et juſtificandum*, per TESTES, *hujuſmodi Computum.*

Exhibito Computo, non cogens, *ad probandum*, ab Expenſis abſolvitur:

III. Et nota; Quòd, in iſto caſu, petens *Exhibitionem Computi* non eſt condemnandus Computanti, *in Expenſis*, ſi (exhibito, et inſpecto Computo hujuſmodi) *renunciaverit Liti*; vel, ulteriùs *non ſteterit in Lite*, nec *coegerit* Computantem *ad probandum* (*a*), *ſeu juſtificandum Computum*, per TESTES:

Cogens verò, *deficiens in Probatione Objectionum*, condemnabitur in Expenſis.

IV. Sed (ſi petens Computum) *coegerit* Computantem *juſtificare Computum*, per TESTES, et (factâ Publicatione Teſtium, ſuper Computo productorum) ſi idem (petens Computum) *dederit Objectiones* contra hujuſmodi Computum, et *defecerit in Probatione earundem*, eſt condemnandus, *in Expenſis*, Computanti (*b*).

Legatarius reſiduarius ſimiliter vocabit *Executorem.* [Ratio]

V. Item LEGATARIUS, cui RESIDUUM *Bonorum relictum eſt*, vel *aliqua pars* RESIDUI, ut poſſit conſtare ei, *quæ et qualis Portio ſibi debeatur*, habet *præcipuum Intereſſe* ad vocandum EXECUTOREM, *ad reddendum Computum.*

Creditor conſimile habet *Intereſſe.* [Ratio]

VI. Item *conſimile Intereſſe* habet ILLE, cui *defunctus fuit indebitatus*; ut ſciat, *utrùm defunctus habuerit Bona ſufficientia, ad ſolvendum hujuſmodi* DEBITUM.

VII. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Nec coegerit Computantem, ad probandum, &c.*] Vide *Tit.* 238. §. 10. necnon *Tit.* 258. §. 3, 4.

(b) *Eſt condemnandus, in Expenſis, Computanti.*] Vide *Tit.* 258. §. 5, 6.

Intereſſe negatum, primò, probandum eſt.

VII. Et ſi Reus, in hoc caſu, negaverit *Intereſſe* Actoris, et allegaverit; *ſe non teneri ſatisfacere contentis in Citatione*, donec *conſtiterit de Intereſſe hujuſmodi*; [prout in Titulo (*c*), *In quo caſu vocatus ad reddendum Computum, vel exhibendum Inventarium, non tenetur perſonaliter comparere; ſed poterit comparere per Procuratorem, ad objiciendum, quòd Actor non habet Intereſſe*] Actor tenetur allegare, *et* probare *Intereſſe hujuſmodi*; priuſquam Reus cogendus ſit, *ad ſatisfaciendum Contentis dicti Mandati* (*d*).

De *Intereſſe Actoris*, donec conſtiterit,

Reus non tenetur ſatisfacere contentis *in Mandato Citatorio.*

OBSERVATIONES.

(*c*) *Prout in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 229. §. 4. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (d).

(d) *Ad ſatisfaciendum Contentis dicti Mandati.*] Scilicet, *Citatorii*, ad exhibendum *Inventarium*, et ad reddendum *Computum*; ut *ſuprà*, §. 1, 5, 6.

Inventarium et *Computus.*

TITULUS CCXXVIII.

Actoris Intereſſe.

De aliis Perſonis Intereſſe *habentibus*, ad *vocandum* Executores, *vel* Adminiſtratores, *ad reddendum* Computum, et exhibendum Inventarium.

Addenda priori Titulo:

I. Prædictis Personis [mentionatis in *proximè præcedenti Titulo* (*a*)] addendæ ſunt *ſequentes* item Personæ:

Legatarius, in *Minori Ætate*, per *Curatorem* (ad ejus uſum) *agens*, vocet Executorem, *ad exhibendum Inventarium*, et *reddendum Computum* bonorum *Teſtatoris.*

II. Si *aliquod* Legatum *fuerit relictum* Minori, tunc Pater, ſeu *proximus* Consanguineus Minoris, *Nomine* (*b*) *Curatorio* [ſi fuerit in Curatorem, per Judicem, aſſignatus] *ad uſum ejuſdem* Minoris, poteſt compellere Executorem, *ad exhibendum Inventarium*, et *ad reddendum Computum.*

Proximi Conſanguinei vocent Adminiſtratorem, *ad exhibendum Inventarium*, et *reddendum Computum* bonorum *Inteſtati*;

Ut exinde fiat, inter ſe, *Diſtributio*, ſeu *Portionum Allocatio.*

III. Similiter, *proximi* Consanguinei (ſaltem, ſi Pauperes ſint) poterint vocare Administratorem defuncti, decedentis abinteſtatò, *ad exhibendum Inventarium*, et *ad reddendum Computum*, ut, quamprimum conſtare poſſit Judici, de Residuo *Bonorum* (ſolutis perſolvendis) *fiat* Distributio (*c*) *alicujus partis ejuſdem*, inter hujuſmodi *proximos* Consanguineos, juxta Judicis Arbitrium (*d*).

IV. Item,

OBSERVATIONES.

(a) *In proximè præcedenti Titulo*] §. 1, 5, 6.

(b) *Nomine Curatorio.*] Hodie, non *Curator*, Nomine *ſuo Curatorio*, agit [*pro Minore*] in aliquâ Cauſâ; ſed *Minor*, Nomine *ſuo proprio*, agit [*per ejus Curatorem*] prout in *Formulis*: Vide, de hoc, *Obs.* in *Tit.* 240 ſub *lit.* (d) necnon *Obs.* in *Tit.* 244. ſub *lit.* (b) (e).

(c) *Fiat Diſtributio*, &c.] Vide *Stat.* 22. et 23 *Car.* 2. cap. 10. Et 1. *Jac.* 2. c. 17.

(d) *Arbitrium.*] Hìc ulteriùs inſeritur hæc Clauſula, in *MSS.*

" Item *Judex*, qui conceſſit *Adminiſtrationem*, poterit, quandocunque, *ex Officio ſuo*, " vocare prædictos Adminiſtratores, *ad reddendum Computum*; ac eos, *ad Diſtributionem* " *Portionis bonorum*, ad pios uſus, *vel* inter " proximos Conſanguineos, etiam compellere.

Si *Teſtator* ſit *Inteſtatus* quoad *Reſiduum*, Dando *Legatum Executoribus*, ad *Teſtamentum exequendum*, Unde *nudi* fiunt *Executores*, *Ex Officio*, vel *ad Inſtantiam* (ſimiliter) vocandi ſunt *Executores*, Ut inde fiat *Diſtributio Reſidui*, Juxta *Praxin antiquam*.

IV. Item, ſi defunctus, in *Teſtamento*, RESIDUUM *Bonorum* non legaverit, nec *de* EODEM quoviſmodo diſpoſuerit: Quàmvis ejuſdem ſui *Teſtamenti*, conſtituerit EXECUTORES, eiſdemque EXECUTORIBUS, *ratione*, *ac intuitu Executionis ejuſdem Teſtamenti*, aliquod PARTICULARE LEGATUM dederit: Nam, in hoc caſu, dicuntur *nudi* EXECUTORES, et quaſi SUPERVISORES: JUDEX, tam *ex Officio ſuo*, quàm *ad Inſtantiam Pauperum Conſanguineorum*, poterit vocare EXECUTORES hujuſmodi Teſtamenti, *ad reddendum Computum*, et compellere eos, ad DISTRIBUTIONEM hujuſmodi Bonorum RESIDUI, in pios uſus, *vel* inter proximos defuncti Conſanguineos:

V. Hoc, ab antiquo, ita practicari ſolebat.

Inventarium et *Computus*.

TITULUS CCXXIX.

Actoris Intereſſe.

In quo caſu vocatus *ad reddendum* COMPUTUM, vel *exhibendum* INVENTARIUM, non tenetur *perſonaliter comparere*; ſed poterit *comparere* per PROCURATOREM, ad objiciendum *quòd* ACTOR *non habet* Intereſſe (*a*).

Computans tenetur *perſonaliter* comparere, *ad præſtandum Juramentum*, de Veritate Computi:

I. QUAMVIS [in quodam ſequenti Titulo (*b*)] dicitur, EXECUTOREM, vel ADMINISTRATOREM citatum *ad reddendum Computum*, vel *ad exhibendum Inventarium* (ſive ex Officio mero, ſeu promoto) teneri *perſonaliter* comparere, et ea facere ſpecificata in eodem ſequenti Titulo (*c*):

Si verò *de Intereſſe Actoris* non *conſtet*, Compareat Computans per *Procuratorem*, animo excuſandi ejus Contumaciam.

II. Tamen ſi, *ex tenore* MANDATI *originalis citatorii*, non poterit citato conſtare, *de Intereſſe Partis inſtituentis hanc Cauſam*; licitum eſt REO comparere per *ejus* PROCURATOREM, ad effectum infrà ſcriptum, ac ſub formâ ſequenti:

Relato *Mandato citatorio*,

III. Cùm PROCURATOR ACTORIS (exhibito Mandato prædicto citatorio) accuſaverit *Contumaciam* REI, citati *ad comparendum perſonaliter*, *ad reddendum Computum*, vel *ad exhibendum Inventarium*, compareat REI PROCURATOR, dicendo ut ſequitur:

Forma *Allegationis* Procuratoris,

IV. *Exhibeo Procuratorium meum, literatoriè conceptum, pro dicto Reo, ac facio me Partem pro eodem*; et *allego Dominum meum non teneri, nec, de Jure, cogendum eſſe ad reddendum Computum, nec ad exhibendum Inventarium, nec ad ſatisfaciendum contentis, in Mandato*

OBSERVATIONES.

(a) *Quòd Actor non habet Intereſſe.*] Exceptio, *Tua non intereſt*, quando opponi poteſt; Vide *Tit.* 60. §. 1. et *Obs. ibid.* ſub *notâ* (h) 2.

(b) (c) *Sequenti Titulo.*] Vide *Tit.* 231. *per totum*; necnon *Tit.* 234. §. 1, 2, 3.

†

Mandato prædicto introducto, ad Inſtantiam N. [Actoris] *ex eo quòd non habet, in hâc Cauſâ, Intereſſe* (*d*); ſaltem, *quòd non conſtat, illum habere Intereſſe, in hâc Cauſâ* (*e*).

(Scilicet) Quòd *Actor* (quatenus conſtat) *non habet Intereſſe.*

V. Si Actor *Intereſſe ſuum* [de Jure approbatum in his (*f*) caſibus] *allegaverit, et* [ſive per Confeſſionem Procuratoris, ſive Partis adverſæ, ſive per Teſtes] *probaverit*; Reus non ſolùm tenetur *ſatisfacere contentis in dicto relato Mandato*, verùm etiam eſt *condemnandus* Actori *in Expenſis, circa hanc Probationem Intereſſe, factis:*

Actoris verò *Intereſſe probato,* Reus *ſatisfaciet* contentis in *Mandato Citatorio*;

Et condemnabitur *in Expenſis:*

VI. [E *contrà*; ſi Actor defecerit *in Probatione*, Reus eſt *dimittendus, cum ſuis Expenſis*]

Actoris Intereſſe non *probato,* Dimittetur Reus, *cum Expenſis.*

VII. Limita tamen, quòd ſi *Intereſſe* Actoris fuerit tale, de quo Reus non habet *Scientiam, ſaltem probabilem* [utpote, quia Actor prætendebat ſe fuiſſe Creditorem] *antequam illud fuerit probatum:*

Actoris autem *Intereſſe* Parti Reæ *priùs ignoto*;

VIII. Vel ſi Reus, quamprimum *hoc Intereſſe fuerit probatum*, nullam propoſuerit *Materiam contrariam*, aut *exceptivam contra Teſtes*, vel *ad elidendum Intentionem Actoris*, quoad *Intereſſe hujuſmodi*:

Vel *Intereſſe Actoris probato*, et, in contrarium, *nil propoſito*;

IX. Tunc Reus [*quoniam juſtam habuit cauſam, de hâc Quæſtione* (*g*), *litigandi*] excuſatur ab *Expenſis* (*h*):

Tum Reus excuſatur *ab Expenſis*; Ratio:

X. Secùs, *ſi propoſuerit*, et *defecerit* [*in* (*i*) *Probatione*]

Exceptio.

XI. Admonendi tamen ſunt Procuratores Actoris, in his caſibus, *De exhibendis Inventariis*, et *reddendis Computis* [ſi, modo præmiſſo, Intereſſe Clientum ſuorum negatum fuerit, ex quo, ipſi Actores ad illud probandum cogentur] *quòd de die, in diem* [ſcilicet, ſingulis diebus Juridicis] *procurent Certificatorium Mandati prædicti* (ad reddendum Computum, et exhibendum Inventarium) *introducti, continuari* (*l*), uſque ad *Probationem Intereſſe*; ut (*eo probato*) poſſint obtinere Reum excommunicari, *ſi non ſatisfecerit contentis in dicto Mandato:*

Peropus eſt (dum agitur de Intereſſe) *Certificatorium* originalis Mandati *continuari:*

Ratio:

XII. Nam

OBSERVATIONES.

(d) 1 *Quòd non habet*, in *hâc Cauſâ, Intereſſe.* (e) *Saltem*, quòd *non conſtat, illum habere Intereſſe, in hâc Cauſâ.*] Ne quid autem oriatur Dubii; Utrùm Pars iſta quæ (hoc modo) propoſuit et allegavit (ſcilicet) *Adverſarium* non *habere Intereſſe in Cauſâ*, teneatur ad *Onus* id *probandi* (potiori Jure) ſic allegandum eſt:

2 *Nihil eſſe decernendum, ad petitionem Partis adverſæ* [vel *Partem Ream non teneri ſatisfacere contentis in Mandato introducto*] *donec conſtiterit de Intereſſe Partis adverſæ*; In quo caſu, *Pars adverſa* ſuum *Intereſſe* proponere tenetur, et ad *Onus probandi* [Ad *ſimilem effectum*, Vide *Tit.* 223. §. 15, 16. necnon *Tit.* 227. §. 7.]

(f) *Intereſſe ſuum, de Jure, approbatum, in his caſibus.*] De perſonis, in his caſibus (ſcilicet, ad vocandum Executores, vel Adminiſtratores ad exhibendum Inventaria, et reddendum Computos) *Intereſſe* habentibus; Vide *Tit.* 227. §. 1, 5, 6. et *Tit.* 228. *per totum.*

(g) *De hâc Quæſtione.*] Id eſt: *De Intereſſe Actoris.*

(h) *Excuſatur ab Expenſis.*] Vide *Tit.* 6. §. 7. necnon *Tit.* 258. §. 3.

(i) *Secùs, ſi propoſuerit, et defecerit in Probatione.*] Vide *Tit.* 6. §. 8.

(l) *Continuari.*] Vide *Tit* 236. §. 6

(Scilicet) Citatus *ad ſubeundum Juramentum Corporale*, de Veritate Computi,

XII. Nam [ut in quodam ſequenti Titulo (*m*) dicitur] EXECUTOR, vel ADMINISTRATOR, vocatus *ad exhibendum Inventarium, et reddendum Computum*, tenetur illa *perſonaliter*, in vim *Juramenti ſui corporalis*, reddere:

Certificatorio diſcontinuato, non poteſt excommunicari, *propter non præſtationem ejuſdem Juramenti.*

XIII. Ideo, ſi dictum *Certificatorium* præfati *Mandati* fuerit *circumductum* (*n*), et (ut vocant) *diſcontinuatum*, PARS REA non poterit excommunicari, *in non ſatisfaciendo contentis in dicto Mandato.*

OBSERVATIONES.

(m) *In quodam ſequenti Titulo.*] Vide *Tit.* 231. *per totum:* ac etiam *Tit.* 234. §. 1, 2.

(n) *Circumductum.*] Id eſt; quaſi ſubductum, ſeu deſertum; unde perit, et aboletur.

Inventarium et *Computus.*

TITULUS CCXXX.

Actoris Intereſſe.

De modo probandi Intereſſe CREDITORIS, ſi Intereſſe *negatum fuerit*, per REUM, vocatum *ad exhibendum Inventarium*, et *ad reddendum* COMPUTUM.

Intereſſe Creditoris negato, quid faciendum?

I. SI *Intereſſe* CREDITORIS negatum fuerit, per PARTEM vocatam *ad reddendum Computum*, vel *ad exhibendum Inventarium*; allegandum et proponendum eſt *hujuſmodi Intereſſe*, ſub formâ ſequenti:

Quomodo fiat *Allegatio de Debito?*

II. N. [ſcilicet, ACTOR, vel *ejus* PROCURATOR] *ad omnem Juris effectum, allego defunctum* (*a*) *fuiſſe, tempore Vitæ et Mortis ſuarum, prænominato* N. *indebitatum, in* [tali Summâ];

Ponenda eſt *conjunctim* et *diviſim*:

III. Si ALLEGATIO *hujuſmodi*, per REUM, inficiata fuerit; *tunc* ponenda eſt, *conjunctim et diviſim*; et petendum eſt *Jus*, et *Juſtitia*; et *Admiſſio hujuſmodi Allegationis:*

Petitur *Admiſſio*:

Fiat (in ſubſidium Probationis) Exhibitio *Obligationis* pro *Debito*:

IV. *Quâ admiſſâ* [in Subſidium Probationis *contentorum in hujuſmodi Allegatione*] exhibendæ ſunt *Literæ* OBLIGATORIÆ, *captæ* pro DEBITO *allegato*, adjectis his Verbis: *Quòd contenta in eiſdem ſunt vera*, ac *habita et geſta prout in eiſdem continetur.*

Allegatio deſuper *qualis?*

Quâ *Admiſſâ*.

V. Admittenda eſt *iſta* ALLEGATIO; et ſi, *hujuſmodi Literis* OBLIGATORIIS *exhibitis*, PARS REA *eas veras eſſe* inficiata fuerit,

OBSERVATIONES.

(a) *Allego defunctum.*] " Perſonam, ſcilicet, de cujus bonis petitur Computus. *MSS.*

Producendi ſunt *Teſtes*, ad probandum *Sigillationem*, et *Traditionem Obligationis.*

fuerit, *producendi ſunt* TESTES ad probandum *Sigillationem*, et *Traditionem* (*b*) earundem:

Modus probandi *Debitum*, ex *Libro* Creditoris: *Allegatio deſuper*:

VI. Vel, ſi DEBITA *allegata* debeantur *ex* LIBRO *Mercatoris*, tunc exhibendus eſt *hujuſmodi* LIBER; ac allegare, et probare tenetur exhibens, *eundem Librum fuiſſe Librum defuncti* (*c*), *in quo* [quum Mercator, *ſeu* cujus fuerat] *ſcribere ſolebat Nomina perſonarum, quæ ſibi indebitatæ fuerunt*:

Qualis, in *his*, ſufficit *Probatio?*

VII. Et hæc PROBATIO ſufficit, *ad probandum Intereſſe allegatum.*

Si nec *Obligatio* ſit, nec *Liber*, de *Debito*, Probatur *Debitum*, per *Teſtes.*

VIII. Sed dato, *hujuſmodi Intereſſe* ACTORIS non poſſe probari, nec *per Literas* OBLIGATORIAS, nec *per* LIBRUM *Mercatoris*; admittendus tamen eſt, *ad probandum* DEBITUM *allegatum*, *per* TESTES.

In *Computo* petendo, *perexacta* non requiritur *Probatio*, de *Intereſſe* Partis petentis;

IX. Et notandum eſt; Quòd, in *hoc* caſu [PROBATIONIS *Intereſſe* ACTORIS, ad petendum *Computum reddi*, et *Inventarium exhiberi*] non requiritur *tam exacta, aut plena* PROBATIO, prout in *cæteris* Cauſis, in quibus *principaliter* agitur, *ad obtinendam Cauſam inſtitutam* [videlicet, DECIMAS, aut LEGATUM];

Quia, *incidenter* agitur non *principaliter.*

X. Nam, in *his* caſibus, *ad probandum* INTERESSE *Actoris*, non agatur *principaliter*, pro DEBITO *allegato*; ſed præmiſſa allegantur *incidenter tantùm*; ad probandum, *quòd Agens habet* INTERESSE, *ut Computus reddatur*; et non *ad recuperandum* DEBITUM.

Prodeſt *Executoribus* Exhibitio *Inventarii*, et *Computi*,

XI. Parvi etiam *Præjudicii* eſt, imò potiùs *Commodi*, EXECUTORIBUS *reddere Computum*, et *exhibere Inventarium* [ut latiùs appareat in aliis Titulis (*d*), et *De hujuſmodi Computis reddendis*, et *De Inventariis exhibendis*, ſcriptis];

Prodeſt *Creditoribus*,

XII. Sed ſine omni dubio eſt, *Quòd perſonæ quibus defunctus* INDEBITATUS *fuit*, in *hoc* caſu *maximè releventur*:

Ratio, [1] Perſæpe *litigare vetat, pro Debito*;

XIII. Quia, ſi per INSPECTIONEM *Computi*, ac *Probationis ſuper eodem*, evidenter eis conſtare poſſit, EXECUTOREM, vel ADMI-

OBSERVATIONES.

(b) 1 *Ad probandum ſigillationem, et traditionem.*] Quòd *Exhibitio Obligationis*, et *Teſtis ſingularis*, ſufficienter probant *Veritatem Debiti*; Vide *Tit.* 23. §. 13. *et Obs. ibid.* ſub. *lit.* (i.)

2. " Talem autem Obligationem exiſtere, *de* " *Validitate*, alibi determinandum eſt; neque " enim, coram Judice Eccleſiaſtico, *de recupera-* " *tione Debiti*, ſed *de Inventario*, res agitur. *MS.* [Vide *infrà*, §. 10.]

(c) 1 *Eundem Librum fuiſſe Librum defuncti.*] Aliter habetur, *in Antiquo*, penes me, *MS.* hiſce Verbis, quæ ſubjiciam:

2 " *Eundem Librum fuiſſe Librum Agentis*; " *et quòd idem Mercator fuit, et eſt Mercator et* " *Civis London*; *et quòd, in eodem Libro, ſole-* " *bat, et ſolet, Nomina perſonarum, quæ ſibi fue-* " *rint indebitatæ, ſcribere*; *et Librum hujuſmodi* " *fideliter cuſtodiri*:

3 " *Quibus probatis, probatum eſt ſufficienter* " *Intereſſe allegatum.*

(d) *Latiùs appareat in aliis Titulis.*] De Beneficio Exhibitionis Inventarii, et Redditionis Computi; Vide *Tit.* 233. §. 2, 3. Item *Tit.* 237. *per totum*: Necnon *Tit.* 239. §. 5, 6, 7, 8, 9. Etiam *Tit.* 256. §. 14.

ADMINISTRATOREM *plenè adminiſtrâſſe bona defuncti*; fruſtrà inſtituerent ACTIONES, pro DEBITIS *hujuſmodi recuperandis:*

[z] Sæpiſſimè, *pro Legato.*

XIV. Sic quóque LEGATARII, plerúmque, ab ACTIONIBUS, *in Cauſis Subſtractionis Legatorum*, abſtinerent; cùm, per INSPECTIONEM *Computi*, appareat, EXECUTORES, *in perſolvendis* DEBITIS, *totas defuncti facultates erogâſſe.*

Inventarium et *Computus.*

TITULUS CCXXXI.

Computantis Præſentia.

Quòd vocatus *ad exhibendum* INVENTARIUM, vel *ad reddendum* COMPUTUM (ſive *ex Officio Judicis*, ſive *ad Partis Inſtantiam*) tenetur *perſonaliter comparere.*

Computans citatur, *ad exhibendum* Inventarium, *et* Computum *perſonaliter:*

I. IN *omni* CITATIONE *ad reddendum Computum*, vel *ad exhibendum Inventarium*, ſolet EXECUTOR, vel ADMINISTRATOR vocari, *ad reddendum et exhibendum*, *perſonaliter*; vel *ad comparendum*, *perſonaliter*, *ad exhibendum* (*a*); etiam licèt vocatus fuerit *ad Inſtantiam* PARTIS:

Tenetur, ergo, *perſonaliter* comparere:

II. Tenetur igitur *perſonaliter* comparere [ſaltem, ita obſervatum et practicatum fuit, *in* CURIÂ PRÆROGATIVÆ, per Tempus immemoratum]

Niſi *Procurator* (animo excuſandi ejus Contumaciam) *cauſas allegaverit*, in *contrarium*;

III. Poterit tamen PROCURATOR comparere, *pro* PARTE *citatâ*, ad allegandum cauſas *Abſentiæ* PARTIS *citatæ*; et cauſas, ob quas, *non tenetur reddere Computum*, [ut ſuprà, in Titulo (*b*), *In quo caſu, vocatus ad reddendum Computum, vel exhibendum Inventarium, non tenetur perſonaliter comparere*, &c.] vel, Quòd ſit *Valetudinarius* (*c*); vel *Septuagenarius*; vel *conſimiles cauſas* poteſt allegare; et quòd, ideo, *non tenetur perſonaliter comparere*:

Quibus *non* probatis, tenetur *perſonaliter* comparere:

IV. Sed *ſi hujuſmodi cauſæ allegatæ*, et *probatæ non fuerint*; tenentur vocati, in caſu prædicto, *perſonaliter* (ut ſuprà dictum eſt) *comparere* (*d*):

Ratio;

(Scilicet)

Ad præſtandum *Juramentum*, de Veritate.

V. Ratio eſt; Quia, in his caſibus, vel Cauſis, *De Computis reddendis*, requiritur JURAMENTUM perſonæ Computantis, *de Veritate ejuſdem* (*e*).

OBSERVATIONES.

(a) *Ad comparendum, perſonaliter, ad exhibendum.*] Stylus ita fuit, in Formulis antiquis; ſcilicet, " Quòd compareat, &c. Inventarium, " &c. in vim Juramenti ſui, *perſonaliter*, exhi" biturus: Inque Formulis hodiernis; " In " vim Juramenti ſui *corporalis* exhibiturus.

(b) *Ut ſuprà, in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 229. §. 2, 3, 4.

(c) *Valetudinarius*, &c.] Perlege *Tit.* 236.

(d) *Perſonaliter, ut ſuprà dictum eſt, comparere.*] Vide *ſuprà*, §. 1, 2. necnon *Tit.* 229. §. 12. etiam *Tit.* 234. §. 1, 2.

(e) *De Veritate ejuſdem.*] " Quod per Pro" curatorem præſtari non poteſt. *MS. Antiq.*

TITU-

Inventarium et Computus.

Formulæ Dictatio.

TITULUS CCXXXII.

De formâ concipiendi COMPUTUM (ſive *ex Officio Judicis,* ſive *ad Inſtantiam Partis*) in *Judicio contradictorio.*

Continentur in Computo,

I. IN *Computo,* EXECUTOR, vel ADMINISTRATOR tenetur, *Primùm,* onerare ſe, *cum vero* VALORE *bonorum defuncti, in* INVENTARIO *ſpecificatorum* [nam, in Inventariis, ſolent et tenentur Executores OMNIA bona, jura, credita, et catalla defuncti inſcribere] [1] *Oneratio:* (ſcilicet) *Valor bonorum, &c.*

II. Deinde, ALLOCATIONES, ſive DEDUCTIONES, in hunc modum, allegandæ *et* petendæ ſunt (videlicet) [2] *Exoneratio:*

III. *Primò,* inſcribenda ſunt DEBITA, in quibus defunctus *obnoxius* fuit, vel quæ, *per eum, debita* fuerunt; et ſi *ea ſunt ſoluta,* ita allegandum eſt; ſi verò *omnia* DEBITA non *ſunt ſoluta,* ea *tantùm* ſunt ſcribenda, *quæ ſolvuntur* (*a*): (videlicet) *Debita defuncti;*

IV. Deinde, ONERA, *tam Funeralia* (*b*), *quàm alia ordinaria quæcunque;* vel EXPENSÆ, *quas Computans neceſſariò expoſuit, ſeu exponere coactus fuit, in probando Teſtamentum defuncti* [ſive in communi formâ, ſive in Judicio contradictorio] *ſive in Actionibus quibuſcunque* [pro, vel contra Executorem (*c*), ratione Executionis hujuſmodi Teſtamenti; utpote *pro Debitis,* ſeu *Bonis Teſtatoris* (*d*) *recuperandis*] inſcribenda ſunt: *Funeralia; Expenſæ aliæ neceſſariæ;*

V. *In Fine* verò hujuſmodi COMPUTI, *Summa totalis expoſitorum, et allocandorum* ſcribenda eſt; ut *ex eâ,* apparere poſſit, *quæ, et qualis Summa* [allocatis, de Jure, allocandis, et deductis deducendis] *remanet, in manibus Computantis, inadminiſtrata.* *Summa totalis Expoſitorum.*

OBSERVATIONES.

(a) *Si verò omnia Debita non ſunt ſoluta, ea tantùm ſunt ſcribenda, quæ ſolvuntur.*] Legimus hanc Clauſulam, ſub tenore Verborum ſequentium, in *MS. Antiq.*

" Si verò *omnia Debita* non *fuerint ſoluta,* " ita allegandum eſt; *et tunc* ſpecificet Com- " putans diſtinctè, *quæ ſolvuntur,* et *quæ non* " *ſolvuntur.*

(b) *Funeralia.*] Impenſæ *Funeris* debent fieri, ſecundùm *Qualitatem, Divitias,* et *Dignitatem* defuncti.

(c) *Sive in Actionibus quibuſcunque, pro, vel contra Executorem,* &c.] Hujuſmodi Clauſulæ, uſque finem Sectionis 4. ſuprà ſcriptæ, *Varia Lectio* talis eſt, in *MS. Antiq.*

" Sive in Actionibus quibuſcunque, *per* Ex- " ecutorem, ratione Executionis hujuſmodi " Teſtamenti (utpote, pro Debitis, ſeu Bonis " Teſtatoris recuperandis) *vel, per alios, contra* " *Executores (pro Debitis ſuppoſititiis) inſtitutis,* " ſcribenda ſunt.

(d) *Pro Debitis, ſeu Bonis Teſtatoris recuperandis.*] Ad ſimilem effectum habetur, in *Tit.* 238. §. 4.

Inventarium et *Computus.*

Beneficium Exhibitionis.

TITULUS CCXXXIII.

De Beneficio *Confectionis* (*a*), et *judicialis Exhibitionis* INVENTARII.

Inventaria ad ipſam *Juris Normam*, hodie *non confecta ſunt:*

I. LICèT INVENTARIA non ſunt *confecta*, neque *appreciata*, ſecundùm JURA *Eccleſiaſtica*, nec ſecundùm *formam* STATUTI, *hujus Regni* (*b*):

Quænam, igitur, *in Inventario conficiendo*, ex *approbatâ Conſuetudine*, requiruntur?

Beneficia *Confectionis*, et (debito tempore) *Exhibitionis Inventarii*,

II. Tamen [ex *longo uſu*, per tempus immemoratum, et ex *Stylo Curiarum* obſervato] *ſi Bona defuncti fuerint, per aliquas Perſonas honeſtas* [Vicinos tamen defuncti] *appreciata, et in Inventarium redacta, ac poſtea dictum Inventarium, debito tempore* (*c*), *coram Judice probante Teſtamentum* [vel *committente Adminiſtrationem*] *ſub Juramento Partis principalis* (*d*), ſeu *ejus Procuratoris, in ejus animam*

OBSERVATIONES.

(a) *De Beneficio Confectionis,* &c.] De Beneficio Exhibitionis Inventarii, et Redditionis Computi; Vide *Tit.* 230. §. 11, 12, 13, 14 Item *Tit.* 237. *per totum*; necnon *Tit.* 239. §. 5, 6, 7, 8, 9. Etiam *Tit.* 256. §. 14.

(b) *Secundùm formam Statuti, hujus Regni.*] Utpote, per Creditores, et proximos Conſanguineos defuncti. Vide *Statut.* 21. *Hen.* 8. *cap.* 5. §. 4.

(c) *Debito tempore.*] Vide *Lynd.* de Teſtamentis, c. *Statutum*, §. Inventarium, *in Text.* ubi ſic habetur:

" Inventarium hujuſmodi *locorum Ordinariis* " tradi volumus, infra tempus *eorum Arbitrio* " moderandum.

(d) 1 *Sub Juramento Partis principalis.*] Virtute (ſcilicet) ejuſdem *Juramenti*, quod Pars iſta principalis aliàs, *tempore Conceſſionis Probationis*, vel *Adminiſtrationis*, præſtiterat [cujus Formula patet in *Tit.* 218. §. 2, 3, et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (g) 3. et in *Tit.* 219. §. 1.]

2 Niſi *poſtea* Pars vocetur, *ad exhibendum Inventarium, in vim Juramenti corporalis:* Tunc enim *Juramentum*, de Veritate ejuſdem, denuo *ſpecialiter præſtandum eſt*; non obſtante *Juramento generali*, De vero exhibendo Inventario, *priùs* (ut præfertur) *præſtito*, die *Conceſſionis* Probationis, *aut* Literarum Adminiſtrationis. [Vide *Tit.* 234. §. 2.]

3 Petitur etiam aliquando, et per *Judicem* decernitur, ad Inſtantiam *Jus habentis in bonis defuncti*, Inventarium exhiberi, *in vim Juramenti* Executoris, *vel* Adminiſtratoris, *ante Emanationem Probationis*, vel *Literarum Adminiſtrationis ſub Sigillo:* Et tum etiam, quámvis *Juramentum uſitatum* aliàs præſtitum fuerat *generale*, De fideliter perimplendo Teſtamentum, aut adminiſtrando Bona defuncti, et *de vero exhibendo Inventario*, ſolet autem præſtari *Juramentum ſpeciale* tempore Exhibitionis Inventarii, *de ejuſdem Veritate*; idque vel perſonaliter, aut vigore Commiſſionis.

4. Nonnunquam autem *ante Probationem* aut *Adminiſtrationem conceſſam*, ſaltem, *emanatam* (loco Inventarii bonorum defuncti, in vim Juramenti Partis) ad petitionem *Intereſſe habentis*, fieri ſolet *Commiſſio Judicis*, ad partes, pro *Appretiatione*, et *fideli Æſtimatione* bonorum, jurium, et creditorum, et *Inſpectione* Obligationum, Locationum, et aliorum Scriptorum, et Chartarum, quorumcunque, concernentium Statum perſonalem defuncti, apud *Ædes* ejuſdem defuncti, vel alibi, ubicunque bona, jura, aut credita ſua remanent, aut exiſtunt [talibus diebus, *ſeu* tali die] cum continuatione et prorogatione dierum et loci, extunc proximò ſequentium, ſi oporteat fieri.

5 Emanare ſolet etiam, in his caſibus, *Monitio* contra Partem alteram, *in Specie*, ac omnes alios quoſcunque, penes quos aliqua bona, jura, aut credita dicti defuncti remanent, et exiſtunt, *in Genere*, quatenus exhibeant, aut oſtendant, ſeu exhiberi, aut oſtendi faciant, realiter et cum effectu, *Appretiatoribus* vigore Commiſſionis antedictæ *conſtitutis*, diebus et loco Executionis ejuſdem, prædicta bona, jura, et credita dicti defuncti, necnon Obligationes, Locationes, et alia Scripta,

animam [obſervandum eſt, quòd hujuſmodi Juramentum (*e*) reprobatur, per Conſtitutiones Eccleſiaſticas, in (*f*) Hiberniâ] *in debitâ Juris formâ fuerit exhibitum* (*g*), tunc *facit plenam Fidem*, in *omnibus Cauſis*, et *Curiis:*

(Scilicet) [1] *Fides eidem*, in Judiciis, *adhibenda eſt:*

III. Ac EXHIBENS liberatur *ab* ONERE *probandi Veritatem* (*h*) INVENTARII; ſcilicet, *quòd defunctus non habuit plura Bona:*

[2] Exhibens liberatur *a Veritate Inventarii probandâ:*

IV. Et retorquet PROBATIONEM, *de Bonis omiſſis*, in LEGATARIUM, ſeu quemcumque alium *prætendentem Intereſſe in Bonis defuncti* [ut in Titulo (*i*), *De Objectione contra Inventarium et Computum*, continetur]

[3] Adverſarius oneratur *Probatione*, de *bonis*, ex eodem, *omiſſis.*

OBSERVATIONES.

Scripta, et Chartas, Statum perſonalem dicti defuncti concernentia, penes eos, aut eorum aliquem remanentia, et exiſtentia, *ad effectum ut appretientur, et in Inventarium redigantur:* Sub pœnâ Juris et Contemptûs.

6 Et, *Commiſſione tali* debitè executâ, *Inventarium hujuſmodi* introducitur, et exhibetur, *Manibus propriis Commiſſariorum*, ſive *Appretiatorum*, eorumve duorum, ad minùs, *ſubſcriptum*; ſine *Juramento* Partis, *de Veritate ejuſdem.*

7 In caſibus autem hujuſmodi, plerúmque peti ſolet *Inventarium bonorum* (ejuſdem defuncti) *diſpoſitorum*, in vim *Juramenti* Partis principalis, exhiberi.

(e) *Hujuſmodi Juramentum.*] In animam Domini, *ſeu* Clientis.

(f) *Reprobatur, per Conſtitutiones Eccleſiaſticas, in Hiberniâ.*] De Procuratoris Juramento (in *animam Domini*) prohibito, in *Cauſis Teſtamentariis*; Vide *Canon. Hibern.* [Anno 1634] 78. Vide etiam *Canon. Anglican.* [Anno 1603] 132.

(g) 1 *Exhibitum.*] Modus Exhibitionis Inventarii (in communi formâ) talis eſt; Videlicet:

Exhibitum fuit hujuſmodi Inventarium . . . . die Menſis . . . . . Anno Domini . . . . . per Magiſtrum A. B. *Notarium Publicum; Procuratorem pro Executore* [vel, *pro Adminiſtratore*] *dicti defuncti, pro vero, pleno, et perfecto Inventario omnium, et ſingulorum bonorum, jurium, et creditorum ejuſdem defuncti, ſub Proteſtatione tamen, de addendo,* &c. *ſi*, &c.

2 *Pars una* hujus Inventarii, in Rotulis Membraneis, denſè ſcriptis, *ſub manu Procuratoris*, vel *Partis exhibentis*, ſubſignata, penes Regiſtrum dimittenda eſt.

3 *Altera*, ſimiliter, in Pergamenæ Schedulis, literis verò majuſculis, exarata, *manu Regiſtrarii Curiæ* ſubſcripta, Clienti traditur.

(h) *Ab Onere probandi Veritatem.*] Præſumitur pro Inventario confecto, et ei ſtatur; niſi Intereſſe habentes probent in contrarium.

(i) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 237. *per totum*; necnon *Tit.* 256. §. 2, 3, 11, 12, 13, 14. etiam *Obs.* in *Tit.* 218. ſub *lit.* (l) 3.

Inventarium et *Computus.*

TITULUS CCXXXIV.

De generali JURAMENTO *Computantis*, ſuper *omnibus contentis in* COMPUTO.

Juramentum Computantis generale.

I. SI in his caſibus, *de Computis reddendis*, aliquis habens *Intereſſe* ad vocandum EXECUTOREM, vel *bonorum* ADMINISTRATOREM, *ad reddendum Computum* [utpote, FILIUS *defuncti*, LEGA-

Vocatus *ad exhibendum* Inventarium, *et* Computum,

Inventarium et Computus.

Legatarius, Creditor, et *cæteri*, ut in aliis Titulis (*a*), de hâc quæſtione ſpecialiter tractantibus, apparet] vocaverit Executorem, vel Administratorem *ad exhibendum verum, plenum, et integrum Inventarium bonorum defuncti, quæ ad ejus manus pervenerunt*; et *ad reddendum Computum, de et ſuper ſuâ Adminiſtratione, in bonis hujuſmodi:*

Tenetur *exhibere perſonaliter*, In vim *Juramenti corporalis*, Non obſtante *priori Exhibitione*, in Abſentiâ *vocantis*.

II. Vocatus, in his caſibus, tenetur illud Inventarium exhibere, ac dictum Computum *perſonaliter* reddere (*b*), et (ſi id, ab eo, ex adversâ Parte petatur) Juramentum *corporale* præſtare (*c*), *de Veritate eorundem*; non obſtante quòd aliàs (forſan) Inventarium fuerit exhibitum, *ex Officio mero Judicis, et in Abſentiâ Partis* (*d*), et Computus redditus, virtute Juramenti Partis, *vel* Procuratoris.

Sit Inventarium, *verum, plenum*, et *perfectum*;

III. Et nota, quòd hoc Inventarium non eſt exhibendum, *ſub Proteſtatione, de addendo eidem* (*e*) [prout fieri ſolet in Inventariis exhibendis, per Procuratores, *in communi Formâ*, et non ad Partis *Inſtantiam*] ſed ſimpliciter, et directè, *pro Inventario pleno, vero, et integro* (*f*), *omnium et ſingulorum bonorum defuncti, quæ ad manus hujuſmodi Computantis pervenerunt, a Morte defuncti.*

Cave, de *minùs integris* Inventariis *et* Computis,

IV. Caveant igitur *Exhibentes*, et *Computantes hujuſmodi*, ne *falſa* et *minùs integra* exhibeant Inventaria, et reddant Computos, virtute eorum Juramenti:

Præ metu *Perjurii*: Canonicè puniuntur *bona omittentes*, et *falsò computantes*, in Cauſâ *Perjurii*.

V. Nam, ſi ſecùs fecerint, *manifeſtum committunt* Perjurium; et poſſit procedi contra *eos*, per Judicem Ecclesiasticum, *in Cauſâ* Perjurii; et Judex poterit *eos canonicè punire*, ſi convinci poſſint *de Omiſſione bonorum*, vel *de non Expoſitione Summarum petitarum in Computo* (*g*).

Reprobatio Inventarii, *et* Computi,

VI. Et quamvis [in ſequenti Titulo, *De Objectione* (*h*) *contra Inventarium et Computum*] dicitur, *licere* Parti *adverſæ reprobare, vel objicere contra hujuſmodi Inventarium et Computum:*

An fiat *ante*, vel *poſt* præſtitum Juramentum, *de Veritate?*

VII. Tamen quæri poteſt; Utrùm Pars adverſa hujuſmodi, petens *Exhibitionem Inventarii, et Computi*, ac Juramentum Partis *Computantis* præſtari, *de Veritate eorundem*, poſſit poſtea [videlicet,

OBSERVATIONES.

(a) *Et cæteri, ut in aliis Titulis.*] Vide *Tit.* 227. §. 1, 5, 6. necnon *Tit.* 228. §. 2, 3, 4.

(b) *Perſonaliter reddere.*] Vide *Tit.* 229. §. 12. et *Tit.* 231. §. 1, 2, 4.

(c) *Juramentum corporale præſtare.*] Vide *Tit.* 229. §. 12. *Tit.* 231. §. 5.

(d) *Et in Abſentiâ Partis.*] "Cùm Adminiſtratio fuit commiſſa, vel Teſtamentum probatum, in communi formâ. *MS. Antiq.*

(e) *Sub Proteſtatione, de addendo eidem.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 233. ſub *lit.* (g) 1. *in Calce.*

(f) *Pleno, vero, et integro.*] "Vero, plano, et integro. *MS.*

(g) *Computo.*] Additur; "*Tanquam manifeſtos Perjuros.* MS. Antiq.

(h) *In ſequenti Titulo, De Objectione*, &c.] Vide *Tit.* 237. *per totum.*

[videlicet, cùm Computans, *ad ejus petitionem*, præſtitit JURAMENTUM, *de Veritate*] admitti, *ad objiciendum contra hujuſmodi Inventarium, et Computum:* *Inventarium et Computus.*

VIII. Quia mihi videtur, *hanc Objectionem* proponi debuiſſe, *ante præſtitum* JURAMENTUM (*i*) *prædictum per Computantem*: Videtur quòd *ante.*

IX. Nam quære; Utrùm hoc JURAMENTUM ſit LITIS DECISORIUM (*l*)? vel NECESSARIUM, ut (in cæteris Cauſis Ordinariis) cùm ACTOR *producit* REUM, ſuper *Poſitionibus Libelli* (*m*)? Anne, *Juramentum* hoc *Litis Deciſorium?* Vel *Neceſſarium?*

OBSERVATIONES.

(i) *Videtur, hanc Objectionem proponi debuiſſe, ante præſtitum Juramentum.*] Non ita hodie: Delatum eſt enim hujuſmodi Juramentum (ex Conſuetudine quotidianâ) *per Judicem*, et licitum erit Parti *poſt* excipere.

(l) *Litis deciſorium.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 110. ſub *lit.* (a) 3, 4.

(m) *Cùm Actor producit Reum, ſuper Poſitionibus Libelli.*] Ut ex Reſponſis, in vim Juramenti Partis principalis, relevari poſſit (quoad confeſſata) ab Onere probandi.

Inventarium et Computus.

TITULUS CCXXXV.

De JURAMENTO *Partis Computantis* de *Minoribus Summis* (*a*), *non excedentibns* quadraginta *Solidos.*

Juramentum de Minoribus Summis.

I. SI quis EXECUTOR, vel ADMINISTRATOR, vocatus fuerit *ad reddendum Computum*, ad alicujus Inſtantiam, INTERESSE (*in eâ parte*) *habentis:* *In reddendo Computo*, vel, ad Inſtantiam *Intereſſe habentis;*

II. Vel, ſi agatur *in Cauſâ* LEGATI, et REUS (in eo caſu) allegaverit *Inſufficientiam bonorum* (*b*): Vel, in *Cauſâ Legati;*

III. Si EXECUTOR, vel ADMINISTRATOR *hujuſmodi*, expoſuerit diverſas SUMMAS, *non excedentes Summam quadraginta Solidorum*; hujuſmodi *Summæ* ſunt ſibi allocandæ, *ſolo* JURAMENTO *Computantis* (*c*), in hunc modum: *Minores Summæ*, ſolo *Juramento* Computantis, *allocantur.*

IV. *Com-*

OBSERVATIONES.

(a) *De Minoribus Summis.*] Vide *Lynd.* De *Teſtamentis.* c. *Statutum.* v. *Reddere rationem.*

(b) 1 *Allegaverit Inſufficientiam bonorum.*] De modo et formâ allegandi, in Judicio contradictorio, *plenam Adminiſtrationem*, ſeu *Inſufficientiam bonorum*, ad ſolvendum Legatum libellatum et petitum; Vide *Tit.* 255. *per totum.*

2 Quòd Beneficium plenæ Adminiſtrationis, in Cauſâ Legati, poſſit allegari poſt latam Sententiam; Vide *Tit.* 257. *per totum.*

(c) 1 *Hujuſmodi Summæ ſunt ſibi allocandæ, ſolo Juramento Computantis.*] Juramento (ſcilicet) generali, *ſuper omnibus contentis in Computo*, ſeu, *de Veritate Computi*; De quo *Juramento* tractatur, in *Tit.* 234.

2 *Summæ* verò *Minores hujuſmodi* non allocantur Executoribus, *vel* Adminiſtratoribus *ſecundis*, ex *ſolo Juramento*; ſolummodo verò *primis*; videlicet, *Partibus* quæ eaſdem Summas Minores *expoſuerunt:* Prout in *Tit.* 239. §. 8, 9.

Forma *Juramenti*, de Minoribus Summis erogatis:

IV. *Comparuit perſonaliter* N. *ac* (*citra revocationem Procuratoris ſui*) *fecit fidem, ſe expoſuiſſe omnes & ſingulas Summas Minores* (*d*), *in Computo mentionatas, non excedentes Summam quadraginta Solidorum: Quare petiit hujuſmodi Summas ſibi allocari, ac Jus et Juſtitiam ſibi fieri, et miniſtrari.*

Petitio *Allocationis* earundem.

Præſtito *Juramento*,

V. Tunc JUDEX [delato JURAMENTO (*e*), dicto Computanti, *de Veritate hujuſmodi Allegationis*, videlicet, *Quòd expoſuit hujuſmodi Minores Summas*, et eo præſtito, per Computantem] dicet:

Decretum Judicis, pro *Allocatione* Summarum, non extendentium ultra *quadraginta Solidos*.

VI. *Nos allocamus, dicto* N. *Computanti, omnes Minores Summas, in dicto Computo, mentionatas, non excedentes Summam quadraginta Solidorum*, dummodo *de Dolo, aut Fraudulentâ Diviſione* (*f*), *convinci non poſſit:*

[Quid ſit *Dolum*, et *Fraudulenta Diviſio*.]

VII. [Nam aliquando Computantes (ſcientes, quòd omnes iſtæ *Minores Summæ* ſolent allocari, eorum *ſolo* JURAMENTO) dividunt *groſſas*, ſeu *Majores* Summas, in *Minores*, et *particulares* Summas]

Factâ *Fide*, et Interpoſito *Judicis Decreto*, plena fit *Probatio*, de Minoribus Summis:

VIII. Et JURAMENTUM *prædictum* præſtitum, et admiſſum, interveniente etiam JUDICIS DECRETO, facit *plenam* PROBATIONEM, quoad has *Minores Summas*; ad evitandum *Expenſas* faciendas, in *Probatione* hujuſmodi *Minorum Summarum:*

Ratio, De *Summis Minoribus*, bonæ Fidei *Præſumptio* eſt.

IX. Quia præſumitur; *neminem velle præſtare* JURAMENTUM *falſum*, ad obtinendum *Allocationem tam vilium Summarum.*

OBSERVATIONES.

(d) 1 *Ac (citra revocationem Procuratoris ſui) fecit fidem, ſe expoſuiſſe omnes et ſingulas Summas Minores.*] Non opus eſt *Juramento Partis*, eà de re, *iterato*; præſtiterat enim *Pars illa* Juramentum generale, *ſuper omnibus contentis in Computo:* ſicut in *Tit.* 234.

2 Sufficit ergo (juxta Praxin hodiernam) *Allegatio* (apud Acta) per *Procuratorem* Computantis, *facta*, Partem ſuam *expoſuiſſe omnes et ſingulas Summas Minores*, &c. [ut ſuprà] Unde petit *hujuſmodi Summas, eidem Parti ſuæ, allocari*, &c. [ut ſuprà]

(e) *Delato Juramento*, &c.] Vide, retrò, *Obs.* in hunc *Tit.* ſub *lit.* (c) 1. et (hìc e ſiniſtrâ) ſub *lit.* (d) 1, 2.

(f) *De Dolo, aut Fraudulentâ Diviſione.*] Vide *Tit.* 236. §. 8.

TITU-

Inventarium et Computus.

TITULUS CCXXXVI.

Commiſſio pro Juramenti Præſtatione.

De Delatione JURAMENTI *Computanti,* ſuper *Minoribus Summis* (*a*), virtute COMMISSIONIS *in partibus.*

I. SI *Valetudinarius* (*b*), aut *Septuagenarius,* vel *alia Perſona, de* JURE, *Privilegiata,* vocetur *ad reddendum Computum,* quàmvis *perſonaliter* (*c*) : — Privilegiati, *ad comparendum perſonaliter,* vocati,

II. PROCURATOR *ejus legitimus,* in die, ad quem citatur *ad reddendum Computum* [animo excuſandi *Dominum ſuum* (*d*), a quâcunque *Contumaciâ*] allegabit cauſam aliquam cauſarum prædictarum (*e*), *ob quam non poſſit,* vel *non tenetur* perſonaliter *comparere, et reddere Computum* ; et, ſi ea *non inficiata* ſit per *Adverſarium,* concedenda eſt COMMISSIO, ad partes, *pro* JURAMENTI *præſtatione Computantis,* non ſolùm, ſuper toto *Computo,* ſed etiam, de Veritate quarumcunque *Minorum Summarum,* non excedentium *quadraginta Solidos* ; et ſtatuendus eſt dies, *et* locus certus, *pro Expeditione hujuſmodi* COMMISSIONIS : — Excuſentur a *Contumaciâ,* per *Procuratorem,* Allegantem cauſas *non Comparitionis, perſonaliter,* Quibus *non* inficiatis, fiat *Commiſſio,* pro receptione *Juramenti* Computantis, ſuper *toto Computo,* deque *Minoribus Summis :*

III. Ac omnia facienda, et expedienda ſunt, in *præſentiâ* ADVERSARII, ſeu *ejus* PROCURATORIS, ſeu in *pœnam Contumaciæ,* ut ſuprà [in Titulis, *De Expeditione Commiſſionis* (*f*), *ad partes, pro Teſtibus examinandis*] — Modus *expediendi Commiſſionem* hujuſmodi.

IV. Sed ſi, ex PARTE *adverſâ,* cauſa per PROCURATOREM *Rei citati* allegatata [ad excuſandum *Reum,* a perſonali *Comparitione*] fuerit *inficiata* ; tunc ea eſt *alleganda* ac *probanda* ; ac *probatâ,* Perſona *inficians* eſt condemnanda in *Expenſis,* et concedenda eſt COMMISSIO, *ad effectus prædictos :* — Negans alterius *Abſentiæ cauſas,* poſtea *probatas,* in *Expenſis* condemnabitur, et fiat *Commiſſio :*

V. Et, e *contrà,* ſi PARS, eandem cauſam *allegans,* defecerit in *Probatione* ejuſdem ; tunc PARS *ſua,* non ſolùm, in *Expenſis* condemnanda, — E *contrà,* deficiens in *cauſarum Abſentiæ Probatione,* condemnabitur in *Expenſis,*

OBSERVATIONES.

(a) *Super Minoribus Summis.*] Imò, non ſolùm ſuper *Minoribus Summis,* ſed ſuper Veritate *totius Inventarii et Computi.*

(b) *Valetudinarius.*] Vide *Tit.* 231. §. 3. *in Calce.*

(c) *Quàmvis perſonaliter.*] Vide *Tit.* 229. §. 12. *Tit.* 231. §. 1, 2, 4, 5. *Tit.* 234. §. 1, 2.

(d) *Animo excuſandi Dominum ſuum.*] Vide *Tit.* 231. §. 3.

(e) *Cauſam aliquam cauſarum prædictarum.*] Hìc additur in *MSS.* "Vel *quamcunque aliam* "legitimam cauſam.

[De cauſis quibuſdam allegandis, quare Citatus non tenetur, ad exhibendum Inventarium, aut ad reddendum Computum, ob defectum Intereſſe Actoris ; Vide *Tit.* 229. §. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.]

(f) *In Titulis, De Expeditione Commiſſionis,* &c.] Vide *Tit.* 86. cum *ſequentibus,* ſub Capite, *De Teſtium Examinatione.*

Et, *in non comparendo*, excommunicabitur.

demnanda, ſed etiam, *in non comparendo, et ſatisfaciendo contentis in Mandato introducto*, excommunicanda eſt:

Caveto, pendente *Probatione* hujuſmodi, *de Certificatorio Mandati originalis continuando*.

VI. Caveat, igitur, PROCURATOR ACTORIS (in iſto caſu) ut continuetur CERTIFICATORIUM *Mandati prædicti* (ut ſuprà) *introducti* (*g*), uſque in *proximum Juridicum*, poſt diem datum PROCURATORI *legitimo* REI citati, *ad probandum cauſas, ob quas Dominus ſuus non tenebatur*, perſonaliter, *comparere*.

Moneatur *Adverſarii Procurator*, ad intereſſendum *Expeditioni Commiſſionis*;

Ratio,

Ut procedatur *in pœnam*.

VII. Et nota; quòd in ACTU [tempore *Conceſſionis* dictæ COMMISSIONIS] monendus eſt PROCURATOR ADVERSARII, *ut interſit* (*ſi ſuum putaverit Intereſſe*) *tempore Expeditionis dictæ Commiſſionis*; ut (ſi nec IPSE, nec *ejus* DOMINUS *interfuerit*) omnia geſta, *in pœnam Contumaciarum*, valeant.

Relatâ Commiſſione,

(Dummodo de *Dolo*, aut *Fraudulentâ Diviſione*, non conſtiterit)

Allocantur *Computanti* (ad *Procuratoris* Petitionem) *Summæ Minores*:

VIII. Hìc demum notandum eſt; quòd *tranſmiſſo* PROCESSU, ſuper receptione *Computi* prædicti, et *Juramenti* Partis Computantis, *de Veritate ejuſdem* [tam in *genere*, quàm in *ſpecie*, quoad particulares illas *Minores Summas*] ſi JUDICI, *hanc* COMMISSIONEM *concedenti*, conſtiterit, *omnia, debito Ordine, expedita fuiſſe*; atque *Summas prædictas Minores* non *fuiſſe fraudulenter, aut doloſè*, in *Minores Summas, diviſas (h)*; tunc [præcedente PETITIONE PROCURATORIS *Computantis*] omnes *hujuſmodi Summæ Minores* ſunt, *Computanti, allocandæ (i)*:

Relatâ Commiſſione, omittitur aliquando *Petitio* Procuratoris, *de his allocandis*:

IX. Quàmvis hoc non eſt, hiſce diebus, practicatum (id eſt) *tranſmiſſâ* COMMISSIONE *prædictâ*, PETITIO ALLOCATIONIS *Minorum Summarum*:

Commiſſarii verò *non allocant*; ſed *Juramentum* ſolummodo *deferunt*:

X. COMMISSARII verò, *in partibus*, non habent Poteſtatem, *has Minores Summas*, PARTI, *allocandi*; ſed tantùm, *ad deferendum* JURAMENTUM, *Computanti*, *ſuper eiſdem*:

Quæritur, ergo, utrùm *relatâ Commiſſione*, petenda ſit *Allocatio*?

An *allocentur* Minores Summæ, *Vi præſtationis Juramenti*, abſque *Judicis Decreto*?

XI. Sed, utrùm expedit ita practicari, *ſit* JUDICIUM *eruditorum* ADVOCATORUM; ſcilicet, *utrùm, tranſmiſſo* PROCESSU (ſuper Delatione Juramenti Computantis) PROCURATOR *debeat* petere ALLOCATIONEM *Minorum Summarum*? vel *quòd, eo ipſo allocantur*, per *præſtationem prædicti* JURAMENTI, ſine JUDICIS *Decreto* (*l*)?

OBSERVATIONES.

(g) *Continuetur Certificatorium Mandati prædicti* (*ut ſuprà*) *introducti.*] Nam ſi *diſcontinuatum* fuerit, et *Pars adverſa* non dederit Computum, *excommunicari non poteſt.* Vide *Tit.* 229. §. 13.

(h) *In Minores Summas, diviſas.*] De hujuſmodi *Dolo*; et *Fraudulentâ Diviſione*; Vide *Tit.* 235. §. 6, 7.

(i) *Sunt, Computanti, allocandæ.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 235. ſub *lit.* (a) (c) (d).

(l) 1 *Sine* JUDICIS *Decreto.*] Formula *Decreti* JUDICIS, in hoc caſu, patet in *Tit.* 235. §. 6.

2 Poſt autem hæc Verba [*Sine* JUDICIS *Decreto*] adduntur hæc ſequentia, in *MS. Antiq.*

" Nam *a quibuſdam Advocatis audivi*, quòd,
" *hujuſmodi Juramento præſtito*, ipſo JURE, hu-
" juſmodi *Minores Summæ allocantur.*

TITU-

Inventarium et Computus.

TITULUS CCXXXVII.

Exceptiones

De Objectione contra INVENTARIUM et COMPUTUM.

Etſi, per *Exhibitionem Inventarii*, liberatur Computans a *Probatione Oneris*;

I. QUAMVIS COMPUTANS liberatur *a Probatione* ONERIS [id eſt, *Quantitatis*, ac *Valoris* bonorum defuncti] *per ſolam* EXHIBITIONEM INVENTARII [modo (*a*) præmiſſo]

Objiciat autem *Intereſſe habens*, contra *Inventarium*, et Computum.

II. Tamen licitum erit ADVERSARIO, *in Cauſâ Legati* [ſeu in quâcunque *aliâ Cauſâ*, in *quâ* Beneficium PLENÆ ADMINISTRATIONIS allegatur] *objicere* contra hujuſmodi INVENTARIUM, et COMPUTUM (*b*): videlicet;

Forma *Objectionis*, contra *Inventarium*.

III. *Quòd diverſa bona ſunt omiſſa ex Inventario*; et *quòd quædam alia bona non ſunt, ſecundùm juſtum Valorem, et Pretium eorundem, æſtimata et appretiata:*

In *Objectionibus*, ſpecificanda ſunt *bona omiſſa*: Et tam *omiſſorum hujuſmodi*, quàm bonorum, *infra Pretium* æſtimatorum, *verus Valor*.

IV. Et, in hujuſmodi *Objectionibus*, ſpecificanda ſunt *bona omiſſa*; et *verus Valor*; non ſolùm, *eorundem bonorum omiſſorum*, ſed etiam, *aliorum quorumcunque, ad juſtum Valorem, non æſtimatorum.*

OBSERVATIONES.

(a) *Modo præmiſſo.*] Vide *Titulos* (ordine noſtro diſpoſitos) 234. §. 2, 3. necnon 256. §. 1, 2, 3, 4. 5. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c) Vide etiam *Tit.* 233. §. 2. in Calce, et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (g) Item §. 3, 4. *ejuſdem Tit.*

(b) *Objicere contra hujuſmodi Inventarium, et Computum.*] Vide *Tit.* 233. §. 4. necnon *Tit.* 256. §. 14. etiam *Obs.* in *Tit.* 218. ſub *lit.* (l) 3.

Inventarium et Computus.

TITULUS CCXXXVIII.

Juſtificatio.

De modo juſtificandi, ſeu *probandi* COMPUTUM, per TESTES.

Computans, *Allocationem* petens Debitorum,

I. SI COMPUTANS petierit, in *Computo*, DEBITA *ſibi allocari*; oportet eum *duo probare:*

[1] *Defunctum* probabit *indebitatum*;

II. Primò; VERITATEM DEBITI (*a*) [hoc eſt, *Defunctum, tempore vitæ et mortis ſuarum*, INDEBITATUM *fuiſſe Perſonis mentionatis in Computo*]

[2] *Summam*, per Computantem, *ſolutam.*

III. Secundò; *Quòd idem Computans hujuſmodi* DEBITUM (*integrè et fideliter*) PERSOLVIT (*b*).

IV. Simi-

OBSERVATIONES.

(a) *Veritatem Debiti.*] De modo probandi *Veritatem Debiti*, Vide §. 13. *hujus Tituli*; necnon *Obs. infrà*, ſub *lit.* (i)

(b) *Fideliter perſolvit.*] De modo probandi *Solutionem*, Vide §. 14. *hujus Tituli.*

Petens *Allocationem Expenſarum Litium*, in Foro *Seculari*,

IV. Similiter; ſi, in dicto COMPUTO, petatur ALLOCATIO *quarumcunque* EXPENSARUM *Litium*, *in* FORO SECULARI, *expoſitarum* [pro *Debitis* TESTATORIS (*c*) *recuperandis*; aut in ACTIONIBUS contra COMPUTANTEM, pro *Debitis ſuppoſitis defuncti*, inſtitutis]

Petens *Expenſas expoſitas*, in Foro *Eccleſiaſtico*,

V. Vel, *pro* EXPENSIS *expoſitis*, *in* FORO ECCLESIASTICO [in probando TESTAMENTUM; in *communi formâ*, vel, forſan, in *Judicio contradictorio*, per TESTES; *vel*, in ACTIONIBUS pro LEGATIS, cùm *bona ſufficientia* non *remanent penes* EXECUTOREM; *vel*, in CAUSÂ *temerariæ* ADMINISTRATIONIS, contra temerè *adminiſtrantes bona defuncti*, et *impedientes Executorem, quò minùs eadem adminiſtrare poſſit*]

[1] Probabit *Actiones inſtitutas*;
[2] *Expenſas*, in eiſdem, *erogatas*.

VI. COMPUTANS, in omnibus *iſtis caſibus*, tenetur allegare, et probare, *tales* ACTIONES *inſtitutas fuiſſe*; et deinde ſpecificare particulariter, et probare, per TESTES [vel, per JURAMENTUM *ſuum*, ſi *Summæ petitæ* fuerint *Minores* (*d*), id eſt, non excedentes *quadraginta Solidos*] QUAS, *in eiſdem*, *expoſuit* EXPENSAS.

Objectio eſt; Quòd obtinens *Victoriam*, obtinebit et *Expenſas*: Unde *tales obtentæ*, Computanti, non ſunt *allocandæ*.

VII. Et licèt hìc *objici* poſſit; *Quòd* ſi EXECUTOR fovebat *juſtas Cauſas*, in FORO [ECCLESIASTICO, *vel* SECULARI] *quòd* tunc, *obtinens* VICTORIAM, *obtinebit etiam* EXPENSAS *Litis* (*e*), et ideo *eaſdem non eſſe* EI *allocandas*, in COMPUTO:

Replicatio; Non obtinet *integras*:

VIII. Ad hoc *replicari* poteſt; *Quòd* plerúmque, in *his caſibus*, LITIGANTES quámvis obtinuerunt VICTORIAM *in Cauſâ*, tamen non allocantur EIS, *integrè*, ne vix quidem *Medietas* (*f*) EXPENSARUM *expoſitarum*:

Ergo
[1] Specificentur *integræ*;
[2] Fateatur *qualis Summa*, pro eiſdem *fuit obtenta*;
[3] Petatur *Allocatio* pro *Expenſarum Reſiduo*.

IX. Ideo, in *his caſibus*, probus et honeſtus COMPUTANS tenetur, *integras* EXPENSAS *Litium hujuſmodi*, in COMPUTO, *ſpecificare*; et deinde fateri *quantam* SUMMAM, *pro eiſdem*, SIBI, in *dictis* ACTIONIBUS, *allocari obtinuit*; et tunc petere ALLOCATIONEM, tantùm pro RESIDUO *earundem* EXPENSARUM.

Forſan *Actor*, publicatis Teſtibus Teſtamentariis, *Liti renunciaverit*;
Seu, Computo dato, *nil contradixerit*;

X. Sed notandum eſt; Quòd, in *quibuſdam caſibus* (ſuperiùs, in præſenti Libro (*g*), ſpecificatis) utpote, ſi EXECUTOR vocatus fuerit, *ad probandum Teſtamentum*, *per Teſtes*; vel, *ad reddendum Computum*; ac AGENS, in *his caſibus* [productis TESTIBUS, ſuper TESTAMENTO;

OBSERVATIONES.

(c) *Pro Debitis Teſtatoris*, &c.] Ad ſimilem effectum habetur, in *Tit.* 232. §. 4. *ad Calcem*, et inter *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c).

(d) *Per Juramentum ſuum, ſi Summæ petitæ fuerint Minores*] Vide *Tit.* 235. *per totum*, et *Obs. ibid.* necnon *Tit.* 236. §. 2. in Calce; etiam *ibid.* §. 8, 9, 10, 11.

(e) *Obtinens Victoriam, obtinebit etiam Expenſas Litis.*] Vide *Tit.* 300. §. 8.

(f) *Ne vix quidem Medietas.*] Aliquando *nullæ* allocantur *Expenſæ*, ſicut quando *Pauper* eſt *Actor*.

(g) *Superiùs, in præſenti Libro, ſpecificatis.*] Vide *Tit.* 6. §. 7. *quoad Teſtamentum*: Item, Vide *Tit.* 227. §. 3. etiam *Tit.* 258. §. 3, 4. *quoad Computum*.

TAMENTO; et exhibito COMPUTO] *renunciaverit Liti*; vel *ulteriùs non litigaverit*; EXECUTOR *non obtinebit* EXPENSAS:

Hinc Executor *Expenſas, ex adverſo*, non *lucratur:*

XI. *Integræ* igitur (in *his* caſibus) EXPENSÆ ſunt COMPUTANTI *allocandæ.*

Ergo, Sibi *integraliter* allocentur, *in Computo.*

XII. Et quámvis ſuprà dicitur (*h*), COMPUTANTEM teneri *probare*, non ſolùm VERITATEM DEBITI, ſed etiam SOLUTIONEM *ejuſdem*;

Debiti *Veritas*, et *Solutio* probanda ſunt;

Sed quomodo?

XIII. Tenent quamplurimi, *ex modernis* ADVOCATIS (*i*), quòd, *ad probandum* VERITATEM DEBITI, ſufficit EXHIBITIO *Literarum Obligatoriarum*, et DEPOSITIO *unius Teſtis*, de *ſigillatione et traditione earundem:*

[1.] *Exhibitio Obligationis*, et *Teſtis ſingularis*, probant *Veritatem Debiti.*

XIV. Et quòd, *ad probandum* SOLUTIONEM, ſufficit DEPOSITIO, *ſeu* TESTIMONIUM *juratum, unius fide digni Teſtis*, de *proprio facto* [videlicet; quòd tale Debitum, in Computo mentionatum, ſit verum; et quòd ipſe Teſtis illud recepit] *et* JURAMENTUM *Partis Principalis* SUPPLETORIUM, ſeu *in* SUBSIDIUM *Probationis.*

[2.] *Teſtis ſingularis*, et *Juramentum Partis Suppletorium*, probant *Solutionem.*

Petens *Allocationem Legatorum*

XV. Quoad SOLUTIONEM verò LEGATORUM, in COMPUTO *mentionatorum*, probare debet COMPUTANS, *talia* LEGATA [quæ ſibi petit allocari] *fuiſſe, in Teſtamento defuncti*, RELICTA: Deinde SOLUTIONEM *eorundem*, per *duos Teſtes*, ſeu (ad minùs) per *unum Teſtem* [nempe, ipſum Legatarium] *et* per JURAMENTUM *Partis Principalis* SUPPLETORIUM.

[1.] Probabit, *Ea fuiſſe relicta, in Teſtamento*; [2.] *Solutionem*, per duos *Teſtes*; vel per *unum*, cum *Juramento* Partis *Suppletorio.*

XVI. Ad probandum verò *talia* LEGATA *fuiſſe* RELICTA, ſi COMPUTANS exhibuerit *Teſtamentum* [cum Approbatione ejuſdem] *Sigillo* JUDICIS (qui *illud* inſinuavit) *communitum*; et ſi PROCURATOR *Actoris*, vel IPSE *Actor* faſſus fuerit, *illud Teſtamentum fuiſſe per* JUDICEM [in dictâ Approbatione Teſtamenti nominatum] *probatum*; vel *Sigillum, eidem Teſtamento, et Approbationi ejuſdem, appoſitum, fuiſſe Sigillum dicti* JUDICIS *approbantis*; habetur et admittitur pro *plenâ et ſufficienti* PROBATIONE; et non tenetur COMPUTANS (in hoc caſu) probare, *per* TESTES, *dicta* LEGATA *fuiſſe* RELICTA (*l*).

Ad probandum *Legatum fuiſſe relictum*, [1.] Exhibendum eſt *Teſtamentum*, cum *Probatione* ſub *Sigillo*; [2.] Fateatur Adverſarius *Sigillum*; Sat eſt.

TITU-

OBSERVATIONES.

(h) *Suprà dicitur.*] in §.1,2,3. *hujus Tituli.*

(i) 1 *Tenent quamplurimi ex modernis Advocatis*, &c.] " Ad hoc inducti, quia ſi agere" tur coram *Judice Seculari*, pro *Debito recu*" *perando*, hæc *Probatio* admitteretur. *MS.*

2 De modo Exhibitionis *Literarum Obligatoriarum*, ad probandum *Veritatem Debiti*; Vide *Tit.* 230. §. 2, 3, 4, 5, 9, 10. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (b) 2.

(l) *Non tenetur Computans (in hoc caſu) probare, per Teſtes, dicta Legata fuiſſe relicta.*] Sic pergit *MS. Antiq.* " Sed (*contra* perſonam pe" tentem *Portionem bonorum* ſibi aſſignari, *ex* " *reſiduo bonorum non legatorum* in Teſtamen" to) *allocanda ſunt*; quia *ſolvi* debent.

Inventarium et *Computus.*

TITULUS CCXXXIX.

Literæ Acquietantiales

Quòd EXECUTORES, ſive ADMINISTRATORES, *poſſunt vocare proximos* CONSANGUINEOS defuncti, *ad videndum* COMPUTUM *reddi*, et *Literas* ACQUIETANTIALES, ſuper *plenâ* ADMINISTRATIONE (*a*) *concedi.*

Etſi *nulla bona inadminiſtrata* ſint penès *Executores*, aut *Adminiſtratores*,

I. QUAMVIS *Executores*, et *Adminiſtratores* [in Debitis perſolvendis, ac in Funeralibus, et aliis Expenſis, et Oneribus neceſſariis] *exhauſerint totas vires*, ſeu *facultates defuncti*, ita ut *nulla bona inadminiſtrata*, *penès eos*, *remaneant:*

Nihilominus, *compellendi* ſint a *Conſanguineis*, *Legatariis*, et *Creditoribus defuncti*, in ſeparatis Cauſis, *ad reddendum Computum.*

II. Tamen *omnes* CONSANGUINEI talis *defuncti*, necnon LEGATARII, et *perſonæ quæcunque*, quibus *defunctus* OBNOXIUS (*b*) *fuit*, poſſunt, ſeparatim *et* disjunctim, ſeu *in ſeparatis Cauſis*, compellere *hujuſmodi* EXECUTORES, et ADMINISTRATORES, *ad reddendum Computum*, et, his rationibus, EOSDEM *infinitis Expenſis* gravare.

Ad *evitandas* hujuſmodi *Lites*;

III. Poſſunt igitur *hujuſmodi* EXECUTORES, et ADMINISTRATORES, ad has *Expenſas*, et *Vexationes evitandas* [quamprimum vocati fuerint (*c*), per *quamcunque* perſonarum prædictarum, *ad reddendum Computum*] vocare unum, *aut* alterum *ex proximis* CONSANGUINEIS defuncti, in SPECIE, et *omnes alios quoſcunque*, *in* GENERE, *Jus*, *aut Intereſſe in bonis*, *juribus*, *ſive creditis*, *dicti defuncti habentes* (*d*), *aut habere prætendentes*, ad *comparendum* [talibus die et loco] *ſi ſua putaverint Intereſſe*; ad *videndum verum et integrum Inventarium*, *bonorum defuncti*, *exhiberi*; ac *Computum*, *de et ſuper Adminiſtratione ſuâ plenâ*, *in bonis dicti defuncti*, *reddi*, *et etiam exhiberi*; ac *Teſtes*, *ſuper eodem*, *recipi*, *admitti*, *et in debitâ Juris formâ jurari*, *eorumque Dicta publicari*; ac *ulteriùs*, *in eodem Negotio*, *procedi*, *juxta Juris exigentiam*, *et Cauſæ naturam* (*e*), *uſque ad Sententiæ definitivæ Prolationem incluſivè ferendam*;

Fiat *Citatio*, contra *proximos Conſanguineos*, Ac *Intereſſe* habentes,

Ad videndum *Inventarium exhiberi*, *Computum reddi*,

Probari,

Et *Sententiam* ferri;

OBSERVATIONES.

(a) *Super plenâ Adminiſtratione.*] De *Computis*, et *plenâ Adminiſtratione*, Vide plura, in *Tit.* 255, 256, 257, 258.

(b) *Obnoxius.*] Id eſt, *Debitor:* Dicitur enim *Obnoxius*, qui Vinculo aliquo *Obligationis*, vel ex *Contractu*, ſive *Damno*, alicui obſtringitur.

(c) *Quamprimum vocati fuerint.*] " Vel, *ſi* " *non fuerint vocati*, in hoc caſu, poſſunt *Exe-* " *cutores*, aut *Adminiſtratores*, vocare *Perſonas*, " in hoc Titulo *ſpecificatas*, ad omnes effectus " in eodem. *MS. Antiq.*

(d) *In bonis, juribus, ſive creditis dicti defuncti habentes.*] Legitur, in omnibus *MSS.* " In bonis, juribus, ſive creditis dicti defuncti, " *vel, in Teſtamento dicti defuncti* (*ſi defunctus* " *aliquod condiderit*) habentes.

(e) *Naturam.*] Hæc adduntur, in *MS. Antiq.* " Necnon *ad intereſſendum ſingulis Seſſioni-* " *bus generalibus*, uſque, &c. ut *ſuprà.*

rendam; cum INTIMATIONE [ut ſuprà, in Titulo (*f*), *De Intimatione neceſſariâ, inſerendâ in Citatione, in Cauſâ Teſtamentariâ*]

Cum *Intimatione*:

IV. Procedendum eſt, in hoc caſu, *in præſentiâ comparentium* [ſi aliqui comparuerint] et *in pœnam Contumaciæ non comparentium* [et omnia ſunt agenda, ut in Titulo *prædicto* (*g*), et in Titulo, *De modo inchoandi* (*h*), *proſequendi, et finiendi Litem* (*in Cauſâ Matrimoniali*) *ſi Reus non poſſit citari, vel citatus, per Edictum publicum, nec per ſe, nec per Procuratorem comparuerit*]

Quomodo *procedendum* ulteriùs?

V. Et nota; Quòd admodum neceſſarius eſt *Iſte Modus procedendi* (*i*), EXECUTORIBUS, et ADMINISTRATORIBUS; non ſolùm (ut ſuprà (*l*) dicitur) *ad amputandas diverſas*, ſeu *multiplices* ACTIONES, *ad reddendum Computum*; verùm etiam *ne mortuis* TESTIBUS (*m*) [qui potuerunt deponere, *de* SOLUTIONE *Debitorum*, et *Expoſitorum*] tunc EXECUTORES, vel ADMINISTRATORES *hujuſmodi* vocarentur, *ad reddendum, et juſtificandum Computum*: Quod vidi ſæpe practicatum (*n*).

Hujuſmodi Praxeôs *Utilitas*, (Scilicet) Ad *Lites amputandas*, Et *ne* Morientium *pereat* Teſtimonium.

VI. Adde etiam; Si EXECUTOR, vel ADMINISTRATOR, hujuſmodi *Computum* probaverit; et *Sententiam* JUDICIS obtinuerit, *quòd integrè et plenè adminiſtravit bona defuncti*, et *quòd nulla bona inadminiſtrata, penès eum, remaneant*; liberabuntur etiam *Illius* EXECUTORES, et ADMINISTRATORES, *a redditione Computi, de bonis* primi *defuncti*:

(Præterea) Probato *Computo*, et latâ *Sententiâ*; nempe, *quòd Executor*, vel *Adminiſtrator* plenè *adminiſtravit*; liberabuntur etiam *illius Executores*, et *Adminiſtratores*, a *Computo* bonorum *primi* defuncti;

VII. Nam notandum eſt; Quòd hujuſmodi *ſecundi* EXECUTORES (*o*), vel ADMINISTRATORES, compelli poſſunt, *ad reddendum Computum*, de bonis *primi defuncti*; ſi *ejus* EXECUTORES, vel *primi* ADMINISTRATORES, aliàs non *reddiderunt Computum*, nec *eundem juſtificaverint*:

Secùs, non.

VIII. In quo caſu, iſti *ſecundi* EXECUTORES, vel ADMINISTRATORES, carebunt Beneficio JURAMENTI *de Minoribus Summis* [de Quo ſuperiùs tractatur, in Titulo, *De Juramento* (*p*) *Partis computantis, de Minoribus Summis*, &c.]

Regula: Secundi *Executores*, et *Adminiſtratores*, carebunt Beneficio *de Minoribus Summis*:

IX. Nam

OBSERVATIONES.

(f) *Cum Intimatione, ut ſuprà, in Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 222. *per totum*, et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (d).

(g) *Ut in Titulo prædicto.*] 222.

(h) *Et in Titulo, De modo inchoandi,* &c.] Vide *Tit.* 199.

(i) *Admodum neceſſarius eſt Iſte Modus procedendi.*] De Beneficio Exhibitionis *Inventarii*, et Redditionis *Computi.* Vide *Tit.* 230. §. 11, 12, 13, 14. Item *Tit.* 233. §. 2, 3. Nec non *Tit.* 237. *per totum.* Etiam *Tit.* 256. §. 14.

(l) *Ut ſuprà dicitur.*] §. 2. in *calce*, §. 3. in *capite.*

(m) *Ne mortuis Teſtibus.*] De Teſtibus (ne pereat Teſtimonium) examinandis, *in perpetuam rei Memoriam*, Vide *Tit.* 6. §. 5. in capite; *Tit.* 199. § 1. in calce, §. 4 in calce, §. 12. in calce; *Tit.* 222. §. 1. in medio.

(n) *Sæpe practicatum.*] Hìc adduntur ſequentia in *MSS.* "Præſertim, *contra* Executores *et* "Adminiſtratores *Minorum*, cùm *Minores* complèverint *Ætatem legitimam.*

[Vide, infra, *Obs.* ſub *lit.* (t)]

(o) *Hujuſmodi ſecundi Executores*] De his, Vide plura, inter *Obs.* in *Tit.* 247. ſub *lit.* (d).

(p) *In Titulo, de Juramento,* &c.] Vide *Tit.* 235. *per totum*, et *Obs. ibid.*

Ratio:

Juramentum, *de Minoribus Summis*, ſolummodo *Parti has exponenti*, concedendum eſt.

IX. Nam JURAMENTUM, *ſuper Minoribus Summis*, non eſt deferendum, niſi PARTI *quæ eas expoſuit*; et ideo dictum JURAMENTUM concedendum eſt dictis *primis* EXECUTORIBUS, vel ADMINISTRATORIBUS.

Probatio Computi, *ad Inſtantiam unius*, alterum *non præcludit*, niſi, in *ſpecie*, vel in *genere*, vocatum:

X. Adde etiam; Quòd PROBATIONES factæ ſuper COMPUTO, reddito *ad Inſtantiam habentis Intereſſe*, non faciunt *plenam fidem* contra *alium*, aut *tertium*, etiam *habentem Intereſſe*; ſaltem, ſi *non* fuerit vocatus (ut ſuprà) in SPECIE, vel in GENERE (*q*):

Ratio:

XI. Quia, ACTA, *inter tales perſonas* (*r*), non nocent *aliis abſentibus*.

Regula generalis, De *Liberatione Computantium* (vocatis vocandis, tam in ſpecie, quàm in genere) *ab ulteriori Computo reddendo:*

XII. Quámvis, ſuprà dicitur (*ſ*), EXECUTORES, vel ADMINISTRATORES poſſe vocare [tam in SPECIE, quàm in GENERE] *omnes et ſingulos*, &c. *ad videndum Computum reddi*, &c. et quòd *hujuſmodi* EXECUTORES, vel ADMINISTRATORES, liberantur *ab ulteriori redditione Computi*, *ad Inſtantias* aliarum *Perſonarum*, *Partiumve:*

Exceptio, Quoad *Minores*, ad legitimam Ætatem *pervenientes:*

XIII. Fallit tamen, quoad MINORES, *Intereſſe habentes:* Quia [cùm ad *legitimam Ætatem* pervenerint] EIS liberum erit, *hujuſmodi* EXECUTORES, vel ADMINISTRATORES, vocare, *ad reddendum Computum*, non obſtantibus præmiſſis:

Ratio.

XIV. Quia, *Geſta contra* MINOREM *nullo modo præjudicabunt* (*t*).

OBSERVATIONES.

(q) *Vocatus, ut ſuprà, in ſpecie, vel in genere.*] Utì præſcriptum eſt in §. 3, 4. *hujus Tituli.*

(r) *Inter tales perſonas.*] Varia Lectio eſt; " Inter *alias* perſonas.

(ſ) *Suprà dicitur.*] §. 3, 4, 5, 6.

(t) 1 *Præjudicabunt.*] Hìc, in *Veteri* (penès me) *MS.* hæc verba ſequuntur, Videlicet;

" Quære tamen utrùm, in his caſibus, *Minores* poſſint vocari, *ad conſtituendum Procuratorem*, vel *ad petendum Curatores aſſignari*, ſi ſint *ultra Ætatem ſeptem Annorum*; et ſi fuerint vocati, et *non petierint Curatores aſſignari*, an geſta, *in pœnam eorum Contumaciæ*, valeant, et *Minoribus* præjudicabunt?

2 " Vel, Utrùm JUDEX, *ex Officio ſuo*, poſſit *Minoribus*, *infra ſeptem Annos*, aſſignare *Curatores*; et, ſi aſſignaverit, an geſta, in *eorum* præſentiis, *Minoribus* præjudicabunt?

3 " À *Doctiſſimis Advocatis* ſæpe dictum audivi, *hujuſmodi Proceſſum valere, in caſibus prædictis*, videlicet:

4 " Quòd *Minores*, ultra *ſeptem Annos*; vocari poſſunt; et *Minoribus* infra *ſeptem Annos Curatores dari poſſunt*; et *quòd eis præjudicabunt hujuſmodi geſta*, cùm *ad plenam Ætatem pervenerint*.

TITU-

Curatores, Minores, Legatum.

Minor Septem Annis.

TITULUS CCXL.

De Aſſignatione, ſive *Datione* CURATORUM, *ad Lites Minori Septem Annis*, ad *petendum* LEGATUM.

Legato, *Minori Septem annis*, relicto.

Forma *Allegationis* proximi Conſanguinei, *pro Infante*.

Petitio *Aſſignationis* Curatorum, *ex Officio* Judicis.

I. SI LEGATUM (*a*) ſit relictum *Minori ſeptem Annis* (*b*), tunc PATER, ſive *proximus* CONSANGUINEUS hujuſmodi *Minoris* adibit JUDICEM, coram quo intendit *Cauſam Legati* proſequi, et allegabit [talem] *defunctum condidiſſe Teſtamentum*, et *ejuſdem Teſtamenti* [talem] *conſtituiſſe Executorem*; et *quòd legavit* B. *ejus Filio, in Minori Ætate* [id eſt, infra ſeptimum Ætatis annum] *quædam Legata*; et *quòd, ratione hujuſmodi Ætatis, dictus Minor non habet Perſonam habilem*, et *idoneam agendi, aut ſtandi in Judicio pro recuperatione* (*c*) *Legati hujuſmodi*; et *Judicis Officium, in eâ parte, implorabit*; petetque *Curatores* (*d*), *ad Lites, dari et aſſignari dicto Minori, ad agendum contra hujuſmodi Executorem, pro Legato antedicto.*

II. Tunc

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Legatum.*] *Legatum Pium* eſt, quod Religioni, bonis Literis, et Paupertati relinquitur.

2 Dicitur autem *Legatum Purum*, quod eſt præſens:

3 Cui opponitur *Legatum Conditionale.*

4 *Legatum Annuum* eſt, quod in ſingulos Annos, id eſt, omni Anno, debetur:

5 Similiter etiam *Legatum Uſusfructûs*, quæ ambo cum Morte finiantur.

6 *Pingue Legatum* dicimus, quod non tenue, vel mediocre, ſed magni Pretii, ſeu Valoris eſt.

7 *Legatum Ademptum* eſt illud, quod Teſtator adimit Legatario, Voluntate mutatâ.

8 *Legatum* dicitur *Tranſlatum*, quando Teſtator, Legatario ademptum, transfert in alium.

9 *Legatum Caducum* dicitur, quod defuncto ſit relictum, quem tamen Teſtator inter vivos eſſe credebat:

Idem eſt Legatum ei relictum, qui ante Teſtatorem ab hâc luce migraverit:

Item, quando res legata inveniri non poteſt:

Etiam, ſi Legatarius Legato renunciat: Vel, ſi Conditio, ſub quâ ſit relictum, deſit.

10 *Legatum Inutile* vocatur, cùm deficit Legatum, ex Perſonâ legantis:

Cùm deficit, propter rem, quæ legatur:

Cùm deficit, ob Perſonam, cui legatur:

Quando uterque, et qui legat, et cui legatur, inhabilis eſt:

Cùm Legatum ſit in re propriâ, ejus cui relinquitur.

(b) 1 *Minori ſeptem Annis.*] Uſque *ſeptimum Ætatis Annum*, propriè vocantur *Infantes.*

2 Ab *Anno ſeptimo*, donec ad *viceſimum primum* pervenerint, appellantur *Minores.*

3 Hos autem *Ætatis plenæ*, ſeu *legitimæ* fieri intelligimus, qui *viceſimum primum Ætatis Annum* attigerunt.

4 Niſi verò Teſtatoris Voluntas *in contrarium arguetur*, Executor, *Anno ſuæ Ætatis decimo ſeptimo*, ad ſuſcipiendum in ſe *Onus Executionis Teſtamenti* habilis exiſtimatur.

(c) *Standi in Judicio, pro recuperatione*, &c.] " Standi in Judicio, *nec petendi Curatores dari*, " pro recuperatione, *&c. MS. Antiq.*

(d) *Curatores.*] Dari, et aſſignari ſolebant, ab antiquo, *Curatores*, ſive *Tutores*, non ſolùm *Infantulis*, et *Minoribus*; ſed etiam *Furioſis, Prodigis, Mutis, Surdis, Dementibus, Idiotis, Fatuis, Debilibus Perſonis*, ſeu *perpetuo Morbo affectis*, Eiſque *qui rebus ſuis ſupereſſe non potuerunt.*

Judicis Aſſignatio Curatorum, *ex Officio.*

II. Tunc JUDEX ſolet aſſignare dictum PATREM, vel CONSANGUINEUM, ac unum, *vel* plures, ex PROCURATORIBUS (*e*) ſuæ Curiæ (conjunctim, et diviſim) *in* CURATORES, *ad Lites, dicto Minori ſeptem Annis* (*f*):

Judicis *Aſſignatio* Curatorum, *ex Officio*, fit Minori *ſeptem Annis*; Datur *Electio* Curatoris *Minori*, qui *ſeptennium excedit.*

III. Nam JUDEX *Minori ſeptem Annis* aſſignare poteſt CURATORES, *non petente Minore*; ſecùs, *Minoribus excedentibus ſeptem Annos* (*g*).

OBSERVATIONES.

(e) *Ac unum, vel plures e Procuratoribus,* &c.] Hoc in Arbitrio *Judicis* fit; ſed nunquam memini practicatum. Vide *Tit.* 245. §. 4. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (f).

(f) *Dicto Minori ſeptem Annis*] "Etiam abſenti, et non petenti. *MSS.*

(g) 1 *Secùs, Minoribus excedentibus ſeptem Annos.*] Vide, de hoc, in *Tit.* 241.

2 Poteſt autem *Minor*, ultra *Ætatem ſeptem Annorum*, ob cauſas rationabiles, retractare *Curatorem, aliàs ſibi datum*; et per *alterum Curatorem* (de novo electum, *et* legitimè aſſignatum) cogere *priorem*, ad *reddendum Computum.*

Curatores, Minores, Legatum.

Minor Septennium excedens.

TITULUS CCXLI.

De Aſſignatione CURATORUM *Minori*; ultra tamen *Ætatem ſeptem Annorum.*

Fiat *Electio*, et *Petitio Aſſignationis* Curatorum, per *Minorem* ultra *ſeptennium*;

I. AGENDUM, et allegandum eſt, *ut ſuprà* [in proximo præcedenti (*a*) Titulo] hoc excepto; Quòd *Minor*, ſi exceſſerit *ſeptimum Ætatis Annum, tenetur* perſonaliter *comparere, coram* JUDICE (*b*), et *allegare*, et *petere*, ut priùs (*c*):

Secùs, *non valebit Curatio.*

II. Alioquin, non valet *hujuſmodi* ASSIGNATIO *Curatorum* (*d*); et objici poteſt (*e*) contra *hujuſmodi* CURATOREM, *quòd non ſit legitimus Curator*; ſeu *legitimè in Curatorem datus.*

OBSERVATIONES.

(a) *Agendum, et allegandum eſt, ut ſuprà, in proximo præcedenti Titulo.*] Mutatis verò mutandis, et inſertis inſerendis: Quoniam, in hoc caſu, fit ELECTIO *Curatoris*, per hujuſmodi *Minorem* ultra *ſeptennium*, aut *perſonaliter*, aut per *Inſtrumentum*, ſub Manu et Sigillo ſuis *firmatum*, et *petitur* ASSIGNATIO ejuſdem *Electi*, in *Curatorem*, aut per *ipſum Minorem*, ejuſve *Procuratorem* in tali *Inſtrumento*, ſeu *Procuratorio*, debitè *conſtitutum*: Prout habetur in *Formulis*, [Vide *Obs.* in *Tit.* 243. ſub *lit.* (a)]

(b) *Minor, ſi exceſſerit ſeptimum Ætatis Annum, tenetur perſonaliter comparere, coram Judice.*] Quoad hoc, perlege *Tit.* 242. necnon *Tit.* 243. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (a)]

(c) *Ut priùs.*] In proximo præcedenti Titulo, *mutatis mutandis.*

(d) 1 *Non valet hujuſmodi Aſſignatio Curatorum.*] "Nec dicitur legitima. *MS. Antiq.*

2 In Formulâ *Actûs Curationis*, pro *Minore ſeptem Annis*, ſic habetur: NEGOTIUM *Aſſignationis* (ex *Officio Judicis*) cujuſdam N. in Curatorem, &c.

3 Sin *Minor* exceſſerit *Septimum Annum*, ita eſt: NEGOTIUM *Electionis* et *Aſſignationis* cujuſdam N. in Curatorem, &c.

(e) 1 *Et objici poteſt.*] "Per Partem, *citatam*, ad Inſtantiam talis Curatoris. *MS. Antiq.*

2 Sed nota; quòd Curatores non ſolùm aſſignari, ſeu dari ſolent, *ad Lites inſtituendas*, et *proſequendas*; ſed etiam, *ad petendum*, et *extrahendum Literas Aminiſtrationis*: Aliquando, *ad conſentiendum Matrimonio*: Necnon *ad omnes quoſcunque Juris effectus.*

TITU-

Curatores, Minores, Legatum.

TITULUS CCXLII.

De Aſſignatione CURATORUM, vigore *Commiſſionis.*

Commiſſio, pro Curatore.

I. SI *Minor ultra ſeptem Annos* habitaverit *in partibus*, a Loco Judicii, *remotis*, ita quòd [non ſolùm ſine *magnis Expenſis*, verùm etiam *periculo Minoris*] commodè ad *Locum Judicii* adduci nequeat:

Minore *ultra ſeptennium* procul commorante,

II. JUDEX ſolet [ad petitionem Patris, vel proximi Conſanguinei, dicti Minoris, allegantis *ut ſuprà* (*a*), et adductus *per Diſtantiam Loci*, et *Diſcrimen Itineris*] concedere COMMISSIONEM, ad partes, *aliquibus Viris in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis* [et proximis *Vicinis* dicto *Minori*] ad *Sumptus* (ut præfertur) *parcendos*; vel poteſt JUDEX committere Vices ſuas *Ordinario illius Loci* [niſi habitaverit longè a Loco, in quo verſatur Minor] *ad aſſignandum Curatores hujuſmodi* (*b*):

Fiat *Commiſſio*, *Ad aſſignandum* Curatores:

III. Coram hujuſmodi COMMISSARIIS, ſeu COMMISSARIO, comparebit dictus *Minor*, ac allegabit, ut in Titulo penultimo (*c*) [*De Aſſignatione, ſive Datione Curatorum, ad Lites, Minori, ſeptem Annis*]

*Allegand*a per Minorem:

IV. Et COMMISSARIUS, ad petitionem *Minoris*, aſſignabit *Curatores*, ut ſuprà.

Electio, et *Aſſignatio* Curatorum.

V. Deinde, *relato* CERTIFICATORIO [Judici concedenti Commiſſionem prædictam] *de* ASSIGNATIONE *Curatoris*, CURATOR poterit obtinere *Citationem*, NOMINE *ſuo* CURATORIO (*d*), contra

Relatâ *Commiſſione*, Fiat *Citatio*, Nomine Curatorio,

OBSERVATIONES.

(a) *Allegantis ut ſuprà.*] In *Tit.* 240. mutatis mutandis.

(b) *Curatores hujuſmodi.*] Varia Lectio hujus Sectionis [numero 2. notatæ] talis eſt, in *MS. Antiq.*

"Compareat Pater, vel proximus Conſanguineus, hujuſmodi Minoris, coram Judice (coram quo intendit inſtituere Litem, in Causâ Subſtractionis Legati) et alleget, prout in ſecundo præcedenti Titulo [*De Aſſignatione, ſive Datione Curatorium, ad Lites, Minori ſeptem Annis, ad petendum Legatum*] continetur: Addendo *Minorem habitare in longinquis partibus Regni*, et *commodè* (*tam propter Loci Diſtantiam, quàm Vitæ Diſcrimen, et ſine magnis Expenſis*) *non poſſe perſonaliter comparere*, ad *petendum Curatores aſſignari*; et ideo petat *Commiſſionem decerni, ad partes, aliquibus Viris in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutis, ex proximis Vicinis dicti Minoris* [vel *Ordinario illius loci*, niſi habitaverit longè a loco, in quo verſatur Minor] *ac Vices Judicis illis, conjunctim et diviſim, committi*, ad *aſſignandum, huic Minori, Curatores.* Hanc Commiſſionem JUDEX ſolet concedere.

(c) *Ac allegabit, ut in Titulo penultimo.*] §. 1. mutatis mutandis.

(d) *Curator poterit obtinere Citationem, Nomine ſuo Curatorio*] Non emanare ſolet CITATIO *Nomine Curatoris*, utpote, *ad comparendum*, &c. *ad reſpondendum* N. *Curatori* M. *Minoris*; ſed hoc modo, ſcilicet, *ad comparendum*, &c. *ad*

In *Cauſâ Legati.*

contra EXECUTOREM, in *Cauſâ Subſtractionis Legati:* Et valet hæc ASSIGNATIO.

OBSERVATIONES.

ad reſpondendum M. *Minori,* per N. *ejus Curatorem ad Lites,* ritè et legitimè aſſignatum, *agenti:* Et poſtmodum, *in Actis Curiæ,* per totum Proceſſum, deſcribitur etiam Cauſa, M. *per Curatorem,* contra L. Vide *Tit.* 244. § 1, 2, 5. et *Obs. ibid.* ſub *lit,* (b) (e)

Curatores, Minores, Legatum.

Procuratorium, pro Curatore.

TITULUS CCXLIII.

De Conſtitutione PROCURATORIS, per *Minorem,* ad *petendum* CURATORES *aſſignari.*

Electio Curatoris, per *Minorem,* ſi ſit *major ſeptem,* vigore *Procuratorii,*

I. MODERNI JURISCONSULTI tenent, *Quòd Minor,* ultra tamen *ſeptem Annos,* poteſt conſtituere *ſpecialem Procuratorem,* ad petendum *Curatores ſibi dari;* et *quòd valet hujuſmodi Procuratorium,* et *Aſſignatio Curatoris,* ad petitionem *dicti Procuratoris:*

Valet t

II. Controverſum tamen fuit, in quâdam Cauſâ alicujus momenti; *Utrùm hujuſmodi Procuratorium,* et *Conſtitutio Procuratoris,* de JURE, *valebant?* Sed adjudicatum fuit, *valuiſſe;* et ita etiam, in his caſibus, practicatur:

Non *ita* quondam.

III. Retroactis tamen temporibus, *hujuſmodi Procuratorium,* et *Aſſignatio Curatorum, vigore ejuſdem,* non fuerunt in uſu (*a*).

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Non fuerunt in uſu*] Revireſcunt autem *hodie:*

2 Et ſolet hujuſmodi *Procuratorium* ſigillari Sigillo *Minoris,* et *ejus* Manu ſubſcribi; et, in *eo* ſpecialiter nominantur, *quos* eligi vult *Minor,* in *Curatores* ſuos, per *Procuratorem* ſuum, *qui præſentes* eſſe debent, et *Onus Curationis,* in ſe, *acceptare.* [Vide *Obs.* in *Tit.* 241. ſub *lit.* (a)]

Curatores, Minores, Legatum.

Libellus Legati, pro Minore.

TITULUS CCXLIV.

De formâ concipiendi LIBELLUM, et *ſcribendi* ACTUM, poſt *datum* CURATOREM, in *Cauſâ* LEGATI (*a*).

In Exordio *Libelli,* pro Legato,

I. IN EXORDIO, ſeu (ut dicunt) *Præambulo* cujuſcunque LIBELLI, ita deſcribitur, ſeu narratur *Cauſa:*

II. PARS

OBSERVATIONES.

(a) *In Cauſâ Legati.*] Aliter, in *nonnullis* MSS, inſcribitur hic Titulus; hoc (ſcilicet) modo:
" *De Exordio Libelli in Cauſâ Legati, inſtitutâ per Curatores;* ac *de ſpeciali Articulo, in* " *eodem, inſerendo;* deque *neceſſariâ Deſcriptione Actorum, in eâdem Cauſâ.*

II. Pars *probi Viri* N. [*Curatoris, ad Lites,* M. *Minoris* (*b*), *legitimè* (*c*) *aſſignati*] *dico, allego* (*d*), *et, in his ſcriptis, in Jure propono,* &c. [ut in *cæteris* Libellis *ordinariis*] *Qualis Deſcriptio Cauſæ?*

III. Et poſtquam *communes,* et *uſuales* Articuli Libellorum, *in Cauſis Legatorum,* ſcripti ſint; *particularis,* et *ſpecialis* Articulus ſcribendus eſt; videlicet: *Uſuales* Articuli.

IV. *Quòd dictus* N. *fuit et eſt in Curatorem, ad Lites, dicto* M. *Minori, legitimè aſſignatus, et datus; prout ex Actis hujus Curiæ,* (*ad quæ ſe refert Pars iſta*) *liquet.* *Specialis* Articulus.

V. In Descriptione verò *omnium* Actorum, in hâc Cauſâ, *expediendorum,* primò *Nomen* Curatoris (*e*) ſcribendum eſt; deinde *Nomen* Minoris; tertiò *Nomen* Rei. Deſcriptio *Actorum.*

VI. Hìc admonendus eſt Curator; Quòd, quàmvis (ut ſuprà (*f*) dicitur) *Aſſignatio Curatorum,* per Commissarios in partibus, *vigore* Commissionis, *tranſmittenda ſit* Judici *concedenti* Commissionem: *Aſſignatio* Curatorum (Vigore Commiſſionis) tranſmiſſa Judici,

VII. Tamen, quia hujuſmodi Commissio introducta, et exhibita fuit, *in* abſentiâ Partis *adverſæ,* curet eandem *ex ſuperabundanti* [et in ſubſidium Probationis contentorum in Libello] *exhiberi in* præſentiâ Partis *Reæ,* idque *ante Concluſionem in Cauſâ.* Ex ſuperabundanti *exhibenda* eſt, [1] In *ſubſidium* Probationis *Libelli*: [2] In *Adverſarii* præſentiâ: [3] Ante *Concluſionem.*

OBSERVATIONES.

(b) *Pars probi Viri* N. *Curatoris, ad Lites,* M. *Minoris.*] Ubi *Legatarius* in *Minori ſuâ Ætate* conſtitutus erat, olim agere ſolebant *Curatores ad Lites,* eorum *Nomine Curatorio,* pro *Minore,* in Cauſâ *Subſtractionis Legati,* ſive *Legatorum*; prout in Libellorum *Formulis,* admodum *antiquis,* invenimus, in hunc modum:

" In Dei Nomine Amen. Coram *Vobis,* " &c. Pars *diſcretorum Virorum* I. G. Notarii " Publici, Almæ Curiæ Cantuarienſis de Arcubus London Procuratorum generalium unius, " *necnon* H. M. Patris naturalis et legitimi, " *Curatorum ad Lites* I. M. et E. M. Minoribus, ritè et legitimè, ac conjunctim et diviſim, " Authoritate hujus Curiæ, *aſſignatorum,* &c.

Tenor autem *Proœmii* Libelli *moderni,* ubi *Minor* agit pro *Legato,* per *Curatorem,* talis eſt; Videlicet:

" In Dei Nomine Amen. Coram *Vobis,* " &c. Pars I. M. et E. M. *Minorum,* per H. M. " eorum Patrem naturalem et legitimum, et " Curatorem, *agentium,* &c.

(c) *Legitimè aſſignati*] " Contra et adverſus " L. Executorem, &c. [*MS. Antiq.*]

(d) *Dico, allego,* &c.] Hodie ponitur, in omnibus *Libellis,* in tertiâ perſonâ; ſcilicet: " *dicit, allegat, et in his ſcriptis in jure proponit,* " *articulatim, prout ſequitur* (videlicet)

(e) *Primò nomen Curatoris.*] Hodie verò breviter, *in Actis Curiæ,* et omiſſo *nomine Curatoris,* hoc modo, deſcribitur *hujuſmodi Cauſa*; ſcilicet; " M. *per* Curatorem, *contra* L.

(f) *Ut ſuprà dicitur.*] In *Tit.* 242. §. 5.

Curatores, Minores, Legatum.

Cautio Indemnificatoria.

TITULUS CCXLV.

De CAUTIONE *petendâ*, per PROCURATOREM, *aſſignatum in* CURATOREM, pro *ejus Indemnitate*.

Ubi *Sententia* lata ſit contra *Curatorem*, in *Cauſâ* prætenſâ *Legati*,

I. ALIQUANDO contingit, quòd in Cauſis, NOMINE CURATORIO, *pro Legatis*, inſtitutis (*a*), SENTENTIA ferenda ſit *contra* CURATOREM:

(Bonis *plenè* adminiſtratis)

Minor non condemnatur in *Expenſis*, ſed *Curator.*

II. Præſertim, ſi EXECUTOR allegaverit, *et* probaverit *Inſufficientiam bonorum*, ad *Solutionem Legati* (*b*); in quo caſu CURATOR [id eſt (*c*), PROCURATOR] et non PUPILLUS, ſive MINOR, eſt *condemnandus in* EXPENSIS (*d*).

Caveat *Procurator* (in *Curatorem* aſſignatus) de *Satiſdatione*, pro ejus *Indemnitate*, ſi *ſuccumberet* in Cauſâ:

III. Caveat igitur PROCURATOR, ut habeat SECURITATEM *idoneam*, pro *ejus Liberatione*, et *Indemnitate*, ab hujuſmodi EXPENSIS, caſu quo condemnetur *in eiſdem*, et ſuccumbat *in Cauſâ:*

Ratio: *Procuratore* (etſi cum *altero*) in *Curatorem dato*, geſta ſunt omnia *Nomine Procuratoris.*

IV. Nam quàmvis JUDEX (*ut ſuprà* (*e*) *dicitur*) aſſignaverit PATREM, vel CONSANGUINEUM *Minoris*, in CURATOREM, unà cum aliquo, *ſuæ Curiæ*, PROCURATORE (*f*); tamen omnia geri, et expediri ſolent, *Nomine iſtius* PROCURATORIS, et *non* CURATORIS.

OBSERVATIONES:

(a) *In Cauſis, Nomine Curatorio, pro Legatis, inſtitutis.*] Vide *Tit.* 242. §. 5. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (d) necnon *Tit.* 244. §. 1, 2, 5. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (b) (e).

(b) *Inſufficientiam bonorum, ad Solutionem Legati.*] Hæc adduntur, in *MSS.*
" Vel, ſi *Executor* allegaverit *et* probaverit " *Solutionem Legati*; Vel, ex Verbis Teſtamen- " ti, conſtare, *Legatum non eſſe ſolvendum Cu-* " *ratori.*

(c) *Curator, id eſt, Procurator.*] Vide *Tit.* 240. §. 2.

(d) *Eſt condemnandus in Expenſis.*] " Et ipſe " *Curator*, et *non Minor*, eſt *excommunicandus*, " pro non Solutione. *MS.*

(e) *Ut ſupra dicitur.*] In *Tit.* 240. §. 2.

(f) *Unà cum aliquo ſuæ Curiæ Procuratore.*] Hodie, non ita practicari ſolet. Vide *Tit.* 240. §. 2. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (e).

Curatores, Minores, Legatum.

Solutio Curatori.

TITULUS CCXLVI.

De SOLUTIONE *Legati*, CURATORI *factâ.*

Legatum, *Minori* debitum, *Curatori* ſolvens liberatur;

I. SI EXECUTOR ſolverit, CURATORI *legitimo*, LEGATUM *debitum* MINORI, liberatur ab *ulteriori* SOLUTIONE *ejuſdem*,

dem, MINORI, cùm *ad legitimam* ÆTATEM *pervenerit*; quàmvis CURATOR LEGATUM *hujuſmodi* non ſolverit MINORI, quia forſan non ſit ſolvendo (*a*): Etſi *Curator* non ſolverit *Minori*:

II. Ratio eſt; Quia EXECUTOR, ſolvebat *hoc* LEGATUM *interveniente* JUDICIS *Decreto*: Id eſt; quia JUDEX conſtituit talem CURATOREM, *ad agendum, et recuperandum* LEGATUM *hujuſmodi*: Ratio: (Scilicet) *Interventio Decreti Judicis.*

III. Caveat igitur JUDEX, quem conſtituat in CURATOREM. Cautela; *Sit Curator ſolvendo par.*

IV. Admonendus tamen eſt EXECUTOR, ad evitandum *Dubium*, quod oriri poſſit, de hâc *quæſtione* [videlicet, *utrùm liberetur a Solutione Legati Minori, cùm ad legitimam pervenerit Ætatem, per Solutionem ejuſdem Curatori*] ut non ſolvat *hoc* LEGATUM, priuſquam *dictus* CURATOR *inſtituat*, contra eum ACTIONEM, Nomine Curatorio, *pro Legato hujuſmodi*: Solvat quò *tutiùs* Legatum, Ne ſolvat *Executor* ante *Litem inſtitutam, Nomine Curatorio*, pro Legato:

V. Quâ ACTIONE *inſtitutâ*, et EXECUTORE *citato*, offerat LEGATUM *judicialiter* (*b*); illudque dimittat *apud Acta* JUDICIS; et tunc *liberatur* EXECUTOR, et JUDEX *oneratur*: *Ratio*; Dimittendo Legatum *apud Acta*, liberatur *Executor*, oneratur *Judex.*

VI. In iſto caſu, JUDEX non ſolet, neque tenetur tradere CURATORI LEGATUM oblatum, *ad uſum* MINORIS; niſi editâ priùs CAUTIONE, per CURATOREM, idoneâ, *pro* JUDICIS *et* EXECUTORIS, in eâ parte, INDEMNITATE; et *de ſolvendo illud* MINORI, *cùm ad legitimam Ætatem pervenerit.* Ante *Legati receptionem*, Satiſdat *Curator*, pro Judicis *et* Executoris *Indemnitate*, deque *ſolvendo* Minori, cùm *plenæ* fuerit *Ætatis.*

OBSERVATIONES.

(a) *Non ſit ſolvendo.*] Hæc ultima Clauſula hujus Sectionis ita legitur, in *MS. Antiq.* " Quámvis Curator, *lapſis forſan facultatibus*, " non ſit ſolvendo; *ſeu* Legatum hujuſmodi " non ſolverit Minori.

(b) *Offerat Legatum judicialiter.*] De Formâ Oblationis hujuſmodi, Vide *Tit.* 250, 251, 252, 253, 254.

Legata.

TITULUS CCXLVII.

Citatio.

Quòd Omnes EXECUTORES (*a*) *vocandi ſunt* in *Cauſâ* SUBSTRACTIONIS LEGATI; deque EXCEPTIONE, per CITATUM, *proponendâ*, ſi Omnes *non fuerint vocati.*

I. SI TESTATOR *plures* conſtituerit EXECUTORES, et hi *Omnes* probaverint Teſtamentum, et LEGATARIUS citaverit, ſeu egerit contra *unum tantùm* EXECUTOREM, in *Cauſâ Legati*: Si unus, *e pluribus Teſtamentum probantibus*, vocetur Executor, *in Cauſâ Legati*,

II. *Ille*

OBSERVATIONES.

(a) *Quòd omnes Executores.*] Hìc additur (in *MS.*) " *Qui probârunt Teſtamentum.*

Alleget, *ſe non teneri reſpondere*, niſi *vocatâ integrâ parte.*

II. *Ille* EXECUTOR quàmvis [ad purgandum Contumaciam] comparere tenetur, tamen [in die Comparitionis ſuæ] poterit allegare, *Defunctum plures* [nempe tales] *conſtituiſſe Executores*; *et quòd Omnes probârunt Teſtamentum, et acceptârunt in ſe Onus Executionis ejuſdem*; quódque *Superſtites ſunt*; et ideo *ſe non teneri reſpondere, in Cauſâ*, nec *Litem illam in ſe ſuſcipere*, niſi *vocatâ integrâ Parte* [hoc eſt, *omnibus* cæteris EXECUTORIBUS]

Fiat hujuſmodi *Allegatio* ante *Litis Conteſtationem:*

III. Sed hæc ALLEGATIO ponenda eſt *ante Litis Conteſtationem*; aliàs allegari non poteſt:

Ratio.

IV. Quia REUS, *conteſtando Litem*, in ſe ſuſcepit *Defenſionem Cauſæ*, et renunciavit *Beneficio Exceptionis* (*b*).

Ubi *plures* fuêre Executores, et *unicus* extat *Superſtes*,

V. Sed dato, quòd TESTATOR *tres*, vel *plures* EXECUTORES conſtituerit, *et* quòd *Omnes* probaverint Teſtamentum, *et poſtea* Mortem obierint, *uno excepto:*

Agitur, *in Cauſâ Legati*, contra hunc *Superſtitem.*

VI. LEGATARIUS tamen *non* poterit, in hoc caſu, agere *in Cauſâ Legati*, contra EXECUTORES, ſeu ADMINISTRATORES eorundem EXECUTORUM, ſed contra EXECUTOREM *ſuperſtitem.*

Demortuis omnibus Executoribus, agitur contra *Executorem*, ſeu *Adminiſtratorem* ultimò viventis;

VII. Et ſi *omnes* EXECUTORES Fatis ceſſerint, *ante* ullam hujuſmodi Litem inſtitutam, LEGATARIUS agere tenetur contra EXECUTOREM, ſeu ADMINISTRATOREM, *ſuperviventis* [hoc eſt, ultimò morientis] EXECUTORIS.

In hoc caſu, *Præſumptio qualis?*

VIII. Ratio (in hiſce caſibus) eſt; Quia præſumitur *bona defuncti* non *adminiſtrata*, per *cæteros* EXECUTORES; penès *ultimum viventem* EXECUTOREM remanſiſſe; et, ſi *non* remaneant, per eundem *ultimum*, ſeu *ſuperſtitem* EXECUTOREM ſtetiſſe, *quò minùs* remaneant:

Præſumptionis *Ratio:*

IX. *Quia* [mortuis *cæteris* EXECUTORIBUS] *ſuperſtes* EXECUTOR; poterat agere contra EXECUTORES demortui, *pro Reſtitutione bonorum* non *adminiſtratorum*, coram JUDICE ECCLESIASTICO, *in Cauſâ Temerariæ Adminiſtrationis bonorum* (*c*):

Rationis *Elucidatio.*

X. Vel, ſi *nulla bona* demortui EXECUTORIS penès EXECUTORES *hujuſmodi* remaneant, *in ipſis Speciebus*, tunc vocare poterat EXECUTOR *ſuperſtes*, hos *ſecundos* EXECUTORES, *ad reddendum Computum de bonis* primi TESTATORIS, *quæ ad manus* EXECUTORIS demortui *pervenerint* (*d*).

TITU-

OBSERVATIONES.

(b) *Beneficio Exceptionis.*] Aliàs legitur in *quibuſdam MSS.* " Beneficio *hujuſmodi Allega-* " *tionis.*

[Id eſt, Allegationis, in §. 2.]

(c) *In Cauſâ Temerariæ Adminiſtrationis bonorum.*] Additur in *MS.* " Vel, *Impedimenti* " *ultimæ Voluntatis.*

(d) 1 *Pervenerint.*] Tum ſequens hic Titulus additur, in *MSS.*

TITULUS { " *Quòd* LEGATA primi *Teſtatoris*, " *inſoluta per* ejus Executorem, " *perſolvenda ſunt, ante Solutio-* " *nem Legatorum* ejuſdem Execu " toris, *videlicet*, ſecundi *Teſta-* " *toris.*

" SIQUIS

Legata.

OBSERVATIONES.

" SIQUIS legaverit tibi *Pecuniarum Summam*, " vel aliquid aliud *Legatum*, *in ſpecie*, et *Exe-* " *cutor* (poſtquam probaverit Teſtamentum, in " quo hujuſmodi Legatum continetur) *deceſſe-* " *rit*, habens in manibus ſuis, tempore Mortis " ſuæ, *bona ſufficientia ad Præſtationem dicti* " *Legati :*

2 " Si *iſte Executor* condiderit *Teſtamentum*, " et in eodem *diverſa donaverit Legata*, et non " habuerit, *ex propriis*, bona ſufficientia *ad ſol-* " *vendum*, tam *Legata ſui Teſtatoris*, quàm *Le-* " *gata per eum donata :*

3 " *Executor* iſtius *ſecundi Teſtatoris* ſolvere " tenetur *integra* Legata *primi Teſtatoris*, nullâ " factâ *Defalcatione*, aut *Deductione*, ratione " *Legatorum* relictorum in Teſtamento dicti *ſe-* " *cundi Teſtatoris :*

4 " Et tunc, ſi remaneant *aliqua bona*, licèt " *non integra*, *ad ſolvendum Legata dicti ſecundi* " *Teſtatoris*, hujuſmodi *bona* dividenda ſunt, " *æquis Portionibus*, inter *Legatarios :* Prout in " Titulo, de hâc re, ſpecificè tractante, appa- " ret,

[Vide *Tit.* 249. *De æquali Diviſione bonorum inter Legatarios, ſi bona Teſtatoris non ſufficiant, ad ſolvendum integra Legata.*]

5 " Ratio præſtationis *integrorum Legato-* " *rum*, prædicti *primi Teſtatoris* eſt; Quia *hu-* " *juſmodi Legata* dicuntur eſſe, et ſunt *Debita* " *ſecundi Teſtatoris.*

[Vide *Tit.* 239. §. 6, 7, 8, 9.]

Legata.

TITULUS CCXLVIII.

Quòd LEGATARIUS *agere poteſt*, in *Cauſâ* LEGATI, contra ADMINISTRATOREM *bonorum defuncti*, quámvis *nullum* TESTAMENTUM *fuerit probatum.*

Teſtamentum celatum, *ſeu* ſuppreſſum.

I. ALIQUANDO FILIUS aut *proximus* CONSANGUINEUS defuncti, ſciens defunctum *quamplurima* donâſſe, in ſuo TESTAMENTO, *Legata*; ad evitandum SOLUTIONEM *eorundem* [ſupprimendo TESTAMENTUM] curat ADMINISTRATIONEM bonorum ejuſdem defuncti ſibi committi, tanquam *abinteſtatò* decedentis, et [vigore *hujuſmodi* ADMINISTRATIONIS] bona defuncti adminiſtrat;

Proximus Conſanguineus aliquando ſupprimit *Teſtamentum*,

Et obtinet *Adminiſtrationem :*

II. LEGATARIUS tamen (in hoc caſu) agere poteſt, contra hunc ADMINISTRATOREM, in *Cauſâ Legati*; libellando, *Defunctum condidiſſe Teſtamentum*, et *conſtituiſſe dictum Adminiſtratorem ejus Executorem* [ſi ita ſit; ſin minùs, tunc hæc Clauſula eſt omittenda; nam ſufficit probare Legatum fuiſſe relictum] et *quòd Teſtator, in eodem Teſtamento* [tale] *Legatum donavit*; et *quòd Reus Adminiſtrationem bonorum dicti defuncti ſibi committi obtinuit*, et (*vigore ejuſdem*) *in bonis defuncti ſe inveſtivit* (*a*).

Nihilominus agat *Legatarius*, in *Cauſâ Legati.*

Tenor (in hoc caſu) *Clauſulæ Libelli.*

Sufficit probare [1.] *Legatum* in Teſtamento *fuiſſe relictum*; [2.] *Reum* (Adminiſtratorem) *ſe in bonis defuncti immiſcuiſſe :*

III. Et his probatis [quámvis TESTAMENTUM nunquam fuerat coram *aliquo* JUDICE *exhibitum*, aut per *eundem* JUDICEM, in communi

Hiſce probatis,

OBSERVATIONES.

(a) *Inveſtivit.*] Hìc lege Verbum (quo potiùs utimur) *immiſcuit.*

Condemnabitur *Reus*, in *Legato*, et *Expenſis*.

Similiter, contra *temerarium Adminiſtratorem*, Legatarius *obtinebit*, probando [1.] *Legatum* fuiſſe *donatum*; [2.] Reum *bona* temerè *adminiſtráſſe*.

Temerarius *Adminiſtrator*, Quis?

communi formâ, *probatum*] Reus eſt condemnandus *in* Legato *hujuſmodi*, et *in* Expensis; ut in aliâ ordinariâ Cauſâ *Subſtractionis Legati*.

IV. Hujuſmodi etiam Cauſam, *Subſtractionis Legati*, novi fuiſſe (ad triginta annos elapſos) inſtitutam, contra *temerarium* Administratorem bonorum defuncti, *et* Actor obtinuit in Cauſâ; probando, *Legatum fuiſſe relictum*, et *Reum adminiſtráſſe bona defuncti:* Sed conſule peritos.

V. Et nota; Quòd *temerarius* Administrator eſt is, *qui, ſuâ propriâ* Authoritate, *intromittit ſe in bonis defuncti*, ſine *Judicis* Authoritate (*b*).

OBSERVATIONES.

(b) *Sine Judicis Authoritate.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 220. ſub *lit.* (a).

Legata.

TITULUS CCXLIX.

Æqualis Diviſio.

De Æquali Divisione *Bonorum*, inter Legatarios; ſi *Bona* Testatoris non *ſufficiant*, ad ſolvendum *integra* Legata.

Si bona *non* ſufficiant pro *Legatis integris*,

Fiat *æqualis Rata* cuilibet *Legatario*.

I. Solutis Debitis, et Funeralibus, defuncti, *cæteriſque* Expensis *ordinariis*, ſi defunctus *non* habuerit *Bona ſufficientia*, ad ſolvendum *integra* Legata, facienda eſt Æqualis Rata, et Portio, cuilibet Legatario, juxta *quantitatem* Legati (*a*).

Si ſufficiant pro *Legatis* in *Specie*,

Non in *genere*;

Integrè ſolventur in *Specie*.

II. *Duo* tamen hìc notanda ſunt; *Primò*, quòd ſi *Bona* defuncti *ſufficiant*, ad ſolvendum *omnia* Legata relicta in hujuſmodi Teſtamento, *in ſpecie* (*b*), non tamen ad præſtationem Legatorum *in genere*; tunc *integra* Legata, *in ſpecie*, ſunt ſolvenda, *nullâ factâ* Deductione, reſpectu Legatorum *in genere:*

Inſtitutâ Lite, pro *pingui Legato* in *genere*,

Et *latâ Sententiâ* pro *Solutione*,

Nullâ Lite inſtitutâ, per cæteros *Legatarios*, in *genere*,

III. *Secundò*, Quòd ſi Lis fuerit inſtituta per *unum* Legatarium [cui forſan Pingue Legatum, *in genere*, ſit donatum] contra Executorem, et Executor [per *Sententiam* Judicis *competentis*] fuerit condemnatus, *ad illud ſolvendum*, priuſquam *cæteri* Legatarii [quibus Legata, *in genere*, relicta ſunt] *ullam*

Litem

OBSERVATIONES.

(a) *Juxta quantitatem Legati.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 247. ſub. *lit.* (d) 4.

(b) *In Specie.*] Vide *Tit.* 254. §. 1, 2, 3, 6.

LITEM inſtituerint, *aut* PETITIONEM fecerint, pro *eorum* LEGATIS; ſi poſtea dicti *cæteri* LEGATARII, *in genere*, LITEM inſtituerint (*c*), pro *eorum* LEGATIS, et [dicto LEGATO PINGUI, *in genere*, ſoluto] *nulla alia Bona* remanſerint, *ad ſolvendum cætera* LEGATA, *in genere*; EXECUTOR non eſt cogendus, *ad præſtationem hujuſmodi* LEGATORUM *in genere*; nec *ad* ÆQUALEM DIVISIONEM *antedictam*; ſed liberabitur, Beneficio *plenæ* ADMINISTRATIONIS, et *Sententiâ* JUDICIS: Sed quære.

Si *Lis* poſtmodum *inſtituatur*, pro *Legatis*, in *genere*, Nullis *bonis* remanentibus, *Executor* non *tenetur* ad *Præſtationem*; Nec ad *æqualem Diviſionem*; Sed *liberatur*; Quia *plenè* adminiſtravit: Sed *quære*.

OBSERVATIONES.

(c) *Cæteri Legatarii, in genere, Litem inſtituerint.*] "Cæteri Legatarii, *quibus Legata*, in "genere, *ſunt relicta*, Litem inſtituerint [*MS. Antiq.*]

Legata.

TITULUS CCL.
De OBLATIONE *Legati.*

Oblatio realis.

I. SIMILITER OBLATIO *Legati* facienda eſt, in omnibus, ut OBLATIO *in Cauſâ Decimarum* (*a*); Exempli gratiâ;

II. Si *Summa Centum librarum* fuerit legata, et tamen EXECUTOR habuerit, ex bonis TESTATORIS, *Summam* tantùm *Decem librarum* ſolvendam, *quam realiter* offert, *in Judicio*, cum EXPENSIS:

III. Si hæc OBLATIO recuſata fuerit (*b*), et ACTOR (*c*) non probaverit *majorem deberi Summam* (*d*), condemnandus eſt ACTOR in EXPENSIS:

IV. Scilicet, EXECUTOR, *ante diem* OBLATIONIS, et ACTOR, *a die* RECUSATIONIS; ſi non probaverit *majorem deberi Summam* [ut in præcedenti (*e*) Titulo] et, *e contrà*, ſi probaverit (*f*).

Oblatio Legati Quomodo fiat? *Centum* legantur, *Decem* tantùm reſtant, *Quibus oblatis*, cum *Expenſis*, *Oblatione* recuſatâ, *Plus* deberi *non probans* condemnatur. Modus *Condemnationis* utriuſque Partis, *in Expenſis*.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Oblatio Legati facienda eſt, in omnibus, ut Oblatio in Cauſâ Decimarum.*] Vide *Tit.* 180. cum ſequentibus, *De Decimarum Oblatione.*

(b) *Si hæc Oblatio recuſata fuerit.*] Vide *Tit.* 185. §. 1, 2. necnon *Tit.* 180. §. 4. 5.

(c) *Et Actor.*] Id eſt, *Legatarius.*

(d) *Non probaverit majorem deberi Summam.*] Vide *Tit.* 256. §. 2, 3, 11, 12, 13, 14. necnon *Tit.* 233. §. 3, 4. etiam *Tit.* 237. *per totum.* Item *Obs.* in *Tit.* 218. ſub *lit.* (l) 3.

(e) *Ut in præcedenti Titulo.*] Vide *Tit.* 182. §. 7, 8, 9. et *Tit.* 184. §. 3.

(f) 1 *Si probaverit.*] Varia Lectio, totius hujus Tituli, talis eſt, in *MS. Antiq.*

"Similiter *Oblationes Legatorum* fiendæ ſunt, "in omnibus, ut *Oblatio in Cauſâ Decimarum*; "ac *Condemnatio Expenſarum*, vel *Abſolutio ab* "*Expenſis*, decernenda eſt, prout in Titulis, *De* "*Oblationibus*, in Cau â Decimarum, *factis.*

[De *Decimarum Oblatione*, Vide *Tit.* 180. cum ſequentibus, *eâ de re.*]

2 "Sed ſi *Summa Centum Librarum* fuerit "legata, et ACTOR *integrum Legatum* petierit, "et EXECUTOR [*ſolutis Debitis, aliiſque Oneri-* "*bus*

OBSERVATIONES.

" *bus neceſſariis*] habuerit, ex bonis TESTATORIS, *Summam*, tantùm *Decem Librarum*, ſolvendam, *offerat eandem*, cum *Expenſis*, ut in prædictis Titulis etiam continetur.

[Scilicet, *Tit.* 180. cum ſequentibus, *De Decimarum Oblatione.*]

3 " Si ACTOR, quia habet, pro ſe, *Probationem paratam* [hoc eſt, *Verba Teſtamenti*] recuſaverit recipere *Summam oblatam*, in *plenam Solutionem*, REUS [ad evitandum Condemnationem *in integro Legato*] allegare tenetur *plenam Adminiſtrationem*, exceptâ *Summâ Oblatâ*, et reddere *Computum*, et *eundem* probare, *ſuper Adminiſtratione ſuâ*; ut in Titulis, de his rebus ſpecialiter tractantibus, pleniùs apparet:

4 " Et quámvis REUS plenè probaverit *Computum allegatum*, non obtinebit *Expenſas*. Lege *Tit.* de *præſtandis* vel non *præſtandis Expenſis* in hoc caſu.

[De *Computis*, Vide *Tit.* 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 249. De *plenâ Adminiſtratione.* Vide *Tit.* 253, 255, 256, 257, 258.]

Legata.

Oblatio verbalis.

TITULUS CCLI.

De particulari, ſpeciali, et *verbali* OBLATIONE *Legati* (*a*).

Legataria petente *Legatum*, non portabile, *in Specie*,

I. SI LEGATARIUS, cui *Supellectilia*, *Oves*, *Boves*, *Vaccæ*, aut *Equi*, vel *aliud quodcunque* LEGATUM *non portabile* [*quæ dicuntur* CATALLA] *legantur*, egerit contra EXECUTOREM pro *hujuſmodi* LEGATIS, *in Specie*; et ſi EXECUTOR intendit ſolvere *ipſa* LEGATA, *in Specie*; et non offerre PRETIUM, ſeu VALOREM *eorundem* [ne fortè, de vero Valore hujuſmodi, contenderetur, inter eum, et Legatarium hujuſmodi] OBLATIO facienda eſt, in hunc modum:

Si *Executor* intendit *in Specie* ſolvere,

Fiat *Oblatio.*

Forma Oblationis, de *Legato tradendo*, die et loco, *Judicis Arbitrio*, deſignandis,

II. *Ego N.* (*animo evitandi Litem, et redimendi injuſtam Vexationem, et futuras* (*b*) *Expenſas*) *offero me promptum et paratum, ad deliberandum, et tradendum, Actori* [talia] *Legata*, &c. [videlicet, Legata pro quibus Lis eſt inſtituta] *in Ædibus in quibus remanebant, tempore Mortis Teſtatoris* [vel, ſi ab eodem Loco fuerint remota, in aliquo Loco indifferenti, Judicis Arbitrio deſignando] *quocunque die, per Judicem, conſtituendo*; et *offero me promptum, et paratum, ad ſolvendum quaſcunque Expenſas, de Jure, debitas, et per Dominum Judicem taxandas.*

Unà cum *Expenſis* taxandis.

Modus *ulteriùs procedendi.*

III. Si *accepta* fuerit OBLATIO *hujuſmodi*, vel *recuſata*, eo modo eſt procedendum, ut in Titulis, *De Oblatione Summæ Nomine Decimarum*,

OBSERVATIONES.

(a) *Legati.*] Aliter, hiſce Verbis, inſcribitur hic Titulus, in *nonnullis MSS.* Videlicet: " *De Oblatione* Verbali *quorundam Legatorum*, in Specie, *quæ valet, et ſufficiens dicitur* " *Oblatio.*

(b) *Et futuras Expenſas.*] Vide *Tit.* 180. §. 1. et *Obs. ibid.* ſub. *lit.* (a) (b) (c) necnon *Tit.* 184. et *Obs. ibid.*

Decimarum, &c. (*c*). Et *De Acceptatione Oblationis*, &c. (*d*). Et *duobus Titulis ſequentibus* (*e*) :

Legata.

IV. Hoc excepto, quòd in iſto caſu, ſufficit *Verbalis* OBLATIO, ante *Litem motam*, et *prædicta* OBLATIO *Judicialis* (*f*), ante *datum Libellum*; quia *hujuſmodi* LEGATA (*g*) non poſſunt, *realiter*, in JUDICIO offerri (*h*).

Sufficit hìc *Oblatio* Verbalis : Ratio : Non eſt *quid portabile.*

OBSERVATIONES.

(c) *De Oblatione Summæ Nomine Decimarum*, &c.] Vide *Tit.* 180.

(d) *De Acceptatione Oblationis*, &c.] Vide *Tit.* 181.

(e) *Et duobus Titulis ſequentibus.*] Vide *Tit.* 182, 183. necnon *Tit* 184, 185.

(f) *Prædicta Oblatio Judicialis.*] Scilicet, *Verbalis*, ut ſuprà, in §. 2.

(g) *Hujuſmodi Legata.*] Non Portabilia.

(h) *Non poſſunt, realiter in Judicio offerri.*] Scilicet, apud *Acta*, ſeu penès *Regiſtrum*, in ipſâ *Specie.* Vide *Obs.* in *Tit.* 180. ſub *lit.* (f)

Legata.

Oblatio conditionalis.

TITULUS CCLII.

De Petitione EXECUTORIS, *ut Legatarius fidejubeat* pro *ejus* INDEMNITATE.

I. SI TESTATOR *ſtipulatus* fuerit, *pro* ALIO, de *ſolvendo aliquod* DEBITUM, ad annos quoſdam futuros *poſt ejus Mortem*; vel, de *quibuſdam* CONVENTIONIBUS, ſeu CONTRACTIBUS, in poſterum *perimplendis*; licèt (in hoc caſu) EXECUTOR *ejus* habuerit, in manibus ſuis, *Bona ſufficientia*, ad *præſtationem* LEGATORUM:

Teſtatore, pro *Debito*, non ſuo, *fidejubente*, ſeu *Conventionibus* alterius, *adſtipulante*, Etſi *bona ſufficientia relinquente*,

II. Tamen, ſi *dicta* SUMMA, pro *quâ* (ut ſuprà) *obligatus* fuerat *dictus* TESTATOR, non fuerit *ſoluta*; vel *dictæ* CONVENTIONES non fuerint *impletæ*, *ſeu obſervatæ*; ita ut CREDITOR poſſit habere ACTIONEM, *in Foro Seculari*, contra dictum EXECUTOREM, *pro* DEBITO *prædicto*; vel, propter *non obſervatas* CONVENTIONES *prædictas :*

Sin eſt autem, ut *hujuſmodi Stipulationes* haud omnino *perimpletæ* ſunt; Unde, *de Jure*, teneatur *Executor* ſtare Pactis *Teſtatoris*;

III. In iſto caſu, EXECUTOR [pro ejus INDEMNITATE] poterit *offerre*, judicialiter, LEGATUM *petitum*, ſub hâc CONDITIONE:

Proinde fiat *Oblatio Legati*, per *Executorem*, conditionaliter :

IV. Ut LEGATARIUS idoneè (primò) caveat, *de conſervando eundem Executorem indemnem*, *quoad Debita*, *et Conventiones antedictas*; ſaltèm *pro ratâ parte*, ſeu *portione Legati* [debiti, et petiti, et forſan adjudicati] *habitâ ratione*, *et juſtâ computatione cæterorum Legatorum.*

(Scilicet) Dummodo *Cautio* fiat *idonea*, pro *Executoris Indemnitate.*

V. Et, in iſto caſu, ſi LEGATARIUS *negaverit præmiſſa* [id eſt, *ullas tales Stipulationes*, *aut Conventiones*, *captas*, *aut* (*per defunctum*)

Negatâ Teſtatoris *Stipulatione*,

Et *idoneâ Cautione recuſatâ*, Exhibeantur *Literæ Obligatoriæ*, ſeu *Conventionales*; *Negatæ* probentur, *per Teſtes*:

functum) *interpoſitas fuiſſe*] et, ad Effectus prædictos (*a*), *cavere recuſaverit*; EXECUTOR debet *exhibere* hujuſmodi OBLIGATIONES, *et* INDENTURAS, et [ſi *negatæ* fuerint per LEGATARIUM] *ſigillationem et traditionem earundem*, per TESTES, *probare* tenetur:

Tum demum, *Cautione recuſatâ*, non cogitur *Præſtatio Legati*:

VI. Quibus *probatis*, ſi LEGATARIUS, ad Effectus prædictos (*b*), *cavere recuſaverit*, JUDEX *non* ſolet cogere EXECUTOREM, *ad præſtationem* LEGATORUM:

Sed dimittatur *in Regiſtro*.

VII. *Dimittat* tamen EXECUTOR *Legatum prædictum*, ſub CONDITIONIBUS prædictis (*c*), *penès Regiſtrum* (*d*).

Imò ſufficit, *abſque Teſtibus*, Probatio (Scilicet) [1] *Allegatio* rei geſtæ; [2] *Exhibitio* Inſtrumentorum; [3] *Juramentum Partis*, de *Veritate*: Ratio.

VIII. Practicatum tamen vidi (in caſu prædicto) *ſufficere* ſolam ALLEGATIONEM *Debitorum*, et *Conventionum* prædictarum; et EXHIBITIONEM, in Judicio, *eorundem* INSTRUMENTORUM, deſuper confectorum; *cum* FIDE *juratoriâ* ejuſdem PARTIS, *de* VERITATE *eorundem:*

IX. Quia, in his, *non requiritur plena*, et *exacta* PROBATIO.

OBSERVATIONES.

(a) (b) *Ad Effectus prædictos.*] In §. 4.
(c) *Sub Conditionibus prædictis.*] In §. 3, 4.
(d) *Penès Regiſtrum.*] Vide *Tit.* 180. §. 4, 5. et *Obs. ibid.*

Legata.

Oblatio Debitorum.

TITULUS CCLIII.

De neceſſariâ Allegatione, per EXECUTOREM proponendâ, *ad evitandam* CONDEMNATIONEM *in Legato*, ſi nulla BONA, præter NOMINA *defuncti*, remaneant penès EXECUTOREM.

Bonis Teſtatoris, *ad Præſtationem Legati*, *deficientibus*, *Creditis*, Teſtatori *debitis*, autem *remanentibus*,

I. SI EXECUTOR ſciens BONA defuncti, *penès ſe remanentia*, non ſufficere *ad præſtationem* LEGATI *petiti*; habet tamen NOMINA (*a*), partim *ſperata*; *dubia* partim, et *deſperata*:

Proinde, cùm agatur *pro Legato*, exhibeantur *Obligationes*, et *Billæ Debitorum* hujuſmodi.

II. Ad LITES igitur amputandas, *et* EXPENSAS evitandas (*b*), *quamprimùm agitur pro* LEGATO, producat, et exhibeat judicialiter, *Literas* OBLIGATORIAS, ſive BILLAS *dictorum* DEBITORUM; ſub hâc formâ:

[1] Forma *Exhibitionis*, et *Oblationis Obligationum*, et *Billarum* hujuſmodi:

III. *Ego* N. [id eſt, PARS *principalis*, vel ejus *legitimus* PROCURATOR] *animo evitandi Litem*, *et redimendi injuſtam Vexationem*, *et*

OBSERVATIONES.

(a) *Nomina.*] De quibus, Vide *Obs.* in *Tit.* 9. ſub *lit.* (b).
(b) *Et Expenſas evitandas.*] Vide *Tit.* 180. §. 1. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (a) (b) (c) necnon *Tit.* 184. et *Obs. ibid.*

et futuras Expenſas, realiter exhibeo quaſdam Literas OBLIGATORIAS [ſpecificando NOMINA Creditorum] et cedo PARTI AGENTI (*c*) [vel ſuo legitimo Procuratori] *omnem Actionem, pro* DEBITIS *hujuſmodi recuperandis*; et *offero me promptum, et paratum ad idoneè cavendum, me non relaxâſſe, nec relaxaturum eſſe*, DEBITA *hujuſmodi*; ac *offero, et trado, pro facto meo*, PARTI *agenti* [ſi ſit præſens] vel, *ad ejus uſum* [ſi ſit abſens] *Literas* ATTORNATORIAS, *Nomine meo, ſibi factas, et conceſſas, ad agendum, recuperandum, et recipiendum (ad ſolum Opus, et Uſum dicti* LEGATARII) DEBITA *hujuſmodi*; et *etiam offero me promptum, et paratum, ad idoneè cavendum, quòd in poſterum non revocabo hujuſmodi Literas* ATTORNATORIAS.

[2] Ceſſio *Juris implacitandi* Legatario, pro *Debitis* hujuſmodi *recuperandis*:

[3] Oblatio *Cautionis*, de *Debitis* hujuſmodi *non relaxandis*:

[4] Conſtitutio *Legatarii* in *Attornatum* Executoris, ad *agendum, recuperandum*, et *recipiendum*:

[5] Oblatio *Cautionis*, de *Attornato*, ad hæc, *non revocando*.

IV. Si ACTOR noluerit OBLATA *recipere*, ſed in LITE *procedere* voluerit, et [in eventu LITIS] *non* probaverit, *alia bona remanſiſſe in manibus Executoris*; EXECUTOR eſt abſolvendus, *et* dimittendus *cum* EXPENSIS, factis a die in quo OBLATIO *prædicta* facta fuit (*d*):

Oblatione *Billarum*, et *Obligationum recuſatâ*, *Aliiſque Bonis*, penès *Executorem* minimè *probatis*,

Dimittitur *Executor*, cum *Expenſis*:

V. Et (e *contrà*) ſi LEGATARIUS probaverit, BONA *ſufficientia*, aut *aliqua alia*, præter NOMINA *oblata* [quámvis non *integra*, ad ſolvendum Legatum petitum] *remanſiſſe penès Executorem*; EXECUTOR eſt condemnandus, non ſolùm in LEGATO *petito* [ſaltèm, quoad quantitatem bonorum, penès ſe, remanentium] verùm etiam *in* EXPENSIS *totius* LITIS (*e*).

Bonis autem *aliis* (etſi Legato non paribus) *penès* Executorem, *probatis*,

Condemnatur *Executor* in *Legato* (ſaltem, pro *Ratâ Bonorum* hujuſmodi) et in *Expenſis*.

VI. Sed nota; Quòd ſi NOMINA *oblata*, per *Executorem*, fuerint *ſperata*; EXECUTOR tenetur *exponere*, ex BONIS *defuncti* (ſi ad hoc extendant) EXPENSAS LITIS, in *Foro Seculari*, pro *dictis* NOMINIBUS *recuperandis*:

Sin hujuſmodi *Credita* (Teſtatori debita) *ſperata* ſint,

Exponendum eſt e *Bonis defuncti*, pro *eiſdem recuperandis*:

VII. Sed ſi BONA *defuncti*, ſufficientia *ad perſolvendas* EXPENSAS *prædictas*, in *Foro Seculari*, non remaneant, *penès Executorem*; EXECUTOR non tenetur, *ex ſuis propriis*, has EXPENSAS *erogare*:

Sin, ad hoc, *defuncti Bona* non ſufficiant,

Executor, *ex propriis*, non ſupplebit.

VIII. Tamen expedit, *tempore* OBLATIONIS *Literarum* OBLIGATORIARUM *prædictarum* [ſi acceptatæ fuerint per LEGATARIUM] ut EXECUTOR ſpecificè proteſtetur, *Quòd* BONA *ſufficientia ad ſupportandum* EXPENSAS *dictæ* LITIS, *in Foro Seculari*, non *remaneant penès ſe*.

Proteſtatio neceſſaria, *tempore* Oblationis *Debiti*, (videlicet) Quòd *Bona*, pro *Expenſis* de *Debito recuperando*, penès *Executorem* minimè *ſuperſunt*.

OBSERVATIONES.

(c) *Et cedo Parti agenti*, &c.] " Hæc *Ceſſio* " fieri non poteſt, per *Procuratorem*, Vigore " *generalis Procuratorii*; niſi habuerit, ad hoc, " *Mandatum ſpeciale*. [MSS.]

(d) *Factis a die in quo Oblatio prædicta facta fuit.*] Vide *Tit.* 182. §. 7, 8, 9. et *Tit.* 184. §. 3.

(e) *Verùm etiam in Expenſis totius Litis.*] Vide *Tit.* 187. §. 2.

Legata.

TITULUS CCLIV.

Oblationis Recuſatio.

Quòd LEGATARIUS, quámvis EXECUTOR *obtulerit*, tam *ante Litem motam*, quàm *judicialiter*, verum VALOREM *quorundam* LEGATORUM (*a*), poterit (*ſine damno*) *recuſare hujuſmodi* OBLATIONEM.

Legato, *in Specie*, relicto,

Valorem oblatum recuſare poteſt *Legatarius*,

Et inſtare *pro Legato*, in *Specie*, ſi *extet*:

I. SI DEFUNCTUS legaverit, FILIO ſuo, *quædam* SUPELLECTILIA, aut EQUUM [talem] aut ANNULUM *aureum* [habentem *Inſignia* PATRIS *ſui*, et, forſan, *quæ* DEFUNCTUS, ut RES HÆREDITARIAS, relinquere proponit FILIO *ſuo*, et cupit *in* SPECIE *habere*] poteſt recuſare VALOREM *oblatum*, et inſiſtere pro REBUS *legatis*, in SPECIE, ſaltèm, *ſi* extent (*b*):

Executor opponens cogetur *ad ſolvendum*, in *Specie*;

Et condemnabitur *in Expenſis*.

II. Et ſi EXECUTOR perſiſtat in *hujuſmodi* LITE, eſt *ad* RESTITUTIONEM *eorundem*, in SPECIE, cogendus, et *in* EXPENSIS condemnandus; *quámvis* obtulit *verum* VALOREM (*c*).

Tenor *Sententiæ* eſt,

Pro Legato in *Specie*, ſi *extet*;

Alioquin, *pro vero Valore*.

III. Et nota; quòd in *omni* SENTENTIÂ, in hoc caſu, *ferendâ*, JUDEX ſolet condemnare PARTEM in LEGATIS, in SPECIE, (*d*), *ſi extent*, *alioquin in eorum vero* VALORE:

IV. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Verum Valorem quorundam Legatorum.*] Aliàs legitur, in *nonnullis MSS.* " Valorem Re-" rum quarundam legatarum.

(b) *Saltèm, ſi extent.*] Varia Lectio, primæ hujuſmodi Sectionis, talis eſt, in *MS. Antiq.* Videlicet;

" Si DEFUNCTUS *Filio ſuo* quædam *Supellec-" tilia*, aut *Equum*, vel *Annulum aureum* (ha-" bentem Inſignia Patris) aut *Catenam aure-" am* legaverit; quæ *Filius* (propter Memori-" am *Patris ſui*, et forſan, quia ea, ut *Res Hæ-" reditarias*, relinquere proponit *Filio ſuo*) cu-" pit, *in Specie*, habere; poteſt recuſare VALO-" REM *oblatum*, et inſiſtere pro REBUS *legatis*, " in SPECIE, ſi *extent*.

(c) 1 *Quámvis obtulit verum Valorem.*] Loco Sectionis, numero ſecundo, ſuprà notatæ, talia ſubſtituuntur Verba ſequentia, in *Veteri* (penès me) *MS.* Scilicet;

" Et EXECUTOR, ſi perſiſtat in *hujuſmodi Lite*, " et non obtulerit *eadem Legata*, in SPECIE, ſi *ad " Judicium* adduci poſſint, *alioquin*, modo et " formâ in Titulo quodam præcedenti [*De par-" ticulari, ſpeciali, et verbali Oblatione Legati*] " ſpecificatis,

[Vide *Tit.* 251. §. 2]

" ad *Reſtitutionem* eorundem, *in* SPECIE, cogen-" dus eſt, ac *in Expenſis* condemnandus; quám-" vis obtulerit *verum Valorem*.

2 " Sed ſi LEGATARIUS *Scientiam habuerit*, " ante *Litem inſtitutam*, EXECUTOREM *alie-" nâſſe Legata petita*, ita ut *in ipſis* SPECIEBUS " ſolvi non poſſunt, et *tamen* recuſaverit recipere " *verum et juſtum eorundem* VALOREM (ut præ-" fertur) *per* EXECUTOREM *oblatum*, et in *Lite* " proceſſerit, eſt REO condemnandus *in Ex-" penſis*, a Die OBLATIONIS *prædictæ*:

3 " Sed, in hoc caſu, EXECUTOR tenetur " probare *Scientiam* ACTORIS, quòd *Legata* fu-" rint *alienata*:

4 " Quia ACTOR habet, pro ſe, *Præſumptionem*, per *verba Teſtamenti*.

5 " Sed, *in hoc caſu*, quámvis [quoad *In-" ſtantiam* PARTIS *litigantis*] REUS eſt, ſolum-" modò, in VALORE *Legatorum* non *exiſtenti-" um* condemnandus;

6 " Tamen, *ex Officio* JUDICIS *neceſſario*, vel " *promoto*, Canonicè puniri poteſt; non ſolùm " *pro Violatione Juramenti ſui*, præſtiti tem-" pore *Probationis Teſtamenti*; ſed etiam, quia " *per Alienationem hujuſmodi Legatorum* [quæ " perſolvenda ſunt in *ipſis* SPECIEBUS] *Impedi-" mento fuit*, quò minùs *Teſtamentum* proce-" dat, et *debitum* ſortiatur *Effectum*.

(d) *Judex ſolet condemnare Partem in Legatis, in Specie.*] Quoad hoc, Vide *Tit.* 249. §. 2.

IV. Et etiam nota ſimiliter; quòd *Agens* pro DECIMIS poteſt (ſi vult) inſiſtere *pro ipſis* DECIMIS, in SPECIE, ſi *extent*; et recuſare SUMMAM *oblatam* (*e*).

Pariter, inſtet *Agens* pro *Decimis* in *Specie*, ſi *extent*, Recuſando *Summam oblatam*.

V. Et ita etiam in *omni* SENTENTIÂ *ferendâ*, in *tali* Cauſâ, ſolet JUDEX condemnare *Subtrahentem* DECIMAS, in *ipſis* DECIMIS, *ſi extent:*

Tenor *Sententiæ* eſt, *Pro ipſis Decimis*, ſi *extent:*

VI. Nam, ex hoc, infertur, quòd *ſi extent*, tunc *in* SPECIE ſunt perſolvendæ, et adjudicandæ; *alioquin in vero* VALORE (*f*).

Id eſt, *ſi extent*, reddantur *in Specie:* Secùs, *in Valore.*

OBSERVATIONES.

(e) *Et recuſare Summam oblatam.*] Vide *Tit.* 186. §. 5.

(f) *Alioquin in vero Valore.*] De hoc, Vide " plura, in *Tit.* 133. *per totum.*

Legata.

TITULUS CCLV.

Plena Adminiſtratio.

Allegatio.

De modo et formâ ALLEGANDI, in Judicio contradictorio, *plenam* ADMINISTRATIONEM (*a*), ſeu INSUFFICIENTIAM *bonorum*, ad ſolvendum LEGATUM *libellatum*, et *petitum.*

I. SI BONA ſufficientia, *ad* SOLUTIONEM *Legatorum libellatorum*, non remaneant *penès* EXECUTOREM, tunc *ante* CONCLUSIONEM *in Cauſâ* (*b*), EXECUTOR, vel ADMINISTRATOR allegabit, ut ſequitur:

Inſufficientia Bonorum alleganda eſt, *ante Concluſionem.*

II. N. [Scilicet, PARS ipſa Computans, *vel* ejus PROCURATOR] *ad omnem Juris effectum, allegat,* Quòd, *ante Litem, in hâc Cauſâ, inſtitutam,* DOMINUS SUUS *plenè adminiſtravit omnia et ſingula Bona defuncti*; et *quòd nulla Bona defuncti, in præſenti, remanent aut remanebant, tempore Inſtitutionis prætenſæ Litis, in manibus* DOMINI SUI, *ſufficientia ad* SOLUTIONEM *Legati, libellati* et *petiti:*

Forma *Allegationis generalis*, Quòd plenè *adminiſtravit*, Quódque *Bona* defuncti *nulla ſuperſunt*; Saltem, *ad Legatum* ſolvendum, *ſufficientia:*

III. Ponenda eſt *hujuſmodi* ALLEGATIO *conjunctim, et diviſim*; ac *Jus et Juſtitia* petenda ſunt:

Ponitur *Allegatio* hujuſmodi *conjunctim*, et *diviſim*,

IV. Admiſſâque *hujuſmodi* ALLEGATIONE, dandus eſt TERMINUS PROBATORIUS (*c*).

Admittitur; Datur *Terminus*, ad *probandum.*

V. Quia

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Forma allegandi, in Judicio contradictorio, plenam Adminiſtrationem.*] Vide Formam *Allegationis* hujuſmodi, in *hoc Tit.* §. 2. necnon in *Tit.* 257. §. 1. item in *Tit.* 258. §. 2. Vide etiam *Obs.* in *Tit.* 250. ſub *lit.* (*f*) 3.

2 Quòd Executores, ſive Adminiſtratores poſſunt *vocare* proximos Conſanguineos defuncti, *ad videndum Computum reddi*, et *Literas Acquietantiales*, ſuper plenâ Adminiſtratione, *concedi*, Vide *Tit.* 239.

(b) *Ante Concluſionem in Cauſâ.*] Vide *Tit.* 257. §. 1.

(c) *Terminus Probatorius.*] De Termino Probatorio; Vide *Tit.* 75.

Allegatio prædicta *generalis*, pro *Teſtium* deſuper *Examinatione*, nimis eſt *vaga*, Idecque, *ſpecificanda* eſt, Idque infra *Terminum Probatorium*, aliàs *datum*.

V. Quia tamen *hujuſmodi* ALLEGATIO eſt *nimis vaga*, *incerta*, et *generalis*, ut EXAMINATOR non poſſit TESTES *ſuper eâdem examinare* [ſaltèm, ut concludenter probent Intentionem Proponentis] PROPONENS tenetur *eandem* ALLEGATIONEM *ſpecificare*, et *declarare* (*d*), infra TERMINUM datum (*e*), *ad probandum* dictam *generalem* ALLEGATIONEM, in hunc modum:

Forma *Specificationis* ejuſmodi *generalis Allegationis*, Utpote, per *Exbibitionem Computi*; *Allegatio*, deinde *particularis*,

VI. N. ſpecificando *Allegationem plenæ Adminiſtrationis* (*aliàs, per eum, in hâc Cauſâ, datam*) *et eandem* declarando, *ad omnem Juris effectum*, exhibuit *verum*, *integrum*, *et perfectum* COMPUTUM (*f*), *de et ſuper Adminiſtratione ſuâ*, *in bonis defuncti*; et, *ad omnem Juris effectum*, allegavit, *omnia et ſingula contenta*, *in hujuſmodi* COMPUTO, *fuiſſe et eſſe vera*, *habita*, *geſta*, *expoſita*, *et erogata*, *modo et formâ*, *in* COMPUTO *hujuſmodi*, *ſpecificatis*:

Ponitur, *conjunctim*, et *diviſim*; Admittitur: Tum examinentur *Teſtes*,

VII. Ponenda eſt etiam *hujuſmodi* ALLEGATIO *conjunctim*, *et diviſim*; ac admittenda, ut *ſuprà*:

Non *omnes* ſuper *toto Computo*, Sed *eâ parte*, de *quâ* teſtificari valeant.

VIII. Quâ admiſſâ ALLEGATIONE, facilè, et ſine *magnis* EXPENSIS [ſaltèm, in et circa EXAMINATIONEM *Teſtium*] ALLEGANS *poteſt* TESTES *ſuos producere* (*g*); non *omnes* ſuper *toto* COMPUTO, ſed ſuper *illâ particulari* SUMMÂ, ſeu DEBITO de quo TESTES *deponere poſſunt*.

OBSERVATIONES.

(d) *Allegationem ſpecificare, et declarare.*] De ſimili Specificatione *Allegationis generalis*, in probando *Inſufficientiam bonorum* in alio caſu; Vide *Tit.* 10. §. 5.

(e) *Infra Terminum datum*, &c.] Vide, *de hoc*, etiam in *Tit.* 115. §. 5. et *Tit.* 99. §. 10.

(f) *Exhibuit verum, integrum, et perfectum Computum.*] De formâ *concipiendi Computum*, in Judicio contradictorio; Vide *Tit.* 232.

(g) *Poteſt Teſtes ſuos producere.*] De modo juſtificandi, ſeu probandi Computum, *per Teſtes*; Vide *Tit.* 238.

Legata.

Plena Adminiſtratio.

Probatio.

TITULUS CCLVI.

Quòd COMPUTANS, ad probandum *Vires* et *Facultates defuncti* [ſive *plenam* ADMINISTRATIONEM] *tenetur*, in Judicio contradictorio, *exhibere* INVENTARIUM *bonorum defuncti*.

Tenetur *Computans* ſe, in *Computo*, onerare cum *vero Valore bonorum*, in *Inventario* defuncti (aliàs) *exhibito*;

I. IN TITULO (*a*), *De formâ concipiendi Computum*, &c. dicitur, COMPUTANTEM teneri, *in* COMPUTO, onerare ſe *cum vero* VALORE *bonorum defuncti*, *in* INVENTARIO, aliàs per eum, *coram*

JUDICE

OBSERVATIONES.

(a) *In Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 232. §. 1.

Legata.

Judice [qui Teſtamentum, ex quo Legatum libellatum petitur, approbavit] *exhibito, mentionatorum :*

II. Tamen licèt, in contradictorio Judicio, Reus, ad ſui Exonerationem [id eſt, ad probandum quòd *plenè adminiſtravit bona defuncti*] exhibuerit Computum (modo et formâ, in dicto Titulo (*b*) ſpecificatis, conceptum) nihilominus Computans tamen tenetur ad Justificationem; ſeu *ad probandum* Onus *in eodem* Computo *mentionatum* [videlicet, *talia bona*, et *non plura*, ad *ejus manus* perveniſſe.]

Et tenetur *ad* hujuſmodi *probandum* Onerationem,

[Scilicet, *plura ad Manus* non *perveniſſe bona*]

III. Poteſt, itaque, exhibere *veram* Copiam Inventarii *bonorum dicti defuncti*, aliàs per eum, *coram* Judice [approbante dictum Teſtamentum] *exhibiti*, allegando, ut ſequitur (*c*) *:*

Per Exhibitionem *Copiæ Inventarii* (priùs) *exhibiti.*

IV. N. *in Subſidium Probationis, per eum, in hâc Cauſâ, datæ* (*d*), *exhibuit veram* Copiam Inventarii *bonorum* M. *defuncti* ; et *allegavit hujuſmodi* Copiam *fuiſſe, et eſſe* Subscriptam, *manu propriâ* N. *Regiſtrarii dicti Judicis*; eundemque *Regiſtrarium fuiſſe et eſſe Notarium Publicum*, Probum *et* Legalem, et *Regiſtrarium, ac Regiſtri Cuſtodem, dicti Judicis*, ac *pro tali communiter dictum, nominatum et reputatum*; hujuſmodique Copiam *fuiſſe et eſſe fideliter extractam, e Regiſtro prædicto*, et *concordare cum* Originali Inventario, in *Regiſtro hujuſmodi remanente*; illudque Originale Inventarium *fuiſſe debito tempore exhibitum, coram Judice prædicto :*

Forma Exhibitionis *Copiæ Inventarii :*

Allegatio deſuper, [1] De *Subſcriptione* Regiſtrarii, [2] De *Legalitate* Notarii, [3] De *Extractione* e Regiſtro, [4] De *Concordantiâ* cum Originali, [5] De *Exhibitione* debito tempore :

V. Ponenda eſt *iſta* Allegatio *conjunctim, et diviſim* ; ac admittenda, ut *ſuprà*.

Ponitur *conjunctim*, et *diviſim* ; Admittitur.

VI. Et quia Procurator *Partis adverſæ* eſt meliùs inſtructus, *quid*, et *qualiter* reſponderet *hujuſmodi* Allegationi, quàm ejus Dominus (*e*); juret Procurator præmiſſa allegans, et exhibens, *quòd fideliter poſuit eadem allegata*; et petat Responsa Procuratoris, *Partis adverſæ*, dari *hujuſmodi* Allegationi, et Inventario, *in Scriptis, virtute ſui* Juramenti; quod Juramentum idem Procurator præſtare tenetur.

Deinde *quid* ampliùs ? [1] *Juramentum* Procuratoris, *Quòd fideliter ponit :* [2] Petitio *Reſponſorum* Procuratoris adverſi, *in vim* Juramenti : [3] *Juramentum* Procuratoris adverſi, *de fideliter reſpondendo.*

VII. Si Procurator *hujuſmodi* [ſcilicet, *Partis adverſæ*] faſſus fuerit, *vel* crediderit, Exhibita *hujuſmodi fuiſſe* Subscripta *manu*

Faſſâ *Subſcriptione* Regiſtrarii,

OBSERVATIONES.

(b) *In Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 232. §. 1.

(c) 1 *Allegando, ut ſequitur.*] Hodie, loco *Allegationis hujuſmodi*, hoc modo practicatur, Scilicet;

2 *Copia* talis *Inventarii* (priùs exhibiti, et penès Regiſtrum remanentis) *repetenda eſt*, ſeu (de novo) *tranſcribenda*; unà cùm *Additione* bonorum, *&c.* quæ, *citra* Exhibitionem priorem, *ad manus, notitiam, ſeu poſſeſſionem Partis exhibentis* pervenerunt; et ſic, *in vim Juramenti*, de novo, exhibetur.

(d) *In Subſidium Probationis, per eum, in hâc Cauſâ, datæ.*] Varia Lectio talis eſt, in *MSS.*
" In Subſidium Probationis *contentorum in*
" *Allegatione et Computo, alias* per eum, in hâc
" Cauſâ, *datis :*

(e) *Quàm ejus Dominus.*] Id eſt, *Cliens.*

manu propriâ Regiſtrarii, et *eundem Regiſtrarium eſſe Notarium Publicum*, PROBUM *et* LEGALEM; quámvis forſan negaverit, *vel* non crediderit *cætera contenta in dictâ* ALLEGATIONE; ſufficienter tamen *fundata eſt Intentio* Proponentis ALLEGATIONEM *prædictam:*

Et *Legalitate* Notarii (*Cæteris* etiam *negatis*) Fundatur *Intentio* Allegantis:

Ratio.

VIII. Nam *cætera contenta hujuſmodi* præſumuntur *eſſe vera*, propter FIDEM *Notarii Publici.*

Negatâ verò *Subſcriptione*,

IX. Sed ſi *dictus* PROCURATOR [juratus *de fideliter reſpondendo* ALLEGATIONI, et INVENTARIO *prædictis*] inficiatus fuerit, *vel* [in *vim* JURAMENTI *ſui*] reſpondeat, *ſe non credere dictam* COPIAM *exhibitam, fuiſſe et eſſe* SUBSCRIPTAM, *per Regiſtrarium allegatum:*

Probandæ ſunt *Allegatio*, et *ſubſcriptio*, Per *Scrutinium*, Vel, per *Teſtes*.

X. Tunc SUBSCRIPTIO *hujuſmodi*, et *Veritas* ALLEGATIONIS *prædictæ*, probandæ ſunt, aut *per* SCRUTINIUM in *Archivis* REGISTRI *prædicti* [ut in Titulo, *De modo petendi Scrutinium* (*f*)] vel *per* TESTES, præſentes tempore SUBSCRIPTIONIS dictæ COPIÆ INVENTARII, ac ACTÛS ſuper EXHIBITIONE *ejuſdem*, et COLLATIONE *eorundem*, per *Regiſtrarium*, cum *Originalibus*, in REGISTRO *remanentibus.*

Si *Computans* non probaverit, Per *Exhibitionem Inventarii*, Probare tenetur, per *Teſtes*, *Bona cujuſmodicunque*, ad Manus ejus *perventa*; Probatio *maximè* difficilis!

XI. Nam notandum eſt; Quòd, ſi COMPUTANS non *probaverit* [per EXHIBITIONEM INVENTARII antedicti] *quæ, et qualia bona defuncti* pervenerunt *ad manus* (*g*) *ſuas* (ratione Executionis Teſtamenti antedicti) *tenetur probare* [per TESTES] *quæ, et qualia, quot, et quanta bona defuncti Teſtatoris* pervenerunt *ad manus ſuas*; cujus PROBATIO eſt admodum *difficilis:*

Præſumptio tenet, *contra* ſe bonis immiſcentem, *Bona* ſibi *perveniſſe ſufficientia*; Sin aliter, quòd *ex ſuâ Culpâ* eſt.

XII. Et, *in eo quòd adivit* HÆREDITATEM *defuncti* [probando *Teſtamentum*, et adminiſtrando *ejus bona*] PRÆSUMITUR *bona ſufficientia* TESTATORIS perveniſſe *ad manus* EXECUTORIS, vel, *per* EUM *ſtetiſſe, quò minùs* pervenerunt:

XIII. Quæ

OBSERVATIONES.

(f) 1 *Ut in Titulo, De modo petendi Scrutinium.*] Vide *Tit.* 107.

2 Sed hujuſmodi SCRUTINIO, *in* hoc *caſu*, hodie *non* Opus eſt: Quia, *Nobiſcum* [ut ſuperiùs annotatur, ſub *lit.* (c)] *Inventarium* iterum ſcribi, et, *in Vim Juramenti Partis*, exhiberi ſolet:

3 Omittantur igitur, *in* hoc *caſu*, juxta morem *Praxeôs hodiernæ*, Sectiones ſuprà ſcriptæ, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10.

4 Comprobatur autem etiam *adhuc* (mutatis, ad propoſitum, mutandis) *Praxis* ejuſmodi *antiqua*, cæteris *in caſibus*, De *Inſtrumentis exhibendis:* Utpote, De *Appellatione* per Notarium Publicum *ſubſcriptâ*; De *Copiâ* Teſtamenti, *vel* alicujus Exhibiti, e Regiſtro *extractâ*, et per Curiæ Regiſtrarium *ſubſcriptâ*; et in *ſimilibus*, quoties, *in Subſidium Probationis*, exhibentur. De *quibus*, Vide *Tit.* 104. *per totum.* et *Obs. ibid.* necnon *Tit.* 105. item *Tit.* 106. et *Obs. ibid.* etiam *Tit.* 317. *per totum.* Lege quóque *Tit.* 299.

(g) *Quæ, et qualia bona defuncti pervenerunt ad manus ſuas.*] Legitur, in *MS. Antiq.* " Quæ, et qualia bona defuncti, *etiam quot, et* " *quanta bona Teſtatoris*, ad manus ſuas per- " venerunt.

XIII. Quæ Præsumptio tollitur, ſi Inventarium *fuerit exhibitum*, ut ſuprà :

Præſumptio tollitur, per *Exhibitionem Inventarii :*

XIV. Et ſi, *ex* Inspectione Inventarii, conſtiterit, *Bona non ſufficere ad ſolvendum* Omnia Legata [allocatis *allocandis*, et deductis *deducendis*] incumbit Onus *probandi*, Actori (*h*), *plura*, vel *alia Bona* perveniſſe *ad manus* Executoris [ut in Titulo (*i*), *De Objectione contra Inventarium et Computum*, latiùs apparebit.]

Et ſi, *inſpecto Inventario*, pateat, *bona* non *ſufficere*, pro *Legatis*, *Actoris* eſt probare, *ad Manus* Executoris *perveniſſe plura.*

OBSERVATIONES.

(h) *Incumbit Onus probandi Actori*, &c. (i) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 233. §. 3, 4. necnon *Tit.* 237. *per totum*. Etiam *Obs.* in *Tit.* 218. ſub *lit.* (l) 3.

Legata.

Plena Adminiſtratio.

Allegatio poſt Sententiam.

TITULUS CCLVII.

Quòd Beneficium *plenæ* Administrationis [in *Cauſâ* Legati] *poſſit* allegari *poſt latam* Sententiam.

I. Si in toto Proceſſu, *ante* Conclusionem *in Cauſâ* (*a*), Reus [contra quem petitur Legatum] non allegaverit *plenam* Administrationem *bonorum defuncti* [videlicet, *bona*, *ſufficientia ad ſolvendum Legatum petitum*, *non remanere*, *penes ſe*, nec *per eum ſtetiſſe*, *aut ſtare*, *quò minùs* (*b*) *remaneant*] poteſt hoc allegare, *poſt latam* Sententiam, ad impediendum Executionem *ejuſdem :*

Quòd *plenè adminiſtravit*,

Allegari poteſt, *poſt latam Sententiam*, ad impediendum *Executionem :*

II. Tamen [ſi hoc petatur ab Adversario] condemnandus eſt Allegans *Inſufficientiam bonorum*, in Expensis *prioris* (*c*) *Inſtantiæ* [propter ejus Negligentiam, in hoc *non priùs allegando*] et cogendus eſt, *ad ſolvendum eaſdem*, *antequam andiatur :*

Sed, *non priùs allegans* condemnabitur *in Expenſis*, ſolvendis *antequam audiatur ;*

III. Sed fallit tamen, ſi *poſt latam* Sententiam, et *ante* Executionem *ejuſdem*, Executor, in *Foro Seculari*, condemnatus fuerit in Debito, Computanti incognito, *ante Prolationem* Sententiæ *definitivæ* [ita ut tunc, *ratione hujuſmodi* Condemnationis, *non remaneant*, *penes eum*, *bona ſufficientia ad ſolvendum Legatum adjudicatum*] Condemnatus poteſt hoc allegare,

Exceptio ; (Scilicet) Si, poſt *Sententiam*, et ante *Executionem*, Executor *condemnatus* fuerit *in Debito*, ante *Sententiam* ſibi *incognito*, a quâ *Condemnatione*, bona *non ſuperſunt ;*

OBSERVATIONES.

(a) *Ante Concluſionem in Cauſâ.*] Vide *Tit.* 255. §. 1, 2, 3.

(b) *Nec per eum ſtetiſſe aut ſtare, quò minùs remaneant.*] Vide Formam etiam *Allegationis* hujuſmodi, *plenæ Adminiſtrationis ;* in *Tit.* 255. §. 2. necnon in *Tit.* 258. §. 2. etiam inter *Obs.* in *Tit.* 250. ſub *lit.* (f) 3.

(c) *In Expenſis prioris Inſtantiæ.*] Id eſt, in Expenſis *prioris partis* hujuſmodi Litis pendentis, *hucuſque.*

Hoc allegabit, *poſt Sententiam :*

allegare, *poſt latam* SENTENTIAM; quámvis allegaverit, *ante latam* SENTENTIAM, *plenam* ADMINISTRATIONEM (*d*) *:*

Quo probato, *excuſatur* ab *Expenſis ;*

IV. Et ſi (in iſto caſu) COMPUTANS *hujuſmodi allegata* probaverit, *non* eſt condemnandus in EXPENSIS *prioris Litis* (*e*), nec cogendus, *vel* moneatur *ad Solutionem earundem, antequam audiatur :*

Niſi probetur *habuiſſe Notitiam* Debiti, *ante* latam *Sententiam :*

V. Niſi, ex parte ADVERSARII, probari poſſit, COMPUTANTEM, *ante latam* SENTENTIAM *prædictam, habuiſſe* NOTITIAM *hujuſmodi* DEBITI :

Si ita ſanè, in *malâ Fide* eſt.

VI. Nam tunc fuit in *malâ fide*, hæc non allegando, *ante* CONCLUSIONEM *in Cauſâ.*

Allegabit ergo, *Notitiam habuiſſe*, citra *Concluſionem*,

VII. Et ideo expedit *dicto* COMPUTANTI, in ALLEGATIONE *hujuſmodi*, allegare: *quòd citra* CONCLUSIONEM *in Cauſâ*, *primò habuit* NOTITIAM *dicti* DEBITI :

[Ad evitandas *Expenſas*]

VIII. Et, *per hoc*, evitabit EXPENSARUM SOLUTIONEM, uſque in finem, et eventum *Probationis*, aut *non Probationis* dictæ ALLEGATIONIS :

Idque *probans*, in *Expenſis*, non condemnandus eſt ;

IX. Nam ſi probaverit, JURAMENTO ſuo, *non eſt condemnandus in illis* EXPENSIS (*f*) *:*

Secus, condemnabitur.

X. Si verò defecerit, *condemnabitur in* EXPENSIS, tam *prioris* (*g*), quàm *iſtius Inſtantiæ* (*h*).

OBSERVATIONES.

(d) *Quámvis allegaverit, ante latam Sententiam, plenam Adminiſtrationem.*] Legitur, in *omnibus* (quas vidi) *MSS.* " Quámvis, ante la-" tam Sententiam, *non* allegaverit plenam Ad-" miniſtrationem.

(e) *Prioris Litis.* (g) *Tam prioris.*] Id eſt, in Expenſis *prioris partis* hujuſmodi Litis pendentis, *hucuſque.*

(f) *In illis Expenſis.*] Legitur, in *MSS.* " In *ullis* Expenſis.

(h) *Quàm iſtius Inſtantiæ.*] Super Articulo, ſcilicet, hujuſmodi emergente.

Legata.

Plena Adminiſtratio.

Expenſæ.

TITULUS CCLVIII.

In quo caſu, nec CURATOR *ad Lites*, nec LEGATARIUS [*etiam legitimæ Ætatis*] *condemnandus eſt in* EXPENSIS [*etſi conſtiterit* EXECUTOREM *plenè adminiſtrâſſe*] et *in quo caſu*, ſit *condemnandus in* EXPENSIS.

Probato, *defunctum condidiſſe Teſtamentum ;*

Executorem *idem probâſſe*,

Legatum petitum *non eſſe ſolutum ;*

Quanquam *Executor* allegaverit,

I. SI CURATOR, vel LEGATARIUS probaverit, *defunctum Teſtamentum* [in quo LEGATUM petitum continetur] *condidiſſe*; et EXECUTOREM *hujuſmodi Teſtamentum probâſſe* ; et LEGATUM *petitum non eſſe ſolutum :*

II. Licèt EXECUTOR [ad evitandum Condemnationem in LEGATO petito] *ſe plenè adminiſtrâſſe, ante Litem motam, omnia et*

† *ſingula*

ſingula bona defuncti, in Debitis, Funeralibus, et aliis Oneribus neceſſariis perſolvendis, allegaverit (*a*); et COMPUTUM, *de et ſuper hujuſmodi Adminiſtratione ſuâ* exhibuerit (*b*), et in EO apparuerit, *defunctum fuiſſe ita Ære alieno gravatum, ut non habuerit Sufficientiam bonorum, ad Legati petiti Solutionem:*

Se plenè *adminiſtrâſſe,* Et, ex *Computo exhibito,* conſtiterit, *bona non ſufficere,* pro *Legatis ſolvendis;*

III. Si CURATOR, vel LEGATARIUS, *inſpecto hujuſmodi* COMPUTO, *deſiſtat a Lite* [non cogendo EXECUTOREM ad *probandum,* ſeu *juſtificandum hujuſmodi* COMPUTUM, per TESTES] CURATOR, aut LEGATARIUS, *liberatur ab* EXPENSIS (*c*).

Veruntamen, *inſpecto Computo,* ſi *petens* eundem *acquieſcat,* ad *Probationem* non *cogens,* liberatur ab *Expenſis.*

IV. [Sed *quære,* quid ſit JURIS: Tamen STYLUS eſt *omnium* CURIARUM]

Quid ſit *Juris?* Ita *Praxis.*

V. *Secùs* (*d*), ſi, poſt *exhibitum* COMPUTUM, CURATOR, vel LEGATARIUS coegerit EXECUTOREM, ad COMPUTUM *prædictum juſtificandum, per* TESTES, et EXECUTOR eundem *debitè probaverit.*

Ad *Probationem* Computi *cogens,* Eo *probato,* condemnabitur.

VI. Ratio STYLI, et CONSUETUDINIS CURIÆ, in hoc caſu [*de* EXPENSIS *ſolvendis*] eſt; Quia CURATOR, vel LEGATARIUS, *inſpecto* COMPUTO *hujuſmodi,* potuiſſet informari *de* VERITATE *ejuſdem,* percontando CREDITORES in COMPUTO *nominatos,* ſi non adſtatim, ſaltèm, *datis ſibi* INDUCIIS *ad deliberandum, et conſulendum de* VERITATE: Quæ INDUCIÆ ſolent dari PARTI *eaſdem* petenti.

Praxeôs Ratio: (Scilicet) Inſpecto Computo, *Dantur Induciæ* (Ad conſulendum, de Computi Veritate) *eaſdem petenti.*

OBSERVATIONES.

(a) *Se plenè adminiſtrâſſe,* &c. *allegaverit.*] Vide Formam etiam *Allegationis* hujuſmodi, in *Tit.* 255. §. 2. necnon in *Tit.* 257. §. 1. etiam inter *Obs.* in *Tit.* 250. ſub *lit.* (f) 3.

(b) *Et Computum,* &c. *exhibuerit.*] De Modo *Exhibitionis* hujuſmodi *Computi*; Vide *Tit.* 255. §. 6.

(c) *Liberatur ab Expenſis.*] Vide *Tit.* 227. §. 3. *Tit.* 238. §. 10.

(d) *Secùs,* &c.] Vide *Tit.* 227. §. 4.

Anni Lapſus, a Verborum Prolatione.

TITULUS CCLIX.

Inſtitutio Actionis.

Quòd non *licet agere* (*a*), directè (*b*), *in Cauſâ* DIFFAMATIONIS (*c*), poſt ANNUM *integrum* elapſum, *a Die* PROLATIONIS *Verborum.*

Cauſa Diffamationis eſt, *et* Criminalis, *atque* Civilis.

Diffamationis Cauſa tollitur, ſi *Actio* non *inſtituta*, et *Lis conteſtata* fuerit, *ante* Lapſum Anni, *a Die* Prolationis Verborum: [*Caſus* hic *adjudicatus* eſt]

Ratio.

I. QUONIAM *Cauſa* DIFFAMATIONIS dicitur eſſe, *Cauſa* CRIMINALIS, vel, *Cauſa* MIXTA [hoc eſt, partim *Criminalis*, partim (*d*) *Civilis*] ſi DIFFAMATUS non inſtituerit ACTIONEM, ſeu *Cauſam* DIFFAMATIONIS, et LITEM *in eâdem conteſtari* non curaverit, *infra* ANNUM, a Tempore PROLATIONIS *Verborum*; tollitur ACTIO, per ipſum ANNI LAPSUM: [Ita ſæpiſſimè, per *Peritiſſimos* JUDICES, judicari vidi, et obtinui]

II. Nam, in *eo*, DIFFAMATUS videtur *remiſiſſe* INJURIAM; ſaltèm, *ad* ANIMUM *non revocâſſe:*

Rationis *Elucidatio.*

III. Præſertim, ſi DIFFAMANS et DIFFAMATUS [poſt PROLATIONEM *Verborum diffamatoriorum*, et NOTITIAM *eorundem*] ſimul, ſe invicem *familiariter* geſſerint; *inſimul bibendo, comedendo, ſalutando* (*e*), vel *alia Signa* FAMILIARITATIS *demonſtrando.*

Caſus alter *adjudicatus*, (Scilicet) *Anni Elapſio*, a tempore *Prolationis Verborum*, eſt, *ante Concluſionem in Cauſa*, per Reum *allegando.*

IV. Si verò REUS intendit uti *Beneficio hujus* EXCEPTIONIS [nempe, *Lapſûs* ANNI] *expedit* [ſaltèm, ita a DOCTISSIMIS practicatum et conſultum fuit, ad quadraginta annos elapſos, in graviſſimâ Cauſâ, atque inter Egregias Perſonas, *præmiſſa allegare* ante CONCLUSIONEM *in Cauſâ*; et referre ſe *ad* LIBELLUM; Tempus LITIS *Conteſtationis*; ac PROBATIONES; et *ad* JURA:

Recentior. *Opinio* DD. (Scilicet) *Reo* ſufficit *Anni Lapſum* allegare, *poſt Concluſionem*, et die *Informationum* in Cauſâ.

V. [Tenent tamen quidam (ex modernis Advocatis) ſufficere *præmiſſa* oſtendere JUDICI, poſt CONCLUSIONEN *in Cauſâ*, Tempore INFORMATIONIS in *Cauſâ*]

VI. Caveat

OBSERVATIONES.

(a) *Quòd non licet agere*, &c] Varia Lectio Deſcriptionis hujus Tituli talis eſt, in *MS. Antiq.* " Diffamationis Cauſa *tollitur*, ſi Diffamatus " *non inſtituerit* Actionem, *infra Annum* a Die " Prolationis Verborum.

(b) *Directè.*] Sed licet agere in Cauſâ Diffamationis *indirectè* (ut *Diffamans* pronuncietur *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis*) poſt *Lapſum* Anni [Prout in *Tit.* 261]

(c) *In Cauſâ Diffamationis.*] De Cauſis hujuſmodi, in genere, Vide *Tit.* 4. §. 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31.

Quòd Cauſa *Diffamationis* eſt *Cauſa plenaria*, Vide *Tit.* 7. §. 1, 4.

(d) *Partim Criminalis, partim Civilis.*] Cauſa Criminalis civiliter intentata.

(e) *Salutando*] Additur, in *MS. Antiq.* " Sacramenta percipiendo.

Qualis Excuſatio non Proſecutionis Litis, de Diffamatione, *infra* Annum *a Verborum Prolatione*, per Actorem, *ante* ſit in Cauſâ concluſum, *alleganda eſt?*

VI. Caveat igitur ACTOR, ſi *ex præmiſſis* (*f*) conſtiterit ANNUM *interceſſiſſe* PROLATIONI *Verborum*, et *Inſtitutioni* LITIS; quòd proponat, *ante* CONCLUSIONEM *in Cauſâ*, cauſas *non* PROSECUTIONIS *hujuſmodi* LITIS, infra ANNUM, a Tempore PROLATIONIS *Verborum Diffamatoriorum* [videlicet, cauſas *in ſequenti Titulo* (*g*) ſignificatas.]

OBSERVATIONES.

(f) *Si ex præmiſſis.*] Libello, Actis, et Depoſitionibus Teſtium.

(g) *In ſequenti Titulo.*] Scilicet, 260. *per totum.*

Anni Lapſus, a Verborum Prolatione.

TITULUS CCLX.

Quando, per *Lapſum* ANNI, non tollitur *Actio* DIFFAMATIONIS (*a*).

Inſtitutio Actionis.

Non tollitur Actio Diffamationis, *poſt Anni Lapſum* inſtituta, *Diffamato* (tempore Prolationis Verborum) *procul abſente.*

I. QUAMVIS, ex *Inſpectione* LIBELLI, DEPOSITIONIBUS *Teſtium* ACTORIS, et *Inſtitutione* CAUSÆ, appareat ANNUM interceſſiſſe PROLATIONI *Verborum*, et *Inſtitutioni* ACTIONIS; Si tamen *Verba Diffamatoria* prolata fuerint, *in Abſentiâ* ACTORIS, *eoque in remotis partibus* [forſan extra Regnum] *exiſtente*, et ſi QUAMPRIMUM [ſaltèm, *infra* ANNUM] *a reditu ſuo*, ad *partes* (ſeu Parochiam) *in quibus* prolata fuerint *Verba diffamatoria*, CAUSAM *Diffamationis inſtituerit*, et LITEM *in eâdem Cauſâ conteſtari obtinuerit*; non tollitur ACTIO.

Quoad Anni Lapſum, excuſat *Ignorantia Prolationis Verborum.*

II. Si igitur, ex DEPOSITIONIBUS *Teſtium*, appareat, ANNUM *elapſum fuiſſe a* PROLATIONE *Verborum*, *et ante Inſtitutionem* ACTIONIS, etiam quámvis nihil deponitur, per TESTES, *de Præſentiâ*, vel *Abſentiâ* ACTORIS [ad evitandum, in hâc parte, JURIS *quæſtionis*] alleget PROCURATOR ACTORIS *cauſas probabiles* IGNORANTIÆ *Prolationis Verborum*; videlicet:

Forma *Allegationis* Abſentiæ *Partis diffamatæ*, Prolationis Verborum *Scientiam non habentis*.

III. *Quòd*, *tempore Prolationis eorundem*, *fuit extra Regnum* [vel, in remotioribus partibus, longè diſtantibus a loco, in quo prolata fuerunt Verba] *et quòd inſtituit hanc Actionem*, *infra Annum poſt ejus*

OBSERVATIONES.

(a) *Non tollitur Actio Diffamationis.*] Deſcriptio hujus Tituli talis eſt, in *MS. Antiq.*
" Quòd *Diffamationis Cauſa* non tollitur, *per* " *Lapſum Anni*, licèt *Actio Diffamationis* non " fuerit inſtituta, *infra Annum*, a die Prola- " tionis Verborum diffamatoriorum.

ejus reditum (*b*) *ad partes illas* (ſeu Parochiam) *in quibus prolata fuerunt Verba diffamatoria* (*c*):

Sententia, *hoc caſu*, qualis?

IV. Quibus *probatis*, obtinebit in Cauſâ.

OBSERVATIONES.

(b) *Poſt ejus reditum*] "Allegandus, et probandus eſt reditus. [*MSS.*]

(c) *Diffamatoria*] "Vel, poſtquam *habuit* "*Notitiam Prolationis Verborum.* [prout in "*MS. Antiq.*]

Anni Lapſus, a Verborum Prolatione.

Conſtitutio Provincialis.

TITULUS CCLXI.

Quòd licet agere, *in Cauſâ* DIFFAMATIONIS, indirectè [*ut* DIFFAMANS *pronuncietur* incidiſſe *in Sententiam* EXCOMMUNICATIONIS] poſt *Lapſum* ANNI.

Allegando *Conſtitutionem Provincialem*, Actio Diffamationis, etiamſi *poſt Annum elapſum*, a die *Prolationis* et *Notitiæ Verborum*, inſtituenda eſt, ad Inſtantiam Partis, Ut *Diffamans* pronuncietur, *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis*, ipſo facto, a Jure *latam*.

I. QUAMVIS DIFFAMATUS [*habens* NOTITIAM *Verborum diffamatoriorum*] non inſtituerit *Cauſam* DIFFAMATIONIS, *infra* ANNUM a Tempore PROLATIONIS, *et* NOTITIÆ *Verborum diffamatoriorum*; tamen poteſt, *poſt* ANNUM *lapſum*, agere in *Cauſâ* DIFFAMATIONIS, allegando, in *Libello*, CONSTITUTIONEM *Provincialem* [incipientem (*a*), *Authoritate Dei Patris Omnipotentis*, &c.] et *quòd* REUS *protulit* [talia] *Verba*, &c. *quódque*, *ex eo*, *incidit in Sententiam Excommunicationis*, *in dictâ* CONSTITUTIONE, *latam*:

Forma *Concluſionis Libelli*, in hoc caſu.

II. In Concluſione *hujuſmodi Libelli*, petendum eſt *Jus*, *et Juſtitia*; et *ut* REUS *pronuncietur*, *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis hujuſmodi*.

Quo caſu, Sententia Judicis eſt, *Diffamantem incidiſſe in Sententiam Excommunicationis, proque tali denunciari*: Dantur *Expenſæ*: Ad *Eccleſiæ* ſatisfaciendum, *peragenda* eſt *Pœnitentia*, ob *Perſeverantiam* in *Sententiâ Excommunicationis*.

III. Probatis *Verbis diffamatoriis* [continentibus Crimen aliquod, in dictâ CONSTITUTIONE, mentionatum] ferenda eſt SENTENTIA, juxta petita in *Libello* (id eſt) *Partem diffamantem incidiſſe in Sententiam Excommunicationis*, et *pro tali denunciandum eſſe*; condemnandus eſt REUS in *Expenſis* ACTORIS, et non eſt abſolvendus, *ab hujuſmodi Sententiâ Excommunicationis*, donec *ſatisfecerit* ECCLESIÆ [hoc eſt, *peregerit Pœnitentiam*, *per Judicem*, *aſſignandam*] quia tam diu *perſtiterit in Sententiâ Excommunicationis*:

Excommunicatio vim obtinet *a Prolatione Verborum*,

IV. Nam *Sententia Excommunicationis*, in hoc caſu, *lata* (b), afficit PARTEM, *a die quo* PROLATA *fuerunt Verba diffamatoria*; et

OBSERVATIONES.

(a) *Incipientem.*] Vide *Lynd.* De *Sententiâ Excommunicationis*, c. *Auctoritate Dei.*

(b) *Sententia Excommunicationis, in hoc caſu, lata.*] Scilicet, per *Conſtitutionem prædictam.*

et SENTENTIA, in iſto caſu, *lata* (*c*), dicitur et eſt SENTENTIA *declaratoria* FACTI *commiſſi.*

Et *Sententia lata*, per Judicem, eſt *Prolationis declaratoria.*

V. *Satisfactio* verò ECCLESIÆ (de *quâ*, ſuperiùs, mentio facta eſt) *hæc* eſt:

Satisfactio, Eccleſiæ, *Pœnitentia eſt*; (Scilicet)

VI. REUS *convictus*, primò, confiteri debet (*d*), *Se* DEUM *graviter offendiſſe*, *malitiosè proferendo* VERBA *diffamatoria*, *contra* PROXIMUM; et *nominabit ſpecificè* ACTOREM, ac *ipſa* VERBA *diffamatoria :*

[1] Confeſſio *Culpæ*,

VII. Deinceps, *imprimis a* DEO, ac *poſtea a* PARTE *diffamatâ*, CONDONATIONEM *petere tenetur.*

[2] Petitio *Remiſſionis* ejuſdem.

VIII. *Pœnitentia* hujuſmodi, ſeu potiùs *Satisfactio* ECCLESIÆ *peragenda eſt*, aut publicè *in Eccleſiâ Parochiali* perſonæ *diffamatæ*, vel *diffamantis*; vel *aliquo alio Loco*, JUDICIS ARBITRIO [juxta *qualitatem* Cauſæ, *et* Perſonarum] *aſſignando.*

Ubi loci peragatur *Pœnitentia*?

Penès *Arbitrium boni Judicis* eſt.

OBSERVATIONES.

(c) *Sententia, in iſto caſu, lata.*] Nempe, per *Judicem.*

(d) *Primò, confiteri debet*, &c.] De peractione *Pœnitentiæ*, Vide *Tit.* 268. §. 8, 9. necnon *Obs.* in *Tit.* 137. ſub *lit.* (a) 5.

Anni Lapſus, a Verborum Prolatione.

Conſtitutio Provincialis.

TITULUS CCLXII.

Quòd in omni Cauſâ DIFFAMATIONIS, *inſtitutâ* vigore CONSTITUTIONIS *cujuſcunque* [ut REUS *pronuncietur* incidiſſe *in Sententiam* EXCOMMUNICATIONIS] *Cauſa hujuſmodi non ſit inſtituenda* ad Inſtantiam PARTIS (ut in cæteris Cauſis) *ſed ex* OFFICIO JUDICIS, promoto, *et* implorato *per* PARTEM *gravatam.*

Poſt Anni Lapſum, *Actio Diffamationis* inſtituatur, *ad Inſtantiam Diffamati*, dummodo ponatur, in Libello, *Conſtitutio Provincialis.*

I. IN ultimo Titulo (*a*), dicitur, *Quòd quàmvis lapſus ſit* ANNUS, a tempore PROLATIONIS *Verborum*, ante *Inſtitutionem Cauſæ* DIFFAMATIONIS, DIFFAMATUM inſtituere poſſe ACTIONEM, *in Cauſâ* DIFFAMATIONIS; modò alleget, *in Libello*, CONSTITUTIONEM *Provincialem*, in dicto Titulo *mentionatam :*

Cæteris in *Cauſis*, ubi agitur ad obtinendum *Sententiam*, contra Delinque[illegible]te *in pœnam Canonis*, ſcilicet, *Sententiam Excommunicationis*, ipſo facto, a Jure *latam*, incidiſſe, *non* directè agitur *ad Inſtantiam Partis*, ſed *ex Officio Judicis implorato*,

II. Tamen, quia in *omnibus cæteris Cauſis Eccleſiaſticis*, in *quibus* agi ſolet contra quemquam, ut pronuncietur *incidiſſe in Canonem*, ſeu *Sententiam Excommunicationis*, *in Canone*, *latam*, ACTORES gravati et injuriati, *in his caſibus*, non ſolent ACTIONES *directas* inſtituere, contra DELINQUENTES, *eorum propriis Nominibus*, ſed tanquam

OBSERVATIONES.

(a) *In ultimo Titulo.*] Præcedenti. §. 1.

Exempla: (Scilicet)

tanquam *Promotores* OFFICII JUDICIS, *ejuſque, in eâ parte,* OFFICIUM *implorando:* Exempli gratiâ;

[1] Propter *violentam Manuum Injectionem* in *Clerum:*

III. [Talis] *injecit* MANUS VIOLENTAS *in* CLERICUM (*b*); ex quo eſt, *ipſo* facto, *excommunicatus:*

[2] Ob *Rixas* in *Eccleſiâ:*

IV. Vel [talis] RIXATUS *eſt in* ECCLESIÂ (*c*); et (in eo) incidit *in Sententiam Excommunicationis,* ipſo *facto:*

[3] Ob *temerariam Adminiſtrationem:*

[4] Propter *Impedimentum Executionis Teſtamenti:*

[5] Ob *Impedimentum* Confectionis *Inventarii:*

V. Vel [talis] *temerè adminiſtravit Bona* (*d*) *defuncti*; vel *impedimento fuit, quò minùs* TESTAMENTA, *et ultimæ* VOLUNTATES *defunctorum procedant* (*e*), *aut debitum ſortiantur effectum*; vel *quò minùs* BONA *appreciari, et in* INVENTARIUM *redigi* (*f*) *poſſint*; per quæ etiam, *ipſo facto,* ſunt *excommunicati:*

Quibus in caſibus, ut *ſententietur,* Delinquentes *in Sententiam Excommunicationis,* ipſo facto, a Jure *latam,* incidiſſe, *non* proceditur *ad Inſtantiam Partis*; ſed *ex Officio Judicis.*

VI. PARTES in *his,* et *ſimilibus*: gravatæ [ſi cupiunt ADVERSARIOS *ſuos corrigi,* et *in Sententiam Excommunicationis, a Jure latam,* incidiſſe, *pronunciari*] non ſolent CAUSAS et ACTIONES hujuſmodi, *propriis eorum Nominibus,* inſtituere; ſed JUDICIS OFFICIUM promovere *et* implorare; *præmiſſaque* DELICTA *Reis,* JUDICIS *Nomine,* et OFFICIO, *per eos, promoto,* objicere *et* articulare.

In Cauſâ *Diffamationis,* ut ſententietur *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis,* etiam procedi poteſt *ex Officio Judicis,* Idque, *procul dubio,* rite, *et* cum Effectu:

VII. *His* igitur *rationibus* adductus ſum arbitrari, quòd *in Cauſis* DIFFAMATIONUM [*inſtitutis,* ut REI pronuncientur *in Sententiam Excommunicationis incidiſſe*] agant PARTES gravatæ, *non propriis eorum Nominibus,* ſed tanquam *Promotores,* et *Imploratores* OFFICII JUDICIS: In *quibus caſibus,* eundem obtinebunt *effectum* (*g*), quem obtinere ſolent, *vel* poſſunt, *in Cauſâ* DIFFAMATIONIS, in proximo *præcedenti* TITULO *ſpecificatâ* (*h*):

Fuit autem *et* moris eſt *Praxeôs* in Cauſâ *Diffamationis* (pro obtinendâ *Sententiâ,* Diffamantem *incidiſſe in Sententiam Excommunicationis*) procedere *ad Inſtantiam Partis:*

VIII. Sed quoniam [non ſolùm ex *hodiernâ,* ſed ex *antiquâ* PRAXI omnium Curiarum *Reverendiſſimi Patris* CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI] hujuſmodi *Cauſæ* DIFFAMATIONIS [*inſtitutæ* quoad *pœnam* in CONSTITUTIONE *mentionatam*] ſolebant, et ſolent inſtitui *Nominibus* DIFFAMATORUM [videlicet, *ad reſpondendum* N. *in Cauſâ* DIFFAMATIONIS] et non *ex* JUDICIS OFFICIO *promoto:*

Praxis ejuſmodi vocatur *in dubium.*

IX. Ego ad *Peritiſſimorum* et *Doctiſſimorum* JUDICUM, et ADVOCATORUM, *Judicium* appello; *Utrùm* magis expedit, *hujuſmodi Cauſas*

OBSERVATIONES.

(b) *Injecit manus violentas in Clericum.*] Vide *Tit.* 4. §. 12, 16, 17. et *Obs. ibid* ſub *lit.* (i).

(c) *Rixatus eſt in Eccleſiâ.*] Vide *Tit.* 4. §. 12. 16, 17. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (l).

(d) *Temerè adminiſtravit bona.*] Vide *Tit.* 4. §. 16, 17. et *Obs. ibid.* ſub. *lit.* (n).

(e) *Quò minùs Teſtamenta, et ultimæ Voluntates defunctorum, procedant.*] Vide *Tit.* 4. §. 15, 16, 17. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (m).

(f) *Appreciari, et in Inventarium redigi.*] Vide *Tit.* 4. §. 15, 16, 17.

(g) *Eundem obtinebunt effectum.*] Nempe, Sententiam, Expenſas, et Pœnitentiam. Prout in *Tit.* 261. §. 3, 5, 6, 7, 8.

(h) *In Cauſâ Diffamationis, in proximo præcedenti Titulo ſpecificatâ.*] Scilicet, inſtitutâ ad *Inſtantiam* Diffamati, *Nomine* ſuo proprio.

Cauſas DIFFAMATIONUM inſtituere, *ſecundùm* PRAXIN *hodiernam* (*i*), vel, *prout in præſenti* TITULO *continetur* (*l*)?

OBSERVATIONES.

(i) *Secundùm Praxin hodiernam.*] De quâ ſuprà dicitur, in *hoc Tit.* §. 8.

(l) *Vel, prout in præſenti Titulo continetur.*] Videlicet, in §. 2, 6, 7.

Libellus famoſus, ſeu *Diffamatio in Scriptis.*

TITULUS CCLXIII.

De modo procedendi, *in Cauſâ* DIFFAMATIONIS, quando DIFFAMATUS *agit* (*a*) pro *Verbis Diffamatoriis, contentis in* LIBELLO FAMOSO (*b*).

Forma Libelli.

I. IN *iſto caſu*, non ſolùm ponendus eſt, *generalis* et *uſitatus* ARTICULUS, in *Cauſâ* DIFFAMATIONIS (videlicet) *Quòd Reus* [talibus] *die et loco*, *protulit* [talia] *Verba*, &c. [videlicet, Verba quæ in LIBELLO FAMOSO continentur] — Forma *Articuli generalis*, Quoad *Libellum famoſum.*

II. Verùm etiam alius *ſpecialis*, ac *particularis* ARTICULUS; *Quòd* [tali tempore, talique loco] *Reus ſcripſit, et publicavit, ſeu ſcribi, et publicari procuravit, Libellum quendam famoſum, præſentibus annexum*; ſi ACTOR eundem habuerit: — *Articulus ſpecialis*, Pro Parte diffamatâ, *Libellum famoſum originalem* habente.

III. *Si non*, ponendus eſt ARTICULUS; *Quòd* [tali tempore, et tali loco] *Reus ſcripſit, et publicavit, ſeu ſcribi, et publicari procuravit Libellum quendam famoſum, Verba ſequentia, videlicet*, &c. [et hìc inſcribenda ſunt Verba illa diffamatoria, quæ in Libello famoſo continentur] *vel alia eis in effectu conſimilia, continentem.* — *Articulus ſpecialis*, Pro Parte diffamatâ, *Libellum famoſum originalem* non habente.

IV. Vel, ſi DIFFAMATUS habuerit *veram* COPIAM ejuſdem LIBELLI FAMOSI, tunc eadem COPIA annectenda eſt *Libello, dato in hâc Cauſâ Diffamationis*, et ponendus eſt ARTICULUS; *Quòd* [talibus tempore et loco] *Reus ſcripſit et publicavit, ſeu ſcribi et publicari procuravit Libellum quendam famoſum* (his adjectis verbis) *tenoris ſchedulæ præſentibus annexæ, quam pro hìc inſertâ, et lectâ, haberi petit.* — *Articulis ſpecialis*, Pro Parte diffamatâ, *Libelli famoſi Copiam* habente.

V. Et ſi ACTOR ſuam Intentionem probaverit, *puniendi ſunt* hujuſmodi DIFFAMANTES, *graviori pœnâ* (*c*), quàm hi, *qui* VERBIS *tantùm* (*d*) *diffamârunt.* — In *Scriptis Diffamantes, eò magìs* puniendi ſunt.

OBSERVATIONES.

(a) *De modo procedendi, in Cauſâ Diffamationis, quando Diffamatus agit*, &c.] Inſcribitur hic Titulus, hoc modo, in *MS. Antiq.*
" *Tenor et Verba Libelli*, in Cauſâ Diffama-
" tionis, *cùm* Diffamatus agit, *&c*

(b) *In Libello famoſo.*] Famoſus etſi nonnunquam uſurpatur, quaſi *Nobilis*, et *Inſignis*; frequentiùs autem *in malam partem* accipitur: Utpote, legimus *famoſos Fures, Latrones*, et *Mulieres famoſas*; pro *infamibus, improbrioribus, impudicis*: Ita *Libellus famoſus*, aut *famoſum Carmen*, eſt *Scriptura* quædam *opprobrioſa*, in alterius *bonæ Famæ* Læſionem, *edita.*

(c) *Graviori pœnâ.*] Eſt enim *atrox Injuria.*

(d) *Verbis tantùm.*] Quia *Litera ſcripta manet* [Vide *Tit.* 103. §. 1.]

Teſtium (in Exceptionibus) Diffamatio.

Inſtitutio Actionis.

TITULUS CCLXIV.

Quòd TESTIS *productus in Cauſâ*, ſi ſit DIFFAMATUS, *per propoſitionem* EXCEPTIONUM, *poſſit agere* contra *proponentem hujuſmodi* EXCEPTIONES, in *Cauſâ* DIFFAMATIONIS (*a*).

Exceptionibus, *contra Teſtes*, diffamatoriis, *non* probatis, *Teſtis* (per propoſitam Exceptionem *diffamatus*) poteſt agere, *contra* Partem proponentem, *in Cauſâ Diffamationis*;

I. QUAMVIS REUS, vel ACTOR, *pro ſuâ* (ut prætendit) DEFENSIONE *in Cauſâ*, propoſuerit EXCEPTIONES, contra TESTES *Adverſarii*, continentes *Crimina Eccleſiaſtica*, et *Verba diffamatoria, corrigenda in* FORO ECCLESIASTICO; ſi tamen defecerit in PROBATIONE *earundem*; TESTES *hujuſmodi* agere poſſunt [coram *eodem* JUDICE, vel *alio* JUDICE, ECCLESIASTICO *competente*] contra *proponentem* EXCEPTIONES *prædictas*, in *Cauſâ* DIFFAMATIONIS:

Non obſtante *Proteſtatione*, Se non *animo diffamandi*, ſed pro ſolâ *defenſione ſuâ*, propoſuiſſe:

II. Etiam non obſtante, quòd *proponens dictas* EXCEPTIONES expreſſè *proteſtatus fuerit*, tempore *Propoſitionis* earundem, *quòd eaſdem non propoſuit animo diffamandi dictos Teſtes*; *ſed tantùm pro juſtâ Defenſione ſuâ, in Cauſâ prædictâ:*

Quâ *Proteſtatione* utitur aliquando, *in Formulis*, Die *Propoſitionis* Exceptionum.

III. Hæc PROTESTATIO (*b*) ſcribi ſolet, *in fine* EXCEPTIONUM [vel ſaltèm, in ACTIS] tempore *Propoſitionis* earundem (*c*).

OBSERVATIONES.

(a) *In Cauſâ Diffamationis.*] Ad ſimilem effectum, variâ Lectione, Titulus hujuſmodi ſic inſcribitur, in *MS. Antiq.*

" Quòd *Cauſa Diffamationis* inſtitui poteſt, " *per Teſtem*, in quâcunque Cauſâ *productum*, ſi " fuerit *diffamatus*, per Propoſitionem Excep" tionum dictarum, *per Partem* contra *quam* " productus fuit.

(b) *Hæc Proteſtatio.*] Vide *Tit.* 266. §. 4. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (d). Vide etiam *Tit.* 103. §. 2. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c).

(c) *Tempore Propoſitionis earundem.*] Quòd admodum neceſſarium ſit, ut *Exceptiones* (contra *Teſtes*) continentes *Crimina*, dantur per *ipſas Partes litigantes*; vel, per *tales Perſonas* quæ ſunt ſolvendo *Expenſas*, Teſtis diffamati, ſi *Exceptiones* non probentur; Vide *Tit.* 103. *per totum.*

Teſtium (in Exceptionibus) Diffamatio.

Libellus.

TITULUS CCLXV.

De modo libellandi, *in Cauſâ* DIFFAMATIONIS [*inſtitutâ* per TESTEM *diffamatum*, per *Propoſitiones* EXCEPTIONUM.]

Forma *Libelli*, quando *Teſtis*, in (propoſitis Exceptionibus) *diffamatus eſt*, (Scilicet) *Articuli generales.*

I. IN LIBELLO *hujuſmodi*, non ſolùm illæ POSITIONES *generales*, et *uſitatæ*, in LIBELLO *ordinario*, in *Cauſâ* DIFFAMATIONIS, ponendæ ſunt; ſed etiam *ſpeciales* POSITIONES *ſubſequentes* addendæ ſunt; videlicet:

II. ITEM,

II. ITEM, *Quòd* [tali *Die*, et *Anno*, ac *in* tali *Cauſâ*, ac *inter* tales *Perſonas*] M. [id eſt, ACTOR in hâc Cauſâ *fuit productus in hoc Judicio* [vel, in tali Curiâ, ſi Cauſa Diffamationis non inſtituta ſit in Judicio, in quo Teſtes erant producti] *in Teſtem*; *ac juratus, et examinatus*; *prout ex Actis hujus Curiæ* (*ad quæ ſe refert Pars iſta proponens*) *liquet, et apparet*. *Articulus ſpecialis.*

III. ITEM, *Quòd* N. *Pars contra quam præfatus Teſtis* (jam ACTOR in hâc Cauſâ) *fuit productus* [tali Die, et (*a*) Anno] *Exceptiones quaſdam* (*ſeu potiùs Libellum quendam famoſum*) *exhibuit* (*b*); *quarum* [talis] *Poſitio Tenorem ſequentem continebat* [et hìc inſerendus eſt Tenor illius Poſitionis, in quâ Verba diffamatoria continentur. Alius *Articulus ſpecialis.*

IV. Vel, *quarum* [talis] *Poſitionis Tenor in Schedulâ, præſentibus annexâ, ſpecificatur* [et tunc Tenor illius Poſitionis, Verba diffamatoria continentis, inſerendus eſt in Schedulâ, huic Libello, annectendâ] Alter, *alio modo.*

V. ITEM, *Quòd dictus* N. (*Pars Rea in hâc Cauſâ*) *defecit in Probatione dictarum prætenſarum Exceptionum* (*ſeu potiùs Libelli famoſi*) *in Poſitione prædictâ mentionatarum* [vel, *in Schedulâ, præſentibus annexâ, ſpecificatarum*] Alius *Articulus ſpecialis.*

VI. Deinde, cæteræ ordinariæ Poſitiones ſcribendæ ſunt. Reliqui ſunt *Articuli generales.*

OBSERVATIONES.

(*a*) *Tali Die, et Anno.*] "Id eſt, *Die* et *Anno*, in *quibus* datæ fuerunt *Exceptiones*. [*MS. Antiq.*]

(*b*) *Exhibuit*] Sic pergit *MS. Antiq.* "Ac Animo malitioſo, et diffamandi eundem "M. ejuſque Nomen et Famam lædendi, ac "Teſtimonium ſuum (tam in Causâ in quâ, in "Teſtem, productus fuit, quàm in aliâ quâ"cunque Causâ) elidendi et enervandi, dedit et "propoſuit; *quarum* [talis] *Poſitio Tenorem* "&c. *ut ſuprà.*

Teſtium (in Exceptionibus) Diffamatio.

TITULUS CCLXVI.

De modo probandi Libellum *datum*, *in Cauſâ* DIFFAMATIONIS [*inſtitutâ* per TESTEM *diffamatum*, per *Propoſitiones* EXCEPTIONUM] *Deque formâ* Juſtificationis, *ſeu* Defenſionis, *ex alterâ Parte.*

Probatio unius. Juſtificatio alterius.

I. SI dicta Cauſa DIFFAMATIONIS, inſtituta per TESTEM, inſtituta fuerit *in eodem* JUDICIO [id eſt, in quo Teſtis erat productus in Teſtem] tunc [poſt *Litem conteſtatam*, et aſſignatum *Terminum ad probandum*] dicat PROCURATOR ACTORIS: Modus probandi *Libellum*, ex parte *Teſtis*, *in eodem Judicio*, quo, per *Exceptiones*, diffamatus eſt,

II. *In ſubſidium Probationis contentorum in Libello* (*aliàs in hâc Cauſâ dato*) *exhibeo quendam* ACTUM, *expeditum in hoc Judicio* [id eſt, Actum expeditum die propoſitionis Exceptionum] *in* tali *Cauſâ*, *inter* N. *et* M. [videlicet, inter talem ACTOREM, et talem REUM] (Scilicet) [1] Per *Exhibitionem* (in eorum formis Originalibus) *Actorum* expeditorum,

et *Exceptionum* datarum *in eodem Judicio*, in Subſidium *Probationis* Contentorum *in Libello* Diffamationis:
[2] Forma *Allegationis*, ex parte *Teſtis*, apud Acta, tempore *Exhibitionis* Actorum, *et* Exceptionum *hujuſmodi*.

REUM] talibus *Die* et *Anno*; necnon *etiam exhibeo* EXCEPTIONES *ipſas originales, et præſertim* talem POSITIONEM *earundem* (a), *per dictum* M. [REUM in Cauſâ prædictâ] *Die, Anno et in Cauſâ prædictis, judicialiter datas, et penès Regiſtrum hujus Curiæ remanentes, et de quibus fit mentio in* ACTU *prædicto:* Et *allego omnia et ſingula contenta, in dicto* ACTU, *fuiſſe habita et geſta, prout in eodem continetur*; *referendo me ad Acta, et Regiſtrum hujus Curiæ, quatenus faciant pro Parte meâ* (*b*).

Si *Exceptiones*, contra *Teſtem*, in *eodem Judicio* datæ, ſint *probatæ*, quid replicabit *Reus?*

III. Si REUS, in hoc caſu, probaverit *dictas* EXCEPTIONES in *præfatâ* INSTANTIÂ, ſeu JUDICIO, in *quibus datæ fuerint*; replicare poteſt, *pro* DEFENSIONE *ſuâ* (*c*):

[1] Forma Allegationis *Rei*, quoad *Juſtificationem Diffamationis*, in *eodem Judicio:*

IV. *Quòd hujuſmodi* EXCEPTIONES *probavit, et juſtificavit*; et *quòd* EASDEM *non propoſuit animo diffamandi Teſtem* [jam ACTOREM] *ſed pro juſtâ Defenſione ſuâ, in Cauſâ* (*d*).

[2] Modus Exhibitionis *Depoſitionum Teſtium*, ad *probandum* Allegationem *Rei.*

V. Ac admiſſâ iſtâ *Allegatione*, REUS [in *ſubſidium* PROBATIONIS *ejuſdem*, ſeu ad *eandem probandum*] poteſt (modo et formâ prædictis) exhibere (*e*) *Acta, Dicta et Depoſitiones* TESTIUM, per eum *ſuper* EXCEPTIONIBUS *prædictis, productorum (f):*

Exceptionibus, in *eodem Judicio*, non *probatis*,
[1] *Probentur*, in hâc *Inſtantiâ*;
[2] Probatis, dimittitur *Reus*, cum *Expenſis.*

VI. Sed, dato, quòd REUS non probaverit *eaſdem* EXCEPTIONES, in *dictâ* INSTANTIÂ, probare poteſt *eaſdem*, in *hâc* INSTANTIÂ; et ſi probaverit, *eſt dimittendus, ab Inſtantiâ* ACTORIS, *cum* EXPENSIS (*g*).

Modus *probandi* Libellum *Teſtis*, ubi non agitur *in eodem Judicio*, quo productus fuit,

VII. Sed, ſi hæc *Cauſa* DIFFAMATIONIS non fuerit inſtituta, *in ipſo et eodem* JUDICIO, in quo *datæ fuerunt* EXCEPTIONES *prædictæ*; tunc, *ad probandum Libellum*, ACTUS *prædictus*, et EXCEPTIONES

OBSERVATIONES.

(a) *Præſertim talem Poſitionem earundem.*] Scilicet, in quâ *Verba diffamatoria* continentur.

(b) 1 *Pro parte meâ.*] " *Et peto Terminum mihi aſſignari, ad proponendum omnia, in hâc Cauſâ:* [prout Verba ſunt, in *MS. Antiq.*]

2 " Nam ſola *Exhibitio præmiſſorum*, et *ad eadem relatio*, probant *Intentionem* Actoris. *MS. ibid.*

(c) *Pro Defenſione ſuâ.*] Hujus Sectionis [in *MS. Antiq.*] hæc ſunt Verba:

" In Die aſſignato *ad proponendum omnia*, " in Cauſâ prædictâ, ſi *Reus* probaverit *Exceptiones*, per *eum*, in dictâ *priori* Cauſâ, *datas*, replicare poteſt, *pro Defenſione ſuâ.*

(d) *In Cauſâ.*] Tenor hujus Sectionis hiſce Verbis habetur, in *veteri* (penès me) *MS.*

" *Quòd hujuſmodi Exceptiones non propoſuit* " *Animo malitioſo*, nec *diffamandi dictum Teſtem*; ſed *tantùm pro juſtâ ſuâ Defenſione, in* " *Cauſâ prædictâ*; et *quòd, de eo, tempore Propoſitionis earundem, expreſſe proteſtatus fuit*; " et *quòd Exceptiones hujuſmodi probavit.*

[De Proteſtatione hujuſmodi, *Quòd non propoſuit Animo malitioſo*, &c. Vide *Tit.* 264. §. 2, 3. Vide etiam *Tit.* 103. §. 2. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c).]

(e) *Poteſt, modo et formâ prædictis, exhibere.*] Scilicet, ut præſcriptum eſt in §. 2. *hujus Tituli*; mutatis verò mutandis.

(f) *Productorum.*] Hìc ſequentia reperiuntur; in *MS. Antiq.*

" Et ſi conſtiterit, ex *hujuſmodi* DEPOSITIONIBUS, EXCEPTIONES *propoſitas contra Teſtem* " (jam *Actorem* in Cauſâ) *probatas eſſe*, ferenda " eſt *Sententia abſolutoria*, pro *Reo*, cum Condemnatione in *Expenſis.*

(g) *Cum Expenſis.*] Ad ſimilem Effectum, hiſce verò verbis, Sectio ſexta ſupraſcripta depingitur, in *veteri* (penès me) *MS.* videlicet:

" Sed dato, *Reum* non probâſſe *Exceptiones*, " per eum in dictâ *primâ* Inſtantiâ, *datas*; " poteſt tamen in *hâc Cauſâ Diffamationis* (ad " elidendum intentionem Actoris) *eaſdem probare*; quod ſi *fecerit*, obtinebit in Cauſâ.

EXCEPTIONES *prædictæ* ſunt exhibendæ, *ſub manu* REGISTRARII JUDICIS, coram QUO *datæ fuerunt*; vel, per INSTRUMENTUM *publicum*, Sigillo JUDICIS, et Subſcriptione REGISTRARII, *communitum* (*h*).

[1] Per *Copias extractas* e Regiſtro: [2] Vel, per *Exemplificationem Exhibitorum*, ſub *Sigillo*.

VIII. Similiter, *in omnibus*, probare poteſt REUS *Materiam*, per eum, *datam* [nempe, *ſe probâſſe* EXCEPTIONES (*i*), per eum, *datas in primâ Inſtantiâ*] ac *allegandum*, et *probandum* eſt, ut in Titulo (*l*), *De Exhibitione Inſtrumenti Appellationis extrajudicialis* (hoc excepto) quòd ſi PROCURATOR (*m*) negaverit, *tales* EXCEPTIONES *datas, aut propoſitas fuiſſe*, oportet ACTOREM, id probare, *per* TESTES (videlicet) per *Regiſtrarium*, Actorum *Scribam*, et eorum *Clericos*; vel *per* SCRUTINIUM.

Forma Allegationis *Rei*, quoad *Juſtificationem Diffamationis*, ubi non agitur *in eodem Judicio* quo *datæ* fuerunt *Exceptiones*.

Negatis *Exhibitis*, [1] Fiat *Probatio*, per *Teſtes*: [2] Vel, per *Scrutinium*.

IX. Et nota; quòd ſi PROCURATOR [*Nomine* DOMINI *ſui*, et Vigore *ſpecialis* PROCURATORII] propoſuerit *dictas* EXCEPTIONES; agi non poſſit contra *ipſum* DOMINUM [nempe REUM, cujus *Nomine* datæ fuerunt] ſed contra PROCURATOREM, *eas proponentem*: Caveat igitur PROCURATOR (*n*).

Teſtis, per probofitas Exceptiones *diffamatus*, agere poteſt contra *Procuratorem*, has *proponentem*.

X. Hìc etiam quæri poteſt; *Utrùm* PROBATIONES *factæ*, ſuper *prædictis* EXCEPTIONIBUS, inter *alias* PERSONAS, et in Abſentiâ *hujuſmodi* TESTIS (*o*), plenè *probaverint* contra *hujuſmodi* TESTEM in *Cauſâ Diffamationis*, ad juſtificandum PROBATIONEM *earundem* (*p*)?

An fiat *Juſtificatio* Propoſitionis *Exceptionis diffamatoriæ*, contra *Teſtem*, per *Probationes* inter *alios*, inque *Abſentiâ* Teſtis *habitas*?

XI. Sed dato, *quòd probent*; tamen licet DIFFAMATO (*q*) excipere *contra*, et reprobare *hos* TESTES; quámvis fuerit *aliàs* contra *eoſdem* exceptum, *vel* non exceptum, *per* PARTEM contra quam, *in priori Cauſâ*, producti fuerunt.

Reſponde; Licebit *Teſti diffamato* reprobare *Teſtes*, ſuper Exceptionibus *Diffamantis*, aliàs utcunque *examinatos*.

OBSERVATIONES.

(h) *Sigillo Judicis, &c. communitum.*] Scilicet, per Literas Teſtimoniales, ſeu Exemplificatorias.

(i) *Nempe, ſe probâſſe Exceptiones, &c.*] Vide ſuprà, §. 4.

(l) *Ut in Titulo, &c.*] Vide *Tit.* 317.

(m) *Quòd ſi Procurator, &c.*] Varia Lectio eſt ultimæ partis hujuſmodi Sectionis, in *MS. Antiq.* videlicet:

" Si Procurator *Actoris*, juratus *ad reſpon-" dendum Allegationi, et Exhibitis prædictis*, ne-" gaverit, ſaltèm, ſe non credere *tales Excep-" tiones, datas aut propoſitas fuiſſe*, reſponderit, " oportet *Actorem* probare, per TESTES (videli-" cet, per Regiſtrarium, Actorum Scribam, et " eorum Clericos) *Exceptiones prædictas datas " et propoſitas fuiſſe, modo et formâ in Actu ex-" hibito expreſſis*, vel, per SCRUTINIUM *in Re-" giſtro*, in quo *Exceptiones hujuſmodi*, et *Actus " ſuper Exhibitione earundem*, remanent.

(n) 1 *Caveat igitur Procurator*] " Ne det, " aut proponat *Exceptiones*, continentes diffa-" matoria. [*MS. Antiq*]

2 Quòd *Exceptiones*, contra Teſtes, *Crimina continentes* potiùs *dandæ ſint* per *ipſas Partes litigantes*; vel *tales*, qui ſolvent *Expenſas* Teſtis diffamati, ſi *Exceptiones* non probentur; Vide *Tit.* 103. *per totum.*

(o) *Inter alias Perſonas, et in Abſentiâ hujuſmodi Teſtis*] " Nam *Teſtis* non fuit *præſens*, ſal-" tèm, *in Judicio*, cùm Teſtes, *ad probandum " Exceptiones*, producti fuerint. [*MS. Antiq.*]

(p) *Ad juſtificandum Probationem earundem.*] Legitur, in *omnibus MSS.* " Ad juſtificandum " *Propoſitionem* earundem.

(q) *Licet Diffamato.*] Actori in Cauſâ.

TITU-

Reconventio.

TITULUS CCLXVII.

De Reconventione, *in Cauſâ* Diffamationis.

Mutua Petitio.

In Cauſâ *Diffamationis*, abſque *novâ Citatione*, datur *Libellus Reconventionis*.

I. SI quis fuerit citatus, *ad reſpondendum in Cauſâ* Diffamationis, ſi Actor *etiam* diffamaverit Reum, Reus poteſt in *ipſâ*, et *eâdem* Cauſâ *reconvenire* Actorem [hoc eſt, *nullâ præcedente* Citatione, dare Libellum, in præſentiâ Actoris, ſeu *ejus* Procuratoris]

Reconventio, *pari paſſu*, ambulat, unà cum Cauſâ Diffamationis, in *Litis Conteſtatione*, uſque *Sententiam*, et *finem* Litis:

II. Sed, in iſtis caſibus Reconventionis, procedendum eſt *ſimul*, in *Conteſtatione* Litis; in petendo unum *et* eundem Terminum *Probatorium*; in Testium *Productionibus*; in Conclusione *Cauſæ*; et *Prolatione* Sententiæ; atque in omnibus, *uſque in finem* Litis:

[Caſus hic adjudicatus eſt]

[Ut communiter adjudicatum vidi, et obtinui]

Diffamatione, hinc inde *probatâ*, Pœnitentiæ *et* Expenſarum facienda eſt *Compenſatio*.

III. Si *hinc inde* probata fuerint Verba diffamatoria libellata; *hinc inde* facienda eſt, tam *Pœnitentiæ*, quàm *Expenſarum*, Compensatio [id eſt, *nulla Pœnitentia* injungenda eſt, *nullaque Expenſarum Condemnatio*]

Secùs, in *Actionibus* Diffamationum *ſeparatis*.

IV. Secùs, ſi Duæ *ſeparatæ* Cauſæ Diffamationis inſtitutæ fuerint.

In Reconventionibus, *Compenſatio* fit ſolùm *inter Partes*;

V. Nota tamen; Quòd in *Cauſis* Reconventionum, licèt (ut ſuprà (*a*) dicitur) facienda ſit, *inter Partes*, Compensatio; tamen quia Diffamatores ſunt, de Jure, *corrigendi*, et etiam ex Constitutionibus *Provincialibus* (*b*), pro Excommunicatis *denunciandi*, Judex (ſi vult) poteſt, *ex Officio ſuo*, utroſque Diffamatores, *ſuo Arbitrio*, corrigere.

Ambo verò *Diffamatores* ſunt [*Arbitrio Judicis*] corrigendi.

OBSERVATIONES.

(a) *Ut ſupra dicitur.*] §. 3.

(b) *Ex ConſtitutionibusProvincialibus.*] Vide *Lynd.* De *Sententiâ Excommunicationis.* c. *Authoritate Dei.*

TITU-

Executio Sententiæ.

Sententia.

TITULUS CCLXVIII.

De Formâ demandandi SENTENTIAM *Executioni*, in *Cauſâ* DIFFAMATIONIS.

Modus Executionis Sententiæ, in Cauſâ Diffamationis.

I. EST, in iſto caſu, in omnibus [1] *certificandum*, [2] *exhibendum*, [3] *accuſandum*, et [4] *petendum* (*a*), prout in Titulo (*b*), *De Formâ demandandi Sententiam Executioni, quando Pars appellans abeſt*, uſque ad hæc Verba [*et deinde concedenda eſt* (*c*) *Monitio*] et, loco eorum Verborum, dicet:

Forma petitionis Citationis (olim in uſu) ad videndum Pœnitentiam injungi, et ad recipiendum Pœnitentiam.

II. DOMINE JUDEX, *placebit decernere* PARTEM [contra quam lata eſt Sententia] *citandam fore, ad comparendum* [tali die] *ad videndum* PŒNITENTIAM *ſibi injungi*, et *ad recipiendum hujuſmodi* PŒNITENTIAM (*d*); necnon *monendam fore decerni*, *ad ſolvendum*

OBSERVATIONES.

(a) *In omnibus* [1] *certificandum* [2] *exhibendum*, [3] *accuſandum*, et [4] *petendum.*] Ex hoc intelligitur; Quòd [1] *certificandum* eſt *Mandatum*, contra Partem victam (aliàs, in hâc parte, *emanatum*) ad dicendum cauſam, *quare Sententia* (aliàs lata contra eum) *non deberet Executioni demandari* (de quo *Mandato*, Vide *Tit.* 130. §. 3.) Et quòd id in *Mandatum*, cum *Certificatorio* in dorſo ejuſdem [2] *exhibendum* eſt; Et quòd [3] *accuſanda* eſt *Contumacia* dictæ Partis victæ, vigore *Mandati* hujuſmodi, citatæ, *et* non comparentis, *nec* aliquam cauſam allegantis, *ob* quam *Sententia non debeat Executioni demandari*: Quòdque deinde [4] *petendum* eſt, eandem Partem victam reputari *Contumacem*, et, in pœnam *Contumaciæ* ſuæ hujuſmodi, *Sententiam* (aliàs per JUDICEM, latam) *Executioni demandari*, et *Expenſas taxari* (Vide *Tit.* 331. §. 1.) Unde JUDEX, factâ *præconizatione* pro Parte victâ, eâque *non* comparente, in *pœnam* ejus *Contumaciæ*, demandabit *Sententiam prædictam Executioni*, et *Expenſas* taxabit (prout in *Tit.* 331. §. 2, 3. 4, 5, 6.)

Sed, ad hunc *Circuitum* evitandum, hodie Nobiſcum *alio modo* practicatur; nempe, ſine *aliquali Monitione* contra Partem victam, *ad dicendum cauſam, quare Sententia Executioni demandari non debeat*, procedit JUDEX ad *Executionem Sententiæ latæ* [Vide, de hoc, fuſiùs, inter *Obs.* in *Tit.* 130. ſub *lit.* (c) necnon in *Tit.* 131. ſub *lit.* (c) (f): etiam *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (c) et in *Tit.* 135. ſub *lit.* (a) item in *Tit.* 136. ſub *lit.* ( ) ( ) atque in *Tit.* 331. ſub *lit.* (g)]

(b) *Prout in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 331. §. 1, 2, 3, 4, 5, 6. et *Obs. ibid.* et lege ſuprà annotata, in *præſenti Titulo*, ſub *lit.* (a)

(c) *Uſque ad hæc Verba*; *Et deinde concedenda eſt Monitio.*] Vide *Tit.* 331. §. 7.

(d) *Citandam fore, ad comparendum* [tali die] *ad videndum Pœnitentiam ſibi injungi, et ad recipiendum hujuſmodi Pœnitentiam.*] Hodie verò, in ipſo tenore *Sententiæ latæ*, injungitur *Pœnitentia*; ſaltèm, decernitur *Pœnitentiam, effectualiter, injungi et imponi debere, peragendam*; ac deinceps, ex Ore *Judicis*, in præſentiâ *Partis* (contra quam lata eſt Sententia) ejuſve *Procuratoris*, declaratur, et in *Actis Curiæ* (et quâdam *Schedulâ* per *Regiſtrarium*, de *Mandato Judicis, concipiendâ*) inſeritur, *Modus Peractionis hujuſmodi Pœnitentiæ*: Et ſi *Pars ipſa* (contra quam lata eſt Sententia) ſit *præſens*, in Judicio, monetur *per Judicem* (alioquin, emanare ſolet Monitio, contra dictam Partem, *ſub Sigillo*

Forma petitionis *Monitionis*, pro *Expenſis*.

ſolvendum hujuſmodi EXPENSAS, &c. [prout in dicto Titulo ſpecificatur (*e*)]

Decretum *Judicis*.

JUDEX: *Decernimus*.

Parti citatæ, *ad recipiendum Pœnitentiam*, non comparenti, *Pœnitentia* injungi non poteſt, *in pœnam Contumaciæ*, nec moneri poteſt, *ad eandem peragendum*:

III. Et ſi MONITIO *hujuſmodi (f)* fuerit (debitis loco et tempore) executa, contra *dictam* PARTEM, et deſuper CERTIFICATORIUM *Authenticum* introductum; ſi PARS non comparuerit, PŒNITENTIA non poteſt, *in pœnam ſuæ* CONTUMACIÆ, injungi; ſaltèm, non poteſt moneri, *ad eandem peragendum:*

[Ratio]

IV. [Ratio eſt; quia licet (forſan) PŒNITENTIA potuiſſet, *in pœnam* CONTUMACIÆ, injungi; tamen *non comparente* PARTE, non poteſt moneri, *ad eandem paragendam*]

Igitur, *ob Contumaciam* (in hoc caſu) non *comparens excommunicabitur*.

V. Sed eſt, *in pœnam* CONTUMACIÆ, *excommunicanda*; et ſi poſtea comparuerit, JUDEX, ad petitionem PARTIS *Actricis*, aſſignabit *Reo* PŒNITENTIAM, pro *Prolatione Verborum diffamatoriorum*; videlicet:

Pro Verbis prolatis, *in Loco publico*, Pœnitentia *ubi loci* peragenda eſt?

VI. Si VERBA DIFFAMATORIA prolata fuerint, *in loco publico*, tunc *publicè* (*g*); ſed ſolet fieri *in Eccleſiâ* DIFFAMATI, tempore *Divinorum*, in *præſentiâ* DIFFAMATI (ſi intereſſe curaverit) ſed *non* indutis *Linteis Veſtibus*, ut in *Cauſis* CORRECTIONUM (*h*).

Ubi, pro Verbis prolatis, *in Loco privato*?

VII. Sed ſi, *in privato loco*, VERBA DIFFAMATORIA prolata ſint; tum, in *Ædibus* (*i*) PERSONÆ *diffamatæ*, PAROCHI, ſeu *alterius* probi VICINI:

Modus Injunctionis *Pœnitentiæ peragendæ*, (Scilicet)

[1] Ut *de Culpâ* publicè *confiteatur*:

VIII. Et dicta PŒNITENTIA ſolent, *iſto modo*, injungi:

DIFFAMANS publicè dicet (*l*); *Quòd ipſe proferendo* talia VERBA [ea, videlicet, quæ per Sententiam pronunciatum eſt, fuiſſe prolata] *diffamâſſet* ACTOREM; et *ideo Veniam*, *et*

OBSERVATIONES.

Sigillo Judicis, ad eundem Effectum) ſcilicet, *ad extrahendum, e Regiſtro Curiæ, Schedulam dictæ Pœnitentiæ*; et *ad peragendum eandem, juxta formam dictæ Schedulæ*; at *ad certificandum de debitâ Peractione ejuſdem Pœnitentiæ* in *vel* ante [talem] *diem Juridicum*; necnon *ad ſolvendum Expenſas taxatas*, infra [tot] *dies*, poſt Monitionem, *ſub pœnâ*, reſpectivè, *Sententiæ Excommunicationis*, *exnunc*, &c.

(e) *Expenſas*, &c. *prout in dicto Titulo ſpecificatur.*] Vide *Tit.* 331. §. 8, 9. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (g).

(f) *Et ſi Monitio hujuſmodi*, &c.] Deleantur, ex hoc Titulo, *Sectiones iſtæ* numeris 1, 2, 3, et 4. *notatæ* pro more *Praxeôs hodiernæ*; prout in *Obſervationibus*, huic Titulo ſuperiùs *adhibitis*, explicatur: Nihilominus, ſi *iſto modo* procedatur *antiquo*, ſanè valet iſtiuſmodi Proceſſus.

(g) *Tunc publicè.*] Hìc additur, in *nonnullis MSS.* "Loco (videlicet) publico, *Judicis Arbi-* "*trio*, deſignando.

[Vide *Tit.* 261. §. 8.]

(h) *Sed non indutis Linteis Veſtibus, ut in Cauſis Correctionum.*] De Pœnitentiis *peragendis*, Vide etiam *Obs* in *Tit.* 137, ſub *lit.* (a) 5.

(i) *Sed ſi, in privato loco, Verba diffamatoria prolata ſint; tum, in Ædibus*, &c.] Varia Lectio talis eſt, *in MSS.*

"Sed ſi *privatim*; tunc coram *Parocho* (id "eſt, Miniſtro. *ſeu* Curato Eccleſiæ) et *cæteris* "*Vicinis* [in *aliis MSS.* et *quibuſdam ex Vicinis*] "*Perſonæ diffamatæ* in *Ædibus*, &c. [ut ſuprà.]

[Vide *Tit.* 261 §. 8.]

(l) *Publicè dicet*] De modo Peractionis *Pœnitentiæ*, in Cauſâ *Diffamationis*; Vide *Obs.* in *Tit.* 137. ſub *lit.* (a) 5. Vide etiam *Tit.* 261. §. 6, 7. 8.

et Condonationem ſe petere, imprimis a DEO, *deinde a* PARTE *diffamatâ*, pro *prolatis hujuſmodi* VERBIS.

[2] Ut publicè *petatur* ejuſdem *Remiſſio.*

IX. Quâ POENITENTIÂ *injunctâ*, ſeu *indictâ*, JUDEX [ad petitionem PARTIS *diffamatæ*] monebit PARTEM diffamantem, *ad eandem peragendum* [tali die] *et ad perſonaliter certificandum* [per Literas Miniſtri, et Perſonarum præſentium, tempore peractionis dictæ Pœnitentiæ] *de peractione ejuſdem* [tali die] *alioquin, ad comparendum, eodem die, ſeipſum excommunicari viſurum* (*m*).

Monitio, *ad peragendum Pœnitentiam*, et *ad certificandum de Peractione*, qualis?

Quid ſi, *per Monitum*, non debitè *peracta ſit?*

Excommunicabitur.

OBSERVATIONES.

(m) *Alioquin, ad comparendum, eodem die, ſeipſum excommunicari viſurum.*] Hujuſmodi *Formulâ* Monitionis *hodie* non utimur; *loco* verò ejuſdem, *peremptoriè* monetur Pars diffamans, *ad peragendum Pœnitentiam,* modo quo *ſuprà notatur*, inter *Obs.* ſub *lit.* (d).

Declinatio Fori Judicis ſuſpecti.

Provocatio, *ante* Litis Ingreſſum.

TITULUS CCLXIX.

De PROVOCATIONE [ſeu, *propter cauſas*, DECLINATIONE JUDICIS *ſuſpecti*, *contra Partem procedere* intendentis.]

Suum Judicem Ordinarium Quis habens (ullo modo, de Jure) *ſuſpectum*, Unde timeat (de veriſimili) *ſe procedere velle*, contra eum, *Provocare* poteſt ad *Superiorem*, Et, *Tuitioni ſuæ*, ſe ſubjicere.

I. SI QUIS habuerit JUDICEM *aliquem* [nempe, *Loci* ORDINARIUM] *ſuſpectum*, ex *cauſis*, in quodam Titulo ſubſequenti (*a*) [*De Recuſatione Judicis*] *mentionatis*; vel ex quibuſcunque *aliis cauſis*; ex *quibus* juſtè timet, *eundem* JUDICEM *intendere procedere* (*b*) *contra eum*, in aliquâ *Cauſâ* CORRECTIONIS; ſeu quoad *Titulum ſui* BENEFICII [ſi fuerit *Clericus*] vel in quâcunque *aliâ Cauſâ* [ex OFFICIO JUDICIS, de veriſimili, contra eum *promovendâ*] poterit ab eodem JUDICE *ſuſpecto*, ad JUDICEM *Superiorem* provocare; et ſe ſtatim, nomen (*c*), famam, ac bona, *Protectioni* et *Tuitioni* (*d*) dicti JUDICIS *Superioris*, ſubmittere, et ſubjicere.

Fiat hujuſmodi *Provocatio*, Ab *Epiſcopo*, Ad *Curiam Cantuarienſem de Arcubus* [vel, olim, etiam ad *Curiam Audientiæ*]

II. JUDEX verò, in hoc caſu, *Superior* [ſi a quocunque *Epiſcopo*, ejus *Officiali*, *Vicario generali*, vel *Commiſſario* provocetur] dicitur, et eſt, *Reverendiſſimus Cantuarienſis Archiepiſcopus*; vel *Officialis de Arcubus*; vel *Audientiæ Curiæ Cantuarienſis Cauſarum, et Negotiorum Auditor* (*e*).

Ab *Archidiacono*, Ad *Epiſcopum Diœceſanum*,

III. Si verò detur tibi juſta cauſa provocandi, ab *alio* JUDICE *Inferiore* [utpote, ab *Archidiacono*, vel ejus *Officiali*] tunc provocare poteris, ad *Epiſcopum Diœceſanum*, ſeu ejus *Officialem Principalem*:

Vel (*omiſſo medio*) Ad *Curias Archiepiſcopi*:

IV. Licet tamen tibi, *omiſſo medio* [id eſt, *Epiſcopo Diœceſano*, et ejus *Officiali Principali*] immediatè provocare (ut ſuprà) a quocunque *Archidiacono*, vel ejus *Officiali*, ad *Cantuarienſem Archiepiſcopum*, vel *ejus Curias antedictas*:

V. Nam

OBSERVATIONES.

(a) *Ex cauſis, in quodam Titulo ſubſequenti.*] Vide *Tit.* 272. §. 2.

(b) 1 *Timet eundem Judicem intendere procedere.*] RECUSATIO (de quâ, in *Tit.* 272. tractatur) eſt *Declinatio Fori Judicis ſuſpecti*; fit autem *poſt citatum Reum.*

2 PROVOCATIO, (de quâ, in *hoc* Titulo) eſt *Declinatio Fori Judicis ſuſpecti*, ad *cujus* Forum *Pars* tantummodo *teneatur* citari; fit enim hujuſmodi PROVOCATIO, *Cauſa* nondum *inchoatâ*; ſcilicet, *ante Citationis Emanationem* contra *Reum*; ſaltèm, *ante Citationis Executionem perſonaliter*, in eum, *factam*: Prout in *Tit.* 270. §. 2, 5, 6, 7.

(c) *Se ſtatim nomen,* &c.] "Se, *Statum*, "Nomen, &c. [*MSS.*] Sic etiam habetur, in *Formulis antiquis* Provocationum hujuſmodi.

(d) *Tuitioni.*] De Tuitionibus, *et* Provocationibus hujuſmodi, *tuitoriè* factis; Vide *Statut. Antiq.* de *Arcubus.*

(e) *Auditor.*] Vide *Operis Prolegom.* cap. 3. §. 11.

V. Nam STATUTA hujus Regni, *De modo et formâ appellandi,* edita (*f*), *non* habent locum in PROVOCATIONIBUS: Et ſi habeant, reſervatur tamen *Prærogativa Cantuarienſis Archiepiſcopi* (*g*), ut in *Cauſis* APPELLATIONUM (*h*).

Ratio, Idem eſt *Archiepiſcopi* Privilegium, in *Provocationibus*, ac in *Appellationibus*.

OBSERVATIONES.

(f) *Statuta hujus Regni, De modo et formâ appellandi, edita.*] Vide *Statut.* 24 *Hen.* 8. *cap.* 12. necnon 25 *Hen.* 8. *cap.* 19

(g) *Reſervatur tamen Prærogativa Cantuarienſis Archiepiſcopi,* &c.] Vide *Statut.* 24 *Hen.* 8. *cap.* 12. §. 8. ¶. 2.

(h) *Appellationum.*] Hìc pergit *MS. Antiq.* " Et continuò *citra* editum Statutum, *De* " *Appellationibus*, ſæpenumerò *interpoſitæ fue-* " *runt Appellationes*, in caſu, *in præſenti Titulo* " [§. Licet tamen] mentionato.

Declinatio Fori Judicis ſuſpecti.

Intimatio Provocationis, *ante* Litis Ingreſſum, interpoſitæ.

TITULUS CCLXX.

Quòd in omni PROVOCATIONE, *cauſæ* PROVOCATIONIS ſunt exprimendæ; et *de* INTIMATIONE *ejuſdem*, JUDICI *a quo* provocatur.

I. QUEMADMODUM APPELLANS a *Gravaminibus* tenetur, *in* APPELLATIONE, *Gravamina* ſpecificè *declarare* (*a*); ita etiam tenetur PROVOCANS, in PROVOCATIONE, *cauſas ejuſdem* ſpecificare; *aliàs* nihil valet *hujuſmodi* PROVOCATIO.

Provocatio continere debet *cauſas Provocationis*, ſpecificatas; Alioquin, *non* valet:

II. Tenetur etiam PROVOCANS, antequam *fuerit citatus*, ad *comparendum* coram *Ordinario ſuo* [ſive, ex *Officio*, ſive, ad *Inſtantiam* Partis] *hujuſmodi* PROVOCATIONEM *intimare* JUDICI, *a quo provocatur*; aliàs, nihil valet *hujuſmodi* PROVOCATIO; nec, in hoc caſu, PROVOCATIO locum habet (*b*); ſed tunc, facienda et proponenda eſt RECUSATIO [ut infrà (*c*), in Titulo, *De Recuſatione Judicis*]

Provocatio eſt intimanda *Judici*, *a Quo provocatur*, ante *Citationis* ejus *Executionem*; Secùs, *minimè* valet.

Provocatio dicitur ante, *Recuſatio* poſt *Citationis Executionem*.

III. Et ſi, *poſt intimatam* PROVOCATIONEM, JUDEX *inferior* [a quo provocatur] proceſſerit *contra* PROVOCANTEM, omnia ſunt *nulla*; ſeu, ſaltèm (*d*) *iniqua* [ut in dicto Titulo (*e*), *De Recuſatione Judicis*]

Proceſſus *Judicis*, *a Quo*, poſt *Intimationem Provocationis*, iniquus eſt.

IV. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Specificè declarare.*] De Gravaminibus, *in* Appellatione, *ſpecificè declarandis:* Vide *Tit.* 277. § 3, 4, 5. ac *Tit.* 278. §. 1.

(b) *Nec, in hoc caſu, Provocatio locum habet.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 269. ſub *lit.* (b) 2.

(c) *Sed tunc, facienda et proponenda eſt Recuſatio, ut infrà,* &c.] Vide *Obs.* in *Tit.* 269. ſub *lit.* (b) 1. et Vide *Tit.* 272. §. 1.

(d) *Sunt nulla; ſeu, ſaltèm iniqua.*] Legitur in *MS. Antiq.*

" Sunt nulla; ſeu, *tanquam* iniqua: Scilicet, *ipſo* " *Jure*, nulla; ſeu, annullanda *per Appellationem*.

(e) *Ut in dicto Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 272. §. 8.

A *Superiori*, reſcribendum eſt *Inferiori*, de *Provocatione* admiſſâ.

IV. Et nota, quòd PROVOCANS poteſt (ad majorem Cautelam) obtinere a JUDICE *Superiori*, ut reſcribat JUDICI *Inferiori*, quòd *hujuſmodi* PROVOCATIONEM *admiſit*; et etiam, ab *eodem* JUDICE, ad *quem* provocatur, petere *ut decernet* CITATIONEM, et INHIBITIONEM; ut in *Cauſâ* APPELLATIONIS (*f*).

In Provocationibus, *Citatio*, cum *Inhibitione*, fit ut in *Appellationibus*.

Quæritur, utrùm *Citatione*, per *Inferiorem*, ante *Provocationem* interpoſitam, *decretâ*,
Vel, *Parte citatâ* per *Edictum publicum*, ante Provocationem *admiſſam* per Superiorem, et *intimatam* Inferiori;
An, *bis in caſibus*, *Recuſatio*, et non *Provocatio*, locum habeat?

V. Quámvis (ut ſuprà (*g*) dicitur) liceat, in caſu prædicto (*h*), *ab Inferiori* JUDICE, *ad Superiorem provocare*: Tamen *quære*; Utrùm hæc PROVOCATIO valet, ſi JUDEX *inferior*, ante *interpoſitam hujuſmodi* PROVOCATIONEM, *decreverat* PROVOCANTEM *citandum fore*, ad *comparendum coram eo*, propter aliquam Cauſarum prædictarum (*i*); vel *citaverit* eandem *Partem* PROVOCANTEM, *per Edictum publicum*, antequam *illa* PROVOCATIO fuerat *admiſſa*, per *Superiorem*, et *intimata* JUDICI *Inferiori*? Quia, in *hoc caſu*, videtur RECUSATIONEM, et *non* PROVOCATIONEM, locum habere:

Reſponſum:
Adjudicatum fuit, Quòd ſi nihil, *perſonaliter*, ſit executum, *ante* Provocationem *admiſſam* per *Superiorem*, tenet *Provocatio*;

VI. Ego, in *hoc caſu*, obtinui, Quòd ſi *Citatio* JUDICIS *Inferioris* decreta fuerit, *in abſentiâ* PROVOCANTIS, et non fuerit in eum *perſonaliter executa*, priuſquam *coram* JUDICE *Superiori provocaverat*, et JUDEX *Superior hanc* PROVOCATIONEM *admiſerat*; Quòd tenet, et valet *hujuſmodi* PROVOCATIO, perinde ac *ſi nulla Citatio* decreta fuiſſet:

Etiam (poſt *admiſſam* Provocationem per *ſuperiorem*) non obſtante Citatione *perſonaliter* executa, *antequam* Provocatio *intimata* ſit *Inferiori*, valet *Provocatio*, die Comparitionis, *intimata*, et *ſiſtendus eſt Proceſſus* Inferioris.

VII. Et licèt PROVOCANS citatus (*l*) fuerit, *perſonaliter*, ad *comparendum* coram JUDICE a QUO, antequam *hujuſmodi* PROVOCATIONEM eidem JUDICI *intimavit*; Quòd tamen valet *hujuſmodi* PROVOCATIO; ac PROVOCANS poterit, in *die* in *quo* comparere debuiſſet, *dictam* PROVOCATIONEM *intimare*; et *tunc* JUDEX, a QUO *provocatur*, tenetur *ſuperſedere in Cauſâ*.

OBSERVATIONES.

(f) *Ut in Cauſâ Appellationis.*] De Inhibitione et Citatione, in Cauſâ Appellationis, impetrandis; Vide *Tit* 301. *per totum.*

(g) *Ut ſuprà dicitur.*] Nempe, in *Tit.* 269. §. 1.

(h) *In caſu prædicto.*] Id eſt, cùm *ſuſpectum* quis habet *Judicem*, ante *Citationis emanationem* (prout in *Tit.* 269. §. 1) propter *cauſas* in *Tit.* 272. §. 2. *mentionatas.*

(i) *Cauſarum prædictarum.*] Scilicet, in *Tit.* 269. §. 1.

(l) *Et licèt Provocans citatus*, &c.] Legitur in *MSS.* "Et licèt Provocans, *poſt Provocationem interpoſitam, coram Judice ad Quem,* "*et admiſſam*, citatus, &c.

TITU-

Declinatio Fori Judicis ſuſpecti.

Cauſarum Provocationis Probatio.

TITULUS CCLXXI.

Quid faciet JUDEX, a quo *provocatur*; et PROVOCANS *probare cauſas* PROVOCATIONIS (*a*).

I. JUDEX, *a quo eſt provocatum*, adire poteſt (per SE, vel per PROCURATOREM) JUDICEM *ad quem provocatur*; et obtinere DECRETUM *ad proſequendum hujuſmodi Provocationem* [prout in *Cauſâ* APPELLATIONIS (*b*)]

Modus obtinendi *Decretum Judicis*, ad Quem *provocatur*, contra *Provocantem*, ad *proſequendum Provocationem*.

II. Et ſi PROVOCANS legitimè citatus, *ad proſequendum Provocationem*, non comparuerit; nec *Cauſam proſecutus* fuerit; *Cauſa* JUDICI, *a quo* fuit provocatum, *remittenda eſt* [ut in Causâ Appellationis (*c*), *in non proſequendo Appellationem*] et JUDEX, *a Quo*, poteſt procedere *contra* PROVOCANTEM, ſive *ex Officio mero*, vel *promoto*, vel *ad cujuſcunque Partis Inſtantiam*.

Parte, ad *Provocationem proſequendam* citatâ, non *comparente*, ſeu non *proſequente*, remittitur Cauſa *Judici*, a quo *provocatur*, ad perimplendum *ejus Officium*.

III. Sed ſi citatus *ad proſequendam Cauſam* comparuerit; et *Cauſam* PROVOCATIONIS proſecutus fuerit; *dandus eſt* LIBELLUS (*d*), et aſſignandus eſt *Terminus*, PROVOCANTI, *ad probandum* (*e*):

Pars, ad *Provocationem proſequendam*, citata, *comparens* dat *Libellum*, et habet *ad probandum*:

IV. Et ſi probaverit *cauſas ſufficientes* PROVOCATIONIS *ſuæ* [quámvis non *omnes*, in PROVOCATIONE *ſpecificatas*] pronunciandum eſt, *eum juſtè provocâſſe*; et *pro voce Provocationis hujuſmodi*; et *Judicem, a quo provocatum fuit, non eſſe ſibi Judicem competentem* [ſeu, *indifferentem* (*f*), potiùs] nec *eum eſſe, coram hujuſmodi Judice, in Jus vocandum*:

Cauſis Provocationis probatis, Fiat *Sententia*,
[1] Pro voce *Provocationis*;
[2] *Judicem*, a Quo, *eſſe minùs indifferentem*;
[3] *Partem*, coram eo, *conveniri non debere*:

V. Et JUDEX [*a quo provocatum fuit*] eſt PARTI *provocanti* in EXPENSIS *condemnandus*: Idque meritò; Quia certior factus [tam per

[4] *Judicem*, a Quo, *condemnari* in *Expenſis*:

OBSERVATIONES.

(a) *Cauſas Provocationis.*] Aliàs inſcribitur hic Titulus, in *nonnullis MSS.*
" Quid faciet JUDEX, a quo provocatum eſt;
" *ut Provocans cogatur ad proſequendum Pro-*
" *vocationem*, et *probandum cauſas ejuſdem*.

(b) *Ad proſequendum hujuſmodi Provocationem, prout in Cauſâ Appellationis.*] De Decreto *ad proſequendum Appellationem*; Vide *Tit.* 308. *per totum.*

(c) *Remittenda eſt, ut in Cauſâ Appellationis.*] De Dimiſſione *Partis appellatæ*, cum Expenſis; et *Remiſſione* Cauſæ *Judici a Quo*, ſi *Appellans*, citatus *ad proſequendum*, non comparuerit; Vide *Tit.* 309. *per totum.*

(d) *Dandus eſt Libellus.*] De Oblatione *Libelli*; Vide *Tit.* 312. §. 1. necnon *Tit.* 57, et 58. Lege etiam *Tit.* 61.

(e) *Aſſignandus eſt Terminus, Provocanti, ad probandum.*] De Aſſignatione *Termini Probatorii*; Vide *Tit* 312. §. 5. necnon *Tit.* 61. §. 11, 12, 13. et *Tit.* 75. *per totum.*

(f) *Seu, indifferentem, potiùs.*] Legitur in *MSS.* " Seu potiùs, *non indifferentem.*

Ratio eſt: *Mala Fides*, In ampliùs *litigando*, contra *id*, de *quo* priùs fuit *certioratus*.

Cauſis Provocationis non *probatis*, Fiat *Sententia*, [1] *Abſolutoria* Judicis, a Quo; [2] Cauſæ *remiſſoria*; [3] Provocantis, *in Expenſis*, *condemnatoria*: Ratio eſt; *Injuſta Vexatio*.

per PROVOCANTEM, tenore PROVOCATIONIS, quàm ex tenore LIBELLI] *de cauſis hujuſmodi* PROVOCATIONIS [eundem JUDICEM ſpecialiter *tangentibus*] et tamen, in *hâc* LITE, perſiſtens, fuit in *malâ* FIDE, ulteriùs, in *eâ parte*, litigando:

VI. Sed ſi PROVOCANS *defecerit*, *in Probatione* LIBELLI; JUDEX, *a quo provocatur*, eſt *abſolvendus*; ac PARS *provocans* eſt *remittenda*, *ad ejus* JUDICEM; et *condemnanda* eſt in EXPENSIS *integris*, per JUDICEM *a Quo* [ratione hujuſmodi *injuſtæ* VEXATIONIS] *quoviſmodo factis*.

TITU-

Declinatio Fori Judicis ſuſpecti.

TITULUS CCLXXII.
De RECUSATIONE JUDICIS *ſuſpecti.*

Poſt Litis Ingreſſum, Recuſatio.

I. SI QUIS fuerit conventus *coram* JUDICE, *ſibi ſuſpecto*, ac *minùs indifferente*; PRIMÒ, et ante omnia, facienda eſt RECUSATIO (*a*), *in Scriptis*, continens ſpecificè *cauſas hujuſmodi* RECUSATIONIS:

Specificabit *Citatus* vias *Recuſationis* Judicis *ſuſpecti.*

II. Utpote; *Quia Judex eſt Tibi Inimicus* [et ſpecificandæ ſunt hujuſmodi Inimicitiæ] vel, *Quia eſt Conſanguineus Partis Adverſæ*; vel, *Quia Lites et Controverſiæ, inter Te, et Judicem recuſatum, pendent* [ſpecificando eaſdem] *et ſimilia.*

Cujuſmodi ſint *cauſæ Recuſationis?*

III. Et, in CONCLUSIONE hujuſmodi MATERIÆ *Recuſatoriæ*, tenetur RECUSANS referre *cauſas* RECUSATIONIS *hujuſmodi, ad* ARBITROS:

Cauſæ Recuſationis referri debent, *ad Arbitros.*

IV. Et adſtatim nominandi ſunt, *ex parte* RECUSANTIS, ARBITRI *duo*, vel *tres*, *Probi viri* (*b*); et JUDEX (in iſto caſu, *recuſatus*) tenetur nominare *tot* ARBITROS, *pro parte ſuâ*: Et iſti ARBITRI JUDICES fient, et judicabunt, *de cauſis* RECUSATIONIS *hujuſmodi*:

Dans *Recuſationem* quot eligit *Arbitros?*

Totidem eligit *Recuſatus.*

Arbitri, *de cauſâ Suſpicionis*, cognoſcent.

V. Et ſi judicaverint, *cauſas hujuſmodi* RECUSATIONIS *fuiſſe ſufficientes*; dimittendus eſt RECUSANS, ab *Obſervatione* JUDICIS *recuſati, ſuique* JUDICII:

Cauſis Recuſationis probatis, Dimittitur *Recuſans*, ab Obſervatione *Recuſati.*

VI. [Sed hìc quære; *Quis* (in iſto caſu) *erit* JUDEX, in *ipſâ* CAUSÂ *inſtitutâ?* Dicunt aliqui; ARBITRI *Recuſationis*: Si ita ſit, quære; *Utrùm, ipſo* JURE, facti ſunt JUDICES; vel, *utrùm* JUDEX *recuſatus*, vel *ejus Superior*, dabit, *hujuſmodi* ARBITRIS, Authoritatem *procedendi* in CAUSÂ, *et eandem terminandi?*]

[Quæritur; An *Arbitri* ſint poſtea *Judices*, in ipſâ *Cauſâ principali?* Sin *ita*, Cujus *Authoritate?*]

VII. Si verò ARBITRI contrariam tulerint SENTENTIAM, videlicet, *cauſas* RECUSATIONIS non *eſſe ſufficientes* [vel potiùs, *non eſſe ſufficienter probatas*] tunc remittendus eſt RECUSANS, *ad* JUDICEM *recuſatum.*

Cauſis Recuſationis non *probatis*, Remittitur *Recuſans* ad *Recuſatum*,

VIII. Sed ſi JUDEX (ut ſuprà, *recuſatus*) non nominavit etiam, *pro parte ſuâ*, ARBITROS [quamprimum REUS dederit MATE-

Datâ *Recuſatione*, et nominatis *Arbitris Recuſantis*,

RIAM

OBSERVATIONES.

(a) *Recuſatio.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 269. ſub *lit.* (b).

(b) *Probi viri.*] " Scilicet, indifferentes, et " docti, [*MS.*]

Si *Recuſatus*, tum etiam, non eligit *Arbitros*, ſed *procedit* in Cauſâ, *Iniquus* eſt ejuſmodi *Proceſſus*; Hinc *appellet Recuſans*, vel, *apud Superiorem, quereletur*, Spe certâ *Victoriæ*; Etiamſi *Proceſſus* fuiſſet (de Jure) *validus*, ſi non *babitus* fuiſſet *poſt Recuſationem*.

RIAM *Recuſatoriam*, et nominaverit ARBITROS, *pro parte ſuâ*, ſaltèm, *antequam proceſſerit in Cauſâ*] et proceſſerit in Cauſâ *contra* REUM; omnia, per hujuſmodi JUDICEM *recuſatum* geſta, ſunt *nulla*, ſaltèm *iniqua* (*c*); et PARS *recuſans* poteſt, ab eiſdem geſtis, *appellare*; vel, de *Nullitate* eorundem [apud JUDICEM Superiorem] *querelari*; ac obtinebit in *Cauſâ* APPELLATIONIS, vel QUERELÆ *hujuſmodi*; etiam *non obſtante*, quòd geſta hujuſmodi [ſi *non* fuiſſent geſta *poſt* RECUSATIONEM] *juſta*, et ſecundùm JURIS EXIGENTIAM *facta*, fuiſſent.

OBSERVATIONES.

(c) *Sunt nulla, ſaltèm iniqua.*] Vide *Obſ.* in *Tit.* 270. ſub *lit.* (d).

TITU-

Reſcriptum Superioris, ad Inferiorem, pro Juſtitiâ miniſtrandâ.

Juriſdictionis Devolutio.

TITULUS CCLXXIII.

De DUPLICI QUERELÂ, *in Cauſis ordinariis* (*a*).

Duplex Querela eſt *Reſcriptum Superioris*, ad *Inferiorem*, in Complementum *Juſtitiæ* [1] *Denegatæ*, [2] *Non Adminiſtratæ*, ſeu *Procraſtinatæ*:

Exempla *Denegationis*, ſeu *Procraſtinationis Juſtitiæ*, In Teſtamentis *probandis*, et Adminiſtrationibus *concedendis*, ſeu *revocandis*.

Petitio, pro *Juſtitiâ*, quoties *iteranda* eſt, *ante* fiat *Reſcriptum Superioris*, per viam *Duplicis Querelæ?*

Exemplum alterum *Denegationis*, ſeu *Procraſtinationis Juſtitiæ*, (Nempe) Super *Prolatione Sententiæ definitivæ*, in quâlibet Cauſâ.

Petitio, pro *Prolatione Sententiæ*, quoties *iteranda* eſt, *ante* fiat *Reſcriptum Superioris*, per viam *Duplicis Querelæ?*

Forma *Duplicis Querelæ*, propter *Denegationem*, ſeu *Procraſtinationem* Prolationis *Sententiæ definitivæ*;

I. SIMILITER etiam [ut in *Duplicibus Querelis*, in CAUSIS *Beneficialibus*] poteſt OFFICIALIS *de* ARCUBUS, vel AUDITOR (*b*) *Cauſarum* AUDIENTIÆ, reſcribere, *per viam* DUPLICIS QUERELÆ, in quâcunque *aliâ* CAUSÂ, ob *denegatam*, ſeu non *adminiſtratam*, vel *dilatam* JUSTITIAM:

II. Utpote; Si *Inferior* JUDEX recuſaverit, *ſeu*, plus juſto, diſtulerit *probare* TESTAMENTUM, *per Executorem exhibitum*: Vel, ADMINISTRATIONEM *committere proximo Conſanguineo*, *eandem committi petenti*: Vel, ADMINISTRATIONEM *commiſſam*, *contra Juris exigentiam et formam Statuti* (*c*), *revocare*:

III. Si hæc PETITIO facta fuerit, *tribus ſeparatis diebus Juridicis*, idque *inſtanter*, *inſtantiùs*, *et inſtantiſſimè*; JUDEX *Superior antedictus* reſcribere poteſt JUDICI *Inferiori*, per viam DUPLICIS QUERELÆ, modo et formâ, ut in *caſu ſequenti* (*d*).

IV. Si JUDEX *in partibus* (*e*) [ſive *Epiſcopus Diœceſanus*, vel ejus *Officialis*, vel alius *Judex Eccleſiaſticus*] aſſignaverit *ad audiendum* SENTENTIAM [in Cauſâ quâcunque Eccleſiaſticâ] *per quatuor*, aut *plures dies*; ac fuerit *informatus* [per PARTEM *petentem* SENTENTIAM] tam in *Facto*, quàm in *Jure*; et tamen JUDEX *Inferior* noluerit, *ſeu*, plus juſto, diſtulerit *ferre* SENTENTIAM, vel pro *Parte Actrice*, vel pro *Parte Reâ*, quámvis *ad ferendam* SENTENTIAM, et ad *adminiſtrandam* JUSTITIAM, ſæpius, et iteratis vicibus [videlicet, *tribus disjunctis diebus Juridicis*] etiam *inſtanter*, *inſtantiùs*, *et inſtantiſſimè* requiſitus, *et* interpellatus fuerit;

V. Uterque JUDICUM *prædictorum* [nempe, *de* ARCUBUS, et AUDIENTIÆ (*f*)] poterit (ad petitionem PARTIS gravatæ) reſcribere,

OBSERVATIONES.

(a) *In Cauſis ordinariis.*] Priùs enim de Duplici Querelâ, in *Cauſis Beneficialibus*, habemus in *Tit.* 157. et in octo Titulis ſequentibus.

(b) *Auditor.*] Vide *Operis Prolegom.* cap. 3. §. 11.

(c) *Formam Statuti.*] Vide *Statut.* 31 *Ed.* 3. *cap.* 11. §. 1. necnon *Stat.* 21 *Hen.* 8. *cap.* 5. §. 3. ¶ 6, 7. etiam *Stat.* 29 *Car.* 2. *cap.* 3. §. 25.

(d) *Modo et formâ, ut in caſu ſequenti*] Scilicet, prout in §. 5, 6, 7. *hujus Tituli.*

(e) *Judex in partibus.*] Nempe, Judex Inferior.

(f) *Audientiæ.*] Vide *Operis Prolegom.* cap. 3. §. 11.

(Scilicet) *Reſcriptum eſt* (unà cum *Monitione* Superioris) *Inferiori*, pro *tempeſtivâ* Negotii *Expeditione* : Sin *aliter*, etiam citatur *Inferior*, ad dicendum *cauſam* quare, *propter ejus Negligentiam*, non audietur *Cauſa*, juxta *formam retroactorum*, per remedium *Devolutionis*, coram *Superiore*.

bere, *per viam* DUPLICIS QUERELÆ, et monere JUDICEM Inferiorem, *ad ferendam Sententiam, et Juſtitiam miniſtrandam*, infra aliquod tempus competens [videlicet, infra *novem*, vel *quindecim* dies, *ut* (*g*) *ſuprà*] alioquin citare *eundem* JUDICEM, *ad comparendum* (*h*) *quinto* (*ſexto*, vel *decimo*) die *poſt Executionem*, &c. [juxta Loci diſtantiam hujuſmodi Judicis, a quo querelatur, a loco judiciali Judicis, ad quem querelatur; videlicet, Superioris] *ad dicendum cauſam quare, ob ejus Negligentiam, et non Adminiſtrationem Juſtitiæ, Jus procedendi in dictâ Cauſâ, juxta formam retroactorum* [id eſt, in eodem ſtatu quo Cauſa ſtetit, tempore Executionis dictæ Querelæ] *et ferendi Sententiam in eâdem, non deberet devolvi ad dictam Curiam, et Judicem ejuſdem.*

Judicis Inferioris (juxta Reſcriptum) *non comparentis*, accuſanda eſt *Contumacia* : In pœnam *Contumaciæ*, pronunciatur *pro Jure Devolutionis*, ad *Superiorem*.

VI. Et [*in his*] eſt (in omnibus) procedendum, *ut ſuprà* (*i*); hoc eſt, ſi JUDEX *Inferior* ſic citatus, aut monitus, *non comparuerit*; nec *cauſam aliquam concludentem* [ob *quam* præmiſſa, *contenta in* DUPLICI QUERELÂ, non fierent] *allegaverit*; pronunciandus eſt CONTUMAX; ac [*in pœnam* CONTUMACIÆ *ſuæ hujuſmodi*] pronunciandum eſt *pro* JURISDICTIONE *dicti Superioris* JUDICIS:

In *Devolutione*, proceditur juxta formam *retroactorum*.

VII. Et procedendum eſt, in CAUSÂ, *juxta formam retroactorum* [et in caſibus prædictis (*l*), *ad probationem* TESTAMENTI, et *Conceſſionem*, vel *Revocationem* ADMINISTRATIONIS]

Monitio *pro Proceſſu Inferioris*, et Citatio *contra* Partem querelatam, *ad videndum ulteriorem Proceſſum fieri* (coram *Superiore*) juxta formam retroactorum (coram *Inferiore*) qualis?

VIII. Et deinde, decernenda eſt MONITIO [cùm querelatur *propter non prolatam* SENTENTIAM] *pro* PROCESSU, ac CITATIO contra PARTEM *querelatam* (id eſt, Partem adverſam) *ad comparendum*, aliquo die competente, *ad videndum ulteriorem Proceſſum fieri, in ejus præſentiâ, juxta formam retroactorum*; et *præſertim ad videndum et audiendum Terminum aſſignari, ad audiendum Sententiam*; et *ad videndum Sententiam ferri.*

Parte citatâ comparente, *et* tranſmiſſo *Proceſſu*, proceditur (in Devolutione) *juxta formam retroactorum*.

IX. Si CITATUS *comparuerit*; et PROCESSUS *tranſmiſſus fuerit*; procedendum eſt (ut in cæteris Cauſis) *juxta formam retroactorum*, coram JUDICE *ad Quem* querelatum eſt

Pars citata non *comparens*, in pœnam, *excommunicabitur*.

X. Sed ſi PARS *adverſa* non *comparuerit*; eſt [*pro ejus* CONTUMACIÂ] *excommunicanda*; ſervatis, *de* JURE, in eâ parte ſervandis (*m*).

XI. Similiter;

OBSERVATIONES.

(g) *Infra novem, vel quindecim dies, ut ſuprà.*] De hoc, Vide *Tit.* 158. §. 4.

(h) *Alioquin, citare eundem Judicem, ad comparendum*, &c.] Vide *Tit.* 158. § 5.

(i) *Ut ſuprà.*] §. 5 Vide etiam *Tit.* 158. §. 4, 5. necnon *Tit.* 163. 1, 2, 3. mutatis verò mutandis, competenter ad hunc caſum.

(l) *In caſibus prædictis*] De quibus, Vide ſuprà §. 2

(m) *Servatis, de Jure, in eâ parte ſervandis*] " Id eſt; factâ publicâ *Præconizatione*, et accu- " ſatâ ejus *Contumaciâ*, [MS.]

XI. Similiter; ſi JUDEX et REGISTRARIUS non curaverint PROCESSUM *tranſmitti* [juxta MONITIONEM] ſunt *excommunicandi*, ut in *Cauſâ* APPELLATIONIS (*n*).

Monitus *Proceſſum* non tranſmittens, *excommunicandus* eſt.

XII. Tamen nota; quòd ſi QUERELANS cupit *Expeditionem Cauſæ*, ac juſtè timet ADVERSARIUM (animo protrahendi Litem) *nolle* comparere; ſed potiùs ſuſtinere *Sententiam* EXCOMMUNICATIONIS; et in *eâdem* perſiſtere, *per quadraginta dies*; poterit obtinere in *dictâ* CITATIONE [ſuprà mentionatâ (*o*), ad citandum Partem adverſam, *ad videndum Proceſſum fieri, juxta formam retroactorum*] Clauſulam INTIMATIONIS, *Quòd ſi citatus non comparuerit, tunc Judex intendit procedere in Cauſâ, juxta formam retroactorum, etiam ad Prolationem Sententiæ definitivæ incluſivè* (*p*).

Quin (ut, eò citiùs agatur in Devolutione) *potiùs* fiat ejuſmodi *Citatio* (contra *Partem* ad videndum ulteriorem Proceſſum) *cum Intimatione*, quòd, ſi *non comparuerit* Pars citata, *Judex* procedet, *juxta formam retroactorum*, uſque *Prolationem Sententiæ*:

XIII. In *iſto caſu*, CITATIONIS *et* INTIMATIONIS, JUDEX poteſt, *in pœnam Contumaciæ Partis citatæ* procedere, et *ferre Sententiam*; ac *valet Proceſſus*.

Ubi *in Citatione* inſeritur *Intimatio*, procedatur, *et* ſententietur, in *pœnam non comparentis*.

XIV. Similiter; JUDEX *Superior* poterit, *ad Inſtantiam* PARTIS *gravatæ*, reſcribere, *per viam* DUPLICIS QUERELÆ, ſi MATERIA, *vel* ALLEGATIO *concludens* data fuerit, *ex parte* ACTORIS, vel *ex parte* REI, et JUDEX, *in partibus*, ter *inſtanter*, *inſtantiùs*, et *inſtantiſſimè*, rogatus [idque *tribus ſeparatis diebus Juridicis*] et interpellatus *ad eandem admittendam*, *non* admiſerit; *ſeu* admittere, plus juſto, diſtulerit, *de die in diem*, aſſignando *ad audiendum ejus Voluntatem ſuper Admiſſione ejuſdem*, et ita protrahendo LITEM, plus juſto:

Exemplum aliud (Scilicet) Ubi datur *Duplex Querela* ſuper *Admiſſione* Allegationis *procraſtinatâ*.

Petitio, pro *Admiſſione Allegationis*, quoties *iteranda* eſt, ante fiat *Reſcriptum Superioris*, per viam *Duplicis Querelæ*?

XV. Poteſt etiam GRAVATUS (in iſto caſu) *a Dilatione hujuſmodi appellare* [ut *ſuo loco*, de hâc quæſtione, *tractatur* (*q*)]

Datur *etiam*, in hoc caſu, *Appellatio*.

XVI. Sed plerúmque, PARTES (in hoc caſu) GRAVATÆ, *ad Expenſas parcendas* [nam in caſu DUPLICIS QUERELÆ, ſi JUDEX monitus *ad miniſtrandum* JUSTITIAM, eandem miniſtraverit, PROCESSUS *non eſt tranſmittendus*; secùs, in *Cauſâ* APPELLATIONIS] potiùs cupiunt obtinere DUPLICEM QUERELAM, quám INHIBITIONEM; credentes, et ſperantes JUDICEM, *in partibus*, velle *potiùs* admittere MATERIAM, miniſtrare JUSTITIAM, ac ferre SENTENTIAM, quàm ut CAUSA, per hanc DUPLICEM QUERELAM, *tractaretur* coram JUDICE *Superiore*; ex *quo*, idem *Inferior* JUDEX amitteret FEODA, ſibi *debita*, et *incidentia* in *Proſecutione*, et *Diſcuſſione* hujuſmodi CAUSÆ.

Quo caſu *Duplex Querela* ſit potior *Appellatione*? (Nempe) Si *Judex* monitus, *per Reſcriptum* Superioris, *ad miniſtrandum Juſtitiam*, miniſtrat; *parcuntur* Expenſæ *Tranſmiſſionis* Proceſſûs.

Præſumitur, *Judicem Inferiorem*, monitum, *miniſtrare velle Juſtitiam*.

OBSERVATIONES.

(n) *Ut in Cauſâ Appellationis.*] Vide *Tit.* 312. §. 3, 4. et *Tit.* 325. §. 9. uſque verba [*Juſtitiam miniſtrari.*]

(o) *Suprà mentionatâ.*] §. 8.

(p) *Incluſivè.*] Adde, prout in *MS.* "Ejus "*Abſentiâ*, ſeu potiùs *Contumaciâ*, in aliquo "*non obſtante*,

(q) *Suo loco*, &c. *tractatur.*] Vide *Tit.* 277. §. 1, 2. et *Tit.* 279. §. 2. De *Appellatione*, propter *non admiſſionem Allegationis*. Vide etiam *Tit.* 281. *per totum*, De *Apellatione*, a Dilatione *Prolationis Sententiæ definitivæ*. Vide quóque *Tit.* 276. §. 1. et *Tit.* 277. §. 1, 2. De *Appellatione*, a *Gravaminibus quibuſcunque*, ante *Prolationem Sententiæ*.

Appellatio, ab eodem, ad eundem.

A Delegato, ad Delegantem.

TITULUS CCLXXIV.

In quo caſu licet appellare, ab *eodem* JUDICE, ad *eundem.*

A *Subſtituto*, ad *Cauſas particulares,*

I. SI JUDEX [*ad univerſitatem* (*a*) *Cauſarum*] conſtituerit, *vel* ſubſtituerit unum, aut alterum, *ad procedendum* in quâcunque *particulari Cauſâ* ; vel *certis quibuſdam Cauſis particularibus* (*b*) *:*

A *Commiſſariis*, pro *Teſtium Examinatione,*

II. Vel, ſi JUDEX *hujuſmodi* commiſerit *vices ſuas*, quibuſdam CLERICIS, *ad examinandum* TESTES, *in partibus* [ut in Titulo (*c*), *De petitione et conceſſione Commiſſionis, ad partes, pro Examinatione Teſtium*, &c.]

Illato *Gravamine,*

Appellatur *ad Delegantem.*

III. Si aliquod GRAVAMEN fuerit, per *hujuſmodi* SUBSTITUTUM, ſeu COMMISSARIUM *particularem*, illatum ; PARS *gravata* poterit, ab eodem, *ad* JUDICEM *Delegantem*, *Subſtituentem*, vel *Committentem*, appellare :

Concluſio *generalis.*

IV. Et *ita*, locum habet *hæc* generalis CONCLUSIO ; A *Delegato, ad Delegantem*, *licet appellare.*

OBSERVATIONES.

(a) *Judex ad univerſitatem Cauſarum.*] "Utpote ; Epiſcopus, *vel* ejus Officialis. [*MS.*]

(b) *Ad procedendum, in quâcunque particulari Cauſâ ; vel certis quibuſdam Cauſis particularibus.*] Formulæ Commiſſionum hujuſmodi ſæpius (inter antiqua Munimenta) patent in Regiſtris.

(c) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 86.

Appellatio, ab eodem, ad eundem.

A Foro Archiepiſcopi limitato, ad Officialem Principalem.

TITULUS CCLXXV.

Quòd licet appellare a DECANO de *Arcubus*, et a *cæteris* DECANIS, et COMMISSARIIS *particularibus* CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI, ad OFFICIALEM *de* ARCUBUS, *vel* AUDITOREM *Curiæ Audientiæ* (*a*).

Quis *Officialis*, Quis *Decanus*, de *Arcubus ?*

I. IN Titulo, *De Judicibus modernis*, &c. (*b*) continentur *cauſæ* ob *quas* OFFICIALIS de ARCUBUS (ab antiquo) appellatur DECANUS *de* ARCUBUS, quámvis, *reverà*, non ſit DECANUS, ſed OFFICIALIS.

II. Quia

OBSERVATIONES.

(a) (c) (f) *Audientiæ.*] Vide *Operis Prolegom.* cap 3. §. 11.

(b) *In Titulo, De Judicibus modernis*, &c.] Vide *Tit.* 3. §. 1, 2, 3, 4. Vide etiam *Operis Prolegom.* cap. 2. §. 11, 12, 13, 14, 15.

II. Quia igitur DECANUS, non ſolùm, de ARCUBUS, verùm etiam de SHOREHAM, et CROYDON, quámvis ſiti ſint infra *Diœceſim* LONDINENSEM, ROFFENSEM, *et* WINTONIENSEM, ſunt tamen immediatè ſubditi, et ſubjecti ARCHIEPISCOPO CANTUARIENSI, et penitùs exempti a JURISDICTIONE *Diœceſani Epiſcopi* ; Decanatus de *Arcubus*, ac Decanatus de *Shoreham*, et de *Croydon*, ſub Archiepiſcopali Juriſdictione *Peculiari* ſunt, et *Exempta* ;

III. Licet *ab eiſdem* [tanquam a JUDICIBUS *particularibus*, JURISDICTIONES *limitatas*, et *reſtrictas* habentibus] *ad* CURIAM *de* ARCUBUS, *vel* AUDIENTIÆ (*c*), *appellare :* Ab *his*, quà *limitatis*, appellatur *ad Curiam* de *Arcubus* (ut et olim *Audientiæ*)

IV. Nam STATUTUM editum [*De Formâ Appellationum* (*d*) *interponendarum*] nullam *de hujuſmodi* APPELLATIONIBUS mentionem facit : De *his* enim ſilet *Statutum*,

V. Relinquuntur igitur *hujuſmodi* APPELLATIONES *Diſpoſitioni* JURIS *Communis* (*e*). Loquitur ergo *Jus commune.*

VI. Similiter (ratione quâ ſuprà) licet *appellare* a COMMISSARIIS ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS, *infra Diœceſin Cantuarienſem*, ad dictas *Curias* de ARCUBUS, et AUDIENTIÆ (*f*). Itidem (pari ratione) a *Commiſſariis*, infra *Diœceſin* Archiepiſcopi, *has ad Curias* appellatur.

OBSERVATIONES.

(d) *Statutum editum, De formâ Appellationum interponendarum*, &c.] Vide *Statut.* 24 *Hen.* 8. *cap.* 12. Ubi nulla mentio habetur de *Commiſſariis Archiepiſcoporum*, neque de *Peculiaribus* et *Exemptis Archiepiſcoporum Juriſdictionibus.*

(e) *Diſpoſitioni Juris Communis.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 223. ſub *lit.* (d).

Appellationes a Gravamine, vel *a Sententiâ.*

TITULUS CCLXXVI.

Quòd DUÆ *ſunt* APPELLATIONES.

Appellationis duo genera.

I. APPELLATIO (*a*), vel, eſt a GRAVAMINIBUS [de quâ *inferiùs* tractabitur] Interponitur *Appellatio* [1] A *Gravamine :*

II. Vel, a SENTENTIÂ *definitivâ*, ſeu DECRETO INTERLOCUTORIO, habente *Vim* SENTENTIÆ *definitivæ.* [2] A *Sententiâ*, vel *Interlocutorio*, vim *ejuſdem* habente.

III. [De modis, et differentiis *harum* APPELLATIONUM, in *Titulis ſequentibus* tractatur.] *Modus*, in *his*, et *Differentia* qualis ?

OBSERVATIONES.

(a) *Appellatio.*] Eſt APPELLATIO vel *Judicialis*, vivâ voce, apud *Acta Curiæ* ; vel *Extrajudicialis* (coram *Notario* et *Teſtibus*) in Scriptis, *interpoſita.*

TITU-

Appellatio a Gravaminibus, in genere.

TITULUS CCLXXVII.

Appellatio in Scriptis.

Quid ſit APPELLATIO a GRAVAMINIBUS (*a*) [*et quòd* non ſit *vivâ voce*, ſed *in Scriptis* interponenda]

Gravamen eſt quid illatum *ante Sententiam.*

I. APPELLATIO a GRAVAMINIBUS dicitur, *quando* JUDEX *Inferior* [utpote, EPISCOPUS *alicujus Diœceſis Cantuarienſis Provinciæ*; ſeu *ejus* OFFICIALIS, vel VICARIUS GENERALIS; ſeu COMMISSARIUS, in *aliquâ parte Diœceſis*; vel ARCHIDIACONUS; ſeu *ejus* OFFICIALIS] *intulit aliquod* GRAVAMEN (Actori, *ſive* Reo) *ante Prolationem* SENTENTIÆ (*b*).

Gravaminum *Exempla.*

II. [Utpote, *rejiciendo* TESTES, *de Jure, admittendos*; vel *non admittendo* MATERIAM, ſeu ALLEGATIONES *concludentes*; et in *ſimilibus*: et (e contrà) *admittendo* TESTES, *et* MATERIAS, *de* JURE, *non admittendos*]

Specificentur *Gravamina,*

III. Sed in APPELLATIONIBUS hujuſmodi, a GRAVAMINIBUS, *ſpecificanda ſunt* GRAVAMINA (*c*), *a quibus appellatur ſpecificè*:

Particulariter, in *Appellatione*;

IV. Nam, non ſufficit dicere; *Quòd* [in tali Cauſâ] *Actor*, ſeu *Reus produxit Teſtes, et Judex eos admittere recuſavit*; vel *dedit Materiam concludentem, quam Judex rejecit*; ſed *Nomina Teſtium*, et *Contenta* in *Materiâ rejectâ*, ſunt inſerenda *in* APPELLATIONE (*d*):

V. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Appellatio a Gravaminibus.*] Hæ ſunt *Extrajudiciales Appellationes.*

(b) *Ante Prolationem Sententiæ.*] Etiam aliquando *poſt*; videlicet, in *Executione* Sententiæ.

(c) *Specificanda ſunt Gravamina.*] Vide *Tit.* 278. §. 1.

(d) 1 *Nomina Teſtium, et Contenta in Materiâ rejectâ, ſunt inſerenda in Appellatione.*] Nomina *Teſtium*, de Jure non admittendorum, *quos* Judex, a Quo, *admiſit*; item Nomina *Teſtium* quos *recuſavit*; atque etiam *Contenta* in *Allegationibus*, apud *Acta* Curiæ, *factis*; in omnibus *Appellationibus* inſeruntur:

2 *Contenta* quóque (per extenſum) *Allegationum* in *Scriptis*, in *antiquioribus* Appellationum *Formulis*, inſcribi ſolebant: In *recentioribus* verò quibuſdam *Formulis*, ſolummodo dicitur; Quòd (in tali Cauſâ Actor, ſeu Reus) dedit Allegationem in Scriptis, ſatìs concludentem, et de Jure, admittendam [*quam pro hìc lectâ, et inſertâ, Pars appellans haberi vult, et petit.*] In *aliis*; Quòd dedit Allegationem in Scriptis conceptam, in Jure concludentem, et, de Jure, admiſſibilem [*ſcilicet, Allegationem præſentibus annexam.*] In *Formulis* autem ferè omnibus *hodiernis*, ſolummodo dicitur; Quòd dedit Allegationem quandam articulatam in Scriptis conceptam, in Jure concludentem, et admittendam; *prætermiſſis* iſtis *Clauſulis*, in *hâc notâ*, hiſce Signaculis [ ] ſuperiùs *incluſis.* [De variis hujuſmodi Formulis, Vide *Formularium noſtrum Eccleſiaſticum*, &c.]

V. Et ſic in *ſimilibus* APPELLATIONIBUS, a GRAVAMINIBUS, alioquin *non valet* APPELLATIO.

Non auditur Appellans, niſi expreſſo Gravamine.

VI. Et nota; Quòd omnes APPELLATIONES a GRAVAMINIBUS [dummodo non ſunt GRAVAMINA *habentia Vim* SENTENTIÆ *definitivæ* (*e*)] debent interponi, non *Vivâ Voce*, apud *Acta*; ſed, *in Scriptis*, coram *ipſo* JUDICE; vel (ſi ejus Præſentia commodè haberi non poſſit) coram NOTARIO PUBLICO (*f*), adhibitiſque TESTIBUS; idque *infra decem dies* (*g*):

Fiat *Appellatio*, in *Scriptis* infra *decem dies*, a *Gravaminibus:*

VII. Nam dubitari poteſt; Utrùm STATUTUM (*h*) [in quo cavetur, *appellari poſſe infra quindecim dies*] locum habeat in APPELLATIONIBUS interponendis a GRAVAMINIBUS, vel tantùm *a* SENTENTIIS *definitivis*, vel DECRETIS, ſeu GRAVAMINIBUS habentibus *Vim* SENTENTIÆ *definitivæ* (*i*):

De *quindecim diebus*, in *his*, dubitatur,

VIII. Sæpe tamen, *in hujuſmodi caſibus*, ſolet appellari poſt *decem dies*, et infra *quindecim dies* (*l*) [Vide *Statutum* 24 *Hen.* 8. *Cap.* 12.]

Sed practicatur.

OBSERVATIONES.

(e) *Gravamina habentia vim Sententiæ definitivæ.*] De his, Vide *Tit.* 123, 295, 296.

(f) *Coram Notario Publico.*] De Inſtrumento Appellationis hujuſmodi, coram Notario Publico, interpoſitæ; Vide *Tit.* 297, 298, 299.

(g) *Infra decem dies.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 295. ſub *lit.* (e).

(h) *Statutum.*] 24 *Hen.* 8. *cap.* 12. §. 6, 7. necnon *Statut.* 25 *Hen.* 8. *cap.* 19. §. 3.

(i) *Habentibus vim Sententiæ definitivæ.*] De Decretis Interlocutoriis hujuſmodi; Vide *Tit.* 123, 295, 266.

(l) *Infra quindecim dies.*] Vide *Tit.* 295. §. 1, 7, 8, 9, 10.

Appellatio a Gravaminibus, in Specie.

A Rejectione Allegationis.

TITULUS CCLXXVIII.

De particulari APPELLATIONE, a Rejectione MATERIÆ, ſive ALLEGATIONIS.

I. IN Titulo, *Quid ſit Appellatio a Gravaminibus*, &c. dicitur (inter (*a*) cætera) Quòd in hujuſmodi APPELLATIONIBUS, a GRAVAMINIBUS, *ſpecificanda ſunt hujuſmodi* GRAVAMINA; et quòd non ſufficit APPELLANTI dicere, aut in APPELLATIONE allegare, *Appellantem* [talem] *dediſſe Materiam, et Judicem eandem rejeciſſe*; ſed *Contenta*, in *Materiâ rejectâ*, *eſſe* in *eâdem* APPELLATIONE *inſerenda* (*b*): Dicto Titulo adde ſequentia:

In *Appellatione*, a *Gravaminibus*, ſpecificanda ſunt *Gravamina*,

Et *contenta* Materiæ rejectæ *inſerenda*,

II. Quòd

OBSERVATIONES.

(a) *Dicitur, inter cætera.*] Vide *Tit.* 277. §. 3, 4, 5.

(b) *Contenta, in Materiâ rejectâ, eſſe in eâdem Appellatione inſerenda.*] Vide *ibid.* ut *e ſiniſtrâ* notatur; et *Obs.* in *Tit.* 277. ſub. *lit.* (d).

†

Et *probanda* ſunt; Ne *Lite* cadas:

II. Quòd etiam in hujuſmodi APPELLATIONIBUS, a *Rejectione Allegationum*, vel *Materiarum* [quámvis *concludentium*] non ſufficit, ut *obtineas* in APPELLATIONE, inſerere *Contenta* in *Materiâ* ſeu *Allegatione rejectâ*, in APPELLATIONE; ſed quòd etiam *probanda ſunt hujuſmodi Contenta*; nam aliàs ſuccumbes in Cauſâ (*c*).

Ratio, *Præſumptio* pro *Judice* eſt, quòd *Allegatio* rejecta, [1] Seu, *frivolè dilatoria* fuit; [2] Aut, *non probabilis*.

III. Quia, *præſumendum* eſt *pro* JUDICE (*d*) *a* QUO; *quòd* aut *propoſita fuit hujuſmodi Materia rejecta*, animo *differendi* LITEM *plus juſto*; aut *quòd* PARS non *potuit eandem probare*.

Rejicienda eſt [1] Materia *impertinens*: [2] Priùs *poſita*; [3] Priùs *poſitis contraria*, ſuper quibus *Publicatio* fuit, et *percontatio*. Admittuntur *Articuli*, ſolummodo *pertinentes*: Rejectis *quibuſdam* Articulis, *Appellans* condemnabitur *in Expenſis*; vel haud obtinebit *Expenſas*; ſeu ſaltèm, *exiguas*;

IV. Adde etiam; Quòd ſi in *Materiâ rejectâ* continentur *aliqui Articuli* (ſive Poſitiones aliquæ) *de* JURE, *non admittendi*, quia ſunt *impertinentes ad Cauſam*; vel *priùs poſiti*; aut *priùs poſitis* [ſuper quibus Teſtes fuerunt producti, jurati, examinati, et eorum Dicta publicata, et per Partes didiſcita, et percontata] *contrarii*; et dato, quòd in APPELLATIONE probâſti *Veritatem omnium hujuſmodi Articulorum*; JUDEX tamen APPELLATIONIS non debet *hos Articulos* admittere; ſed *reliquos pertinentes*, ac *de* JURE *admittendos*: Ac APPELLANS, in hoc caſu, eſt condemnandus *in Expenſis*; ſaltèm, non obtinebit *Expenſas*; et *ſi* obtinuerit *Expenſas*, modicas tamen *et* exiguas obtinebit:

Ratio, Semper in Dubio, *præſumitur* pro *Judice a Quo*: Utpote, quòd rejecit *Allegationem*, quia continebat *Articulos non admittendos*; vel, *rejiciendo*, hos tantùm *rejecit*.

V. [Ratio eſt; Quia ſemper, *in dubio*, *præſumendum eſt pro* JUDICE (*e*); et dici poſſit JUDICEM *a* QUO hujuſmodi *Allegationem*, aut *Materiam* rejeciſſe, *ex eo quòd* continebat *diverſa Capita*, ſeu *diverſos Articulos*, *non admittendos*; vel quòd JUDEX hujuſmodi *Materiam* rejiciendo, *illos tantùm* rejecit *Articulos*, *qui*, *de* JURE, *non fuerunt* admittendi]

Quæritur autem *de Expenſis*: Quia *Appellatus*, non conſentiens *Admiſſioni Poſitionum*, de Jure, *admittendorum*, fuit in *Morâ*, et *malâ Fide*:

VI. Sed quære; Quia APPELLATUS [petendo *totam Materiam* rejici, *et non* conſentiendo, *nec* coram JUDICE *a* QUO, *nec* ad QUEM, ut *illæ Poſitiones* admitterentur, *quæ*, *de* JURE, admitti debuiſſent] fuit *in malâ Fide*, *et Morâ*; et dedit *occaſionem*, ſeu *cauſam* appellandi a *Rejectione earundem*:

Articulos *ergo* tantùm *admiſſibiles* inferas *in Appellatione*, a *Rejectione Materiæ*; ne veniat in Dubium *de Expenſis allocandis*.

VII. Caveat itaque PROCURATORES, Quòd, in *hujuſmodi* APPELLATIONIBUS *a Rejectione Materiæ*, ſi dubitant *de aliquo Articulo*, an ſit admittendus; *ut potiùs* omittant, *quàm* inſerant *in* APPELLATIONE: Et *ita* [omittendo *Articulos* non *admittendos*] tollent omnem controverſiam, *de Expenſis allocandis*, *et* non *allocandis*, vel *moderandis* [Lege Titulum *(f)*, *De Oblatione Probationis incontinenti.*]

OBSERVATIONES.

(c) *Etiam probanda ſunt hujuſmodi Contenta*; *nam aliàs ſuccumbes in Cauſa.*] Vide *Tit.* 279. §. 3, 4. Lege verò *ibid.* §. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11. ac etiam *Obs.* ſub *lit.* (c).

(d) (e) *Præſumendum eſt pro Judice.*] Vide *Tit.* 279. §. 4.

(f) *Lege Titulum*, &c.] 279. §. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11.

TITU-

Appellatio a Gravaminibus, in Specie.

TITULUS CCLXXIX.

A Rejectione Allegationis.

Quòd Appellans a Rejectione MATERIÆ *concludentis*, et *debito termino datæ*, non *obtinebit in* APPELLATIONE, et *in quo caſu obtinebit*; et *de Oblatione* PROBATIONIS *adſtatim*, et *in continenti*.

I. SI JUDEX *Materiam concludentem*, et ad Cauſam inſtitutam *pertinentem* [videlicet, *Solutionem Legati*, et *Decimarum*, vel *Exceptiones contra Teſtes*, et *ſimilia*] rejecerit *expreſſè*, vel *tacitè* procedendo *ad alia*, huic Petitioni *contraria*; — Rejectâ *Allegatione concludente*,

II. Et PARS, quæ *eandem* admitti petierit, *propter non Admiſſionem*, appellaverit; — Appellans a *non Admiſſione*,

III. Si, in APPELLATIONE, non probaverit *Veritatem propoſitorum, et rejectorum*, ſuccumbet in Cauſâ (*a*): — Probabit *Veritatem* Materiæ rejectæ:

IV. Quia, *præſumendum eſt pro* JUDICE (*b*) [id eſt; JUDICEM *ſciviſſe præmiſſa allegata* non *fuiſſe vera*; *et eadem fuiſſe propoſita*, animo *tantùm differendi* LITEM] — Quia *præſumitur* pro *Judice*, Se *ſciviſſe allegata non eſſe vera*, et *Moras nectendo propoſita*.

V. Sed ſi, in caſibus prædictis, PARS proponens *præmiſſa* [id eſt, *Materiam*, *ſive Allegationem*, *de* JURE, *concludentem*] fecerit *fidem*, coram JUDICE; — Sed *factâ Fide*, coram *Judice* a Quo,

VI. *Se eadem non propoſuiſſe animo malitioſo*; nec *differendi Litem*, *plus juſto*; et *quòd credit ſe poſſe probare*; — (Tenor *Juramenti*)

VII. Et obtulerit, *ſe promptum*, *et paratum*, *ad probandum eadem adſtatim*, *et in continenti* (*c*); — Et *oblatis Probationibus* adſtatim,

VIII. Et tamen JUDEX *ea* admittere recuſaverit *expreſſè*, vel *tacitè* (*d*), ad *alia* hujuſmodi Admiſſioni *contraria*, vel *præjudicialia*, procedendo; *vel* plus juſto, diſtulerit; — Si *non admiſſa* fuerit *Allegatio*,

IX. Prævalebit, *et* obtinebit APPELLANS, in *hâc* Cauſâ: — Vincet *Appellans*,

X. Licèt, in APPELLATIONE, non probaverit *Veritatem contentorum in propoſitis rejectis*: — Abſque *Probatione Veritatis* rejectorum:

XI. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Succumbet in Cauſâ.*] Vide *Tit.* 278. §. 2.

(b) *Præſumendum eſt pro Judice*] Vide *Tit.* 278. §. 3, 5.

(c) *Et obtulerit ſe promptum, et paratum, ad probandum eadem adſtatim, et in continenti.*] Ad hunc effectum in *Formulis* Appellationum hujuſmodi, *a Rejectione Allegationis*, inſeri ſolet Clauſula, talis quæ *ſuprà*; vel, in hiſce Verbis: " *Quòd Probationes adſtatim, et in continenti, ſaltèm juxta Juris* (*in eâ parte*) *exigentiam, ritè et legitimè obtulerit:*

Nonnunquam addendo; " *Quòd etiam quoſdam* N. *et* M. *Teſtes neceſſarios ad probandum eandem Allegationem, præſentes in Judicio, ſimiliter obtulerit.*

(d) *Expreſſè, vel tacitè.*] Vide ſuprà, §. 1.

Ita *Praxis* quotidiana.

XI. Et hoc obtinui, *in Judicio contradictorio*, ad viginti ſex annos elapſos; et jam ita *quotidie practicatum eſt*, coram DELEGATIS REGIIS.

Appellatio a Gravaminibus, in Specie

Ab injuſtâ Excommunicatione.

TITULUS CCLXXX.

Quòd licet appellare, *ab injuſtâ* EXCOMMUNICATIONE, *per* CERTIFICATORIUM *fictum et falſum*, latâ [*vel*, objicere *contra* CERTIFICATORIUM *hujuſmodi*, coram *ipſo* JUDICE excommunicante.]

Vi *falſi* Certificatorii *Excommunicato* competit *Objectio*, coram *Excommunicante*;

I. QUAMVIS omnis EXCOMMUNICATUS, ex *ficto* et *falſo* CERTIFICATORIO, poteſt [et, ex quotidianâ Practicâ, ſolet] *coram* JUDICE *excommunicante*, objicere (*a*) contra *hujuſmodi* CERTIFICATORIUM [ut in Titulo, *De Objectione* (*b*) *contra Certificatorium Mandati citatorii*, et *De Abſolutione* (*c*) *ab injuſtâ Excommunicatione*]

Vel, coram *Judice Superiore*, per viam *Appellationis*;

II. Tamen EXCOMMUNICATUS (in *hoc caſu*) poteſt, ab *hujuſmodi injuſtâ* EXCOMMUNICATIONE, *ad* JUDICEM *Superiorem* appellare; et, *coram eo*, objicere contra *hujuſmodi* CERTIFICATORIUM; et ſi *objecta hujuſmodi probaverit* [ut in dicto Titulo, *De Objectione* (*d*), &c.] *obtinebit in* APPELLATIONE; et *Adverſa* PARS [quæ hanc obtinuit EXCOMMUNICATIONEM] *eſt condemnanda in* EXPENSIS *totius Appellationis*, et *injuſtæ Excommunicationis*; et *Cauſa principalis eſt tractanda coram* JUDICE APPELLATIONIS:

Et, obtento pro *Gravamine* cum *Expenſis*,

Proceditur in *Principali*, coram *Superiore*:

Quare, *ſatiùs eſt appellare*; ſi *Judicem Ordinarium* quis habeat *ſuſpectum*.

III. Si igitur hæc *Cauſa* APPELLATIONIS datur, et PARS *Excommunicata* habet JUDICEM *Suſpectum* (*e*), tutiſſimum eſt uti *hâc* APPELLATIONE.

OBSERVATIONES.

(a) *Coram Judice excommunicante objicere.*] Quòd licet querelari de *Nullitate Sententiæ*, et de quâcunque *aliâ Nullitate*, coram *eodem Judice*, vel coram *Superiore*; Vide *Tit.* 128. *per totum.*

(b) *Ut in Titulo, de Objectione*, &c.] Vide *Tit.* 27. *per totum.*

(c) *Et de Abſolutione*, &c.] Vide *Tit.* 28. §. 1, 2, 3.

(d) *Ut in dicto Titulo, de Objectione*, &c.] Vide *Tit.* 28. §. 2, 4, 5.

(e) *Judicem ſuſpectum.*] De cauſis quæ reddant *Judicem ſuſpectum*, Vide *Tit.* 272. §. 2.

Appellatio a Gravaminibus, in Specie.

A Dilatione Juſtitiæ.

TITULUS CCLXXXI.

Quòd appellare *licet* a JUDICIBUS REVERENDISSIMI, *ſi*, plus juſto, *differunt* SENTENTIAM *ferre* in *Cauſâ*.

I. SI ſit *concluſum in Cauſâ*, et ADVOCATI (utriuſque Partis) *Informationes* dederint JUDICI, tam in *Facto*, quàm in *Juris Quæſtionibus*, ita quòd non habent quod ulteriùs dicant, in Cauſâ: *Concluſum* fuit; Habitæ fuêre *Informationes*;

II. Et ſi ſæpius (aliquando decies) fuerit aſſignatum, *ad audiendum Sententiam*; et tamen JUDEX recuſaverit, *ſeu*, plus juſto, diſtulerit *ferre Sententiam*, vel pro ACTORE, vel pro REO: Sæpius aſſignatur *ad audiendum Sententiam*; Quam *Judex* ferre *diſtulit*:

III. Licet, in iſto caſu, *Parti gravatæ* appellare, *ab hujuſmodi* DILATIONIBUS, *in non miniſtrando Juſtitiam*, ad REGIAM MAJESTATEM, in CURIÂ *Cancellariæ* [ut in Titulo *(a)*, *De Appellatione Judiciali, a Sententiâ definitivâ*, &c.] et valet APPELLATIO: Eapropter *appellandum eſt*, A *Judicibus Archiepiſcopi*, ad *Regiam Majeſtatem*, Ob *Juſtitiam non miniſtratam*:

IV. Saltèm, ita (in hoc caſu) ego, ad viginti annos elapſos, obtinui. Ita *practicatur.*

V. Et licèt nunc ſint *certi*, aut *ſtati* JUDICES *Delegati*; tamen non habent COMMISSIONEM *ad Univerſitatem Cauſarum*; ſed tantùm, *ad audiendum et terminandum Cauſas Appellationum, ad Regiam Majeſtatem, et Curiam Cancellariæ, interpoſitarum*, vigore STATUTI *Parliamenti* (*b*): *Delegati Regii* non ſunt, *ad Univerſitatem Cauſarum, Judices*;

VI. Et ideo, non ſunt adeundi, *nec per viam* SIMPLICIS, aut DUPLICIS QUERELÆ [ut ſuprà dictum eſt, *De Duplicibus Querelis* (*c*) *impetrandis, a Judicibus inferioribus, ad Judices Reverendiſſimi Cantuarienſis Archiepiſcopi.*] Ergo, *non adeundi* per viam *ſimplicis*, aut *duplicis Querelæ.*

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 289. *per totum.*

(b) *Vigore Statuti Parliamenti.*] Vide *Statut.* 25 *Hen.* 8. *cap.* 19. §. 4. et §. 6.

(c) *Ut ſuprà dictum eſt, de Duplicibus Querelis*, &c.] De quibus, Vide *Tit.* 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 273.

Appellatio a Gravaminibus, in Specie.

Ab Expenſarum Taxatione.

TITULUS CCLXXXII.

De APPELLATIONE a *Taxatione* immoderatâ (*a*), *ſive* exceſſivâ, EXPENSARUM (*b*).

Specificetur, *in Appellatione*, Taxatio *exceſſiva*:

I. SI EXPENSÆ *exceſſivæ* taxentur [id eſt, *ſi* JUDEX *exceſſerit in* TAXATIONE] oportet *Appellantem*, in APPELLATIONE, *ſpecificè* declarare (*c*), *et* deducere EXCESSUS *hujuſmodi*; ac denotare, *ac* deſignare, *primò*, illas *Expenſas*, quæ *de* JURE, et *de* STYLO *Curiæ* ſunt *allocandæ*, et *per* PARTEM *expoſitæ*.

[1] *Primò*, denotentur *feoda allocanda*.

[2] *Tunc*, fiat mentio, de *totâ Schedulâ*, per Judicem, *taxatâ*.

II. Et *deinde*, quoniam in SCHEDULÂ *Expenſarum* [per PARTEM *oblatâ*, et per JUDICEM *taxatâ*] continentur tam *juſtæ*, quàm *exceſſivæ Expenſæ*; in hâc APPELLATIONE, mentio facienda eſt, de *totâ* hujuſmodi *Expenſarum* SCHEDULÂ.

Schedula verò *allocandorum*, et *altera taxata*, non *ambæ* ſint *inſerendæ*,

In *Appellatione* et *Inhibitione*,

(Ratio)

III. Et *quia*, ſi *ambæ* SCHEDULÆ *hujuſmodi* [videlicet, dicta *prima* SCHEDULA, in quâ *juſtæ* ac *debitæ Expenſæ* continentur, atque etiam *integra* SCHEDULA *data* per PARTEM, et per JUDICEM *taxata*] insererentur in *ipſâ* APPELLATIONE, et INHIBITIONE [nam *Inhibitio continet tenorem totius Appellationis*] nimis longa *et* prolixa eſſet:

Sed *Appellationi* ſint *annectendæ*.

IV. Ideo *annectendæ* ſunt *hujuſmodi* SCHEDULÆ APPELLATIONI, his adjectis Verbis; *prout in* SCHEDULIS *præſentibus annexis* (*quas pro hìc lectis, et inſertis, haberi volo, et peto, ac repeto ego Procurator antedictus*) *liquet et apparet.*

[3] *Deinde*, vel in *tertiâ* annectendâ *Schedulâ*, vel in *ipſâ Appellatione*, ſpecificentur *Exceſſus*;

V. Quâ SCHEDULÂ *ſecundâ* ſic *annexâ*, denotandæ ſunt *Expenſæ illæ exceſſivæ*, quæ in *eâdem* SCHEDULÂ continentur, *aut* ſpecificè *in ipſâ* APPELLATIONE, vel *per* relationem ad *tertiam* SCHEDULAM *annexam*.

Allegando, quòd ſi *non allocanda* non fuerint *allocata*,

VI. Neceſſarium etiam eſt in *eâdem* APPELLATIONE, concludere, *quòd ſi hujuſmodi Expenſæ exceſſivæ* [id eſt intelligendum, de *Expenſis* in *tertiâ* SCHEDULÂ mentionatis] *et non allocandæ*, vel *earum*

OBSERVATIONES.

(a) *A Taxatione immoderatâ.*] Vide *Tit.* 336. §. 8.

(b) 1 *Expenſarum.*] Variis ex *cauſis*, debentur EXPENSÆ:

2 [1] Utpote; *ex* TEMERITATE *Adverſarii*; qui alium ſine cauſâ rationabili, et legitimâ, *in Jus traxerit.* Vide *Tit.* 53, 54, 55, 56. et *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (a) 2.

3 [2] Item, *ex* CONTUMACIÂ *Adverſarii.* Vide *Tit.* 37, 45, 46, 47. et *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (a) 3, 4.

4 [3] Etiam, *ex* CULPÂ *Adverſarii*; qui Cauſæ *Proceſſum differt.* Vide *Tit.* 112. et *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (a) 5, 6.

5 [4] Aliàs, *ex* VICTORIÂ *totius Cauſæ.* Vide *Tit.* 134. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (a) 7, 8, 9.

(c) *Specificè declarare*, &c.] Vide *Tit.* 283. §. 2.

earum plures, ſeu *aliquæ*, non *fuiſſent*, per JUDICEM *in Taxatione ſuâ* generali, *allocatæ et taxatæ*, SUMMA *ſic taxata non potuiſſet extendere ad tantam* SUMMAM: Taxatio *in tantum* non accreſcerit;

VII. Et, in hoc, APPELLANS ſolet ſe referre *ad hujuſmodi* reſpectivè *Schedulas*, et *Expenſas*, atque *ad Taxationem* per JUDICEM *factam*: Referendo ad *Schedulas*, ad *Feoda*, et ad *Taxationem*:

VIII. Nam ſolet JUDEX, in fine SCHEDULÆ *porrectæ*, taxare *Expenſas* ad quandam *certam* SUMMAM (*d*). Nam *groſſa* taxatur *Summa*, in *Schedulâ* porrectâ.

OBSERVATIONES.

(d) *Certam Summam*] Vide *Tit.* 331. §. 4.

Appellatio a Gravaminibus, *in* Specie.

TITULUS CCLXXXIII.

De modo juſtificandi APPELLATIONEM, a *Taxatione* EXPENSARUM (*a*).

Ab Expenſarum Taxatione.

I. RARÒ, aut nunquam (quod memini) novi APPELLANTES, *in iſto caſu*, obtinuiſſe: In Appellationibus *ab exceſſivâ Taxatione*, rariùs obtinetur;

II. Partim, quia APPELLATIONES non fuerunt *concludentes*, nec *ſpecificè* denotantes (*b*) *Expenſas exceſſivas*: [1] Vel, *ob defectum* in Appellatione:

III. Partim, quia etſi JUDEX *exceſſerit Modum*, in *Taxatione*, tamen APPELLANTES, in *Probatione* iſtius *Exceſſûs*, deficiant. [2] Vel, *ob defectum* in Probatione.

IV. Ut igitur APPELLANTES, *ab exceſſivâ Taxatione*, obtinere poſſint, *hoc modo* probandi ſunt *hujuſmodi Exceſſus*, ſeu *exceſſiva Taxatio*: *Modus Probandi* Taxationem *exceſſivam*.

V. Si, in SCHEDULÂ Expenſarum, *exceſſivæ* EXPENSÆ petitæ fuerint, *pro* EXPEDITIONE COMMISSIONIS *in partibus* (quod communiter peti ſolet) producatur, *in Teſtem*, NOTARIUS PUBLICUS, *adhibitus*, aut *aſſumptus pro* EXPEDITIONE *Commiſſionis hujuſmodi*. [1] Quoad *Expeditionem Commiſſionis*, Probatur per *Notarium*.

VI. Si ulla *exceſſiva* SUMMA petita fuerit, tanquam *data* COMMISSARIIS, *pro eorum* LABORIBUS, *circa Expeditionem hujuſmodi Commiſſionis*; ſi SUMMA *exceſſiva* petita fuerit, *pro* VIATICIS *Teſtium* (*c*); vel *aliis* EXPENSIS, tam pro *eiſdem Teſtibus*, quàm pro *Commiſſariis*, utpote, pro *eorum Cibariis*; producantur dicti COMMISSARII, et TESTES, necnon *illæ* PERSONÆ in *quarum* [2] Pro *Commiſſariorum Laboribus*, [3] *Teſtium Viaticis*, [4] *Commiſſariorum et Teſtium Cibariis*, Producantur *Commiſſarii*; *Teſtes*;

OBSERVATIONES.

(a) *A Taxatione Expenſarum*] Vide *Tit.* 336. §. 8.

(b) *Specificè denotantes.*] Vide *Tit.* 282. §. 1.

(c) 1 *Pro Viaticis Teſtium.*] Viaticum ſignificat, quod pro Viâ paratur; id eſt Sumptus Itineris:

2 *Compenſatio* quoque *poſtulanda* eſt *pro temporis Jacturâ*, per *hos Teſtes* qui *Negotiis utilibus*, et *Occupationibus aſſiduis*, exercentur; *Judicis* Arbitrio *moderanda*.

3 De *Allocatione*, ſive *Taxatione Expenſarum*, ſeu *Viaticorum Teſtium*, Vide *Tit.* 79. *per totum*.

Caupones.

quarum Ædibus COMMISSARII, et TESTES hujuſmodi, *Cibaria habuerunt*; quæ PERSONÆ (proculdubio) deponere poſſunt, *de veris reſpectivè* SUMMIS, *receptis*, et *expoſitis.*

[5] De *majori Summâ petitâ*, quàm, *ex* Stylo Curiæ, *debitâ*,

Teſtis eſt *Stylus*:

VII. Si etiam, in dictâ *Expenſarum* SCHEDULÂ, major SUMMA petita fuerit, *pro* EXAMINATIONE *Teſtium*; pro COPIIS *Depoſitionum Teſtium*; pro *Feodo Procuratoris*; quàm de STYLO *Curiæ* (in quâ Cauſa agitata fuit) debetur; STYLUS *hujuſmodi*, et vera SUMMA, *ex* STYLO, *debita* (*d*), ſunt allegandi, *et* probandi *per* APPELLANTEM:

Præmiſſa (quidem) ex *Proceſſu* non *probantur.*

VIII. Quia *hujuſmodi* EXPENSÆ non poſſunt probari, *ex* INSPECTIONE PROCESSÛS JUDICIS *a Quo.*

Verùm tamen [1] Pro *Copiis Teſtium*, non *examinatorum*,

IX. Sed ſi, in BILLÂ (*e*) *Expenſarum* prædictarum, PARS [eaſdem taxari obtinens] petierit *Feoda* aliqua, *pro Examinatione, et Copiis* plurium *Teſtium*, quàm *examinati fuerunt*:

[2] Pro *feodis*, *Lite* nondum *motâ*;

[3] Pro *feodis*, dum *ſtetit* in *Cauſâ*;

X. Vel, ſi petatur *pro Feodis Advocati*, et *Procuratoris*, vel *Sollicitatoris*, pro *Termino aliquo* ante *Litem motam*; vel *cùm nihil omnino actum fuit in Cauſâ*; quia *Cauſa* ſtetit, *in Compromiſſo*, per duos, *aut* tres Terminos:

Patent *hæc*, ex *Actis.*

XI. Hujuſmodi EXCESSUS juſtificari poſſunt, *ex ipſis* ACTIS.

Deductis *Expenſis*, non allocandis,

Si *quæ reſtant*, non *extendunt* ad *Summam taxatam*,

Obtinebit *Appellans.*

XII. Si, *deductis* hujuſmodi *Expenſis exceſſivis*, et *non allocandis*, conſtiterit; quòd ſi *hujuſmodi Expenſæ exceſſivæ*, vel *earum aliquæ*, non fuiſſent, per JUDICEM a Quo, *in dictâ* generali *Taxatione ſuâ* (*f*) allocatæ; quòd *reliquæ Summæ*, aut *Expenſæ*, in dictâ *Expenſarum* SCHEDULÂ, *ſpecificatæ*, non potuiſſent extendere *ad Summam taxatam*; APPELLANS obtinebit *in hâc* APPELLATIONE.

Judex *Appellationis* reformat *Taxationem exceſſivam*;

Dat *Expenſas Appellationis*, contra *Appellatum*;

Sed taxabit *ejus Expenſas* in *primâ Inſtantiâ* juſtè *debitas.*

XIII. Sed notandum eſt; quòd quámvis JUDEX *Appellationis* reformabit DECRETUM *Taxationis Expenſarum*, interpoſitum per JUDICEM *a Quo*; ac condemnabit APPELLATUM *in Expenſis totius Appellationis*; tamen (ſi hoc ab eo petitum fuerit) idem JUDEX, *ad Quem*, taxabit, ac PARTI *appellatæ* allocabit *juſtas* et *debitas* ſuas *Expenſas*; compelletque PARTEM *Appellantem* ad *ſolvendum eaſdem*; ſi appellatum fuerit tantùm *ab exceſſivâ Taxatione*:

Sin appellatur a *Sententiâ*, et a *Taxatione*,

Et pronunciatur, *in principali*, pro *voce Appellationis*,

XIV. Nam ſi appellatum fuerit, tam *a Sententiâ definitivâ* quàm *a Taxatione Expenſarum*, et JUDEX *Appellationis*, ſimul procedens *in utrâque Cauſâ*, tulerit *Sententiam* contra PARTEM *Appellatam*, per quam retractaverit *Sententiam*, *latam* per JUDICEM *a Quo*,

OBSERVATIONES.

(d) *Ex Stylo, debita.*] Cauſæ Proceſſu, partibus in remotioribus, expedito, Feoda Advocati, Regiſtrarii, ſeu Examinatoris, Procuratoris, ſeu Subſtituti, ac Viatica Teſtium allocanda ſunt, juxta loci diſtantiam:

(e) *Billa.*] Verbum Latino-barbarum, ſed, ex uſu, comprobatum; pro *Schedulâ*, ſeu *Tabellâ Expenſarum.*

(f) *In dictâ generali Taxatione ſuâ.*] Vide *Tit.* 282. §. 8.

Quo, quoad *Cauſam Principalem*; APPELLATUS (in hoc caſu) in *dictâ Cauſâ Appellationis*, a *Taxatione Expenſarum*, non obtinebit *novam Taxationem Expenſarum*:

Appellatus non obtinebit *novam Taxationem*;

XV. Nam APPELLANS liberandus eſt *ab omnibus Expenſis*, et obtinebit etiam *Expenſas primæ Inſtantiæ* [Lege Titulum (*g*), *In quo caſu facienda eſt Expenſarum Compenſatio.*]

Sed *Appellans* liberatur, Et obtinebit *Expenſas primæ Inſtantiæ.*

OBSERVATIONES.

(g) *Lege Titulum*, &c.] 335, 336.

Appellatio a Gravaminibus, in Specie.

TITULUS CCLXXXIV.

Quòd in Cauſâ Appellationis, a GRAVAMINIBUS *illatis*, in *Cauſâ* CORRECTIONIS, JUDEX, *a Quo*, citari poſſit, *ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis*, licèt *non appellatur* ſpecificè *quoad* eum.

Citatio contra Judicem, a Quo.

I. IN omni APPELLATIONE a *Gravaminibus* [præſertim in *Cauſâ Correctionis* (*a*)] dicitur, *Gravamina fuiſſe illata*, tam *ex Officio* JUDICIS, *a Quo appellatur*, quàm *ad Inſtantiam* M. *et* N.

Appellatur a *Gravaminibus*, tanquam et ex *Officio Judicis*, et ad *Partis Inſtantiam*, illatis:

II. Solent tamen *Appellantes*, in his caſibus [ob *Reverentiam* (*b*) JUDICI *debitam*] petere *Citationem decerni*, contra *dictos* M. *et* N. [et non contra JUDICEM] *ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis.*

Frequentiùs autem *iſta Pars*, et non *Judex a Quo*, citatur, *ad reſpondendum in Appellatione.*

III. Si tamen, *in Proceſſu tranſmiſſo*, non apparebit, *Gravamina* [*à quibus* appellatum fuit] *illata* fuiſſe, *ad Inſtantiam* PARTIS; ſed *ex Officio* JUDICIS;

Sin, *ex Proceſſu*, Gravamina *non appareant* illata, *Partis ad Inſtantiam*, ſed *ex Officio*;

IV. APPELLANS poterit (in hoc caſu) petere *a* JUDICE *ad* QUEM [poſt *Litem conteſtatam* cum *Parte appellatâ*] ut decernat *Citationem contra* JUDICEM *a* QUO, *ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis*; et (eo comparente) *novum* dare *Libellum*; et ſtatim exhibere *Proceſſum ejuſdem* JUDICIS, aliàs per *eum* [videlicet, per JUDICEM *a* QUO] in dictâ Cauſâ, et inter dictas Perſonas, *tranſmiſſum*; et in præſentiâ *ejuſdem* JUDICIS, ſeu ejus *Procuratoris*, procedere in CAUSÂ *ad Sententiam*:

Tunc (*Lite conteſtatâ*, cum Parte *appellatâ*) Citabitur *Judex a Quo*, *Novus* datur *Libellus*, *Proceſſus* exhibetur, Et contra *eundem Judicem* proceditur ad *Sententiam.*

V. Et ſi JUDEX, *a* QUO, non poſſit *juſtificare Proceſſum ſuum*; ferenda eſt *Sententia abſolutoria*, pro *Appellante*, quoad *Objecta* per JUDICEM *a* QUO:

Proceſſu (Judicis a Quo) *nonjuſtificato*, Fiat *Sententia abſolutoria* pro *Appellante*,

VI. Et

OBSERVATIONES.

(a) *Præſertim in Cauſâ Correctionis.*] Vide *Tit.* 336. §. 7.

(b) *Ob Reverentiam*, &c.] Vide *Tit.* 285. §. 10. et *Tit.* 336. §. 7.

Et *Judex* in *Expenſis* condemnetur;

VI. Et *idem* JUDEX condemnabitur, in *Expenſis* iſtius *ſecundæ Inſtantiæ*:

Sed *primò*, dimittatur *Pars appellata*, cum *Expenſis*:

VII. *Dimittenda* tamen eſt, *primò*, PARS *appellata*, cum *Expenſis*:

Caſus *adjudicatus*.

VIII. Hoc obtinui, videlicet, JUDICEM *vocari*, in *Judicio contradictorio* (*c*).

Quámvis, *ex Proceſſu*, Gravamina *non appareant*, ad *Petitionem Partis* illata fuiſſe,

Unde vocetur *Judex*, ad *reſpondendum* in *Appellatione*:

IX. Sed hìc notandum eſt; quòd licèt [in præſenti Titulo (*d*)] dictum ſit, quòd ſi in *Proceſſu tranſmiſſo non appareat, Gravamina fuiſſe illata* ad *petitionem* PARTIS *appellatæ* [ſpecificè nominatæ in Appellatione] *Appellantem* poſſe petere, *ut procedatur contra* JUDICEM *a* QUO, et *ut vocetur idem* JUDEX, *ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis*:

At licebit tamen *probare*, per Teſtes, *Judicem procediſſe* ad *Partis Promotionem*, ſeu *Inſtigationem*:

X. Tamen licet *Appellanti* probare, per *Teſtes*, PARTEM *appellatam Officium* JUDICIS *promoviſſe* (*e*); vel JUDICEM, *a Quo*, *ad procedendum in dicto* CORRECTIONIS *Negotio inſtigâſſe*; non obſtante quòd, *de eo*, nihil tranſmittatur *in Proceſſu tranſmiſſo*:

Quâ *Probatione factâ* contra *utroſque* pronunciabitur.

XI. Et, *hoc probato*, obtinebit contra *Utroſque* [id eſt, contra PARTEM primam *appellatam*, et JUDICEM (*f*).]

OBSERVATIONES.

(c) *Judicem vocari, in Judicio contradictorio.*] Hæc adduntur, in *MS*.

"Sed ſi JUDEX *juſtificaverit Proceſſum*, contra *hunc Appellantem*; remittenda eſt Cauſa *eidem* JUDICI, *cum ſuis Expenſis*, factis a tempore quo vocatus fuit, *ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis*.

(d) *In præſenti Titulo.*] §. 3, 4.

(e) *Probare, per Teſtes, Partem appellatam Officium Judicis promoviſſe.*] Vide, de hoc, in *Tit.* 336. § 7.

(f) 1 *Judicem.*] In *veteri* (penes me) *MS.* hunc invenio Titulum, additionalem.

TITULUS { "*De* APPELLATIONE *in Cauſis* "CORRECTIONUM, et *contra quos* "*inſtituenda et proſequenda ſit.*

"In omni *Cauſâ* CORRECTIONIS [ſive JUDEX "proceſſerit *ex Officio mero*, ſive *voluntariè promoto*] licet *Parti accuſatæ* appellare, ad JUDICEM SUPERIOREM [tam a *Gravaminibus*, "quàm a *definitivâ Sententiâ*, ſeu *Decreto quocunque Interlocutorio, habente Vim Sententiæ definitivæ*] prout in cæteris Cauſis *Inſtantiarum*.

2 "Notandum eſt tamen; quòd ſi JUDEX "proceſſerit, *ex mero ſuo Officio*, contra quamcunque perſonam, et aſſignavetit *Promotorem neceſſarium Officii Judicis*, et JUDEX, ad Petitionem hujuſmodi PROMOTORIS, tulerit "*Sententiam*, ſeu *Decretum Interlocutorium, habens Vim Sententiæ definitivæ*, vel intulerit *aliquod Gravamen* PARTI *conventæ*; PARS *conventa* poteſt ab eiſdem, *ad* JUDICEM SUPERIOREM, appellare (ut ſuprà dicitur) Sed, "in *Appellatione hujuſmodi*, non ſolùm JUDEX, "ſed etiam PROMOTOR *neceſſarius Officii ſui*, faciendus eſt *Pars appellata*; et contra *utroſque* Cauſa *Appellationis* eſt proſequenda.

3 "Secùs, in *Appellatione*, a JUDICE *interponendâ*, ad *Inſtantiam* PARTIS, *voluntariè* "ejus *Officium Promoventis*:

4 "Nam tunc proſequenda eſt hæc *Appellatio*, tantùm contra PARTEM, *Officium* JUDICIS *voluntariè promoventem*.

[Vide, de hoc, etiam inter *Obs.* in *Tit.* 155. ſub *lit.* (f)]

TITU-

Appellatio a Gravaminibus, in Specie.

Proceſſus Judiciarius.

TITULUS CCLXXXV.

Modus procedendi *in Cauſâ Appellationis*, a GRAVAMINIBUS.

Similis eſt *Proceſſus* in Appellatione a *Gravamine*, prout a *Sententiâ*.

I. PROCEDENDUM eſt, in omnibus, in *Cauſâ Appellationis* a GRAVAMINIBUS, ut in *Cauſâ Appellationis* a SENTENTIÂ *definitivâ*; quoad *Conteſtationem*, vel *non Conteſtationem Litis*; quoad *Concluſionem in Cauſâ*; et quoad *cæteros* Actus Judiciarios, *et* Ordinarios:

Gravamen ſequitur naturam *Principalis*: Utputà, [1] Vel, *plenariè*; [2] Vel *ſummariè*:

II. Nam, *Cauſa Gravaminis* [quoad iſta] *ſequitur Naturam Cauſæ Principalis*;

III. Id eſt; ſi *Cauſa Principalis*, ſeu *Originalis*, fuerit *Plenaria*, vel *Summaria Cauſa*, ita etiam *Cauſa Appellationis*.

Sine verò *novâ materiâ dandâ*, [Quæ conceditur in Appellatione a Sententiâ] *Ratio*, Ex *Actis Curiæ*, patent *Gravamina*:

IV. Excipe tamen, quòd, *in Cauſâ Gravaminis*, non licet *non allegata allegare*; et *non probata probare* [ut in *Cauſis Appellationum*, a *Sententiis definitivis* (*a*).]

V. Nam *Gravamina* juſtificanda ſunt, *ex ipſis* ACTIS *Judicis a Quo* (*b*):

Exceptio; [1] Ni ſint, *e Proceſſu, omiſſa*, [2] Vel, *in Actis* inſeri *denegata Gravamina*: [3] Vel, quòd *Verba* ſint, a Judice, *comminatoria*: [4] Vel, cùm *ex Actis*, non conſtat, *Appellatum* fuiſſe *Promotorem* Officii *Judicis*;

VI. Niſi *Gravamina fuerint* omiſſa (*c*) *ex* PROCESSU:

VII. Vel, niſi *Regiſtrarius* noluerit *petita per Appellantem* [veluti, petitionem admiſſionis Materiæ] *in* ACTIS *inſcribere* (*d*).

VIII. Vel, niſi appelletur *a Verbis comminatoriis* (*e*) *Judicis*, judicialiter *prolatis*:

IX. Vel, niſi *non* conſtiterit, *ex* ACTIS *Judicis*, *Appellatum* [id eſt, illum ad cujus *petitionem* prætenditur, *Officium Judicis* eſſe *promotum*] ſolicitâſſe *Judicem*, ad procedendum *in Cauſâ Correctionis*, ex *Officio Judicis*; quámvis *Appellatus* illud *reverà* promoverit:

Sæpiùs enim proceditur *in Appellatione*, contra *Promotorem*, quàm *ipſum Judicem*, ob *Reverentiam*, ei *debitam*.

X. Nam, in *iſtis* caſibus *Correctionum*, plerúmque ſolent *Appellantes* [ut ſuperiùs dicitur (*f*), in *favorem* JUDICIS, et ob *Reverentiam* illi *debitam*] citare, *et* procedere contra *Promotorem Officii Judicis*, et non contra *ipſum Judicem*.

Quin, *ex Actis*, ubi non conſtat *de Gravaminibus*, ad *alicujus* Inſtantiam, *illatis*,

XI. Sed ſi, *ex ipſis* ACTIS *Judicis a Quo*, non conſtiterit, nec apparuerit, *Gravamina* (a quibus appellatur) *fuiſſe illata* ad *Inſtantiam*

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Cauſis Appellationum, a Sententiis definitivis.*] Vide *Tit.* 318. §. 1.

(b) *Ex ipſis Actis Judicis a Quo.*] Vide *Tit.* 283. §. 9, 10, 11. *Tit.* 315. §. 1. *Tit.* 318. §. 2.

(c) *Fuerint omiſſa.*] Vide *Tit.* 318. §. 3.

(d) *In Actis inſcribere.*] Vide *Tit.* 318. §. 4.

(e) *A Verbis comminatoriis.*] Vide *Tit.* 336. §. 6.

(f) *Ut ſuperiùs dicitur*] In *Tit.* 284. §. 2. Vide etiam *Tit.* 336. §. 7.

Ipſe *potiùs* citetur *Judex*, ad *reſpondendum* in *Appellatione* : Nam, *quòd Appellatus* (cùm ex Actis non appareret) *fuit Promotor*, oneroſa Probatio eſt : Quo non probato, dimittitur *Appellatus*, cum *Expenſis*, etſi *Gravamen* erat *illatum* : Secùs, ſi vocetur *Judex*, Contra *quem*, ob *Gravamen illatum*, obtinebis *Appellans*.

tiam alterius; cauti *Procuratoris* eſt, in *ipſâ primâ Inhibitione*, obtinere *Citationem* contra *Judicem a Quo*, ad *reſpondendum in Cauſâ Appellationis* :

XII. Ratio eſt; quia ſæpiſſimè *Appellans* gravatur *magnis Expenſis*, in probando, *illum alterum fuiſſe Promotorem Officii Judicis* :

XIII. Et, *ſi directè hoc non probaverit*, abſolvitur *Appellatus* cum *Expenſis*; quámvis *Judex* injuſtè, *et* nulliter *proceſſerit in Cauſâ* :

XIV. Secùs, ſi JUDICEM *a Quo*, feceris *Partem* in APPELLATIONE :

XV. Nam tunc, ſi *aut* Iniquitas, *aut* Nullitas ulla, *ex Proceſſu tranſmiſſo*, apparere poſſit, obtinebis *Sententiam* contra *Judicem a Quo*, cum *Expenſis* [Lege Titulum (*g*), *Quòd in Cauſâ Appellationis a Gravaminibus, præſertim in Cauſâ Correctionis, illatis, Judex a Quo citari poſſit*, &c.]

Nec immeritò condemnabitur *Judex*, propter *Gravamen illatum*, etiam in *Officio* voluntariè *promoto* : Ratio; Etſi *Pars* petat iniquum, *Judex* interea dabit æquum. In *his*, probato *Gravamine*, per *Appellantem*, *Sententiam* obtinebit cum *Expenſis*, Et procedendum eſt, *in Principali*, coram *Superiore*; Alioquin, dimittitur *Appellans*, cum *Expenſis*.

XVI. Et *Æquitati* conſentaneum admodum eſſe videtur, ut *Judex* ſubeat *Pœnas*, et ſolvat *Expenſas*, ſi injuſtè *proceſſerit*; etiam, *in caſu*, quando *promotum* voluntariè fuit *Officium ejus* :

XVII. Licèt enim *iniquum aliquod*, a *Judice*, petitum fuerit, *Judex* tamen *æquum* decernere debuit :

XVIII. Et ſi *Appellans* [ſive *ex ipſo* PROCESSU *Judicis a Quo*, ſive *ex aliis* PROBATIONIBUS] in *caſibus prædictis*, probaverit *Intentionem ſuam*; obtinebit *Sententiam*, cum *Expenſis* :

XIX. Et *Appellatus*, ſi fuerit *Actor* in *primâ Cauſâ*, tenetur *eandem* proſequi, *coram* dicto *Judice ad Quem* :

XX. Et ſi noluerit; *Appellans* poterit, etiam in *Cauſâ Principali*, obtinere *Sententiam abſolutoriam*, cum *Expenſis*.

OBSERVATIONES.

(g) *Lege Titulum*, &c.] 284. *per totum*, et *Obs. ibid.*

Appellatio a Gravaminibus, in Specie.

Conſenſus in Cauſâ Principali.

TITULUS CCLXXXVI.

Quando expedit Appellato *fateri* GRAVAMINA, *ad evitandas* EXPENSAS.

Relatâ Inhibitione, *vera Gravamina* fatearis; Conſentias in *Principali*; Offeras *Expenſas*,

I. SI APPELLATUS credit APPELLANTEM *juſtè appellâſſe*; expedit [*ad Lites amputandas*, et *Expenſas evitandas*] ut idem APPELLATUS [tempore *relatæ Inhibitionis*] fateatur *Gravamina in Inhibitione*, vel *in Libello* [ſi ſit datus] *ſpecificata*; et conſentiat, *ut procedatur in Principali Negotio*; et ut *Expenſas*, *eâ de cauſâ factas*, offerat :

II. Nam

II. Nam APPELLANS non tenetur *procedere in Cauſâ Principali*, ſi *Gravamina* fuerint *confeſſata*; niſi *ſolutis hujuſmodi Expenſis Gravaminis* :

III. Quibus *ſolutis*, ſi APPELLANS fuerit ACTOR *in primâ Inſtantiâ*, rogandus (*a*) eſt, *ad procedendum in Cauſâ Principali*, juxta *formam retroactorum, coram Judice a Quo*.

IV. Et ſi APPELLATUS fuerit ACTOR (*b*), *in primâ Inſtantiâ*, poterit procedere *in Cauſâ Principali*, invitâ PARTE *appellante* :

V. Quia APPELLANS, *appellando*, conſentiit *in Judices Appellationis*, eoſque *ſuæ Cauſæ Judices* fecit.

Expenſis (faſſo Gravamine) *inſolutis*, non tenetur *Appellans* procedere in *principali*;
His *ſolutis*, rogetur *Appellans*, *ad procedendum in principali*.
Appellatus procedit in principali, *altero nolente* :
Quia *Appellans*, appellando, *conſentit in Superiorem*.

OBSERVATIONES.

(a) *Rogandus*.] In nonnullis *MSS*. legitur, *cogendus*. Vide *Tit*. 287. §. 4.

(b) *Fuerit Actor*.] "Quod ſi fuit *Reus*, poteſt obtinere *Sententiam abſolutoriam* ſi *Actor appellans* non proſequatur Cauſam. *MS*.

Appellatio a Gravaminibus, in Specie.

TITULUS CCLXXXVII.

Quòd Appellatus *in Cauſâ* GRAVAMINIS, *invitâ* Parte Appellante, *procedere poterit* in *Cauſâ Principali*, non *diſcuſſo* GRAVAMINE, et non *ſolutis* EXPENSIS, niſi *in fine Litis*, ſi GRAVAMINA *fuerint juſtificata*.

Conſenſus in Cauſâ Principali.

I. SI, *in Cauſâ Matrimoniali*, REUS [ſciens ACTOREM poſſe plenè probare (ſive *per Teſtes*, ſive *per Confeſſionem* ejuſdem REI) *Contractum Matrimonialem allegatum*, animo et intentione protrahendi Litem, et gravandi ACTOREM infinitis Expenſis, et evitandi Prolationem Sententiæ definitivæ pro Matrimonio allegato] *a prætenſis Gravaminibus*, cùm *nulla omnino illata fuerint*, appellaverit :

II. Similiter, ſi REUS, *in Cauſâ Legati*, ſi ſaltèm fuerit *Pingue Legatum* [ut poſſit, per frivolas Appellationis, Litem protrahere, et penes ſe hujuſmodi Legatum, Lite pendente, retinere, ac Expenſas ejuſdem Litis, ex Uſuris Legati, perſolvere] appellaverit *a prætenſis Gravaminibus*, cùm *nulla penitùs cauſa Gravaminis illata fuerit* :

III. Poterit, in his caſibus, APPELLATUS [*quamprimum Inhibitio* fuerit *relata*, coram *Judice Appellationis*] conſentire, *ut procedatur*, per *Judicem Appellationis*, in *Cauſâ Principali*, juxta *formam retroactorum coram Judice a Quo*.

In *Cauſa Matrimoniali*, malam *fovens* Cauſam, ad *protrahendum Litem*, ad *Expenſas accumulandas*, et ad *eludendum Sententiam*, appellat a *Gravamine*, nullo quidem *illato* :
Pariter, in *Cauſâ Legati*, Reus, ut *nectendo Moras*, pingue retineret *Legatum*, ex *fœnore* perſolvens *Expenſas*, a *fictis* appellat *Gravaminibus*, nullis *reverà* illatis :
In *his*, ergo, *Relatâ* Inhibitione, conſentiat *Appellatus* in *Cauſâ Principali*,

 IV. Et

Unde tenetur *Appellans* (appellando conſentiens in Superiorem) procedere in *Principali*, abſque refuſis, per *Appellatum*, Expenſis *Gravaminis*:

IV. Et quia Appellans, *appellando*, recuſavit *Judicem a Quo* (*a*), tanquam *ſibi ſuſpectum, et minùs indifferentem*; et conſentiit, pro Parte ſuâ, *in Judicem Appellationis*; nolens volens eſt cogendus, *ad procedendum in Cauſâ Principali* et Appellatus non tenetur *refundere Expenſas Gravaminis* (*b*):

Sin audeat *Appellans*, procedat etiam in *Gravamine*:

V. Poterit tamen Appellans, ſi credat *ſe juſtè appellâſſe*, procedere etiam *in Negotio Gravaminis*:

Et, ſi *juſta* conſtiterit *appellandi cauſa*, ſententietur in *Gravamine*, pro *Appellante*, cum *Expenſis*; *Secùs*, pro *Parte appellatâ*, cum *Expenſis*.

VI. Et ſi, ex *Proceſſu*, conſtiterit, Appellantem *habuiſſe juſtam cauſam appellandi*, obtinebit *Sententiam*, in *Cauſâ Gravaminis*, cum *Expenſis*:

VII. Et, *e contrà*, ſi defecerit, cogendus eſt *ad ſolvendum* Parti *appellatæ Expenſas ſuas* (*c*).

OBSERVATIONES.

(a) *Recuſavit Judicem a Quo.*] Vide *Tit.* 286. §. 5.

(b) *Non tenetur refundere Expenſas Gravaminis.*] Adde, prout in *MS.* " *non probati, vel* " *confeſſati.*

(c) *Expenſas ſuas.*] Hic Titulus (in *MS.* penès me) ulteriùs extenditur; in hiſce Verbis: " Similiter *Appellatus*, quámvis decretum " fuerit, *procedere in Negotio principali*, poterit " tamen, ſi per *Advocatum* fuerit informatus, " *nullum fuiſſe, per Judicem a Quo, Gravamen illatum*, compellere Appellantem, *procedere in Cauſâ Gravaminis*; et ſi non proceſſerit, *Appellans* eſt condemnandus in *Expenſis*, factis ratione hujuſmodi *Appellationis*.

Appellatio a Sententiâ.

Vinculum Appellandi a Sententiâ.

TITULUS CCLXXXVIII.

Quòd Procurator *tenetur appellare* a Sententiâ *definitivâ*.

Procurator, latâ Sententiâ, *functus eſt Officio*;

I. Quamvis (ut in ſupraſcripto (*a*) Titulo) dicitur Procuratorem *functum eſſe Officio* (*b*), quamprimum *lata fuerit* Sententia *definitiva*:

Sed *appellare* debet,

II. Tamen tenetur, *ab eâdem*, debitis loco et tempore (*c*), *appellare*:

[Niſi, *Cliens* inſiſtat *in contrarium*]

III. [Niſi Dominus *ſuus* ſibi ſignificaverit, *ſe nolle appellare.*]

Aliter, *Actioni de Damno* ſit *obnoxius*, Si quod *Pars* ſuſtinuit.

IV. Alioquin, competit *Actio* Clienti, contra *hujuſmodi* Procuratorem *non* appellantem, *pro* Damno; ſi quod [*in eo quòd ejus* Procurator *non appellaverit*] paſſus ſit.

OBSERVATIONES.

(a) *In ſupraſcripto Titulo.*] Vide *Tit.* 51. §. 3, 4.

(b) *Functum eſſe Officio.*] Hujus Sectionis, in *MS. Antiq.* hæc ſunt Verba: " *Quámvis dicitur, Procuratorem non teneri* " *appellare, quamprimum lata fuerit Sententia* " *definitiva*; Tamen tenetur, &c. *ut ſuprà, in* " §. 2.

(c) *Debitis loco et tempore.*] Vide *Tit.* 126. §. 3. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (a) necnon *Tit.* 127. §. 10, 11. et *Obs. ibid.* ſub. *lit.* (g) etiam *Tit.* 294. §. 1, 2. atque *Tit.* 295. §. 1, 7, 8, 9, 10.

TITU-

Appellatio, apud Acta, *a Sententiâ.*

TITULUS CCLXXXIX.

De APPELLATIONE *Judiciali*, a SENTENTIÂ *definitivâ*; quæ dicitur APPELLATIO *apud* ACTA.

Appellatio vivâ voce.

I. PARS, contra quam *lata eſt* SENTENTIA, poteſt [ipſo et eodem tempore, quo *lata eſt* SENTENTIA, et antequam JUDEX proceſſerit ad alia] *Vivâ Voce*, *apud* ACTA, coram JUDICE *ferente* SENTENTIAM [qui dicitur JUDEX *a Quo*] in hunc modum, appellare: *Apud Acta* licet *a Sententiâ*, tempore *Prolationis*, appellare: *Modus* eſt;

II. *Ego* DISSENTIO *Sententiæ hujuſmodi Prolationi*; et PROTESTOR *de* NULLITATE *ejuſdem*; et *ab eâdem* (*ſalvâ veſtrâ Reverentiâ*, DOMINE JUDEX) *tanquam nullâ*, *invalidâ et iniquâ*, *ac nulliter*, *et iniquè latâ*, *ad* ILLUSTRISSIMUM *in Chriſto Principem*, *ac Dominum noſtrum*, *Dominum* GEORGIUM, &c. *et ad Curiam Cancellariæ*, *et ad eundem Dominum noſtrum Regem*, *in Curiâ ſuâ Cancellariæ*, APPELLO; APOSTOLOSQUE *peto* [nam ſi APOSTOLI (*a*) non fuerint petiti, non valet APPELLATIO] *primò*, *ſecundò*, *et tertiò*, *inſtanter*, *inſtantiùs*, *et inſtantiſſimè*, *mihi et Domino meo tradi*, *dari*, *et liberari*, *cùm effectu*; deque NULLITATE *ejuſdem æque principaliter* QUERELOR; et *requiro Vos* NOTARIUM PUBLICUM [id eſt, Regiſtrarium, *vel* Actorum Scribam] *ad conficiendum mihi* INSTRUMENTUM *publicum ſuper Appellatione*, *jam per me interpoſitâ*; ac TESTES, *hìc præſentes*, *ad perhibendum* TESTIMONIUM. [1] *Diſſenſus*: [2] *Proteſtatio*: [3] *Appellatio*: [4] *Apoſtoli* (ſecùs, *non valet Appellatio*) petuntur: [5] Querelatur *de Nullitate*: [6] Fiat *Requiſitio Notarii*: [7] *Requiſitio Teſtium*:

III. *Actorum* SCRIBA tenetur, in ACTU ſuper *Prolatione* cujuſcunque SENTENTIÆ, inſcribere *Nomina* TESTIUM *præſentium.* [8] *Teſtium* Nomina ſunt, *in Actis*, inſcribenda.

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Apoſtoli*] APOSTOLI ſunt *Literæ dimiſſoriæ*, quæ a *Judice a Quo*, ad *Illum ad Quem* appellatum eſt (ut de Lite, meliùs inſtrui poterit) *tranſmittuntur*: Dicebantur autem, *Apoſtoli*, ab Ἀποςέλλω, mitto.

2 Frequentiùs autem hodie ſolet *Judex*, *a Quo* appellatum eſt, *loco Apoſtolorum*, Acta Judiciaria [*totum*, ſcilicet, *Proceſſum*, in *Lite pendente* coram *Eo*, habitum] *Appellanti* deſignare. Vide *Tit.* 291. §. 1.

TITU-

Appellatio, apud Acta, *a Sententiâ*.

Appellatio vivâ voce.

TITULUS CCXC.

In quibus caſibus expedit appellare, *tempore latæ* SENTENTIÆ.

In Sententiâ, in Cauſâ Matrimoniali, Abſolvitur Reus, ab Actoris Inſtantiâ; Mox, aliunde convolat ad Nuptias ille Reus:

I. SI lata fuerit SENTENTIA, *in Cauſâ Matrimoniali*, contra ACTOREM, per quam *abſolvitur* REUS *a petitione* ACTORIS;

II. Sæpe contingit, quòd REUS, credens [per hujuſmodi SENTENTIAM] licere ſibi, *aliunde* MATRIMONIUM *contrahere*; ILLUD plerúmque *contrahat*, et etiam *ſolemnizari* procuret.

In Cauſâ Beneficiali, Sententia eſt, ad inducendum;

III. Similiter, ſi inter *duos* CLERICOS, de *Beneficio* eodem *contendentes*, lata fuerit SENTENTIA [*talem*] *eſſe inſtituendum, et inducendum*:

Illico, Vincens obtinet Inductionem:

IV. CLERICUS, pro *quo* lata fuit SENTENTIA, curare ſolet, *ſe induci*, ſeu, ad minùs, *inſtitui*; etiam *infra* tempus, *de* JURE, ad appellandum, PARTI *adverſæ* indultum.

In Cauſâ Teſtamentariâ; Pronunciatur pro Teſtamento; Vel, decernitur Adminiſtratio;

V. Simili etiam modo, ſi, in *Curiâ Prærogativæ*, contenditur *de Teſtamento*, et JUDEX tulerit SENTENTIAM *pro Teſtamento*:

VI. Vel, ſi contenditur *de Adminiſtratione committendâ*, et JUDEX, per SENTENTIAM, *commiſerit Adminiſtrationem* alteri PARTIUM litigantium:

Sententiam obtinens ſe, confeſtim in bonis immiſcet, Eadem alienat, Debita relaxat, Actiones inſtituit:

VII. EXECUTOR, vel ADMINISTRATOR [colore harum SENTENTIARUM] ſolet, etiam *pendente Dilatione* ad appellandum, *immiſcere ſe in bonis defuncti*; *eaque alienare*; *et aliquando Debita relaxare*; *et Actiones, in Foro Seculari, pro Debitis recuperandis, inſtituere*:

In his, ergo, ſtatim appellandum eſt apud Acta.

VIII. In *his* omnibus *caſibus*, expedit PARTI, contra quam lata fuit SENTENTIA, *ſtatim appellare, apud* ACTA [ut ſuprà dictum eſt (*a*).]

Si ſic appellatum fuerit, in Matrimoniali, et Pars adverſa ſolemnizaverit, aliunde, Matrimonium;

IX. Nam, ſi *tempore* latæ SENTENTIÆ, *in Cauſâ Matrimoniali*, appellaveris, et tamen PARS quæ eandem obtinuit SENTENTIAM, poſt interpoſitam hujuſmodi APPELLATIONEM, *aliunde ſolemnizaverit* MATRIMONIUM;

Sequeſtrandi ſunt ſolemnizantes, et, quà Contemptores, canonicè puniendi,

X. *Solemnizantes* hujuſmodi MATRIMONIUM ſunt, per JUDICEM *Appellationis*, primò et ante omnia, *ſequeſtrandi* (*b*); atque etiam, tanquam CONTEMPTORES, *canonicè puniendi*, non minùs

OBSERVATIONES.

(a) *Ut ſuprà dictum eſt.*] Vide *Tit.* 289. *per totum.*

(b) *Sequeſtrandi.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 200. ſub *lit.* (a) 7.

minùs quàm illi, qui contra *Interdictum* JUDICIS, et *Lite pendente*, ſolemnizari procurant MATRIMONIUM (*c*) : *Perinde ac ſi ſolemnizaverint, pendente Lite.*

XI. Et, in iſto caſu, *Solemnizans* MATRIMONIUM, non poteſt prætendere *Ignorantiam* hujuſmodi APPELLATIONIS Judicialis, *in præſentiâ ſui* PROCURATORIS, interpoſitæ: *Simulanda non eſt Ignorantia Appellationis apud Acta:*

XII. Quod, ſecùs, prætendere poſſit, *ſi appellatum fuerit* extrajudicialiter. *Secùs, Appellationis extrajudicialis.*

XIII. Similiter, ſi *in Cauſâ Beneficiali*, CLERICUS, qui obtinuit SENTENTIAM [ſciens *appellatum* fuiſſe, *ab eâdem*, tempore *latæ* SENTENTIÆ] curaverit *ſè inſtitui*, aut *induci*; *Si in Beneficiali, ſatìs ſciolus Appellationis, apud Acta, procuraverit Inſtitutionem;*

XIV. Hujuſmodi *Inſtitutio* et *Inductio* dicuntur eſſe *attentata*, et, per JUDICEM *ad Quem*, ſunt, primò et ante omnia, *tanquam attentata, revocanda.* *Quà Attentatum, imprimis revocatur.*

XV. Similiter, ſi in dictis *Cauſis Teſtamentariis, deque Adminiſtrationibus*, appellatum fuerit *judicialiter*, tam *poſſidens bona defuncti* poterit, ſine ſuo Damno, *eadem retinere*, pendente *Lite* ſuper hujuſmodi APPELLATIONE, quàm etiam *illi qui defuncto obligati fuerint* [ſi inſtituatur ACTIO, contra eos, per eum qui obtinuit SENTENTIAM prædictam, pro Debitis, ſeu bonis hujuſmodi] *poterint uti beneficio hujuſmodi* APPELLATIONIS: *In Cauſis Teſtamentariis, apud Acta Appellans retinet, quæ poſſidet bona; Indebitati defuncto ab Actionibus conquieſcunt, Pendente Appellatione:*

XVI. Quia, per APPELLATIONEM *hujuſmodi*, tollitur, ſeu ſuſpenditur *omnis vis, et effectus dictæ* SENTENTIÆ, donec finiatur APPELLATIO; perinde ac ſi, *nulla* omnino *lata fuiſſet* SENTENTIA. *Nam, tollitur Vis Sententiæ, uſque dum infirmatur Appellatio.*

OBSERVATIONES.

(c) *Lite pendente, ſolemnizari, procurant Matrimonium.*] Vide *Tit.* 201. §. 2.

Aſſignatio Apoſtolorum.

TITULUS CCXCI.

De Dilatione APPELLATIONIS (*a*), et *Aſſignatione* APOSTOLORUM (*b*).

I. QUAMPRIMUM *appellatur*, coram JUDICE *a Quo*, et APOSTOLI *fuerint petiti*, idem JUDEX dicet (ſemoto Pileo a Capite) *Nos, ob Honorem, et Reverentiam Domino noſtro Regi debitam,* *In appellando, petuntur Apoſtoli; Quorum loco,*

OBSERVATIONES.

(a) *De Dilatione Appellationis.*] Dilatio Appellationis eſt *Tempus*, quod indulgetur Appellanti, *ad proſequendum Appellationem*, et *certificandum de Proſecutione ejuſdem.*

(b) *Et Aſſignatione Apoſtolorum.*] De formâ *Petitionis Apoſtolorum*, Vide *Tit.* 289. §. 2. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (a).

Judex Appellanti *totum* aſſignat *Proceſſum.*

bitam, deferimus hujuſmodi Appellationi; et, *loco* Apostolorum, *aſſignamus Appellanti totum et integrum* Processum.

Tunc petit *Victor*, Appellantem arctari *ad proſequendum Appellationem*, et *certificandum*:

II. Tunc Pars, quæ obtinuit Sententiam, *dicet*; Domine Judex, *placebit ſtatuere, Parti prætenſæ jam Appellanti, Terminos competentes, tam ad* Prosequendum (*c*) *hujuſmodi Appellationem, quàm ad* Certificandum *de Proſecutione ejuſdem*:

Terminos (ad hoc) aſſignat *Judex*:

III. Judex: *Aſſignamus ad* Prosequendum [talem diem] *ac* [talem] *ad* Certificandum:

Nil *interim*, in Appellantis præjudicium, *attentandum* eſt.

IV. Quibus Terminis *pendentibus*, nihil eſt *attemptandum*, aut *innovandum*, ad Petitionem Ejus qui obtinuit Sententiam, *in Præjudicium* Appellantis.

OBSERVATIONES.

(c) *Ad proſequendum.*] Vide *Tit.* 131. §. 4, 2. etiam *Tit.* 302. §. 9. 10, 11, 12, 13. 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11. necnon *Tit.* 294. §. 1,

Aſſignatio ad recipiendum Apoſtolos.

TITULUS CCXCII.

De Aſſignatione Termini *ad recipiendum* Apostolos.

Petitis Apoſtolis, per *Appellantem apud Acta*, et aſſignato, *per Judicem*, Termino Juris *ad illos recipiendum*,

I. Siquis appellaverit a Sententiâ definitivâ, *apud* Acta, et petierit *Apoſtolos* (*a*) *ſibi dari, et aſſignari*, ac Judex aſſignaverit *Terminum Juris, ad Apoſtolos recipiendum*, Appellans tenetur infra *triginta dies*, a tempore *latæ Sententiæ* [computandos de momento, ad momentum, *ab horâ diei* in quâ *lata erat Sententia*, uſque *ad horam diei* in quâ *petendi ſunt Apoſtoli*] adire *locum Judicii*, ac ſi *præſentiam* Judicis habere poſſit, ab *eo* petere *inſtanter, inſtantiùs, et inſtantiſſimè, Apoſtolos dari et aſſignari, tradi et deliberari*:

Die dato *ad recipiendum Apoſtolos*, iterum etiam *a Judice*, petantur *aſſignari*:

Ab *Apoſtolis recuſatis* appellandum eſt.

II. Et ſi Judex, ita interpellatus, recuſaverit *dare Apoſtolos*, ſeu *non* aſſignaverit *Apoſtolos*, datur *juſta cauſa appellandi.*

Die dato *ad recipiendum Apoſtolos*, proteſtetur Appellans, *in Judicis abſentiâ*, coram Notario *et* Teſtibus, *de Apoſtolis petendis.*

III. Sed ſi in *die*, ſeu *tempore* ac *loco prædictis*, in *quibus* Appellans (ut ſuprà) *præſens* et *promptus* fuerit, *ad petendum Apoſtolos*, Judex non fuerit *etiam præſens*, facienda eſt Protestatio, per Appellantem, coram *Notario Publico*, ac *Teſtibus*:

Forma *Proteſtationis*, coram Notario *et* Teſtibus, *de Apoſtolis petendis.*

IV. *Quòd ſit promptus et paratus ad petendum Apoſtolos, caſu quo habere potuiſſet præſentiam Judicis*; ac (ad majorem Cautelam) coram

OBSERVATIONES.

(a) *Et petierit Apoſtolos.*] Prout in *Tit.* 289. §. 2.

coram *eiſdem Notario* et *Teſtibus*, petat *Apoſtolos*; et requirat *Notarium, tunc præſentem, ad conficiendum Inſtrumentum Publicum, ſuper Proteſtatione et Requiſitione hujuſmodi*; ac *Teſtes, tunc præſentes, ad perhibendum Teſtimonium.*

Aſſignatio ad recipiendum Apoſtolos.

V. Et quemadmodum, *ad fundandum Juriſdictionem* JUDICIS *Appellationis*, APPELLANS tenetur, *ante Concluſionem in Cauſâ*, exhibere *Inſtrumentum Appellationis:*

VI. Ita et, *caſu prædicto*, tenetur exhibere *dictum Inſtrumentum, de petitione Apoſtolorum*, ac *Proteſtatione antedictâ, factâ coram Notario Publico ac Teſtibus*; alioquin cadet et ſuccumbit *in Cauſâ*.

Prout, ad fundandum Juriſdictionem, *Inſtrumentum Appellationis* exhibendum eſt, *ante concluſum in Cauſâ*; Pariter, *Inſtrumentum de petitione Apoſtolorum* exhibendum eſt; ne *Lite* cadas *Appellans.*

VII. Et hìc notandum eſt; Quòd ſi APPELLANS (modo et formâ prædictis) non petierit *Apoſtolos*, cadet *in Cauſâ* APPELLATIONIS, quámvis *juſtam habuerit cauſam appellandi, quoad* NEGOTIUM PRINCIPALE.

Apoſtolis non *debitè petitis*, ſuccumbes *Appellans*, etiam in *Principali.*

Aſſignatio Apoſtolorum refutatoriorum.

TITULUS CCXCIII.

De Aſſignatione APOSTOLORUM *refutatoriorum.*

I. SI JUDEX [aut tempore *latæ Sententiæ*, cùm appellatur *apud* ACTA, vel, in caſu prædicto (*a*), *in triceſimo die* poſt *latam Sententiam*] aſſignaverit *Apoſtolos refutatorios*; vel Petitioni tuæ, *de Apoſtolis dandis*, nihil decreverit, *aut* ſtatuerit:

Apoſtolis non *datis*, vel *refutatoriis aſſignatis*;

II. Tum quámvis appellaveris *a Sententiâ definitivâ*, ſi etiam non appellaveris *a Denegatione Apoſtolorum*, vel *Aſſignatione Apoſtolorum refutatoriorum*, ſuccumbes in Cauſâ:

Fiat *Appellatio*, et a *denegatione Apoſtolorum*, et a *Sententiâ*; aliter *ſuccumbes:*

III. [Sed *quære*; ita tamen vidi adjudicatum]

[Sic adjudicatum fuit]

IV. Et potes *utraſque Appellationes hujuſmodi*, ſimul, *vel* ſucceſſivè [*ſi ab utriſque appellaveris*] proſequi [*prout in cæteris Cauſis Appellationum*, a *Sententiâ definitivâ*, et a *Gravaminibus*, ſeu *Taxatione Expenſarum*]

Utraſque Appellationes, *unà*, ſeu *viciſſim* proſequaris;

V. Et ſi *non* obtinueris *in utriſque*; poteris obtinere *in unâ earundem*; videlicet, *in* APPELLATIONE *a Denegatione Apoſtolorum:*

Si non *in utriſque*, obtinebis *a Denegatione Apoſtolorum:*

VI. Nam *non* obtinebis *in* APPELLATIONE *a Sententiâ*, ſi omnino *non* appellaveris *a Denegatione Apoſtolorum.*

Non autem obtinebis *a Sententiâ*, ni appellâſti etiam *a Denegatione Apoſtolorum.*

OBSERVATIONES.

(a) *In caſu prædicto.*] Scilicet, in *Tit.* 292. §.1, 2.

Appellatio, in Scriptis, *a Sententiâ*.

TITULUS CCXCIV.

De PROTESTATIONE *ad appellandum*, et *de Acceptatione* SENTENTIÆ, in *parte*, vel *quatenus facit pro* PARTE contra quam *lata fuit*; et *in quo caſu* non *expedit appellare* tempore *latæ* SENTENTIÆ, ſed *in* SCRIPTIS, coram *Notario Publico*.

Ubi *ſuſpectum* habeat *Procurator*, quòd ſi, *tempore* Prolationis *Sententiæ*, judicialiter appellaret, *apud Acta*, Terminos *ad proſequendum*, et *ad certificandum Appellationem*, ſibi *aſſignandos fore* perbreves;

I. SI PARS, contra quam *lata ſit Sententia*, credat quòd ſi appellaret *apud* ACTA, JUDICEM (aliquando in eum, eò quòd appellavit, offenſum) velle ſibi aſſignare TERMINOS nimis breves, et incompetentes, *ad proſequendum*, et *certificandum* (*a*) *Appellationem*, per eum *interpoſitam*; infra QUOS, non poſſit *hujuſmodi Appellationem proſequi*, nec *Clientem ſuum* certiorem reddere, *de Prolatione hujuſmodi Sententiæ*, et ejus intelligere intentionem, utrùm voluerit *acquieſcere Sententiæ prædictæ*, vel *Appellationem*, aliàs interpoſitam, *proſequi*.

Proinde appellet extrajudicialiter, *in Scriptis*, infra *diem quindenam* a Prolatione:

II. In *iſto caſu*, non *apud* ACTA, *tempore latæ Sententiæ* appellabit, ſed *in* SCRIPTIS coram *Notario Publico*, infra *decem*, ſeu, ad ſummum, infra *quindecim dies* (*b*):

Indulta eſt *quindena dies*, ad appellandum:

Quindecim elapſis,

Quomodo *citatur Appellans*, antequam aſſignetur, *ad proſequendum*?

III. Nam, *in iſto caſu*, lapſis dictis *quindecim diebus* [*ad appellandum*, de Statutis (*c*) hujus Regni, *indultis*] vocanda eſt PARS *appellans*, vel *potiùs* ſolet *et* poſſit vocari (*d*) [quia ACTOR communiter cupit *Sententiam*, pro ſe *latam*, exequi] *ad dicendum cauſam, quare Sententia non deberet Executioni demandari*, priuſquam JUDEX, *a Quo*, poterit aſſignare APPELLANTI Terminos *ad proſequendum*, et *certificandum Appellationem*.

Si de *Decimis* appelletur, *apud Acta*,

Statim *Executioni demandatur Sententia*, quoad *Expenſas*,

Non obſtante *Appellatione* a *definitivâ*, etiam et *Inhibitione* Superioris:

IV. Similiter, ſi *lata fuerit Sententia* in *Cauſâ Decimarum*, et appellaveris *tempore latæ Sententiæ*, JUDEX poteſt *adſtatim* [et hoc cavetur per Statutum (*e*)] *ejus Sententiam Executioni demandare*, quoad *Expenſas*, ac *eaſdem taxare*, non obſtante *Appellatione* a *Sententiâ definitivâ*, etiam ac *Inhibitione ſuperioris Judicis* [ut in Titulo (*f*), *De modo demandandi Sententiam Executioni, in Cauſâ Decimarum*,

OBSERVATIONES.

(a) *Ad proſequendum, et certificandum.*] Vide *Tit.* 131. §. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11. necnon *Tit.* 291. §. 2, 3, 4. etiam *Tit.* 302. §. 9, 10, 11, 12, 13.

(b) *Infra quindecim dies.*] Vide *Tit.* 288. *per totum*, et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c).

(c) *De Statutis.*] Vide *Statut.* 24 *Hen.* 8. *cap.* 12. §. 6, 7. et 25 *Hen.* 8. *cap.* 19. §. 3.

(d) *Solet, et poſſit vocari.*] De formâ petitionis, *ut Sententia mandetur Executioni*, Vide *Tit.* 130. *per totum*, et *Obs. ibid.*

(e) *Cavetur per Statutum.*] Anno 32 *Hen.* 8. *cap.* 7. §. 3.

(f) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 191. *per totum*.

Decimarum, quoad Expenſas, licèt fuerit a Sententiâ appellatum, et Judici inhibitum.]

V. Si igitur *ab hujuſmodi Sententiâ* appellaveris *extrajudicialiter, in* Scriptis, coram *Notario Publico,* Sententia prædicta, *quoad Expenſas prædictas,* non eſt *demandanda Executioni*; niſi vocatâ priùs (ut ſuprà dictum (*g*) eſt) Parte contra *quam* lata fuit Sententia, *ad dicendum cauſam, quare Sententia non deberet Executioni demandari,* et niſi *eadem* Pars (ſi comparuerit) allegaverit *fuiſſe appellatum.*

Secùs, cùm extrajudicialiter, *in Scriptis,* appelles, Niſi *priùs* vocaberis,

Vel, *comparendo* ſignificabis *Appellationem.*

VI. Hoc etiam commodum reportabit Appellans *extrajudicialiter* (videlicet) Quòd poteſt *Clientem ſuum* certiorem reddere, de *Prolatione Sententiæ,* ac *de Appellatione interpoſitâ*; ac *ab eo* certior fieri, utrùm voluerit *hujuſmodi Appellationem proſequi*; et *aliam* etiam interponere *Appellationem,* ſi *exceſſivè* taxentur *Expenſæ.*

In *Scriptis Appellans* conſulat *Partem,* et de *Proſecutione Appellationis* a Sententiâ *interpoſitæ,* et *Appellationis* ab exceſſivâ *Taxatione, interponendæ:*

VII. Si tamen, *in caſibus prædictis,* non appellaveris Tempore *latæ* Sententiæ, diſſentire tamen oportet *eidem,* ac *Prolationi ejuſdem*; ac proteſtari *de Nullitate ejuſdem,* ac *de Gravamine,* ac *de appellando ab eâdem, infra* Tempus, *de* Jure, *indultum:*

VIII. Ne aliàs videaris *acquieſcere hujuſmodi Sententiæ.*

Apud Acta, non *Appellans* [1] Diſſentiat *Prolationi:* [2] Proteſtetur de *Nullitate,* de *Gravamine,* deque *appellando:* Ratio.

IX. Sed ſi *Sententia,* partim *pro* te, *et* partim *contra* te (*h*), *lata fuerit:*

X. Utpote, quia *Expenſæ ſint ab eâdem deletæ*; vel forſan *Pars obtinens Sententiam fuerit condemnata in Expenſis Parti tuæ,* quod aliquando uſu venit, *in Caſibus Matrimonialibus* [ut apparet in Titulo (*i*), *In quibus caſibus, Judex poteſt condemnare Partem obtinentem Sententiam, in Expenſis, vel abſolvere Partem, contra quam lata eſt Sententia, ab Expenſis.*]

Sententia partim pro *Victo,* partim pro *Vincente,* qualis? [1] Ubi *deletæ* ſunt *Expenſæ,* quoad *Victum:* [2] Ubi *Victor,* in *Expenſis,* condemnatur.

XI. Tunc Pars, contra *quam* lata fuit *Sententia,* dicet: *Accepto hujuſmodi Sententiam, quatenus facit pro Parte meâ*; præſertim *in eo quòd eſt condemnatoria Partis adverſæ* [id eſt, obtinentis Sententiam] *Domino meo in Expenſis*; vel, *quatenus Condemnatio Domini mei, in Expenſis Partis obtinentis Sententiam, eſt, in eâdem Sententiâ, deleta* [vel, in tali, et tali parte Sententiæ, quæ facit pro Parte meâ] *ac acquieſco eidem Sententiæ in eâ parte; Tamen, quatenus dicta Sententia facit contra Dominum meum, et ejus Intentionem, diſſentio eidem, ac prolationi ejuſdem; ac proteſtor de Nullitate*

In *his caſibus,* ex *Parte victâ,* quid agendum eſt? [1] *Acceptanda* eſt *Sententia,* quatenus facit *pro Parte ſuâ*; [2] Quatenus *contra*; eidem *diſſentiendum* eſt;

OBSERVATIONES.

(g) *Ut ſuprà dictum eſt.*] §. 3.

(h) *Sententia partim pro te, et partim contra te.*] Vide *Tit.* 300.

(i) *Ut apparet in Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 208. *per totum.*

[3] *Proteſtetur de Nullitate, de Gravamine, deque, appellando:* Vel, *adſtatim appellet.*

litate ejuſdem, ac de Gravamine, ac de appellando (*l*), *infra tempus, de Jure, indultum:* Vel, *ab eâdem tanquam nullâ*, &c. (*m*) *appello* [prout in præcedenti Titulo (*n*)].

OBSERVATIONES.

(l) *Diſſentio*, &c. *ac proteſtor de Nullitate*, &c. *ac de appellando*, &c.] Vide *hujuſmodi Proteſtationem*, in *Tit.* 127. §. 10, 11.

(m) *Tanquam nullâ*, &c] Hoc eſt, per extenſum; *Tanquam nullâ, invalidâ, et iniquâ, ac nulliter et iniquè latâ.*

(n) *Appello, prout in præcedenti Titulo.*] Vide *Tit.* 289. §. 2. Et *de Adhæſione Partis appellatæ*, Vide *Tit.* 300.

Appellatio, in Scriptis, *a Sententiâ*, vel *a Decreto Interlocutorio, Sententiæ vim habente.*

TITULUS CCXCV.

De APPELLATIONE [potiùs *in* SCRIPTIS, quàm *apud* ACTA] a *Decreto* INTERLOCUTORIO (*a*), habente *Vim* SENTENTIÆ *definitivæ* (*b*).

Fiat *Appellatio a Decreto Interlocutorio*, Sententiæ, *vim habente*, ſtatim *apud Acta*; vel infra *quindecim dies* in *Scriptis*:

I. AB omni *Decreto* INTERLOCUTORIO, habente *Vim* SENTENTIÆ *definitivæ*, licet *appellare*, ſive *Vivâ Voce* (*c*), *apud* ACTA JUDICIS [ut ſuprà, in quodam præcedenti Titulo (*d*)] ſive *infra quindecim* dies (*e*), *in* SCRIPTIS, coram *Notario Publico* (*f*).

Potiùs, *in Scriptis*:

II. Tamen in his APPELLATIONIBUS, *a Decretis* INTERLOCUTORIIS, etiam habentibus *Vim* SENTENTIÆ *definitivæ*, Ego communiter ſalariatus (*g*) ſum (idque, ab aliis Procuratoribus peritiſſimis practicari vidi) *appellare* potiùs *in* SCRIPTIS, quàm *apud* ACTA:

Ratio, (Nempe) Per *Appellationem*, in *Scriptis*, de *Gravamine illato* copioſiùs *explicatur*,

III. Quia, in SCRIPTIS, potero, ita *ſpecificè* narrare *factum*, et [ex *Actis*, præcedentibus *Actum* in *quo* illatum fuit GRAVAMEN] *manifeſtè, ac ad vivum*, declarare et deducere GRAVAMEN, a quo *appellatur*, ut *evidenter* conſtare poſſit, JUDICEM *intuliſſe* GRAVAMEN;

IV. Quod

OBSERVATIONES.

(a) *A Decreto Interlocutorio.*] Vide *Lynd.* de *Appellationibus*, L. 2. *Tit.* 7. *c.* 2. In *Concilio Oxonienſi.*

(b) *Habente vim Sententiæ definitivæ.*] Quid ſit *Decretum Interlocutorium*, habens vim *Sententiæ definitivæ*; Vide *Tit.* 123. *per totum.*

(c) *Sive vivâ voce.*] Secùs eſt, ſi ab *Interlocutorio*, ſimplici tantùm, *appellatur*; tum, non niſi *in Scriptis* [Vide *Tit.* 277. §. 6.]

(d) *In quodam præcedenti Titulo.*] Vide *Tit.* 289. §. 2.

(e) 1 *Infra quindecim dies.*] Jure Civili, *decem dies* tantùm conceduntur, *ad appellandum*:

2 At Statuto 24 *Hen.* 8. *cap.* 12. §. 6, 7. *quindecim* conceduntur:

3 Sed Vide *Cautelam* in *Tit.* 277. §. 6, 7, 8.

(f) *In Scriptis, coram Notario Publico.*] Vide *Tit.* 227. §. 6. *Tit.* 294. §. 2. *Tit.* 296. §. 1. necnon *Tit.* 297, 298, 299.

(g) *Salariatus.*] In nonnullis *MSS.* legitur, *Solicitus*; in aliis *Solitus.*

IV. Quod haud facile erit, ſi *appellatur* [a GRAVAMINE illato] *apud* ACTA.

Quàm apud Acta.

V. Præterea, ex *hujuſmodi* APPELLATIONE, *in* SCRIPTIS *interpoſitâ*, ſine aliquâ *Difficultate*, etiam per *mediocriter* practicatum, *concipi poteſt* LIBELLUS:

Ratio, ulterior (Scilicet) Accuratiùs, ex *Appellatione* in *Scriptis*, formandus eſt *Libellus*:

VI. Nam LIBELLUS, in *Appellatione a* GRAVAMINIBUS, *debet eſſe conformis* RESCRIPTO, id eſt, *Inhibitioni*; INHIBITIO verò itidem APPELLATIONI; Quia in *Inhibitione*, ſeu *Reſcripto*, continetur verus Tenor, et Effectus *Appellationis.*

Appellatio, Inhibitio, Libellus, debent eſſe *conformes.*

VII. Quámvis ſuperiùs dicitur (*h*), *omnem Appellationem interponendam eſſe*, *infra* quindecim dies, *a Tempore latæ Sententiæ*, vel *illati Gravaminis:*

Tempus appellandi eſt, infra *quindecim dies,*

VIII. Hoc tamen intelligendum eſt, *ſi de iiſdem* NOTITIAM *habueris*, vel SCIENTIAM; ſecùs, *non:*

Scilicet, *a Notitiâ*;

IX. Nam currit *Tempus appellandi*, a *Tempore* SCIENTIÆ, ſeu NOTITIÆ:

Quia, *Tempus* currit *a Scientiâ.*

X. Et ſi SENTENTIA *lata* fuerit, vel *Decretum* INTERLOCUTORIUM [habens Vim Sententiæ definitivæ] *interpoſitum* fuerit, *nulliter* [utpote, *in Abſentiâ* PARTIS *non monitæ*, ut ſuprà (*i*)] tunc licet *appellare* infra *quindecim dies*, poſt NOTITIAM *ejuſdem*, vel *de* NULLITATE *querelari*, ſive *apud eundem* JUDICEM, ſive *apud* SUPERIOREM.

A Nullitate *Sententiæ latæ*, vel *Interlocutorii interpoſiti*, in Abſentiâ *Partis* non *monitæ*, licet *appellare*, infra xv. *dies*, a *Notitiâ*: Datur etiam, in his, *Querela Nullitatis*, coram *eodem Judice*, vel *Superiore.*

OBSERVATIONES.

(h) *Superiùs dicitur.*] §. 1. Vide etiam *Tit.* 277. §. 8.

(i) *In Abſentiâ Partis non monitæ, ut ſuprà.*] Vide *Tit.* 124, 125. et *Obs. ibid.*

TITULUS CCXCVI.

Appellatio, in Scriptis, *a Sententiâ*, vel *a Decreto Interlocutorio*, *Sententiæ vim habente.*

De APPELLATIONE [vel *in* SCRIPTIS, vel *apud* ACTA] a SENTENTIÂ *definitivâ*, vel *Decreto* INTERLOCUTORIO, *habente Vim* SENTENTIÆ *definitivæ* [*Deque* CLAUSULIS *neceſſariò inſerendis*, in APPELLATIONIBUS *hujuſmodi*, *in* SCRIPTIS, *ex parte* ACTORIS, vel *ex parte* REI *Appellantis.*]

I. QUEMADMODUM [ut ſuperiùs dicitur (*a*), *de Appellatione a Decreto Interlocutorio*] licet *appellare*, a SENTENTIÂ *definitivâ*, vel, a quocunque *Decreto* INTERLOCUTORIO, habente *Vim*

Et a *Sententiâ*, et a *Decreto* vim habente *Sententiæ*, vel *apud Acta*, vel *infra quindecim dies in Scriptis*, appellandum eſt.

OBSERVATIONES.

(a) *Ut ſuperiùs dicitur.*] In *Tit.* 295. §. 1.

Vim SENTENTIÆ *definitivæ*, apud ACTA JUDICIS, *Vivâ Voce*, tempore *latæ Sententiæ* (*b*), ita etiam [ut in præcedenti Titulo (*c*) tractatur] licet *appellare*, infra *quindecim* dies, *in* SCRIPTIS, coram *Notario Publico*, et *Teſtibus* (*d*).

[1] *Clauſula* Appellationis, *in Scriptis*, Actoris, *a Sententiâ.*

II. In hujuſmodi *Appellationibus*, *in* SCRIPTIS, a SENTENTIIS *definitivis*, ſi *lata fuerit Sententia* contra ACTOREM, ſolet APPELLANS declarare, in APPELLATIONE, *Quòd* [talis] JUDEX [in tali CAUSÂ, ac inter tales PERSONAS] *tulit quandam prætenſam* SENTENTIAM *definitivam*, *pro Parte* N. *contra dictum* M. *per quam* (*inter cætera*) *præfatum* N. [REUM] *ab Inſtantiâ et Impetitione dicti* M. *quoad deducta, et narrata in* LIBELLO, *ex parte dicti* M. *utcunque dimiſit*, *præfatumque* M. *in* EXPENSIS *prætenſis*, *ex parte dicti* N. *utcunque factis et faciendis*, *condemnavit.*

[2] *Clauſula* Appellationis, *in Scriptis*, Rei, *a Sententiâ.*

III. Si verò *lata fuerit Sententia* contra REUM, tunc concipienda eſt APPELLATIO, in hunc modum: *Quòd* [talis] JUDEX *&c.* [ut ſuprà (*e*)] *per quam* (*inter alia*) *condemnavit me*, *non ſolùm in quodam prætenſo Legato* [vel, *Decimis quibuſdam*] *ſed etiam in* EXPENSIS *prætenſis*, &c. (*f*).

Utriſque *plura* ſint *addenda*;

IV. Quámvis (non ſolùm ex hodiernâ, ſed etiam ex antiquâ Praxi) non ſolent APPELLANTES, in caſibus prædictis, *plura* declarare, aut ſpecificare, in APPELLATIONIBUS, quàm *quæ* ſuprà *recitantur:* Tamen Ego arbitror, expedire APPELLANTIBUS *plura* addere, et ſpecificare (videlicet] *ſequentia :*

[1] *Addenda* ex parte *Actoris :*

V. Si ACTOR appellaverit, tunc dicere, SE *probâſſe* ſufficienter LIBELLUM, *ex Parte ſuâ*, *datum*, et tamen JUDICEM *tuliſſe Sententiam Abſolutoriam*, ut ſuprà (*g*) *:*

[2] *Addenda* ex parte *Rei.*

VI. Si REUS appellaverit, tunc, *Quòd* quámvis ACTOR defecerit *in Probatione* LIBELLI, tamen JUDEX *tulit Sententiam Condemnatoriam in Legato* [vel *Decimis*] ut ſuprà (*h*).

Quænam *inſerenda* ſint *in Appellatione*, ab *Interlocutorio?*

VII. *Quæ* verò *inſerenda* ſunt *in* APPELLATIONE, a *Decreto* INTERLOCUTORIO, lege Titulum initio hujus Tituli nominatum (*i*).

OBSERVATIONES.

(b) *Vivâ voce, tempore latæ Sententiæ.*] Vide *Tit.* 289. §. 2.

(c) *Ut in præcedenti Titulo*, &c. (d) *In Scriptis, coram Notario Publico, et Teſtibus.*] Vide *Tit.* 277. §. 6. *Tit.* 294. §. 2. *Tit.* 295. §. 1. necnon *Tit.* 297, 298, 299.

(e) *Quòd talis Judex*, &c. *ut ſuprà.*] §. 2.

(f) *Sed etiam in Expenſis prætenſis*, &c.] Ex parte dicti *M.* utcunque factis, et faciendis, condemnavit. §. 2.

(g) *Ut ſuprà.*] §. 2.

(h) *Ut ſuprà.*] §. 3.

(i) *Titulum Initio hujus Tituli nominatum.*] Vide *Tit.* 295. §. 3. necnon *Tit.* 123. §. 2.

TITU-

Inſtrumentum Appellationis.

TITULUS CCXCVII.

Quòd APPELLATIO, *dimittenda eſt penes* NOTARIUM, *coram* quo *lecta fuit.*

I. CORRUPTELA quædam, poſterioribus iſtis diebus, ſubrepſit; in eo quòd communiter *Procuratores* APPELLANTIS *extrajudicialiter*, coram NOTARIO, poſtquam *lecta* ſeu *interpoſita* fuit APPELLATIO, curant *eandem ſubſcribi* per *hujuſmodi* NOTARIUM; *Corruptela:* (Scilicet) Appellatio, *per Notarium* ſubſcripta,

II. Et deinde *reaſſumunt eandem*; donec *ex neceſſitate* compelluntur *eandem exemplificare*, in formam *Publici* INSTRUMENTI: Reaſſumitur *per Procuratorem:*

III. Per *quod*, facilè *addi et ſubtrahi poſſit* APPELLATIONI *hujuſmodi* in *Præjudicium* PARTIS *appellatæ:* Hinc *Præjudicium* Appellati, Per *Additionem* vel *Subſtractionem;*

IV. Quod (de veriſimili) fieri non poſſit; ſi *dimiſſa* et *relicta* fuiſſet *hujuſmodi* APPELLATIO, *penes* NOTARIUM. Quod *evitabitur* per *relictionem* apud *Notarium.*

V. Fieri etiam poſſit, ut cedat in *maximum Damnum* APPELLANTI; quòd APPELLATIO non *dimiſſa*, ſeu *relicta* fuerit, *apud* NOTARIUM: Hinc *Præjudicium* etiam *Appellantis:*

VI. Nam dato, NOTARIUM [priuſquam APPELLATIO, in formâ *Publici* INSTRUMENTI, exemplificata fuerit] *Fatis ceſſiſſe*; Quomodo poſſit INSTRUMENTUM *Publicum* ſuper *eâdem confici?* Nequaquam: *Moritur* enim *Notarius,* Et *Inſtrumentum publicum* fieri *non* poteſt:

VII. Quod tamen fieri potuiſſet, ſi APPELLATIO *prædicta*, tempore *Mortis* NOTARII, *reperta* et *inventa fuerit*, inter *cætera Scripta* et *Inſtrumenta*, etiam *ejuſdem Naturæ*, dicti NOTARII: Secùs *Appellatione repertâ*, inter *Scripta Notarii:*

VIII. [Nam *ſolebant* et *tenentur* NOTARII, *fideliter cuſtodire omnia ſcripta* (*a*), et *geſta coram eis.*] [*Notarius* enim *Cuſtos* eſt *Fidelis*]

IX. Et eſt notandum; Quòd [in caſu *Mortis* hujuſmodi NOTARII] alius *probus* et *honeſtus* NOTARIUS [ſi APPELLATIONEM *hujuſmodi* invenerit, *fideliter* (ut ſuprà) *cuſtoditam*, penès *antedictum* NOTARIUM, et benè noverit *Scripturam*, *Subſcriptionem*, ac *Signum* *Mortuo* igitur *Notario*, *Repertâque Appellatione*, penes ſe, *fideliter cuſtoditâ*,

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Tenentur Notarii, fideliter cuſtodire omnia ſcripta.*] NOTARII dicebantur, a *Notis* literariis breviuſculis, ſeu decurtatis Verbis, quibus velociùs ſcribere ſolebant: hinc dicitur;

Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus.

2 Hi, propter eorum fidelitatem, in Actis excipiendis, et tranſcribendis, multo fuere in pretio.

3 Notariis etiam publica Cura, in fabricandis Inſtrumentis, Stipulationibus, et publicis Scripturis conficiendis, eiſdemque fideliter conſervandis, ab Imperatoribus, commiſſa fuit.

4 TABELLIONES etiam appellabantur, a *Tabulis*, ſeu Teſtamentis, et Contractibus formandis, et conſcribendis.

Per alium Notarium,

Fiat Exemplificatio, et Inſtrumentum de inventâ Appellatione, cum Nominibus Teſtium, tunc praeſentium:

Inſtrumentum hujuſmodi comprobatur, in Judicio.

num *Notariatûs* NOTARII *demortui*] et poteſt [ad petitionem PARTIS Intereſſe, in eâ parte, habentis] *exemplificare*, et *Publicum conficere* INSTRUMENTUM, *de inventione dictæ* APPELLATIONIS; adhibitis TESTIBUS tempore quo *comperta* fuit *hujuſmodi* APPELLATIO; qui TESTES etiam in *hujuſmodi* INSTRUMENTO ſunt nominandi:

X. Et valet *hujuſmodi* INSTRUMENTUM, et pro *Validitate ejuſdem adjudicari*, ad quadraginta annos elapſos, novi (*b*).

OBSERVATIONES.

(b) 1 *Ad quadraginta Annos elapſos, novi.*] Hic addenda ſunt *ſequentia*, prout adjiciuntur (ad Calcem hujus Tituli) *in MS. Antiq.* videlicet;

2 "Quæ fieri non poſſint, *mortuo Notario* "ante Exemplificationem *ejuſdem*, ſi *dicta Appellatio*, tunc temporis, remaneat *penes Procuratorem*, qui *eam* interpoſuit;

3 "Quámvis adjudicatum novi, *pro Validitate Inſtrumenti*, ſic *exemplificati*;

4 "Tamen, ad *majorem Cautelam*, credo "eſſe neceſſarium, ut dicta *Originalis Appellatio*, "reperta (ut ſuprà) inter alia Scripta *Notarii* "*demortui*, exhibeatur *judicialiter*, tempore "*Exhibitionis* dicti *Inſtrumenti*, per *Notarium* "hujuſmodi; et ut *Appellans* eandem acceptet, "*et* alleget, *fuiſſe appellatum ex Parte ſuâ, coram dicto Notario, prout in eâdem continetur*; "*et eandem eſſe ſubſcriptam, Manu propriâ Notarii demortui*:

5 "Et ponet hanc Allegationem *conjunctim* "*et diviſim*, et *admitti* petat; et, *eâ admiſſâ*, "juret, *quòd fideliter poſuit*, petatque *Juramentum Procuratoris Partis adverſæ, ad reſpondendum eidem*; et, ſi *negaverit*, probanda eſt "*Subſcriptio Notarii*: prout in Titulo, *De Comparatione Literarum*, &c.

[Vide *Tit.* 225.]

Inſtrumentum Appellationis.

TITULUS CCXCVIII.

Quæ SOLEMNITATES *requiruntur in* INSTRUMENTO, *ut fiat* AUTHENTICUM.

Inſtrumentum Authenticum

[1] Quomodo *dirigendum* eſt.

[2] Concipitur *Nomine Notarii*, *cujus* præſentiâ *Contenta* acta fuêre.

[3] Inferendum eſt, ubi *temporis*, et *loci*, *Contenta* habita fuêre.

[4] Specificanda ſunt *Nomina Teſtium* (Contenta dum agebantur) *præſentium*, et *ubi degunt*: Ratio.

I. DIRIGENDUM eſt, OMNIBUS CHRISTI FIDELIBUS.

II. Concipiendum eſt, *Nomine* NOTARII *Publici*, coram quo, *Contenta* in INSTRUMENTO hujuſmodi *habita*, *geſta*, *et expedita fuerunt*.

III. ANNUS *Domini*, et *Regis*, DIESQUE *Menſis*, *et* LOCUS, in quibus, *Contenta* in INSTRUMENTO *geſta*, *et expedita fuerunt*, ſunt etiam inſerendi.

IV. TESTES *adhibendi* ſunt; et *eorum Nomina ſpecificanda* ſunt; cum *eorum ſolitis Habitationibus*; ut [ſi dubitatur de *Veritate* hujuſmodi Inſtrumenti] TESTES *inveniri* poſſunt.

V. *Nomen*

V. *Nomen, et Cognomen* NOTARII *conficientis Inſtrumentum,* inſcribendum eſt; et *quâ fuit Authoritate creatus* (*a*); atque *ubi natus fuit*; ut [ſi ſint *plures* NOTARII *ejuſdem* Nominis] ſciri poſſit *quis ſit ille,* qui Inſtrumento ſubſcripſit.

[5] Subſcribendum eſt *Nomen,* et *Cognomen Notarii,* Inſtrumentum *conficientis*; qualiter *authorizatus*; ubi *natus*;

VI. SIGNUM etiam *Notariatûs* eſt, huic Inſtrumento, apponendum: Nam *quilibet Notarius* ſolet habere quoddam *ſpeciale* et *particulare Signum,* ut, ex *Inſpectione ejuſdem,* quámvis ignoratur *Manus Notarii,* tamen *ex ipſo Signo,* cognoſci poſſit, *quis* NOTARIUS Inſtrumentum confecit.

[6] *Signum Notariatûs* apponendum eſt: Ratio.

VII. Teſtificabitur NOTARIUS, in *fine* hujuſmodi Inſtrumenti *quòd fuit ſpecialiter requiſitus, ad conficiendum hujuſmodi Inſtrumentum.*

[7] Fiat Teſtificatio *Requiſitionis Notarii,* ad *Inſtrumentum conficiendum*:

VIII. Ultimò, etiam teſtificabitur, *quòd* TESTES *prædicti, adhibiti* (*b*), fuerunt *rogati* et *requiſiti,* ad *perhibendum Teſtimonium*:

[8] Similiter, *Rogationis Teſtium,* ad *teſtificandum.*

IX. Et expedit, ut *Notarius* curet, TESTES *hujuſmodi* apponere *eorum Manus* (*c*), PROTOCOLLO (*d*) *hujuſmodi* APPELLATIONIS [id eſt, *Originali Appellationi,* quæ lecta et interpoſita fuit] ut ſi in poſterum dubitaretur, *utrùm hæc* APPELLATIO *fuerit interpoſita,* TESTES (viſis *eorum Manibus*) facilè recordari poſſint *de eorum præſentiis,* et *rebus geſtis.*

Prodeſt *Subſcriptio Teſtium* Protocollo: Ratio.

OBSERVATIONES.

(a) *Quâ fuit Authoritate creatus.*] Vide *Tit.* 317. §. 5, 6, 7.

(b) *Teſtes prædicti adhibiti.*] Vide ſuprà, §. 4.

(c) *Teſtes hujuſmodi apponere eorum manus.*] Vide *Tit.* 299. §. 6.

(d) *Protocollo.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 304. ſub *lit.* (a) 1.

Inſtrumentum Appellationis.

TITULUS CCXCIX.

In quo caſu, INSTRUMENTUM APPELLATIONIS non *facit* FIDEM, niſi *contenta probentur.*

I. SI INSTRUMENTUM caret *Solemnitatibus prædictis* (*a*), non facit *Fidem,* nec dicitur eſſe *Publicum.*

Inſtrumentum *minùs ſolenne* non facit *fidem,* nec dicitur *publicum.*

II. Si in aliquo *Verbo ſubſtantiali* [utpote, *in Nominibus* PARTIUM, *in Dato* ANNI, *ſeu* DIEI, *vel* MENSIS] ſit *raſum,* aut *interlineatum*:

Si *raſum,* ſi *interlineatum,*

III. Vel, ſi NOTARIUS *Publicus,* qui *confecit* INSTRUMENTUM, ſit *Famulus domeſticus,* vel de *Robâ,* vel *Pater,* ſeu *Filius,* aut

Si *conceptum* per *Notarium* minùs *indifferentem,*

OBSERVATIONES.

(a) *Solemnitatibus prædictis.*] In *Tit.* 298.

aut *proximus Conſanguineus* PERSONÆ *interponentis Appellationem*, in cujus favorem concipitur INSTRUMENTUM:

De ſe, non facit *fidem* [ſcilicet, *Raſuris apparentibus*, aut *Interlineationibus*; ſeu, *probatis Objectis* contra *Notarium*]

IV. Hoc INSTRUMENTUM *de ſe*, non facit *Fidem*, ſi PARS *adverſa* illud *inficiata fuerit*, et *Defectus prædicti* appareant, *ex Inſpectione* INSTRUMENTI; vel, ſi ADVERSARIUS allegaverit, et probaverit, *dictum* NOTARIUM *non fuiſſe indifferentem*, ex cauſis *præmiſſis*.

Probatis igitur *Objectis* contra *Notarium*,

V. Ne igitur CLIENS *tuus* ſuccumbat in *Cauſâ*, ſi ADVERSARIUS prædicta Objecta (*b*), *contra* NOTARIUM, *probaverit*; ſi verum ſit, *quòd lecta* et *interpoſita fuit* APPELLATIO, *debitis loco et tempore*; probetur per TESTES, tunc *præſentes:*

Appellationis Interpoſitio, *per Teſtes*, probanda eſt, Qui *Protocollo* (neceſſariò) ſunt *ſubſcribentes*.

VI. [Ideo (ut ſuprà (*c*) dicitur) neceſſarium eſt, *ut* TESTES ſubſcriberent *eorum Nomina*, PROTOCOLLO (*d*) *Appellationis*.]

Atteſtante *Notario*, ſe velle *Raſuras*, et *Interlineationes*, *omni carere Suſpicione*, *Fides* eiſdem *adhibetur:*

VII. Et quoad *Raſuras*, et *Interlineationes prædictas*, ſi NOTARIUS, in *fine* INSTRUMENTI, ſuâ *manu* teſtificetur, *eas per eum factas fuiſſe:* et *ſibi de eiſdem conſtare*; et proteſtetur *de Veritate*; et *quòd vult ut omni careant Suſpicione*; tunc tollitur *omnis Suſpicio*, et *Fides* eſt eis *adhibenda*.

(Scilicet) Si *Notarius* ſit *indifferens*;

VIII. Sed hìc intellige, *de* NOTARIO PUBLICO *probo, et legali:*

Alioquin, Probentur *per Teſtes*.

IX. Secùs, *de* NOTARIO (ut (*e*) præfertur) *non indifferenti*; nam *tunc* probandæ ſunt *hujuſmodi Interlineationes*, et *Raſuræ*, per TESTES; aliàs, *non valet* INSTRUMENTUM.

OBSERVATIONES.

(b) *Prædicta Objecta.*] Vide *ſuprà*, in §. 3.
(c) *Ut ſuprà dicitur.*] In *Tit.* 298. §. 9.
(d) *Protocollo.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 304. ſub *lit.* (a) 1.
(e) *Ut præfertur*] Suprà, in §. 3.

Adhæſio.

TITULUS CCC.

De Proſecutione APPELLATIONIS a *parte* SENTENTIÆ *tantùm* (*a*), et ADHÆSIONE *Partis appellatæ*.

Utimur Beneficio *Appellationis* (Adverſarii) a totâ Sententiâ *interpoſitæ*, per viam *Adhæſionis:*

I. SI generaliter *appellatur*, a *totâ Sententiâ*, PARS *appellata* poterit *inhærere Appellationi* ADVERSARII, et *uti beneficio ejuſdem*; licèt omninò *non appellaverit* ab *eâdem:*

[1] Si *appellatur* a totâ Sententiâ, ubi *Victus* non condemnatur *in Expenſis*.

II. Utpote, quia JUDEX non condemnavit APPELLANTEM *in Expenſis*; vel, in caſibus infrà ſcriptis:

[2] Cùm *appellatur* a totâ Sententiâ, ubi *plus* debetur, ex Probationibus *in primâ Inſtantiâ* factis, quàm *Summa*, ſeu *Res adjudicata*;

III. Ut ſi, coram JUDICE *Appellationis*, conſtare poſſit, quòd JUDEX *a Quo* debuiſſet [ex ipſis Probationibus, coram eo factis] condemnare APPELLANTEM, *in pluribus Decimis*; ſeu, *majore Valore Decimarum*; vel, in *majori Summâ*, pro *Legato petito*;

APPELLATUS

OBSERVATIONES.

(a) *A parte Sententiæ tantum.*] De Acceptatione Sententiæ, *in parte*; vel, quatenus facit pro Parte, *contra quam lata fuit*; Vide *Tit.* 294. § 9, 10, 11.

APPELLATUS debet, *quoad iſta* [id eſt, quoad *majores Decimas*, ſeu *majorem Valorem*] obtinere Sententiam *coram* JUDICE *ad Quem:*

IV. Et hoc etiam locum habet, ſi [in Appellatione] APPELLATUS probaverit *majorem* deberi *Summam*, quàm *eam*, quæ continetur in *primâ Sententiâ* JUDICIS *a Quo.* [3] Similiter, ex Probationibus *in ſecundâ Inſtantiâ* faciendis.

V. Sed ſi [in caſibus prædictis, mentionatis in Titulo (*b*), *In quibus caſibus Judex poteſt condemnare Partem, obtinentem Sententiam, in Expenſis, vel abſolvere Partem, contra quam lata eſt Sententia, ab Expenſis*] appellatur tantùm *in eo quòd* JUDEX condemnavit ACTOREM, obtinentem Sententiam, *in* EXPENSIS; vel, *non* condemnavit PARTEM *adverſam*, in EXPENSIS (*c*); et APPELLANS *acquieſcit Sententiæ*, quoad CÆTERA (videlicet) quoad *Cauſam* PRINCIPALEM: Sin *appellatur* a *ſolâ Condemnatione Victoris*, ſeu *non Condemnatione Victi*, in *Expenſis*, Non a *Sententiâ* quoad *Cauſam principalem*,

VI. In *iſto caſu*, APPELLATUS [niſi *ipſe* etiam *appellaverit* a *Sententiâ definitivâ*, et *eam* etiam *fuerit proſecutus*] non poteſt *uti beneficio Appellationis prædictæ limitatæ*, nec *inhærere Appellationi* ADVERSARII: Fiat *Appellatio* per *Appellatum*, a *Sententiâ*; Nec valet *Adhæſio*:

VII. Nam, in eo, *acquievit Sententiæ*; et ſufficit APPELLANTI, in *iſtis caſibus*, probare, *latam fuiſſe Sententiam pro* PARTE *ſuâ*, et *contra* PARTEM *adverſam* (*d*); *Ratio.*

VIII. Et, ex eo, ſequitur illa CONCLUSIO *generalis*; quòd *Victus Victori condemnabitur in* EXPENSIS (*e*). Concluſio *generalis*; *Expenſas Victoria vendicat.*

OBSERVATIONES.

(b) *Mentionatis in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 208.

(c) *Vel, non condemnavit Partem adverſam, in Expenſis.*] "Vel, forſan *non* condemnavit "*Actorem*, in Expenſis. [*MS.*]

(d) *Adverſam.*] Hic ſupple *ſequentia* [prout habentur in *MS. Antiq.*] Videlicet: "Et quòd, debitis loco et tempore, appellavit; in eo quòd, *Adverſarius ſuus* non fuerit, "*in Expenſis, condemnatus*; Vel, in eo quòd, "*Ipſe* (quámvis, ut ſuprà dicitur, obtinuerit "Sententiam) *fuerit* tamen, *in Expenſis, con*"*demnatus.*

(e) *Victus Victori condemnabitur in Expenſis.*] Vide *Tit.* 238. §. 7, 8. et *Obs. ibid.* ſub *lit.* (f).

Inhibitio, et *Citatio*, e *Curiis Archiepiſcopi.*

TITULUS CCCI.

De Modo procedendi in Cauſâ APPELLATIONIS, *ad Curias* REVERENDISSIMI ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS.

I. IMPRIMIS, ſi APPELLATIO *interpoſita fuerit*, a GRAVAMINIBUS, ſeu SENTENTIÂ [latâ per JUDICEM *inferiorem*, in partibus] impetranda eſt INHIBITIO (*a*), a JUDICE *ad Quem* In Cauſâ *Appellationis*, Petitur *Inhibitio.*

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Impetranda eſt Inhibitio.*] Quòd *Inhibitiones*, in Cauſis *Correctionis*, niſi Gravamine *Judici* priùs cognito, *non ſint concedendæ*; Vide *Canon.* (Anno 1603) 97.

2 Quòd

Quem [videlicet, a Curiâ de ARCUBUS, vel AUDIENTIÆ (*b*)]

Cum *Citatione*,

II. In quâ INHIBITIONE reſcribi, vel inſeri ſolet CITATIO PARTIS, pro quâ *lata eſt* SENTENTIA, vel ad cujus petitionem *illatum eſt* GRAVAMEN [quæ dicitur, PARS APPELLATA] *ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis.*

Ad *reſpondendum* in *Appellatione*.

Effectus *Inhibitionis*.

III. Vigore *dictæ* INHIBITIONIS, eſt JUDICI *a Quo*, et ejus REGISTRARIO, et PARTI APPELLATÆ inhibendum, *ne ulteriùs procedant, ad Executionem Sententiæ latæ contra Appellantem, pendente Appellatione, nec quicquam faciant in Præjudicium ejuſdem.*

Tenor *Certificatorii* Inhibitionis.

IV. Iſta INHIBITIO eſt certificanda JUDICI *ad Quem* [cum CERTIFICATORIO, in dorſo] *quo die erat inhibitum* JUDICI, *et* PARTI; et *quo die* PARS APPELLATA *fuit citata, ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis:*

Pars Appellata *non comparens* excommunicabitur.

V. Et ſi PARS APPELLATA non comparuerit, *eſt Excommunicanda* [modo et formâ ut, in originali Citatione, in Titulo, *De Exhibitione Citationis* (*c*) *coram Judice*, et *de formâ Excommunicationis* (*d*).]

OBSERVATIONES.

2 Quòd *Inhibitiones*, in Cauſis *Inſtantiæ*, abſque *Advocati*, ſeu (nullo in Curiâ Epiſcopali exiſtente Advocato) *Procuratoris* Subſcriptione, *non ſint concedendæ*; Vide *Can.* 96.

3 Quòd *Inhibitiones* Schiſmaticis, *niſi* ſubſcribentibus, *non concedantur*; Vide *Can.* 98.

4 *De Inhibitione* cum *Abſolutione*; Vide *Tit.* 303, 304.

5 Tempore *Inhibitionis petitæ*, plerúmque ſolent hodie, nobiſcum, *Procuratores* etiam petere *Monitionem*, pro *Tranſmiſſione Proceſſûs Judicis a Quo*: De Formâ verò *petitionis* ejuſdem *Monitionis*; Vide *Tit.* 312. §. 3, 4.

(b) *Audientiæ.*] Vide *Operis Prolegom. cap.* 3. §. 11.

(c) *In Titulo, De Exhibitione Citationis,* &c.] Vide *Tit.* 37. *per totum*, et *Obs. ibid.*

(d) *De formâ Excommunicationis.*] Vide *Tit.* 38. *per totum*, et *Obs. ibid.*

Inhibitio, et *Citatio*, e *Curiâ Regiâ Delegatorum.*

TITULUS CCCII.

De Modo proſequendi APPELLATIONEM, ad REGIAM MAJESTATEM.

Ab *Archiepiſcopo*, fit ad *Regem* Appellatio.

I. OMNES APPELLATIONES a *Reverendiſſimo* CANTUARIENSI *Archiepiſcopo*, vel, ab ejus *Curiis* et *Judicibus* [utpote, a *Curiis* de *Arcubus* (*a*), *Audientiæ* (*b*), et *Prærogativæ*] interponendæ ſunt (*c*) *ad* REGIAM MAJESTATEM (*d*), *et Curiam* CANCELLARIÆ.

Forma *Commiſſionis*, unà cum *Appellatione*, intimanda eſt *Magiſtro Cancellariæ*;

II. Et PROCURATOR *Appellantis* ſolet concipere *Formam* COMMISSIONIS, quam intimare debet alicui CANCELLARIÆ *Magiſtro*

OBSERVATIONES.

(a) *De Arcubus.*] Scilicet, *ab Officiale Principali* de Arcubus: Vide *Tit.* 274, 275.

(b) *Audientiæ.*] Vide *Operis Prolegom. cap.* 3. §. 11.

(c) *Interponendæ ſunt.*] De modo Interpoſitionis *Appellationum hujuſmodi*, Vide *Tit.* 289. §. 2.

(d) *Ad Regiam Majeſtatem*, &c.] De Appellationibus, Vide *Stat.* 24 *Hen.* 8. *cap.* 12. et 25 *Hen.* 8. *cap.* 19.

Magiſtro (*e*) (ad hoc ſpecialiter deſignato) unà cum INSTRUMENTO *Appellationis* [ſi fuerit coram NOTARIO PUBLICO *extrajudicialiter appellatum*] vel, cum *verâ Copiâ* ACTûs habiti coram JUDICE *a Quo*, ſubſcripti manu propriâ ACTORUM *Scribæ* ejuſdem JUDICIS [ſi *appellatum* fuerit *apud* ACTA, tempore *Prolationis dictæ Sententiæ*.]

Inhibitio, et *Citatio*, e *Curiâ Regiâ Delegatorum.*

III. Quia *Magiſter* (per Subſcriptionem manûs ſuæ) teſtificabitur *Diem Exhibitionis*, coram eo, *hujuſmodi* COMMISSIONIS:

Qui *diem* teſtatur *Exhibitionis.*

IV. Et poſtea, PROCURATOR impetrabit eandem *ſub Sigillo Magno* ANGLIÆ, et præſentabit eandem JUDICIBUS (*f*), in eâ, DELEGATIS ſub hâc Formâ:

Commiſſio Appellationis poſtmodum impetratur ſub *Magno Sigillo.*

V. *Ego*

OBSERVATIONES.

(e) 1 *Alicui Cancellariæ Magiſtro.*] Procurator (hodie) *Partis Appellantis* concipere ſolet PETITIONEM, *Domino Summo Cancellario* (ſive Domino Cuſtodi, ſeu, Dominis Commiſſariis, Magni Sigilli) *Magnæ Britanniæ*, inſcriptam; *qua* deſcribitur, *inter quos* vertebatur, nuper, et pendebat *talis Cauſa*; quid fuerat *petitum* ex *Parte ſuâ*, in *eâdem*; et quid *a Judice decretum*; quódque exinde *Pars ſua* ſentiens ſe *gravatam*, et *injuriatam* fuiſſe, *ab eodem Decreto*, debitis loco et tempore, *ad Regiam Majeſtatem*, in *Supremâ ſuâ Curiâ Cancellariæ*, appellavit: Quare *Pars antedicta* humiliter petit, *a Domino Cancellario*, Commiſſionem *Appellationis* fieri, et emanare ſub *Magno Sigillo* prædicto, dirigendam *Judicibus quibuſdam Delegatis*, Arbitrio ſuo nominandis, *ad audiendum et terminandum hujuſmodi Cauſam*, cum *Clauſulis*, in eâdem *uſitatis:*

2 Unde, *Dominus Cancellarius* dare ſolet in mandatis, *ſuo* a *Libellis Supplicûm* Secretario (in *Cauſis Appellationum delegandis*) *Nomina* talium *Judicum Delegatorum* (quos *dare placuit*) *in laterali Paginâ dictæ Petitionis* inſcribere [ſubter Verba ad hunc effectum, ſcilicet, Primo Septembris 1727. *Fiat Commiſſio, prout petitur, dirigenda* (talibus, &c.)] Hæc deinde, per *Subſcriptionem Manûs ſuæ*, firmat *Ipſe Dominus Cancellarius:*

3 Et poſtea, *Procurator* concipere ſolet *Formam Commiſſionis Appellationis*; quam unà cum *Petitione ſuâ* (ut præfertur) *conceſſâ*, et *teſtificatâ*, deponere debet apud *Clericum Hanaperii*; qui eandem *Commiſſionem*, exaratam *in Pergamenâ*, *ſub Sigillo Magno* procurabit.

4 Quinetiam interdum (*nonnullis*, e *Judicibus Delegatis*, aut *abſentibus*; ſeu *Onus Executionis Commiſſionis*, in ſe, *non acceptantibus*; ſive *Vitâ*, vel *Officio cedentibus*; equidem etiam, quod memini, *Titulis aliuſmodi* novis, *inſignitis*) ob defectum numeri competentis *Judicum Delegatorum*, impetranda eſt *Commiſſio* (quæ vocatur) *Adjunctionis*, ſub *Magno Sigillo*, Partis ad utriuſlibet in Cauſâ *Petitionem*; nempe, *Domino Cancellario*, ad hoc, *implorato*; Qui (*in Complementum Juſtitiæ*) dare ſolet *alios Judices Delegatos* (prioribus *adjungendos*) *eoſve* denuo *priores*, Titulis *eorum* ulterioribus *decoratos*.

5 Præterea conceditur aliquando, *poſt Sententiam* (per Judices Delegatos Regios in Cauſâ Appellationis) *latam*, ad *Supplicationem Partis* (exinde *gravatæ*) *ipſo Domino Regi* humillimè *factam*, *Commiſſio Reviſionis*, ſub Magno Sigillo, *Judicibus aliis* (a Domino Cancellario nominandis) *dirigenda*; pro reexaminatione *totius Proceſſûs*, coram Judicibus *prioribus* Delegatis, *habiti et facti*; cum *Clauſulâ* nonnunquam, ad *alias* etiam *admittendas Allegationes*, et *Materias* quaſcunque *novas*, et ad *Probationes* quaſcunque deſuper *recipiendas*, tam ex unâ, quàm ex alterâ Parte, *de Jure admiſſibiles*; proque finali *Deciſione*, ac *Determinatione* (fine debito) *totius Cauſæ*, juxta *Juris Exigentiam*, et prout *Jura volunt*, atque *Natura Cauſæ poſtulabit.*

6 Nonnunquam etiam, *in Complementum Juſtitiæ*, per *Supplicationem* Ipſo *Domino Regi porrectam*, emanare ſolet *Commiſſio ſpecialis Delegationis* ſub Magno Sigillo, *ad inchoandum Litem* et *procedendum originaliter in Cauſâ*, juxta Juris et Judiciorum Ordinem, a primâ in Jus Vocatione *Sententiam* uſque *definitivam*, incluſive *ferendam*; utpote, cùm *Dominus Archiepiſcopus* habuerit Intereſſe *in Cauſa ventilandâ*; et in aliis *quibuſdam caſibus*; de quibus *Exemplaria* patent, in *Formulario noſtro Eccleſiaſtico*, &c.

7 Porrò autem, ad tollendum omnem Dubitationem aliqualiter orituram, *utrùm Judices Delegati in Literis Commiſſionalibus Regiis*, *ad Cauſas terminandas*, *nominati* (in quibus quidem Cauſis, reſpectivè, ad nonnullos Actus proceſſerint) *poſt Mortem Principis* (Domini Delegantis) *ulterius procedere poſſint*; olim emanare ſolebat *Commiſſio ſpecialis* (unà cum Shedulâ Cauſarum omnium, in Supremâ Curiâ Delegatorum, tunc temporis pendentium, annexâ) *ſub Magno Sigillo*, Nomine *Regis*, *Succeſſoris*, ad confirmandum *hujuſmodi priores Literas Commiſſionales Regias*, *Prædeceſſoris:* De hoc autem hodie proviſum eſt, per *Statuta*.

(f) *Præſentabit eandem Judicibus.*] Aliquibus eorum *duobus*, vel *pluribus*.

Forma *Præſentationis* Commiſſionis Appellationis *Judicibus Delegatis Regiis.*

V. Ego N. [*ex parte Illuſtriſſimi Domini noſtri Regis*] *præſento Dominationibus veſtris has Literas Commiſſionales*; et *peto quatenus dignemini acceptare, in Vos, Onus Executionis earundem*; et *decernere inhibendum fore, tam Judici a Quo, quàm Parti Appellatæ*; et *eandem Partem eſſe citandam, ad comparendum* [tali die] *ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis.*

Forma *Acceptationis* Oneris Executionis;

VI. Tunc JUDICES: *Nos* [*ob Honorem Sereniſſimi Domini noſtri Regis*] *Onus Executionis harum Literarum Commiſſionalium in Nos acceptamus*; et *decernimus procedendum fore, juxta tenorem earundem*; et *decernimus inhibendum fore, Judici a Quo, et Parti adverſæ, ac omnibus aliis* [ut ſuprà in Titulo (*g*), *De Modo procedendi in Cauſâ Appellationis*, &c.] et *decernimus Partem eſſe citandam* (*h*), *ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis.*

[1] Decernitur *procedendum fore*, [2] Decernitur *Inhibitio*; [3] Decernitur *Citatio*:

[4] Modus *ulterius* procedendi.

VII. Et eſt, *in omnibus* (*i*), procedendum, in *his* APPELLATIONIBUS, *ad* REGIAM *Majeſtatem*, ut in *cæteris Cauſis* (*l*) APPELLATIONUM, *ad Curias* REVERENDISSIMI.

Dies primæ *Exhibitionis* Formæ *Commiſſionis*, coram *Magiſtro Cancellariæ*, ſcribitur (ut ſuprà) in eâdem:

VIII. Et nota; quòd admodum neceſſarium eſt, ut in *omni* COMMISSIONE *Appellationis* (ut præfertur) *exhibendâ* coram *Magiſtro* CANCELLARIÆ (*m*), *Datum*, ſeu *Dies primæ* EXHIBITIONIS, aut PRÆSENTATIONIS *ejuſdem* COMMISSIONIS, ſcribatur:

Conſtet *Proſecutio debito tempore*,

IX. Nam, *ex eo*, conſtabit PARTI *Appellatæ*, num APPELLANS fuerit *debitè proſecutus ejus Appellationem*, infra tempus ſibi aſſignatum, *ad proſequendum* (*n*), per JUDICEM *a Quo*:

Alioquin, *Deſertio*,

X. Quod ſi *non* fuerit (*o*), *deſerta* (*p*) *erit Appellatio*:

Ex *inſpectâ Commiſſione*;

XI. Et ea DESERTIO *apparebit*, ex *Inſpectione* COMMISSIONIS *Regiæ*:

Utilis eſt, et *facilis* hæc *Probatio.*

XII. Et, in hoc, maximè relevatur PARS *appellata*, cùm Probatio DESERTIONIS *Appellationis*, ſui ADVERSARII, poſſit jam *facilè* probari.

XIII. Sed

OBSERVATIONES.

(g) *Ut ſuprà in Titulo*, &c.] 301. §. 2, 3, 4, 5.

(h) *Partem eſſe citandam*, &c.] Tunc temporis, etiam plerúmque petere ſolet Procurator *Monitionem*, pro *Tranſmiſſione Proceſſûs Judicis a Quo*: De formâ verò petitionis *ejuſdem Monitionis*, Vide *Tit.* 312. §. 3, 4.

(i) *In omnibus.*] Delegati poſſunt *certificare Excommunicatum*, Curiis Regiis.

(l) *Ut in cæteris Cauſis.*] Summariè verò. Vide *Obs.* in *Tit.* 7. ſub *lit.* (b) 5. necnon *Tit.* 312. §. 8.

(m) *Coram Magiſtro Cancellariæ.*] Lege *ſuprà notata*, ſub *lit.* (e) in loco *Sectionum*, 2, 3, 8.

(n) *Infra tempus ſibi aſſignatum, ad proſequendum.*] De aſſignatione hujuſmodi Termini, *ad proſequendum*, Vide *Tit.* 291. §. 2, 3.

(o) *Fuerit.*] Vel (ut in *MSS.*) fecerit. Vide *Tit.* 319. §. 3.

(p) *Deſerta.*] De Deſertione Appellationis, in *non proſequendo* eandem, infra *Terminum Hominis*; ſcilicet, infra *Terminos*, ad *proſequendum* et *certificandum*, *datos* per *Judicem a Quo*; Vide *Tit.* 320. *per totum.*

XIII. Sed ad meliorem intelligentiam *hujus Cauſæ* DESERTIONIS, lege Titulos (*q*), in hoc Libro, ſpecialiter tractantes *de Deſertione Appellationis.* Plura *de Deſertione.*

OBSERVATIONES.

(q) *Lege Titulos,* &c.] De Deſertione Appellationis, tractatur *in Titulis* 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330.

Inhibitio, cum *Abſolutione* in *diem.*

TITULUS CCCIII.

De INHIBITIONE, *cum* ABSOLUTIONE *in eâdem.*

I. ALIQUANDO JUDEX, *a Quo* eſt appellatum, *in ipſâ Sententiâ,* ſeu forſan *poſt latam Sententiam,* excommunicabit PARTEM *Ream:* Quandoque fit *Excommunicatio in Sententiâ,* ſeu poſt *prolationem:*

II. Utpote; in Cauſis *Temerariæ Adminiſtrationis*; in Cauſâ *Diffamationis* [quando agitur *quoad Pœnam* in *Conſtitutione*] et in Cauſâ *Impedimenti ultimæ Voluntatis:* [1] Exempli gratiâ, *in Sententiâ.*

III. Aliquando, *poſt Sententiam*; ut in *non* ſolvendo *Decimas,* vel *Expenſas,* vel *Legatum adjudicatum:* [2] Exempla *poſt Sententiam.*

IV. Aliquando etiam JUDEX excommunicabit aliquem, *in non parendo ejus Monitionibus,* præcedentibus *Sententiam definitivam:* [3] Exemplum *ante Sententiam.*

V. Si, in *iſtis caſibus,* ſit appellatum; *tunc* INHIBITIO decernenda eſt, *per* JUDICEM *ad Quem,* non ſolùm *ad inhibendum* JUDICI *a* QUO, *&c.* (*a*) et *ad citandum* PARTEM *appellatum* [ut in Titulo (*b*) *De Modo procedendi in Cauſâ Appellationis, ad Curias Reverendiſſimi Archiepiſcopi Cantuarienſis*] Cùm, *in his,* appellatur, Impetranda eſt *Inhibitio,* Et *Citatio,*

VI. Verùm etiam, *in eâdem* INHIBITIONE, inſerenda eſt ABSOLUTIO, *a dictâ Sententiâ Excommunicationis,* uſque in *diem aliquem competentem,* JUDICIS Arbitrio, *deſignandum:* Quibus inſeritur *Abſolutio in diem,* (*Arbitrio Judicis*)

VII. Et etiam inſcribendum eſt, in *eâdem* INHIBITIONE, *Mandatum* UNIVERSIS RECTORIBUS, *&c.* Hìc omittendum eſt [*et* LITERATIS] ut in *ordinariâ* INHIBITIONE; quia non ſolent *Excommunicationes,* nec *Abſolutiones* denunciari, *niſi per* CLERICUM [id eſt, aliquem *Miniſtrum.*] Et *Mandatum Rectoribus,* &c. Omittitur [et *Literatis*] Ratio.

VIII. Poteſt tamen *iſta* INHIBITIO, in *Exordio* ejuſdem, dirigi generaliter, UNIVERSIS, *&c.* in *communi formâ* (*c*); ut omnis LITERATUS In *Inhibitionis Exordio,* dirigitur *Univerſis,* &c. Ut citent *et* inhibeant *Literati*;

OBSERVATIONES.

(a) *A Quo, &c.*] Id eſt; a Quo *appellatum eſt.*

(b) *Ut in Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 301. *per totum.*

(c) *Ut in communi formâ.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 16. ſub *lit.* (c).

In fine, *Rectoribus* dirigitur,

Literatus poſſit *citare* et *inhibere*; ac in *Fine* dirigi, Omnibus Rectoribus (ut *(d)* ſuprà) ad *pronunciandum* dictam *Excommunicationem*, vel *Abſolutionem*, et ad *denunciandum* Appellantem fuiſſe et eſſe *abſolutum*, a dictâ *Sententiâ Excommunicationis*, uſque in *diem prædictum* [in omnibus, ut in Titulo (*e*), *De modo Denunciationis Excommunicationis.*]

Ad *publicandum Abſolutionem* in *diem.*

Concipitur *Actus Curiæ*:

IX. Et nota; Quòd, in iſto caſu, *obtinens* Inhibitionem *prædictam*, curabit Actum *concipi*, de et ſuper *Conceſſione hujuſmodi* Inhibitionis; et tenetur, *coram* Judice *ad* Quem, *appellare in* Scriptis (*f*), vel allegare, *fuiſſe debitis loco et tempore appellatum* [ut in Titulo ſequenti (*g*) apparet.]

Tenor *ejuſdem.*

OBSERVATIONES.

(d) *Ut ſuprà.*] §. 7.
(e) *Ut in Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 39.
(f) *Coram Judice ad Quem, appellare in Scriptis.*] Vide *Tit.* 304. §. 1.
(g) *Ut in Titulo ſequenti.*] §. 2.

Inhibitio, cum *Abſolutione* in *diem.*

TITULUS CCCIV.

De Formâ Petitionis *Procuratoris*, coram Judice ad *Quem*, pro *Conceſſione* Inhibitionis, cum Absolutione in *diem*; et *de* tenore Actûs *deſuper concipiendi.*

Forma *Appellationis*, ab *Excommunicatione*, coram *Judice* ad Quem, *interpoſitæ*;

I. *EGO* N. *exhibeo Procuratorium meum, literatoriè, pro* M. *ac facio me Partem pro eodem; atque appello, Apoſtoloſque peto, querelor, proteſtor, et cætera facio, prout in præſenti Protocollo Appellationis continetur:*

Exhibitio *Protocolli*:

[Et tunc exhibeat hujuſmodi Protocollum (*a*) *Appellationis*, coram Judice, et dimittat *apud* Acta (*b*)]

Alter *procedendi* Modus, (Scilicet) *Allegat Procurator,* Aliàs fuiſſe, *coram Notario,* debitè appellatum, a *Sententiâ* ſeu *Gravamine,* et ab *Excommunicatione*:

II. Vel ſic [ſi appellatum fuerit, infra decem dies, coram Notario Publico]

Allego fuiſſe, debitis loco et tempore (*per me*) *appellatum, tam a quâdam prætenſâ Sententiâ definitivâ latâ* [vel, *a quibuſdam Gravaminibus illatis*] *per* [talem Judicem] *quàm a quâdam Sententiâ Excommunicationis, contra Dominum meum, latâ;*

Et

OBSERVATIONES.

(a) 1 Πρωτόκωλον eſt *primum* Scripturæ *Membrum*; ſeu *prima* rei geſtæ, in Scriptis, *Conceptio,* facta per *Notarium,* antequam (in formam *Inſtrumenti publici*) more *extendatur* Authentico:

2 De hujuſmodi *Inſtrumento Appellationis*; Vide *Tit.* 297, 298, 299.

(b) *Et dimittat apud Acta.*] Vide *Tit.* 316. §. 1, 2.

Et *ideo peto, inhibendum fore decerni Judici a Quo, et ejus Actorum Scribæ, ac* O. *Parti appellatæ, in ſpecie, ac omnibus aliis in genere,* ne (*pendente hujuſmodi Appellationis et Querelæ Negotio indiſcuſſo*) *quicquam faciant, aut attemptent, faciatve eorum aliquis attemptari, in Præjudicium Appellationis hujuſmodi, vel quò minùs Dominus meus* [PARS appellans] *liberam habeat hujuſmodi Appellationis Negotium proſequendi Facultatem; necnon dictum* O. [PARTEM appellatam] *citandum fore etiam decerni, ad comparendum* [tali die] *ad reſpondendum* M. *in Cauſâ Appellationis et Querelæ hujuſmodi:* — Petitio *Inhibitionis;* Petitio *Citationis;*

III. Tunc, de his omnibus, ACTUS *eſt* [per REGISTRARIUM] *concipiendus:* — *Actus* Curiæ:

IV. Et JUDEX dicet: *Nos decernimus Inhibitionem* (*c*) *et Citationem, ut petitur.* — *Judex* loquitur.

V. Et etiam PROCURATOR tunc præſtabit JURAMENTUM [nomine, et in animam Domini ſui (*d*)] *de parendo Juri; et ſtando Mandatis Eccleſiæ:* — Præſtandum eſt *Juramentum,* de *parendo Juri,* &c.

VI. Et JUDEX debet abſolvere PARTEM, uſque *in diem*; et decernere *Literas teſtimoniales,* ſeu *denunciatorias* ſuper *hujuſmodi* ABSOLUTIONE; ſine *Expenſis*; niſi (*e*) decretum fuerat, per JUDICEM *a Quo,* PRO *Corporis* CAPTIONE, ante *interpoſitam Appellationem.* — Fiat *Abſolutio* in *diem;* *Denunciatio* Abſolutionis, Abſque *Expenſis;* Exceptio.

OBSERVATIONES.

(c) *Decernimus Inhibitionem.*] De Inhibitionibus *decernendis,* Vide *Canon.* [Anno 1603.] 96, 97, 98.

(d) *Juramentum Nomine, et in Animam, Domini ſui.*] Hodie, cùm *ipſa Pars Appellans* (a Sententiâ Excommunicationis, aliàs in eam latâ) *procul abfuerit Loco Judicii,* fieri ſolet *Commiſſio,* ex *Decreto* et ſub *Sigillo* JUDICIS *ad Quem,* nonnullis *Clericis,* propè commorantibus, *emiſſa*; ad deferendum *eidem Parti* Juramentum, *de parendo Juri, et ſtando Mandatis Eccleſiæ, in omnibus licitis et honeſtis:* Unà cum Poteſtate et Mandato, in *eâdem Commiſſione,* datis, *Univerſis et ſingulis Rectoribus,* &c. (infra Juriſdictionem Committentis) *quatenus, immediatè poſt delationem Juramenti prædicti, eandem Partem, exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, a Sententiâ Excommunicationis* (a quâ appellavit) *uſque ad* (talem) *Seſſionem* (talis) *Termini* [vel *uſque* in (talem) *diem*] *pro abſolutâ pronunciari et publicari faciant.*

(e) 1 *Sine Expenſis, niſi,* &c.] In quo caſu *Expenſæ Contumaciæ* ſunt *deponendæ,* apud *Acta,* antequàm *concedenda* ſit *Abſolutio,* Vide *Tit.* 46.

2 Quòd *Excommunicatus,* ſive pro non Solutione *Expenſarum,* ſive *Sortis principalis,* non eſt *abſolvendus,* donec *eaſdem,* apud *Acta,* depoſuerit; Vide *Tit.* 45.

3 De *Literis Significatoriis,* ſuper *Abſolutione,* et de *Brevi Regio* pro *Corporis Deliberatione.* Vide *Tit.* 47.

Abſolutio ſimpliciter.

TITULUS CCCV.

De ſimplici ABSOLUTIONE *Partis appellantis*, aut ABSOLUTIONE *ſimpliciter*, et *non* uſque *in diem*, factâ.

Cùm appellatur ab *Excommunicatione*, In *Inhibitione* inſeritur *Abſolutio*, in *diem*; Sed, *dato Libello*, Fit *Abſolutio*, ſimpliciter: *Objectio*; Solummodo, *continuari* debet, *de die* in *diem*, uſque *finem* Litis: *Ratio*: Ut *Pars Appellans*, *victa*, reincidat in *Sententiam Excommunicationis*: Quod, *ſecùs* non fieret: Sed, *Stylo*, comprobata fuit (aliquando) *Abſolutio*, ſimpliciter, *dato Libello*.

I. QUANDOCUNQUE appellatur *a Sententiâ Excommunicationis*, *latâ* in *Sententiâ definitivâ* JUDICIS *a Quo*, aut ante, ſeu poſt *Sententiam*; licèt, tempore *conceſſæ Inhibitionis*, ABSOLUTIO facta fuit *uſque in diem*;

II. Tamen [ex STYLO omnium Curiarum REVERENDISSIMI, a tempore immemorato, inviolabiter uſitato] *quamprimum* APPELLANS *dederit* LIBELLUM, eſt abſolvendus, *a dictâ Sententiâ Excommunicationis*, ſimpliciter:

III. Et quámvis ſæpe allegatum fuerit, *hanc* ABSOLUTIONEM *ſimplicem* fieri non debere, niſi *de die*, *ad diem* (videlicet) uſque in *finem Litis*;

IV. Ut ſi per *Sententiam* JUDICIS *ad Quem*, pronunciaretur, PARTEM *injuſtè appellâſſe*, eadem PARS *reincidat* in *Sententiam Excommunicationis*, aliàs *latam*, per JUDICEM *a Quo*;

V. Quòd *aliàs* non faceret, *ſi fuerit abſoluta* ſimpliciter:

VI. Tamen ſæpe adjudicatum fuit, *pro hujuſmodi* STYLO (videlicet) quòd, *dato* LIBELLO, *Appellans ſit* ſimpliciter *abſolvendus*.

Attentata tempore *latæ Sententiæ*.

Revocatio Sententiæ.

TITULUS CCCVI.

Quòd Appellans a GRAVAMINIBUS, *illatis* ipſo *et* eodem tempore, *quo lata fuerit* SENTENTIA *definitiva*, habebit *integras Expenſas*; et *quòd* SENTENTIA (quámvis, *quoad Juſtitiam Cauſæ*, juſtè lata fuerit) *retractabitur*, tanquam *iniqua* (*a*), licèt *ab eâdem* non *fuerit appellatum*.

Gravaminibus, *tempore Prolationis Sententiæ*, illatis,

I. SI ipſo et eodem tempore, *quo lata fuerit Sententia*, JUDEX [ante *Prolationem ejuſdem*] gravatus fuerit PARTEM, contra quam *lata fuerit Sententia*; rejiciendo *Teſtes*; vel *Materiam Defenſionis*, *de* JURE, *admittendæ*:

II. APPELLANS

OBSERVATIONES.

(a) *Retractabitur, tanquam iniqua.*] Legitur in *MSS*. " Retractabitur, tanquam Attentatum.

II. Appellans (in hoc caſu) ſi juſtificaverit *Appellationem a* Gravaminibus, obtinebit *Sententiam*, cum *integris ſuis* Expensis; *Expenſæ*, ſuper *Appellatione*, dentur *integræ*;

III. Et *Sententia definitiva*, quámvis [quoad Merita *Cauſæ*] *juſta* fuerit; tamen [quia *lata* fuit *infra tempus*, ad appellandum *a dictis* Gravaminibus, eodem tempore illatis, *indultum*] revocabitur, *tanquam* Attentatum (*b*), ſeu *per viam* Attentationis, etiamſi ab *eâdem Sententiâ* non fuerit *appellatum:* Et, quà *Attentatum*, revocabitur *Sententia*, licèt *ab eâ* non appellatur:

IV. Pars tamen (in hoc caſu) *Appellata* poterit, *coram* Judice *Appellationis*, petere et obtinere *Sententiam*, *de novo*, *ferri* [quoad *Cauſam Principalem*] et obtinebit *ſuas* Expensas, *factas* in *primâ Inſtantiâ*, in omnibus, quemadmodum obtinuiſſet *coram* Judice *a Quo*, ſi omnino *non* fuiſſet *appellatum:* Sed *eadem Sententia*, de novo, *ferri poteſt* per *Judicem Appellationis*, cum *Expenſis* primæ *Inſtantiæ*, per *eum*, taxandis:

V. Hoc *adjudicatum* novi; ſed, *quid ſit* Juris? quære. Sic *adjudicatum* fuit.

OBSERVATIONES.

(b) *Tanquam Attentatum.*] Attentare eſt, *Appellatione pendente*, innovare.

Attentata poſt *Inhibitionem.*

Revocatio Attentatorum.

TITULUS CCCVII.
De Attentatis poſt Inhibitionem.

I. Si Judex *a Quo*, poſt *Inhibitionem in eum executam*; vel poſtquam fuerat *ab ejus Sententiâ*, *in Actis*, *appellatum*, pendente Termino, dato, *ad proſequendum Appellationem*; vel, infra Terminum *de Jure* [videlicet, *decem dies* (*a*)] vel *Statutis* (*b*) hujus Regni, *ad appellandum*, *indultum* [videlicet, *quindecim dies*] aliquod *Decretum*, Appellanti (in aliquo) *Præjudiciale*, interpoſuerit; utpote, *eum excommunicaverit*; vel aliquam *Aſſignationem* Parti Appellanti *præjudicialem* fecerit: *Attentata*, per *Judicem a Quo*, quot modis fieri poſſunt?

II. Vel, ſi Pars *obtinens Sententiam*, poſt *interpoſitam Appellationem ab eâdem*, in *ejus præſentiâ*, et poſtquam fuerit *ſibi*, vel Judici (de ejus ſcientiâ) *inhibitum*; vel (ut ſuprà) pendente Termino, *ad appellandum* (*de Jure*) *indulto*; aliquid attentaverit *in Præjudicium Appellationis:* Quot modis, *Attentata* per *Partem appellatam?*

III. Tunc

OBSERVATIONES.

(a) *Decem dies.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 295. ſub *lit.* (e) 1.

(b) *Statutis.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 295. ſub *lit.* (e) 2, 3.

Forma *Allegationis* et *Petitionis* Procuratoris *Partis appellantis*, coram *Judice* ad *Quem*, de *Attentatis annullandis*,

III. Tunc PROCURATOR *appellans* dicet, coram JUDICE ad QUEM: *Allego me, debitis loco et tempore, appellâſſe a Sententiâ definitivâ, latâ per Judicem a Quo*, in tali Cauſâ, et inter tales Perſonas [vel, *a quibuſdam Gravaminibus*] *et fuiſſe eidem Judici, et Parti appellatæ*, etiam *debitis loco et tempore, virtute Inhibitionis hujus Curiæ, inhibitum, prout in Certificatorio ejuſdem, penes Regiſtrum remanente, pleniùs liquet et apparet*; et *quòd hujuſmodi Inhibitione non obſtante, Judex a Quo proceſſit in dictâ Cauſâ, attentando contra dictam Inhibitionem* [et hìc exprimenda ſunt ATTENTATA, per JUDICEM a Quo, et PARTEM appellatam] *et ideo peto hujuſmodi Attentata, primò et ante omnia, revocari.*

Attentata non *inficiata* revocantur:

IV. Tunc, ſi PARS *appellata* non *inficiatur allegata* hujuſmodi, JUDEX, *ad Quem*, debet *eadem revocare:*

[Ratio]

V. [Nam hæc Allegatio, *de revocandis Attentatis*, ſolet allegari *in præſentiâ* PROCURATORIS PARTIS *appellatæ.*]

Attentata inficiata probanda ſunt, *et probata* revocanda:

VI. Sed, ſi *inficiata* fuerint *hujuſmodi allegata*, tunc *probanda* ſunt, *per* ACTA *Curiæ* JUDICIS *a Quo*, et *Certificatorium* INHIBITIONIS; vel *per* TESTES [ſi *Attentata* fuerint *facta* per APPELLATUM *extrajudicialiter*] et deinde *revocanda* ſunt, *ut ſuprà*;

Et *inficians* condemnabitur, *in Expenſis.*

et PARS, *eadem inficians*, eſt condemnanda *in Expenſis*, factis *per* APPELLANTEM, in *Probatione* hujuſmodi *Attentatorum.*

Judex attentans vocatur, *ad reſpondendum*, ob *Contemptum*;

VII. Poteſt etiam APPELLANS vocare JUDICEM *a Quo*, ad reſpondendum *in Cauſâ Contemptûs*, et *præmiſſa objicere*; et ſi conſtare poſſit, modo præmiſſo, *de Attentatis*, JUDEX, *ad Quem*, non ſolùm debet *Attentata*, primò et ante omnia, *revocare*; ſed etiam

Attentans, Arbitrio *Judicis ſuperioris* corrigendus eſt:

JUDICEM *attentantem*, et PARTEM *appellatam* (ſi, *eâ petente*, facta fuerint) ARBITRIO *ſuo, corrigere*; et *condemnare* UTROSQUE *in Expenſis.*

Dantur *Expenſæ.*

Non tenearis procedere *in Appellatione tuâ*, niſi priùs pronuncietur *de Attentatis.* Petendum eſt, ante omnia, *Attentata revocari*; Ratio.

VIII. Et nota; Quòd ſi APPELLANS vult procedere *in Negotio Attentatorum*, non eſt cogendus *ad proſequendum Appellationem*, ſeu *ad procedendum in Cauſâ Appellationis*, niſi *priùs diſcuſſis Attentatis, et eis retractis:* Saltem, *illud eſt*, primò et ante omnia, *petendum*, ne videatur *recedere ab eiſdem.*

Cavendum eſt, ne fiat *Appellationis Deſertio*, de *Attentatis* litigando; Ratio.

IX. Caveat tamen APPELLANS, ne deferatur (*c*) *ejus Appellatio*; proſequendo *Cauſam Attentatorum*, et omittendo Proſecutionem *Cauſæ Appellationis*; cùm poſſit *inſimul* procedi *in eiſdem* (*d*).

OBSERVATIONES.

(c) *Deferatur.*] Legitur in *MSS.* “ *deſeratur.*

(d) *In eiſdem.*] Ad Calcem hujus Tituli, annectuntur hæc ſequentia [in *MSS.*] videlicet:

“ Nota tamen; quòd ſi *Judex, a Quo*, poſt “ *executam Inhibitionem*, et *Comparitionem Partis Appellatæ*, excommunicaverit *Appellantem*; *Appellans* poterit adire *Judicem ad Quem*, et, coram eo, *præmiſſa allegare*, ac de- “ ſuper *fidem facere:* Et concedenda eſt *Abſolutio* in *diem*; et poteſt (*Parte Appellatâ* “ *comparente*) procedere *in Negotio Attentatorum*, et in *omnibus*, ut in *præſenti* Titulo.

TITU-

Decretum ad *proſequendum.*

Proteſtatio.

TITULUS CCCVIII.

De DECRETO *ad proſequendum* APPELLATIONEM.

I. QUIA ſæpiſſimè APPELLANS *inhibet* JUDICI, *a Quo eſt appellatum* [virtute *Inhibitionis* JUDICIS *ad Quem appellavit*] et *claudit ejus manus* [quò minùs poſſit *ulteriùs* procedere, *ad Executionem Sententiæ ſuæ*] et non curat *citare* PARTEM *Appellatam*; vel forſan *eam citat*, ſed non *certificat Inhibitionem:* Clauſis manibus *Judicis a Quo*, per *Inhibitionem*, inde *ſat* habens, *haud ultrà pergit* (aliquando) *Appellans:*

II. PROCURATOR *Appellati* poteſt comparere, *coram* JUDICE *ad Quem*, ſub formâ ſequente; videlicet: Ex *Parte appellatâ*, quid igitur *agendum eſt?*

III. *Ego* [*ſub* PROTESTATIONE (*a*), *de non conſentiendo in Vos* DOMINUM JUDICEM, *neque ad quoviſmodo prorogandam veſtram Juriſdictionem, niſi quatenus ad id, de Jure, aſtringar*; et *eâ* PROTESTATIONE *mihi ſemper ſalvâ, ac pro repetitâ, in omnibus per me dictis, vel dicendis, geſtis, vel gerendis, habitâ*] exhibeo PROCURATORIUM *meum, literatoriè, pro* N. (id eſt, pro Parte appellatâ) *ac facio me* PARTEM *pro eodem*; et [*ſub prævi:is meis* PROTESTATIONIBUS] *allego* M. (id eſt Partem appellantem) *obtinuiſſe, ab hâc Curiâ, Literas quaſdam Inhibitorias, et Citatorias, ad inhibendum Judici a Quo, et dicto Domino meo* (id eſt, Parti appellatæ) *et, vigore earundem, inhiberi curâſſe dicto Judici a Quo, et tamen non curâſſe citare Partem appellatam* [vel forſan *citâſſe, et non curâſſe illam Citationem certificare*] *nec Cauſam Appellationis proſequi:* Et *ideo peto ut Vos*, DOMINE JUDEX, *decernatis Appellantem citandum fore, erga diem aliquem competentem, ad proſequendum* (*b*) *hujuſmodi Appellationem*; *ſub pænâ* REMISSIONIS *Cauſæ Judici a Quo, et* DIMISSIONIS *Partis appellatæ, cum* EXPENSIS (*c*): Fiat [1] *Proteſtatio* Procuratoris *Partis appellatæ*, coram *Judice ad Quem*; de non conſentiendo *in ejus Juriſdictionem*; niſi *quatenus*, ad hoc, *de Jure, teneatur:* [2] *Exhibitio Procuratorii:* [3] *Allegatio*, de *Judice inhibito, Cauſâque ulteriùs* non *proſecutâ:* [4] Fiat *Petitio Citationis* contra *Appellantem*, ad *proſequendum* ſub pænâ *Remiſſionis Cauſæ*, cum *Expenſis:*

IV. Tunc JUDEX: *Decernimus*; ſtatuendo *diem Comparitionis* APPELLANTI. [5] Decretum *Judicis ad Quem.*

V. Nota, quòd *prædicta* PROTESTATIO, in *die Comparitionis* PARTIS APPELLATÆ, eſt admodum neceſſaria; *ne forſan* videatur Proteſtationis (*de non conſentiendo*, &c.) Utilitas:

OBSERVATIONES.

(a) *Sub Proteſtatione*, &c.] Vide ſimilem Proteſtationem in *Tit.* 310. §. 1, 3.

(b) *Ad proſequendum.*] Vide *Tit.* 321. §. 1.

(c) *Cum Expenſis.*] Imò poteſt *Cauſa remitti*, et *Parti appellatæ*, ſuper *ſuis Expenſis ſatisfieri*, abſque hâc *Petitione*, et *Citatione* ad *proſequendum Appellationem:* Scilicet (ut hodie practicatur) proteſtando, et allegando, ut ſuprà, §. 3. [uſque Verba, *nec Cauſam Appellationis proſequi*] ac ulteriùs petendo, *Cauſam igitur remitti*, *in non libellando*; vel *in non tranſmittendo Proceſſum Judicis a Quo:* ſicut in Formulis habetur quotidianis.

Ratio;

tur [*comparendo ſimpliciter*, ſine *prædictâ* PROTESTATIONE] *conſentire in* JUDICEM *Appellationis* (*d*):

Ratio;

VI. Nam ſi non ſit *legitimè appellatum*, JUDEX non habet *Poteſtatem cognoſcendi*, in *Cauſâ Appellationis:*

Rationis *Elucidatio;*

VII. Quia, *per Appellationem*, fundata eſt *Juriſdictio* JUDICIS *Superioris*, et ſuſpenſa eſt *Juriſdictio* JUDICIS *Inferioris:*

Amplificatio.

VIII. Et licèt, *per Appellationem*, fundata ſit *Juriſdictio* JUDICIS *Superioris;* tamen ſi APPELLATUS *comparuerit coram eo*, ſine *prædictis* PROTESTATIONIBUS, videtur *conſentire in eum*, tanquam in JUDICEM *competentem*; Sed hoc intelligendum eſt, *de* JUDICE ORDINARIO *ad Univerſitatem Cauſarum, etiam Appellationum.*

OBSERVATIONES.

(d) *Conſentire in Judicem Appellationis.*] Vide *Tit.* 310. §. 3.

Decretum ad Proſequendum.

TITULUS CCCIX.

Dimiſſio cum Expenſis.

De Dimiſſione PARTIS *Appellatæ*, cum *Expenſis*, ſi APPELLANS, citatus *ad proſequendum*, non *comparuerit*.

Ubi citatur *Appellans*, ad *proſequendum Appellationem*, Fiat
[1] *Certificatorium* Citationis;
[2] *Relatio Citationis;*

I. SI APPELLANS fuerit, ad Effectum prædictum (*a*), *legitimè citatus*, PROCURATOR *Apellati* concipiet CERTIFICATORIUM, in formâ prædictâ [prout in Titulo (*b*), *De Certificatorio Executionis Citationis*, &c.]

[3] *Accuſatio Contumaciæ* Partis Appellantis;
[4] Petitio *Pronunciationis Contumaciæ;*

II. Et, in *die Comparitionis* APPELLANTIS (*c*), dicet: *Exhibeo* [*ſub præviis meis* PROTESTATIONIBUS (*d*)] *Mandatum veſtrum originale* (id eſt, Decretum ad proſequendum) *unà cum Certificatorio, in dorſo ejuſdem*; et *accuſo Contumaciam* M. *Partis prætenſæ Appellantis, citatæ ad comparendum iſtis die et loco, et ad Cauſam ſuam Appellationis debitè proſequendum, ſub pœnâ finalis Dimiſſionis, et Remiſſionis ejuſdem Judici a Quo, unà cum Expenſis, et non curantis eandem proſequi*; Quare *peto eum reputari Contumacem*; et,

OBSERVATIONES.

( ) *Ad Effectum prædictum*] In præcedenti *Titulo* 308. §. 3. in *Calce*. et §. 4. Scilicet, *ad comparendum*, in diem ſtatutum *ad proſequendum Appellationem*; ſub pœnâ *Remiſſionis Cauſæ*, Judici a Quo, *et Dimiſſionis Partis appellatæ*, cum *Expenſis*.

(b(*Prout in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 25,26,23.

(c) *In die Comparitionis Appellantis.*] Lege potiùs, *in* die, *pro Comparitione Appellantis*, ſtatuto.

(d) *Sub præviis meis Proteſtationibus.*] Vide *Tit.* 308. §. 3. in *Exordio*; necnon *Tit.* 310. §. 1, 3.

et, *in pœnam ſuæ hujuſmodi Contumaciæ, Cauſam hanc remitti Judici a Quo, ac Partem Appellatam dimitti*; et *Partem Appellantem condemnari in Expenſis, factis et faciendis ex parte Appellati:* [5] Petitio *Remiſſionis Cauſæ*; [6] Petitio *Dimiſſionis* Partis appellatæ, cum *Expenſis*;

III. Tunc JUDEX faciet PARTEM *Appellantem*, per *Præconem Curiæ* [videlicet, Apparitorem, vel Bedellum (*e*) Curiæ] aut, *eo abſente*, alium quemcunque, *trinâ vice*, *publicè præconizari*, et, ſi *non comparuerit*, dicet: [7] Trinâ vice *Præconizatio.*

IV. NOS, *ad petitionem* N. (Partis Appellatæ) *pronunciamus* M. *Partem Appellantem, Contumacem*; et, *in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi, dimittimus Partem Appellatam, unà cum Expenſis*; et *remittimus Cauſam Judici a Quo*; et *licentiamus eum ad procedendum in Cauſâ principali, coram eo inceptâ, non obſtante Inhibitione* (*Authoritate noſtrâ*) *aliàs emanatâ:* [8] *Pronunciatio Contumaciæ* Partis appellantis; [9] *Dimiſſio* Partis appellatæ, cum *Expenſis*; [10] *Remiſſio Cauſæ.*

V. Et tunc JUDEX [ad petitionem PARTIS *Appellatæ*] taxabit *Expenſas prædictas*, ad Summam *triginta trium ſolidorum*, et *quatuor denariorum*; et decernet MONITIONEM *ad ſolvendum has Expenſas* [ut in Titulo (*f*), *De formâ demandandi Sententiam Executioni*, &c.] Quota pecunia *pro Expenſis* (in hoc caſu) *taxanda* eſt? Fiat *Monitio* pro *Solutione*;

VI. Et nota; Quòd, *in iſto caſu* [videlicet, *pro non Proſecutione Appellationis*] ex STYLO *omnium Curiarum* REVERENDISSIMI ARCHIEPISCOPI, per tempus immemorabile, uſitato, *non* ſolet SCHEDULA *Expenſarum* concipi, *nec* JURAMENTUM *ſupra Taxatione* præſtari, ut in *aliis Taxationibus* (*g*) *Expenſarum* LITIS. Sine *Schedulâ* Expenſarum *porrectâ*, Sine *Juramento*, de neceſſariâ Erogatione, *præſtito*,

VII. Sed quære, utrùm *hic* STYLUS *Curiæ* valet *contra* JURA? quæ dicunt, *Taxationem Expenſarum, ſine* JURAMENTO, *eſſe nullam:* Juxta *Stylum Curiæ*;

VIII. Sed nunquam vidi *hunc caſum* controverſum (id eſt) *de Omiſſione* JURAMENTI, *ſuper Taxatione illarum Expenſarum, quæ, de* STYLO, *debentur.* Nondum *controverſum.*

OBSERVATIONES.

(e) *Apparitorem, vel Bedellum.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 38. ſub *lit.* (b).

(f) *Ut in Titulo,* &c.] Vide *Tit.* 130. et *Tit.* 331. §. 7, 8, 9. necnon *Tit.* 134. De *Petitione* et *Decreto Monitionis,* ad *ſolvendum Expenſas*; Vide etiam *Obs. ibid.*

(g) *Ut in aliis Taxationibus.*] Videamus autem *ejuſmodi Stylum* [de *Expenſarum Taxatione* abſque *Juramento,* ſuper eâdem, *præſtito*] in nonnullis aliis quoque Taxationibus, *uſitatum,* recurrendo ad *Titulos* 56. §. 2, 3, 4. et 53. §. 4. et *Obs. ibid.*

TITU-

Comparitio Appellati.

Proteſtatio.

Comparitio Partis appellatæ *qualis?* [1] *Proteſtatio* Procuratoris *Partis appellatæ*, coram *Judice ad Quem*, de non conſentiendo *in ejus Juriſdictionem*; niſi *quatenus*, ad hoc, *de Jure*, *aſtringatur*: [2] *Exhibitio Procuratorii*: [3] Petitio *Libelli*, vel *Dimiſſionis* Partis appellatæ, *Cauſæque Remiſſionis*, cum *Expenſis*: [4] Appellans *dat Libellum*; vel petit *ad libellandum*. Proteſtationis (*de non conſentiendo*, &c.) Utilitas; *Ratio*.

TITULUS CCCX.

De Formâ COMPARITIONIS *Appellati.*

I. EGO N. [ſub PROTESTATIONE (*a*), *de non conſentiendo in Dominum* JUDICANTEM *hujus Curiæ, tanquam in Judicem mihi competentem, neque de ejus* JURISDICTIONE *quoviſmodo prorogandâ, niſi ſi et quatenus ad id, de Jure, aſtringar*; et *eâ* PROTESTATIONE *mihi ſemper ſalvâ, et pro repetitâ, in ſingulis actis, habitis, geſtis, vel quoviſmodo gerendis, habitâ*] exhibeo PROCURATORIUM *meum literatoriè* [vel, *apud Acta*, ſi ita ſit conſtitutus] *pro* M. [Parte adverſâ prætenſâ] *ac facio me Partem pro eodem*; et peto LIBELLUM, *vel Partem meam dimitti, ac Cauſam remitti Judici a Quo, unà cum* EXPENSIS:

II. Et tunc APPELLANS: aut dabit LIBELLUM, aut petet *Terminum* (uſque in proximum) *ad libellandum.*

III. Et nota; Quòd neceſſaria eſt PROTESTATIO, in principio hujus Tituli; ne APPELLATUS dicatur *conſentire in Judicem* (*b*).

OBSERVATIONES.

(a) *Sub Proteſtatione,* &c.] Vide ſimilem *Proteſtationem*, in *Tit.* 308. in *Exordio* §. 3.

(b) *Ne Appellatus dicatur conſentire in Judicem.*] Vide *Tit.* 308. §. 5, 6, 7, 8.

Libellus Appellatorius.

Petitio Libelli.

TITULUS CCCXI.

Quòd PROCURATOR *appellans* [tempore *petitionis* INHIBITIONIS] cogi poſſit, *ad proſequendum* APPELLATIONEM, et *dandum* LIBELLUM, *ſine* DECRETO *aut* CITATIONE, contra PARTEM *principalem*, ad *proſequendum* APPELLATIONEM.

Procurator, petens *Inhibitionem* et *Abſolutionem*, exhibet *Procuratorium*, pro *Appellante*;

I. UT *ſuprà* dictum eſt [in Titulo (*a*), *De formâ petitionis Procuratoris, coram Judice ad Quem*, &c.] quoties appellatur *a Sententiâ* EXCOMMUNICATIONIS, *latâ* per JUDICEM *inferiorem*, PROCURATOR *Appellantis* exhibere ſolet, et tenetur, PROCURATORIUM *ſuum*, pro *hujuſmodi Appellante*, ad obtinendum *Inhibitionem*,

OBSERVATIONES.

(a) *In Titulo*, &c.] 304. §. 1.

Inhibitionem, ac *Abſolutionem*, et *facere ſe* PARTEM *pro eodem* [quod non eſt *uſitatum* (*b*), in impetrandis *cæteris* Ordinariis *Inhibitionibus*] *Libellus Appellatorius.*

II. Ideo, in iſto caſu, *Procurator* APPELLATI [quia habet *Procuratorem* APPELLANTIS *procedentem* (*c*) *in Judicio*] ſine *ullo* DECRETO, *ad proſequendum*, poteſt petere, *a* PROCURATORE APPELLANTIS, *Libellum*, *vel Partem ſuam dimitti:* *Procurator Appellati* tunc petat *Libellum*, vel *dimitti:*

III. Et ſi *hujuſmodi* PROCURATOR *non libellaverit*, APPELLATUS eſt *dimittendus*, et *Cauſa remittenda*; in omnibus, ac ſi vocata fuiſſet PARS APPELLANS, *ad proſequendum*. *Libello* non *dato*, dimittitur *Pars appellata*, Cauſa *remittitur*.

OBSERVATIONES.

(b) *Quod non eſt uſitatum*, &c.] Imò quotidie, Nobiſcum, *Inhibitiones Ordinariæ* peti ſolent, *per Procuratorem*, exhibentem *ejus Procuratorium*, et facientem ſe *Partem*, pro *Appellante*. Vide plura, *de hoc*, inter *Obs.* in *Tit.* 19. ſub *lit.* (a) (c) (d).

(c) *Procedentem*.] Legitur in omnibus *MSS.* " *Præſentem*.

Libellus Appellatorius.

Datio Libelli.

TITULUS CCCXII.

De Oblatione LIBELLI, *in Cauſâ* APPELLATIONIS.

I. SI tam *Appellans* quàm *Appellatus*, per *Procuratores*, coram JUDICE *ad Quem eſt appellatum*, comparuerint, APPELLANS dicet: *Modus Oblationis Libelli Appellatorii.*

Do LIBELLUM; et *peto procedendum fore decerni* [*ſummariè, et de plano* (*a*)]

II. Et in omnibus eſt *petendum*, et per JUDICEM *decernendum*, ut (ſuprà) in *Datione* LIBELLI in *primâ Inſtantiâ* [in Titulo (*b*), *De Oblatione Libelli*, &c.] hoc *excepto*, quòd [ante aſſignationem *Termini Probatorii*] PARS *Appellans* petat, ut ſequitur: Quid *ulteriùs* agendum eſt?

III. *Placebit decernere* MONITIONEM (*c*) *contra Judicem a Quo, et ejus Actorum Scribam, ad tranſmittendum coram Vobis* [tali die, et loco] *totum* PROCESSUM, *et Acta ac geſta quæcunque coram eo* [videlicet, JUDICE a Quo] *in hâc Cauſâ:* Fiat Petitio *Monitionis* pro *Proceſſu:*

IV. Tunc JUDEX: *Decernimus*; ſtatuendo diem certum *ad tranſmittendum*. Decretum *Judicis.*

V. Deinde

OBSERVATIONES.

(a) *Summariè, et de plano.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 7. ſub *lit.* (b) 4, 5.

(b) *In Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 57. & *Tit.* 58.

(c) 1 *Placebit decernere Monitionem.*] Peti ſolet *hujuſmodi Monitio*, pro *Tranſmiſſione Proceſſûs Judicis a Quo*, &c. tempore petitionis *Inhibitionis*, et *Citationis*. Vide *Obs.* in *Tit.* 301. ſub *lit.* (a) 5. necnon *Obs.* in *Tit.* 302. ſub *notâ* (h).

2 Monitus, *Proceſſum non tranſmittens*, excommunicandus eſt. Vide *Tit.* 273. §. 11. *Tit.* 325. §. 9. uſque verba [*Juſtitiam miniſtrari.*]

Petitio Termini *ad probandum Libellum:*

V. Deinde petat APPELLANS [et ſi APPELLANS non petierit, tunc petat APPELLATUS] *Terminum competentem ſibi aſſignari, ad probandum dictum* LIBELLUM:

Aſſignatio *Judicis.*

VI. Cui JUDEX aſſignabit *proximum diem Juridicum,* ſequentem diem aſſignatum *ad tranſmittendum* PROCESSUM.

Simili *modo* proceditur *in Appellatione,* prout *in Principali;*

VII. Et hìc notandum eſt; Quòd *omnis Cauſa Appellationis* retinet Naturam *Cauſæ Principalis*; et *eo modo* procedendum eſt, tam in *Conteſtatione Litis,* quàm in *Concluſione Cauſæ*; nempe, *ſummariè in Summariis,* et *plenariè in Plenariis:*

Exceptio, (Scilicet) *In Appellationibus* coram Delegatis Regiis, *ſummariè* ſemper proceditur.

VIII. Fallit (*d*), in *Cauſis Appellationum,* coram DELEGATIS *Regiis*; nam [in ipſâ COMMISSIONE Regiâ] *Cauſa* ſic *delegata* eſt, *et ſummariè procedatur in eâdem*; et ſemper *ita* procedere ſolent JUDICES *Delegati,* quámvis *Cauſa originalis* ſit *Cauſa* PLENARIA.

OBSERVATIONES.

(d) *Fallit,* &c.] Vide *Obs.* in *Tit.* 7. ſub *lit.* (b) 5.

Proceſſus Judicis a Quo.

TITULUS CCCXIII.

Expenſæ Tranſmiſſionis.

Cujus SUMPTIBUS, *Proceſſus* JUDICIS *a Quo* ſit *tranſmittendus,* ſi GRAVAMINA *fuerint confeſſata* [Vel, *ſi* JUDEX *a Quo,* ad *petitionem* APPELLATI, decreverit *procedendum fore in* NEGOTIO PRINCIPALI.]

[1] *Faſſo Gravamine* ante *Proceſſum tranſmiſſum,*

I. SI, ante *tranſmiſſum Proceſſum* JUDICIS *a Quo,* APPELLATUS faſſus fuerit *Gravamina*; et conſenſerit, *ut procedatur in Cauſâ Principali,* et ſolverit *Expenſas Gravaminis* [ut in Titulo (*a*) quodam præcedenti.]

Tranſmiſſio ſit Impenſis *Actoris* Appellantis;

II. APPELLANS, ſi fuerit ACTOR in *primâ Inſtantiâ,* tenetur, *ſuis Sumptibus, Proceſſum tranſmittere*; alioquin JUDEX, *ad Quem,* non poſſit procedere in *Cauſâ Principali:*

Vel *Actoris* Appellati:

III. Similiter ſi APPELLATUS fuerit ACTOR in *primâ Inſtantiâ,* et cupit ut JUDEX *Appellationis* procedat *in Cauſâ Principali,* curabit, *ſuis Sumptibus, Proceſſum tranſmitti*;

IV. Poteſt

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo,* &c.] 286. §. 1, 2. 287. §. 3.

IV. Poteſt etiam Reus in *primâ Inſtantiâ*, ſive fuerit Appellans, ſive Pars Appellata, ſi noverit Actorem *injuſtam inſtituiſſe Actionem* in *primâ Inſtantiâ*, et ſe, ex *eâ Lite*, plurimas *Expenſas* erogâſſe, ut *eas* recuperet *in Appellatione*, curare, *ſuis Sumptibus, Proceſſum tranſmitti.*

Imò *Reus* (ſi ſit *Appellans*, aut *Appellatus*) credens *Actorem* malam fovere Cauſam, *ſuis Sumptibus*, tranſmittit *Proceſſum.*

V. Sed dato, quòd Appellatus non vult fateri *Gravamina*, ſed [animo *evitandi Litem*, et *futuras Expenſas*] conſentire *in* Judicem *Appellationis*, et de procedendo *in Negotio Principali*;

[2] *Non faſſo Gravamine*, conſenſum eſt *in Principali*;

VI. Tunc ſi Appellans credit *ſe poſſe juſtificare Gravamina*, et vult, *de eo*, *ulteriùs litigare*, debet, *ſuis Impenſis*, *tranſmittere Proceſſum*:

Tunc fiat *Tranſmiſſio* Sumptibus *Appellantis*, de *Gravamine* litigare *volentis*:

VII. Quod *ſi recuſaverit*, eſt condemnandus, *in Expenſis factis*, Parti Appellatæ, ratione *Gravaminis*:

Recuſans condemnatur *in Expenſis Gravaminis*:

VIII. Et *e contrà*; ſi *Proceſſus fuerit tranſmiſſus*, et in eo apparuerit, *Gravamina fuiſſe illata*, Appellatus, eſt condemnandus *in Expenſis.*

Secùs, *probato Gravamine*, condemnatur *Appellatus.*

IX. Caveat igitur Appellans, ne *ulteriùs* procedat *in Cauſâ Gravaminis*, ſi credat *ſe* non *poſſe illud juſtificare*; et [ad *evitandas Expenſas*] Ipse etiam conſentiat, cum Appellato, de procedendo *in Cauſâ Principali*, omiſſâ *Cauſâ Gravaminis* (*b*).

Si in dubito ſit, *an juſtificetur Gravamen*, conſentiat *Appellans* cum *Appellato*, in *Principali*, omiſſo *Gravamine.*

OBSERVATIONES.

(b) 1 *Gravaminis.*] *MS.* (penes me) ſic pergit:

" *Appellatus* etiam (ut in præcedenti Titulo " dicitur)

[Scilicet, Ordine noſtro, in *Tit.* 287. §. 1, 2. etiam Vide §. 3, 4. hujus Tituli ſuprà ſcripti]

" ſi credit *appellatum eſſe injuſtè et frivolè*, et " intendit obtinere *Expenſas hujuſmodi Appellationis*, tranſmittere tenetur *ſuis Sumptibus* " Proceſſum *Judicis a Quo*:

2 " Et eſt notandum; Quòd obtinens *Victoriam*, in hâc *Cauſâ Gravaminis*, obtinebit " (cum ſuis *cæteris* Expenſis) *Expenſas Tranſmiſſionis Proceſſûs*, et *Compoſitionis* pro *Inſpectione ejuſdem*; De quâ *Compoſitione*, in ſequenti Titulo, narratur.

[Ordine noſtro, in *Tit.* 315. *per totum.*]

Proceſſus Judicis a Quo.

TITULUS CCCXIV.

De Exhibitione *Proceſſûs* Judicis *a Quo*, coram Judice *ad Quem* [et *de* Taxatione *ejuſdem*].

Exhibitio Proceſſûs.

I. Processus Judicis *a Quo*, eſt exhibendus, ante *Concluſionem in Cauſâ*, videlicet:

Ante *Concluſionem*,

II. Aliquis ex *Procuratoribus Curiæ* [ſi *ipſe Regiſtrarius* Judicis, *a Quo*, non interſit] non exiſtens *Procurator* in *Cauſâ*, in *quâ*, exhibitus ſit Processus, dicet:

Introducitur *Proceſſus*:

III. Domine

Modus *Exhibitionis* ejuſdem.

III. Domine Judex; *ex parte Judicis a Quo, et ejus Actorum ſcribæ, præſento Vobis hunc* Processum.

Taxatio petenda eſt.

IV. Tunc *Procurator* Partis *appellatæ* [ſeu forſan alius *Procurator*, ſpecialiter conductus *per Regiſtrarium*] ſolet curare, *ut* Judex *taxet hujuſmodi* Processum:

Forma *Taxationis*.

V. [Hoc eſt; ſcribat, *in fine* ejuſdem, *quam Summam* Pars, ad *cujus Inſtantiam* Processus *tranſmiſſus fuit*, ſolvet *Regiſtrario* Judicis *a Quo*, pro *Tranſmiſſione*, vel *Scripturâ* Processûs *tranſmiſſi*]

Petitur *Monitio* pro *Solutione* Summæ *taxatæ*.

VI. Et tunc petat, Monitionem *decerni*, contra Partem *appellantem*, pro Solutione *Summæ taxatæ* (*a*), quocunque die, Judicis *Arbitrio*, deſignando.

OBSERVATIONES.

(a) *Pro Solutione Summæ taxatæ.*] Sub pœnâ Excommunicationis, *exnunc prout extunc*, et *extunc prout exnunc*.

Proceſſus Judicis a Quo.

TITULUS CCCXV.

Compoſitio pro Proceſſu.

De Compositione, cum *Regiſtrario* Judicis *ad Quem*, pro Inspectione *Proceſſûs tranſmiſſi*.

[1] Apparent *Gravamina* ex *Proceſſu*;

I. Quoniam Appellatio a *Gravaminibus* regulariter juſtificanda eſt *ex ipſo* Processu, ſeu *ex ipſis* Actis Judicis *a Quo* (*a*):

[2] Apparet *inde*, an *Allegatio data* ſit *priùs poſita*;

[3] Anne *Teſtes* deſuper *producti* fuêre;

II. Et Quia etiam, ſi coram Judice *ad Quem*, aliqua *Materia*, aut *Allegatio* data fuerit, in *Cauſâ* Appellationis a *Sententiâ definitivâ*, ſive per *Appellantem*, ſive per *Appellatum*, neſcitur [et Litigantibus, et Judici] utrùm *priùs poſita* fuit; et an *Teſtes* deſuper *producti*, *examinati*, et *eorum Dicta publicata* fuerunt; niſi per *Inſpectionem* Processûs Judicis *a Quo*:

[4] An ſit *integer* Proceſſus, *vitiatus*, aut *corruptus*:

III. Quia etiam, ſi *totus et integer* Processus (*b*) non fuerit *verè et integrè tranſmiſſus*, vel in aliquo *vitiatus*, *aut corruptus* (quod aliquando contingit) hoc non poſſit conſtare, niſi *inſpecto* Processu *dicti* Judicis *a Quo*:

IV. Quia

OBSERVATIONES.

(a) *Ex ipſis Actis Judicis, a Quo.*] Vide *Tit.* 283. §. 9, 10, 11. *Tit.* 285. §. 5. *Tit.* 318. §. 2.

(b) *Integer Proceſſus.*] Cùm totus Processus non ſit *integrè* tranſmiſſus, dicat Procurator: *A* [illegible] [talia] *fuiſſe et eſſe omiſſa ex Proceſſu Judicis a Quo, in hâc Cauſâ ad hanc Curiam tranſmiſſo*; et *dictum Proceſſum eſſe mancum et mutilatum*: Quare *peto pro dictis omiſſis decerni*:

Et per Judicem fieri ſolet, *prout petitur.*

IV. Quia denique, *Informationis in Facto* [id eſt, de modo procedendi, et de allegatis, propoſitis, et probatis, in primâ Inſtantiâ] *dari non poſſint*, per ADVOCATOS, JUDICI *ad Quem*, ut *Sententia* pronuncietur *in Cauſâ*, niſi *inſpecto* PROCESSU JUDICIS *a Quo:*

[5] Item *Informationes*, in Facto, *dari* non *poſſunt*, niſi *inſpecto Proceſſu:*

V. Ne igitur PARTES [ſive *Appellantes*, ſive *Appellatæ*] maximis eorum Expenſis, *exſcribi, aut exemplificari* cogerentur *hujuſmodi* PROCESSUM *tranſmiſſum*; et ne *Proceſſus ſiſteretur*, donec *exſcriptus fuerit*, in *Præjudicium Litigantium:*

Eapropter, ad evitandum *Expenſas* tranſcribendi *Proceſſum tranſmiſſum*, et *Dilationes*,

VI. Ideo [ad evitandum *hujuſmodi Expenſas*, et *dictas Dilationes*] PARTES *componere ſolent*, cum *Regiſtrario* JUDICIS *ad Quem*, pro *Inſpectione ejuſdem Originalis* PROCESSÛS *tranſmiſſi*, in hunc modum, videlicet:

Fiat *Compoſitio*, pro uſu *Proceſſûs tranſmiſſi:*

VII. PARS APPELLANS [quoniam ſuis Expenſis Proceſſus fuit, ad Judicem ad Quem, tranſmiſſus] *debet* et *ſolet* ſolvere, *pro Inſpectione dicti* PROCESSÛS, *quartam partem Summæ* (ut præfertur) *taxatæ* (c) *pro Tranſmiſſione dicti* PROCESSÛS.

Modus *hujuſmodi Compoſitionis*, pro *Proceſſu*, (Scilicet) [1] *Pars appellans* ſolvet $\frac{1}{4}$.

VIII. PARS verò APPELLATA [quia nihil ſolvit pro Tranſmiſſione dicti Proceſſûs] *ſolet* ſolvere *tertiam partem Summæ taxatæ prædictæ.*

[2] *Pars appellata* ſolvet $\frac{1}{3}$.

IX. Et ne APPELLANS, ſi curaverit PROCESSUM *prædictum* ſibi Primò *tradi*, illum penes ſe *ita detineret*, quò minùs PARS APPELLATA poterit *etiam, habere facultatem eundem inſpiciendi*; et e *contrà* (d):

Ne *Proceſſum Obtinens*, diutiſſimè, *Moram trahat* inſpiciendo,

X. Ideo ſolent *Procuratores* PARTIUM *hujuſmodi* interponere *Cautionem, apud Regiſtrum* [videlicet, deponere Pignus, vel teſtificari, per Subſcriptionem manûs, in Libro quodam, ad hoc, per Regiſtrarium cuſtodito, quòd (tali) die (talis) Proceſſus fuit ſibi traditus] *de reſtituendo eundem* PROCESSUM, cùm *idem* PROCESSUS, *ab eo, requiretur:*

[1] In *Libro Regiſtrarii*, ſubſcribit *Procurator*, Quòd *recepit Proceſſum Judicis a Quo, ſimul atque requiſitus redditurus*;

XI. Et ſi *aliqua* PARTIUM, debitè ad hoc *requiſita*, eundem *non tradiderit*, JUDEX ſolet denegare ei *Audientiam in Cauſâ*, donec *id fecerit*; et etiam, ſi *pertinax*, ſeu potiùs *contumax* extiterit, *propter ejus* CONTUMACIAM, *hujuſmodi, eum excommunicare:*

[2] Sin *altera Partium* non *tradiderit*, requiſita, Ne *ulteriùs audiatur*; Vel *excommunicetur:*

XII. Vel, ſi detentus fuerit PROCESSUS per *quemcunque* PROCURATOREM, tunc ſolet JUDEX, eum, *ab* OFFICIO *procurandi* in *quâcunque Cauſâ, ſuſpendere*; donec *introduxerit hujuſmodi* PROCESSUM.

[3] *Detinens* diutiùs *Procurator*, Ab *Officio* procurandi, *ſuſpenſus eſto.*

OBSERVATIONES.

(c) *Ut præfertur taxatæ.*] Vide *Tit.* 314. §.5. (in iſtâ Sectione nonâ) *de Appellante*, locum etiam habent *de Appellato*, in conſimili caſu.

(d) *Et e contrà.*] Id eſt; Quæ ſuprà dicta ſunt

TITU-

Exhibitio Appellationis.

TITULUS CCCXVI.

De EXHIBITIONE *Inſtrumenti* APPELLATIONIS (*lectæ* coram JUDICE ad *Quem*) in *Præſentiâ* PROCURATORIS *Appellati.*

Appellatio, coram *Judice* ad Quem, *interpoſita*, peneſque *Regiſtrum* relicta;

I. LIcèt *lecta* et *interpoſita* fuit APPELLATIO, coram JUDICE *ad Quem,* tempore *Conceſſionis* INHIBITIONIS [quod communiter ſolet fieri, cùm appellatur ab *Excommunicatione*] et ita *iſta* APPELLATIO remanſerit *apud* ACTA [id eſt, *penes* REGISTRARIUM *ejuſdem* JUDICIS.]

Judicialiter etiam *exhibenda eſt*, in præſentiâ *Partis appellatæ*, ante *Concluſionem*;

II. Tamen, quoniam fuit *lecta* in *Abſentiâ* PARTIS *appellatæ*, neceſſarium eſt, ut *ea* exhibeatur, *ante Concluſionem* (*a*) *in Cauſâ*, in *Præſentiâ* PARTIS; idque *judicialiter* :

[Forma *Exhibitionis* ejuſdem]

III. Dicet igitur PROCURATOR APPELLANTIS; *Ego* [*in ſubſidium Probationis contentorum in Libello, aliàs per me in hâc Cauſâ, dato, et ad fundandum Juriſdictionem Domini Judicantis*] *exhibeo Appellationem, aliàs per me in hâc Cauſâ, judicialiter interpoſitam et in Regiſtro hujus Curiæ remanentem* [id eſt, *penes ejus Regiſtrarium.*]

Quo caſu, nec *Allegatio Appellantis* (de debitè interpoſitâ Appellatione) nec *Reſponſio* requiritur *Appellati.*

IV. Et nota; Quòd, *in iſto caſu* (*b*), non requiritur *ulla* ALLEGATIO, aut RESPONSIO *Procuratoris* PARTIS *appellatæ* [ut in Titulo ſequente (*c*).]

OBSERVATIONES.

(a) *Ante Concluſionem.*] Inſtrumenta, uſque ad *Concluſionem in Cauſâ*, exhiberi poſſunt. Vide *Obs.* in *Tit.* 104. ſub *lit.* (c) 1, 2.

(b) *In iſto caſu.*] Scilicet; quando ſit Appellatio, *coram ipſo Judice ad Quem*, interpoſita; prout in §. 1. *hujus Tituli*, et §. 1. *Tit.* 304.

(c) *Non requiritur ulla Allegatio, &c. ut in Titulo ſequente.*] Videlicet; utì requiritur *in Exhibitione* Inſtrumenti Appellationis, *extrajudicialiter factæ, coram Notario*; prout in *Tit.* 317. plenè, *per totum*, explicatur.

Exhibitio Appellationis.

TITULUS CCCXVII.

De EXHIBITIONE *Inſtrumenti* APPELLATIONIS *extrajudicialis.*

Appellatio in formâ *publici Inſtrumenti* exemplificata (*ante Concluſionem* in *Cauſâ*) exhibenda eſt;

I. ANte *Concluſionem* (*a*) *in Cauſâ*, curabit PROCURATOR *Appellantis* APPELLATIONEM *extrajudicialiter factam*, et coram NOTARIO PUBLICO *lectam*, per eundem NOTARIUM, in

OBSERVATIONES.

(a) *Ante Concluſionem.*] Vide *Obs.* in *Tit.* 316. ſub *lit.* (a).

Exhibitio Appellationis.

In formam *Publici* INSTRUMENTI, *exſcribi*, et *exſcriptam* [id eſt, per viam Publici Inſtrumenti exemplificatam] *exhiberi*; dicendo, ut ſequitur:

Modus *Exhibitionis* Appellationis.

Forma *Allegationis* deſuper,

[1] De *Subſcriptione Notarii*,

[2] De *Probitate Notarii*:

[3] De *Contentis omnibus*, in Appellatione, *veris exiſtentibus*.

II. *In ſubſidium Probationis contentorum in Libello, aliàs per me in hâc Cauſâ, dato, et ad fundandum Juriſdictionem Domini Judicis, exhibeo Inſtrumentum Publicum Appellationis, ſubſignatum, et ſubſcriptum manu propriâ, ac ſigno Notariatûs* (b) N. *Notarii Publici*; et *allego eum eſſe Notarium Publicum probum, et legalem, et pro tali communiter reputatum, et habitum*; ac *omnia et ſingula contenta in hujuſmodi Inſtrumento fuiſſe, et eſſe vera*, ac *ita habita, et geſta, ac appellatum et querelatum fuiſſe, modo et formâ quibus in eodem Inſtrumento continetur*; Quam *Allegationem, pono conjunctim et diviſim*; et *eandem admitti*, ac *Jus et Juſtitiam miniſtrari peto*.

Quâ *Allegatione* admiſſâ, *Subſcriptione* verò *Notarii* non *faſſâ*,

[1] Præſtat *Juramentum Procurator* Appellantis, *ſe fideliter poſuiſſe Allegationem*,

[2] Petit *Reſponſum*, in vim *Juramenti Procuratoris* adverſi.

III. Tunc, *admiſſâ iſtâ Allegatione*, et *in vim Poſitionum et Articulorum repetitâ*, ſi PROCURATOR *Appellati* non fatetur *Inſtrumentum eſſe ſubſcriptum, et ſubſignatum, per* NOTARIUM *allegatum* [nam Confeſſio *Subſcriptionis*, et *Subſignationis* INSTRUMENTI per NOTARIUM, probat *Appellationem fuiſſe*, ut *in eâdem continetur*] tunc ſolet PROCURATOR *Appellantis* jurare, *quòd fideliter poſuit dictam Allegationem*; et petere a PROCURATORE *Partis Appellatæ*, ut juret, *de fideliter reſpondendo eidem* [in proximum Juridicum] *ſub* JURAMENTO *ſuo*.

Si *reſponſum* ſit *negativè*,

Probandum eſt *Officium Notariatûs*,

IV. Si verò PROCURATOR *Appellati*, in proximo Juridico, *negaverit allegata* APPELLANTIS; ſaltèm reſponderit, *ſe non credere* NOTARIUM, *ſeu potiùs Perſonam quam* APPELLANS *prætendit fuiſſe* NOTARIUM *Publicum*, ita *fuiſſe* [id eſt, NOTARIUM] tunc probandum eſt, per APPELLANTEM, *dictam Perſonam fuiſſe et eſſe* NOTARIUM *Publicum*:

Per *Inſtrumentum* Creationis, *ſub Sigillo*:

V. Quod facilè poteſt probari, per *Exhibitionem* INSTRUMENTI *Publici* [de *Creatione* (c) dicti NOTARII, in *Notarium* PUBLICUM] ſub SIGILLO *Curiæ ad* FACULTATES:

Sigillum Authenticum *fateri* debet;

Ratio.

Confeſſio *Sigilli, Inſtrumenti* Creationis *Notarii*, probat Veritatem *Inſtrumenti* Appellationis.

VI. [Quod INSTRUMENTUM *Publicum*, cui *Sigillum appoſitum* eſt admodum *Authenticum*, et omnibus Procuratoribus ſatìs cognitum] PROCURATOR *Partis appellatæ* ſolet *fateri hujuſmodi* SIGILLUM; Nam, *ſanâ* Conſcientiâ, *non* poteſt *illud inficiari*.

VII. Et *hæc Confeſſio* ſufficit APPELLANTI, ad probandum *fuiſſe appellatum, modo et formâ, in dicto Inſtrumento Appellationis, ſpecificatis*.

VIII. Sed

OBSERVATIONES.

(b) *Signo Notariatûs.*] Vide *Tit.* 298. §. 6. (c) *De Creatione.*] Vide *Tit.* 298. §. 5.

Sed ſi Notarius ſtetit decennalis, Curiæque notus,

VIII. Sed nota; quòd ſi NOTARIUS [qui ſubſcripſit *Inſtrumento*] ſteterit NOTARIUS, *per decem annos*, et fuerit *notus Curiæ et Judici*;

Per Inſtrumenta ſua publica,

IX. Quia diverſa *ejus Publica Inſtrumenta*, in conſimilibus Cauſis, fuerunt *exhibita*, et *penes Acta ejuſdem Judicis* remanent:

Vel, per decennium, pro probo habitus Notario,

X. Vel, ſi ſit, *per idem tempus*, pro NOTARIO *Publico probo, et legali, communiter reputatus:*

Tunc ſat eſt Exhibitio Appellationis, et prædicta Allegatio, Abſque Confeſſione Adverſarii,

XI. Sufficit APPELLANTI *exhibere Inſtrumentum prædictum Appellationis*, ac *præmiſſa allegare* (*d*) [videlicet, ut *ſuprà* (*e*).]

XII. Et facit fidem, *de ſe*, ſine *Confeſſione* PROCURATORIS *Partis adverſæ:*

Imò licèt inficietur:

XIII. Etiam quámvis *idem* PROCURATOR tam *Allegationem*, quàm *Inſtrumentum* prædictum, *inficiatus* fuerit:

Sic adjudicatum fuit.

XIV. Et ita ſæpius vidi *practicatum*, et in Judicio contradictorio *obtentum.*

Etſi ponitur, in Formulis antiquis Allegationum, Omnia contenta in Appellatione eſſe vera,

XV. Et hìc monendi ſunt PROCURATORES *Appellantium*, Quòd quámvis *uſu receptum ſit*, quòd cùm exhibeatur *Inſtrumentum Appellationis*, EXHIBENS hujuſmodi *Inſtrumentum Appellationis*, ſolet allegare; *omnia et ſingula contenta in eodem Inſtrumento fuiſſe et eſſe vera, ac habita, et geſta, prout in eodem continetur* [ut ſuprà dicitur (*f*).]

Et tùm, inficiante Adverſario, facta eſt Fides de Veritate,

[Forma Juramenti.]

XVI. Et deinde [ſi illud Inſtrumentum et Allegatio fuerint, per Procuratorem Appellati, inficiata, et negata] præſtare JURAMENTUM, *quòd fideliter poſuit hujuſmodi allegata*; et *quòd omnia et ſingula contenta in eodem Inſtrumento ſunt vera, ac habita, et geſta, prout in eodem continetur:*

Caveto tamen, de generali Allegatione, et Juramento hujuſmodi;

XVII. Caveant *tamen*, de cætero, PROCURATORES, ne *illa Verba*, hìc *ultimò recitata*, allegentur; *præſertim* ne jurent *de Veritate eorundem:*

Ratio:

XVIII. Nam TENOR *totius* APPELLATIONIS ſemper inſeritur, et inſcribitur, *in dicto Inſtrumento Appellationis:*

Rationis Elucidatio:

XIX. Quod *ſi ita ſit*, ad Conſcientias PROCURATORUM appello; *Utrùm* ſemper *omnia Gravamina* [Nullitates, Iniquitates, et Injuſtitiæ inſertæ *in dictâ* APPELLATIONE] *quæ prætenduntur fuiſſe, per* JUDICEM *a* QUO, *illata*, ſunt *vera*; hoc eſt, *reverà*, per JUDICEM hujuſmodi, *inflicta* et *illata*, prout *in eâdem* APPELLATIONE continetur?

XX. Si

OBSERVATIONES.

(*d*) *Præmiſſa allegare.*] Ea, nempe, quæ continentur in § 2. *hujus Tituli.*

(*e*) *Videlicet, ut ſuprà.*] In §. 1. *hujus Tituli*; ſcilicet, *ante Concluſionem in Cauſâ.*

(*f*) *Ut ſuprà dicitur.*] In §. 2.

XX. Si verò *non* ſunt [quòd communiter accidit] tunc, quâ Conſcientiâ poſſit JURAMENTUM *præſtari* [a PROCURATORE præmiſſa allegante] *quòd* PROCURATOR [ut ſupra, allegans præmiſſa] *credit ſe eadem* fideliter *poſuiſſe*; et *quòd contenta in hujuſmodi Inſtrumento* ſunt *vera?* *Amplificatio:*

XXI. Omittantur *igitur*, in poſterum, *illa generalia Verba*, ſuprà *mentionata* (*g*), et allegetur tantùm, *hoc modo*, videlicet: Ergo *potiùs* omittas, *Allegationem generalem.*

XXII. *Quòd Inſtrumentum Publicum, exhibitum, fuit et eſt ſubſcriptum, et ſubſignatum, manu propriâ, et ſigno ſolito Notariatûs* N. et *quòd idem* N. *fuit et eſt Notarius Publicus probus, et legalis; ac pro tali communiter dictus, tentus, habitus, et reputatus*: quòdque *Appellatio, in eodem Inſtrumento mentionata, fuit facta et interpoſita, coram dicto Notario, die, menſe, anno, ac modo et formâ, in dicto Inſtrumento, ſpecificatis:* Formula *Allegationis*, hoc caſu, *præſtantioris*, [1] De *Subſcriptione Notarii*; [2] De *Probitate Notarii*: [3] De *tempore, modo* et *formâ*, Appellationis *interpoſitæ.*

XXIII. Et ſi, ut *ſuprà* dictum eſt (*h*), PROCURATOR *Partis appellatæ* aut fateatur, *Inſtrumentum eſſe ſubſcriptum manu propriâ* NOTARII *allegati*, vel, ut *ſuprà*, negaverit (*i*): Tunc, *Subſcriptione* faſſâ, *vel* non;

XXIV. Si tamen allegans et exhibens, ut *ſuprà*, docuerit (*l*), *Perſonam dictum Inſtrumentum ſubſcribentem eſſe* NOTARIUM *Publicum*; vel, ſi NOTARIUS *hujuſmodi* fuerit et ſteterit NOTARIUS, *per decennium*, ut ſuprà (*m*): Si probatur, *quòd eſt Notarius*, vel *ſtetit decennalis*,

XXV. Sufficienter *fundata eſt intentio* APPELLANTIS (videlicet) *quòd, debitis loco et tempore, fuit ex Parte ſuâ, in hâc parte, appellatum:* Probatur (hinc) Appellatio, *debitis loco* et *tempore*, interpoſita;

XXVI. Et quoad *contenta in* APPELLATIONE, *ea* debent juſtificari *per Proceſſum* JUDICIS *a Quo*, vel, *aliunde:* *Contenta* probentur *aliunde:*

XXVII. [Ut in *Titulis* quibuſdam (*n*), *de his ſpecialiter tractantibus*, pleniùs, *ſuo loco*, apparet.] De *his* plura.

OBSERVATIONES.

(g) *Illa generalia Verba, ſuprà mentionata.*] Scilicet in §. 2. prope *Calcem.* et §. 15, 16.

(h) *Ut ſuprà dictum eſt.*] §. 3.

(i) *Vel, ut ſuprà, negaverit.*] §. 4.

(l) *Ut ſuprà, docuerit*] §. 5, 6, 7.

(m) *Per decennium, ut ſuprà.*] §. 8, 9, 10.

(n) *Ut in Titulis quibuſdam,* &c.] Vide *Tit.* 283. §. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11. *Tit.* 285. §. 4, 5, 6, 7, 8, 9. *Tit.* 315. §. 1. et *Tit.* 318. *per totum.*

Probationes.

TITULUS CCCXVIII.

De PROBATIONIBUS, *in Cauſâ* APPELLATIONIS.

In *Appellatione a Sententiâ*, licet *non allegata* allegare, et *non probata* probare; *Niſi* obſtet *Publicatio.*

I. IN *Cauſâ Appellationis* a SENTENTIâ *definitivâ*, licet tam APPELLANTI, quàm PARTI APPELLATÆ, *non Allegata* (coram Judice a Quo) *allegare*, et *non Probata probare* (*a*), dummodo *non* obſtet *Publicatio Teſtium, productorum in primâ Inſtantiâ.*

Gravamina juſtificantur *ex* ipſo *Proceſſu*;

II. Secùs, *in Cauſâ Appellationis* a GRAVAMINIBUS, quæ debent *ex ipſò* PROCESSU (*b*), et *ex* ACTIS JUDICIS *a Quo*, probari:

Niſi fuerint *omiſſa*;

III. Niſi GRAVAMINA (a quibus ad Judicem ad Quem appellatur) *fuerint* OMMISSA (*c*) *ex Proceſſu*, JUDICIS *a* QUO, *tranſmiſſo:*

Vel, inactitari *recuſata:*

IV. Vel, JUDEX *a* QUO, ſeu *ejus* REGISTRARIUS, *inactitare* RECUSAVERIT (*d*) *hujuſmodi* GRAVAMINA, *per quæ* PARS APPELLANS *credit ſe gravatam* [Lege Titulum, (*e*) *Modus procedendi in Cauſâ Appellationis a Gravaminibus*; ubi latiùs de his tractatur.]

De *his* plura.

OBSERVATIONES.

(a) *Et non probata probare.*] Vide *Tit.* 285. §. 4.

(b) *Ex ipſo Proceſſu*, &c.] Vide *Tit.* 283. §. 9, 10, 11. *Tit.* 285. §. 5. et *Tit.* 315. §. 1.

(c) *Fuerint omiſſa.*] Vide *Tit.* 283. §. 4, 5, 6, 7, 8. et *Tit.* 285. § 6.

(d) *Inactitare recuſaverit*, &c.] Vide *Tit.* 285. §. 7.

(e) *Lege Titulum*, &c.] 285.

Deſertio Appellationis.

Terminus Juris.

TITULUS CCCXIX.

De Deſertione APPELLATIONIS [in *non proſequendo eandem*, infra *Terminum* JURIS, ſeu *primum Fatale* (*a*), quod eſt ANNUS] *deque* Petitione *deſuper neceſſariâ.*

Deſerta eſt *Appellatio* intra *Annum* nondum *finita.*

I. QUIA JURA dicunt, *Appellationem debere* finiri *infra Primum Fatale* [quod eſt ANNUS] *alioquin* deſertam *eſſe Appellationem:*

II. Caveat

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Infra Terminum Juris, ſeu primum Fatale.*] ANNUS UNICUS, in *Appellationibus*, dicitur *primum Fatale*; quia in *eo*, niſi *juſta cauſa* interceſſerit, *Fatum*, ſeu *Terminus* imponitur *Appellationi*, et quaſi *Mors* accidit *Cauſæ*.

2 Si *juſtum* autem *interveniat Obſtaculum*,

ALTER

II. Caveat igitur APPELLANS [licèt *debitis loco et tempore appellaverit*, et PARTEM appellatam, *ad reſpondendum in Cauſâ Appellationis*, *citari*, ac *Proceſſum Judicis a Quo tranſmitti*, et *in Cauſâ concludi*, infra ANNUM, curaverit] ut etiam inſiſtat, et JUDICEM *Appellationis* interpellat, *ad ferendum Sententiam ſuam*, infra ANNUM, vel, *de Diligentiâ ſuâ*, *in eâ parte*, proteſtetur (*b*) :

Poſt *cæteros* (in ordine) *Proceſſus Judiciarios*, Debet *Appellans* etiam *Sententiam ferri*, intra *Annum*, obtinere, Saltèm, *de Diligentiâ* proteſtari;

III. Quæ ſi *non* fecerit ; PARS *appellata* poterit allegare, *Appellationem fuiſſe deſertam* (*c*) ; et JUDEX tenetur, primò, *ſuper illo Articulo Deſertionis* pronunciare.

Secùs, *pro Deſertione* (primò) pronunciabitur.

OBSERVATIONES.

ALTER indulgetur ANNUS, qui vocatur, *ſecundum Fatale* ; et infra *hoc biennium*, de *Jure*, terminari debet *Appellatio*.

[In quo caſu datur *ſecundus Annus* ad proſequendum et finiendum *Appellationem* ; Vide *Tit*. 329. Quando, et in quo caſu, *Appellans* non eſt reſtituendus, *niſi* in partem *ſecundi Anni* ; Vide *Tit*. 330]

3 Contingentibus imò *legitimis Impedimentis*, in iſto SECUNDO ANNO, ope *Reſtitutionis*, datur ANNUS etiam TERTIUS. [Vide *Tit* 325. §. 13, 14, 15.]

(*b*) *De Diligontiâ ſuâ, in eâ parte, proteſtetur*.] De hujuſmodi *Proteſtatione*, Vide etiam *Tit*.322. §. 6. et *Tit*. 327. §. 4.

(c) *Poterit allegare, Appellationem fuiſſe deſertam*.] De formâ *allegandi Deſertionem*, Vide *Tit*. 323. De modo *probandi Deſertionem*, Vide *Tit*. 324.

Deſertio Appellationis.

TITULUS CCCXX.

De Deſertione APPELLATIONIS, in *non proſequendo eandem* infra *Terminum* HOMINIS [ſcilicet, infra *Terminos*, ad *proſequendum*, et *certificandum*, *datos*, per JUDICEM *a* QUO.]

Terminus Hominis.

I. QUAMVIS de JURE datur ANNUS *ad proſequendum*, *et finiendum Appellationem* [quod dicitur *Primum Fatale*] tamen JUDEX a QUO poterit abbreviare *hujuſmodi* ANNUM, quoad *Proſecutionem ejuſdem* ; et, quamprimum ſibi conſtiterit, *interpoſitam eſſe*, ab ejus Sententiâ, *Appellationem*, ſtatuere APPELLANTI Terminum *ad eandem proſequendum* ; ſi *hoc* ab ADVERSARIO petatur :

Terminus Juris eſt *primum Fatale :* Hoc poteſt *abbreviari*, per *Terminum Hominis ;*

II. Et quemadmodum, ſi APPELLANS non *proſecutus fuerit* APPELLATIONEM, infra *Terminum* JURIS, ſeu *a* JURE *indultum*, APPELLATIO ejus *eſt deſerta* ; ita, ſi non ſit *proſecutus* APPELLATIONEM, infra *Terminum* HOMINIS [ſcilicet, infra *Terminum datum* per JUDICEM *a* QUO] *deſerta eſt* etiam APPELLATIO (*a*).

Deſerta eſt *Appellatio*, [1] Non *proſecuta* infra *Terminum Juris :* [2] Non *proſecuta*, infra *Terminum Hominis*,

OBSERVATIONES.

(a) *Deſerta eſt etiam Appellatio*.] De Impedimentis allegandis, *ad impediendum Deſertionem*, in non proſequendo Appellationem, *infra Terminum Hominis*, Lege *Tit*. 326.

2

Deſertio Appellationis.

Decretum ad dicendum Cauſam.

TITULUS CCCXXI.

De DECRETO, *ad dicendum cauſam, quare* APPELLATIO *non deberet* pro *deſertâ declarari.*

Clauſis (per Inhibitionem) *manibus Judicis* a Quo, Pars *Appellans*, Appellationem *ulteriùs proſequi* non *curans*, vocatur *ad proſequendum*, ſub pœnâ *Remiſſionis* Cauſæ:

I. QUEMADMODUM ſuperiùs dicitur [in Titulo (*a*), *De Decreto ad proſequendum Appellationem*] Quòd ſi quis *inhibuerit* JUDICI, et *non curaverit* PARTEM *appellatam citari*, aut *forſan citaverit*, ſed non *proſecutus fuerit Cauſam*, poſſit vocari *ad proſequendum Cauſam*, ſub pœnâ *finalis Remiſſionis et Dimiſſionis Cauſæ*, &c. (*b*).

Pariter, *Anno integro*, poſt latam Sententiam, *elapſo*, Vocatur *Appellans*, ad *dicendum* quare *Appellatio pro deſertâ* pronunciari, *Pars altera* dimitti, *Cauſaque* remitti cum *Expenſis*, non deberet.

II. Ita ſi, *in caſu* DESERTIONIS, integer ANNUS ſit *lapſus*, a die in quo *inhibitum* fuit JUDICI *a Quo*; vel ſaltèm, a die *latæ Sententiæ*, vel *Gravaminis illati*, per JUDICEM *a Quo appellatur*; tunc licet APPELLATO vocare APPELLANTEM [niſi habuerit PROCURATOREM in Judicio] *ad comparendum* [tali die] *ad dicendum cauſam, quare prætenſa Appellatio* (*ſi quæ ſit*) *per dictum Appellantem* [a tali Sententiâ, vel a quibuſdam prætenſis Gravaminibus] *interpoſita, pro deſertâ pronunciari* [quia aliquando obtinentur INHIBITIONES, cùm non ſit omnino appellatum] *et Pars appellata dimitti, Cauſaque remitti Judici a Quo, unà cum Expenſis, non deberet.*

Fiat *ſimilis Proceſſus*, contra *non proſequentem* infra *Terminum Hominis*.

III. Hoc DECRETUM, per APPELLATUM, peti, et per JUDICEM decerni, poteſt et ſolet, *ſi* APPELLANS non *fuerit proſecutus* APPELLATIONEM, infra *Terminum* HOMINIS.

OBSERVATIONES.

(a) *Superiùs dicitur in Titulo, &c.*] Vide *Tit.* 308. §. 1, 2, 3, 4.

(b) *Sub pœnâ finalis Remiſſionis et Dimiſſionis Cauſæ, &c.*] Lege potiùs; *Sub pœnâ Remiſſionis Cauſæ Judici a Quo, et Dimiſſionis Partis appellatæ, cum Expenſis* [ut in *Tit.* 308. §. 3. in *Calce*. Vide etiam *Obs. ibid.* ſub *lit.* (c).]

TITU-

Deſertio Appellationis.

Modus procedendi.

TITULUS CCCXXII.

De modò procedendi, *cùm* APPELLANS *ſit* vocatus, *ad dicendum cauſam, quare* APPELLATIO *non deberet*, pro *deſertâ*, *declarari.*

Relato *Mandato originali*, Appellans *non comparet*; ſaltem, *cauſam* non *allegat*, ob *quam*, Appellatio *pro deſertâ* pronunciari *non deberet*;

I. EXECUTO et relato MANDATO *originali*, ſi APPELLANS non comparuerit; *vel*, comparens, *nullam cauſam* allegaverit, *ob quam*, *Appellatio ejus non deberet pronunciari pro deſertâ*; nec dederit *Libellum*; nec petierit *Terminum ad libellandum*; tunc JUDEX [petente PARTE *appellatâ*] poteſt [aut per *Sententiam in Scriptis*, aut per *Decretum Interlocutorium*] pronunciare, *Appellationem eſſe deſertam*; et *remittere Cauſam Judici a Quo*; et *dimittere Partem appellatam*; cum *Expenſis taxandis*, vel *tunc taxatis.*

Inde, pronunciatur *pro Deſertione*; remittitur *Cauſa*; Pars Appellata *cum Expenſis* dimittitur.

Sin *comparens libellaverit*, vel petierit *ad libellandum*,

Per Partem appellatam *allegranda eſt Deſertio*:

II. Si verò CITATUS comparuerit; *ac* dederit *Libellum*; vel petierit *Terminum ad libellandum*, et *ut procedatur in Cauſâ Appellationis*; APPELLATUS [*ad impediendum* LITIS *ingreſſum*] poteſt allegare, *Appellationem eſſe deſertam :*

De *Deſertione* dum *ſub Judice* Lis eſt, *ſtet Appellationis* Cauſa:

III. Et ſi aſſumpſerit, in ſe, *Onus hanc Allegationem probandi*, ſiſtendus eſt *Proceſſus*, quoad *Cauſam* APPELLATIONIS, in eventum *Probationis*, aut *non Probationis*, DESERTIONIS *hujuſmodi :*

Probatâ verò *Deſertione*, Cauſa *remittitur* cum *Expenſis*:

IV. Si verò probatum fuerit *Appellationem eſſe deſertam*; ita pronunciandum eſt; et APPELLANS eſt in *Expenſis condemnandus*, et *Cauſa* JUDICI *a* QUO *remittenda :*

Sed *non* prabatâ *Deſertione*, Obtinet *Appellans*, in Articulo *Deſertionis*, cum *Expenſis*; Datur *Libellus*, Proceditur in *Principali.*

V. Sed ſi APPELLATUS defecerit in Probatione *hujuſmodi* DESERTIONIS; APPELLANS poterit, *primò* obtinere Sententiam, *ſeu* Decretum Interlocutorium, *Appellationem* non *eſſe deſertam*; cum *Condemnatione Expenſarum*; et deinde dare *Libellum*; ac procedere in *Cauſâ* PRINCIPALI :

Forma *Proteſtationis Appellantis*, in omnibus Actis, *pernecesſariæ* [*de ejus Diligentiâ*] pendente Articulo *Deſertionis.*

VI. Proteſtetur tamen APPELLANS [in *ſingulis* actis *et* geſtis, *in dictâ Objectione* DESERTIONIS APPELLATIONIS] *de Diligentiâ ſuâ* (*a*); et *quòd eſt promptus et paratus*, *ad proſequendum Cauſam Appellationis*, *caſu quo non ſteterit*, *per Partem appellatam*, *quò minùs eandem proſequi potuiſſet.*

OBSERVATIONES.

(a) *De Diligentiâ ſuâ.*] De hujuſmodi *Proteſtatione*, Vide etiam. *Tit.* 319. §. 2. in *Calce*; necnon *Tit.* 327. §. 4.

TITU-

Deſertio Appellationis.

Allegatio.

In Articulo *Deſertionis*, Fiat, Ex *Parte Appellati*, [1] Allegatio *Deſertionis*; [2] Petitio *Remiſſionis Cauſæ*; [3] Petitio pro *Expenſis*.

Ex *alterâ Parte*, [1] *Inficiatio* Allegationis; [2] Proteſtatio *Nullitatis*; [3] Petitio *Sententia*.

Tum *aſſignatur*, ad *audiendum Voluntatem*, ſuper *Deſertione*; aliquando, *ad audiendum Sententiam* eodem die, *caſu quo* Appellatio *non* ſit *deſerta*; Hæc *Aſſignatio* quoties *iteranda*?

Si conſtiterit, *Appellationem eſſe deſertam*, [1] Ita fiat *Interlocutorium*, ſeu *Sententia*; [Forma *Interlocutorii*]

[2] *Schedula* porrigitur *Expenſarum*; [3] Fit Taxatio; [4] Decernitur *Monitio*, pro *Solutione*: De *quibus* plura.

TITULUS CCCXXIII.

De Formâ allegandi *Deſertionem* APPELLATIONIS.

I. DICET PROCURATOR PARTIS APPELLATÆ: *Ego allego Appellationem prætenſam, ex parte* N. *in hâc Cauſâ utcunque interpoſitam, eſſe deſertam* (*referendo me ad Acta hujus Curiæ, et ad Jura*) Quare *peto, primò et ante omnia, prætenſam Appellationem hujuſmodi pro deſertâ pronunciari*; *ac Cauſam remitti Judici, a Quo extitit* (*ut prætenditur*) *in hâc parte appellatum*; *unà cum Expenſis.*

II. Et tunc REUS dicet: *Ego inficior allegata per* M. [*ex parte* N.] *eſſe vera*; *ac proteſtor de Nullitate eorundem*; et *peto Sententiam ferri in Cauſâ.*

III. Tunc JUDEX aſſignabit, *ad audiendum Voluntatem ſuam ſuper* (*hujuſmodi*) *Deſertione, in proximum*; et etiam poteſt (ſi hoc ab eo petatur) eodem die aſſignare, *ad audiendum Sententiam in eundem diem, caſu quo Appellatio non ſit deſerta* (*a*); et ita *toties* aſſignare, *donec* fuerit informatus *de* ACTIS *Curiæ*, et *de* JURE:

IV. Et ſi APPELLATIO *ſit deſerta*, ita pronunciabit; aut *vivâ voce, apud Acta* [quod dicitur, *per Decretum* INTERLOCUTORIUM] vel, *per* SENTENTIAM *definitivam*:

V. Si per *Decretum* INTERLOCUTORIUM, tunc dicet: *Nos pronunciamus Appellationem, per* N. *interpoſitam, eſſe deſertam*; ac *Cauſam hujuſmodi remittimus Judici a Quo, unà cum Expenſis*; et *eandem Partem in eiſdem Expenſis condemnamus*:

VI. Et tunc, *porrectâ* SCHEDULÂ *Expenſarum*, taxabit *eaſdem*, et decernet MONITIONEM [ut inferiùs notatur, in Titulo (*b*), *De Formâ demandandi Sententiam Executioni, quando Pars Appellans abeſt.*]

OBSERVATIONES.

(a) *Caſu quo Appellatio non ſit deſerta.*] Vide *Tit.* 328. §. 4, 5, 6, 7.

(b) *In Titulo*, &c.] 331. §. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9. et *Obs. ibid.*

TITU-

Deſertio Appellationis.

TITULUS CCCXXIV.

De modo probandi *Appellationem eſſe* deſertam [*in caſu prædicto* (*a*).]

Probatio.

Quomodo probatur *Deſertio?*

I. IN hoc caſu, eſt *in omnibus* allegandum, procedendum, et probandum, ut in Titulo (*b*), *De Formâ allegandi Deſertionem Appellationis*; et in Titulo (*c*), *De Impedimentis allegandis ad impediendum Deſertionem*, &c. [§. *Sed in caſibus prædictis* (*d*).]

Probatur ex *Dato Inhibitionis*, vel *Actu Conceſſionis* ejuſdem:

II. Aliquando verò probatur DESERTIO, ex *Dato Inhibitionis*; vel, ex *primo Actu* ſuper *Conceſſione Inhibitionis*, ſi fuerat cum *Abſolutione* (*e*):

Inhibitione non *relatâ*, nec *Actu habito*,

Probatur per *Copiam Actûs Prolationis Sententiæ*,

III. Sed ſi nec *Inhibitio* ſit *relata* (*f*); nec *aliquis Actus habitus* (*g*) de *Conceſſione ejuſdem*; tunc probanda eſt *dicta Allegatio* DESERTIONIS, per *Exhibitionem Copiæ Actûs* JUDICIS a QUO, ſuper *prolatione Sententiæ definitivæ*, *ſubſcriptæ manu propriâ Regiſtrarii ejuſdem* JUDICIS (*h*):

Copiâ Actûs confeſſatâ,

Si *Deſertio* pateat, ex *Anni integri* Lapſu,

Pronunciandum eſt *pro Deſertione*.

IV. Et ſi *hic Actus* ſit *confeſſatus* per PROCURATOREM *Appellantis* [videlicet, *eſſe veram Copiam Actûs* JUDICIS *a Quo*; vel *eſſe ſubſcriptam manu propriâ Regiſtrarii* JUDICIS *ejuſdem*; et *concordare cum Originali*] et ſi, ex ipſâ Inſpectione *dicti Actûs*, conſtare poſſit JUDICI *ad* QUEM, *Annum integrum eſſe lapſum*, *a die latæ Sententiæ* [vel potiùs, *interpoſitæ Appellationis*, ſi de *aliquâ Appellatione conſtiterit*] eſt pronunciandum *et* decernendum, *in omnibus*, ut in Titulo (*i*) præcedenti.

Objectio *Deſertionis*

Omitti poteſt,

V. Sed nota; Quòd quámvis APPELLATUS vocaverit APPELLANTEM (ut (*l*) ſuprà) *ad dicendum cauſam quare Appellatio non deberet declarari pro deſertâ*; et, pro certo, ſciverit *Appellationem eſſe deſertam*; poterit tamen omittere *hanc Objectionem* DESERTIONIS, et permittere APPELLANTEM dare *Libellum*, et procedere *in*

OBSERVATIONES.

(a) *In caſu prædicto.*] Scilicet, cùm *Appellans* ſit vocatus, *ad dicendum Cauſam, quare Appellatio non deberet, pro deſertâ, declarari*, de quo *ſuprà dictum eſt*, in *Tit.* 322.

(b) *Ut in Titulo*, &c.] 323.

(c) *Et in Titulo*, &c.] 326.

(d) §. *Sed in caſibus prædictis.*] Vide *Tit.* 326. §. 6, 7, 8, 9]

(e) *Si fuerat cum Abſolutione.*] Imò, ſi conceſſa fuerit *Inhibitio*, ſine *Abſolutione*: ACTUS enim hodie, nobiſcum, expeditur, *coram Judice*, vel *ejus Surrogato*, præſente *Notario Publico*, ſuper *Conceſſione omnium Inhibitionum.* Vide *Obs.* in *Tit.* 311. ſub *lit.* (b).

(f) *Si nec Inhibitio ſit relata.*] "Nam aliquando *Procurator Appellantis* urgetur, *ad libellandum*, cum *Inhibitio* ſit *penes ejus Clientem*, in partibus. [*MS. Antiq.*]

(g) *Nec aliquis Actus habitus*] Vide *Obſervationes*, *e ſiniſtrâ notatas*, ſub *literâ* (*e*).

(h) *Subſcriptæ manu propriâ Regiſtrarii ejuſdem Judicis.*] Additur in *MS.* Et *collatæ* cum *Originali.*

(i) *Ut in Titulo*, &c.] Vide *Tit.* 322. §. 4, 5. necnon *Tit.* 323. §. 4, 5, 6.

(l) *Ut ſuprà.*] In *Tit.* 321. §. 2, 3.

Uſque Proceſſum Judicis a Quo tranſmiſſum:

in Cauſâ, donec *tranſmiſſus fuerit Proceſſus* JUDICIS a QUO, et deinde allegare DESERTIONEM *Appellationis.*

Liquet non rarò *prodeſt:*

VI. Et aliquando *expedit* APPELLATO abſtinere a *Propoſitione* DESERTIONIS *Appellationis*, donec *Proceſſus fuerit tranſmiſſus:*

Antequam enim *Appellatio*, vel *Inhibitio*, penes *Regiſtrum*, extent,

VII. Nam ſi appellatur *extrajudicialiter*, coram NOTARIO *in Scriptis*, ita ut nec *ipſa Appellatio*, nec *Inhibitio* JUDICIS [quia remanet cum APPELLANTE, et non ſit *judicialiter relata*] apud *Regiſtrum exiſtant*, quomodo poſſit DESERTIO *probari?*

Vide Proceſſum.

VIII. *Probatur* igitur facilè, *ex Inſpectione Proceſſûs* JUDICIS *a* QUO.

Allegatâ *Deſertione*, quomodo *Impedimenta Proſecutionis Appellationis* ſint alleganda?

IX. Et ſi, in hoc caſu, APPELLATUS allegaverit DESERTIONEM, ſi intercesſerint IMPEDIMENTA, quò minùs APPELLANS *non fuerit proſecutus* hujuſmodi APPELLATIONEM, iſta IMPEDIMENTA allegari poſſunt [ut in Titulo (*m*), *De Impedimentis allegandis*, &c. et, *De cauſis quibuſdam* (*n*) *quæ impediunt Deſertionem.*]

Deſertionem allegare fas eſt, *quæ fit*, in *non proſequendo* infra *Terminum Juris*;

X. Et quemadmodum APPELLATUS poteſt allegare DESERTIONEM *Appellationis*, in non *proſequendo Appellationem*, infra *Terminum* JURIS;

Deſertionem allegare *licet*, *quæ fit*, in *non proſequendo* infra *Terminum Hominis:*

XI. Ita etiam poteſt DESERTIONEM allegare, *propter* non *proſecutam Appellationem*, infra *Terminum datum* per JUDICEM *a* QUO:

Pariter, *Impedimenta*, in *utroque caſu*, alleganda ſunt.

XII. Et ſimiliter, APPELLANS [in *utroque caſu hujuſmodi*] poterit IMPEDIMENTA *prædicta* allegare.

OBSERVATIONES.

(m) *Ut in Titulo*, &c.] 326. *per totum*. (n) *De Cauſis quibuſdam*, &c.] Vide *Tit.* 325.

Deſertionis Impedimenta.

Terminus Juris.

TITULUS CCCXXV.

De cauſis quibuſdam quæ impediunt Deſertionem, *in non proſequendo Appellationem* infra *Terminum* JURIS.

Deſertionem, in *non proſequendo* infra *Terminum Juris*, impedientia:

[1] *Pars Appellata* non *comparet*, *aliquandum pro excommunicatâ* denunciatur:

Impedimentum eſt.

I. SI PARS APPELLATA fuerit citata, *ad reſpondendum* APPELLANTI *in Cauſâ Appellationis*, et tamen, neque *per* SE, nec *per* PROCURATOREM, comparuerit, et ſi APPELLANS [utendo Diligentiâ ſuâ] curaverit *eam excommunicari, et denunciari*; eſt *legitimum* IMPEDIMENTUM; ſaltèm *pro tanto* tempore, *quo* PARS *Appellata* ſteterit *Excommunicata*.

II. Si

II. Si PARS APPELLATA *aliquam Materiam* allegaverit *contrariam*, vel *exceptivam*, non *admittendam*; vel forſan *admittendam et admiſſam*, et tamen differt Litem *circa Probationem ejuſdem*, et *nihil probat*; eſt *legitimum* IMPEDIMENTUM: [2] *Pars Appellata* differt Litem, *per Allegationem frivolam*, et *nil* probat; *Impedimentum* eſt:

III. [Quia, pendente DILATIONE datâ *ad probandum*, APPELLANS nihil petere potuit, *ad obtinendum Concluſionem*.] Ratio.

IV. Item, ſi PROCURATOR *Appellantis* dederit *Materiam concludentem*, et *de Jure admittendam*, et tamen PARS *Appellata* ita inſtat *contra Admiſſonem ejuſdem*, ut *eam Admiſſionem impediat*, ſi poſtea *illa materia admiſſa fuerit*, et *probata*; eſt IMPEDIMENTUM, pro *tanto* tempore quo *Admiſſio impedita fuit*, computando *a die datæ Materiæ*. [3] Dat *Appellans* Allegationem *concludentem*, *Obſtat* aliquandiu *Adverſarius* Admiſſioni: *Impedimentum* eſt.

V. Item, ſi APPELLANS *ſit ita Pauper*, ut non poſſit *proſequi* et *finire Cauſam*; probatâ *Paupertate*, eſt in *Secundum* ANNUM *reſtituendus*: [4] *Summâ* probatâ *Paupertate*, Datur *Secundum Fatale*:

VI. [Limita tamen *hanc* RESTITUTIONEM, ut infrà, in Titulo (*a*), *In quo caſu datur ſecundus Annus, ad proſequendum et finiendum Appellationem*]. Limitatio.

VII. Item, ſi APPELLANS *fuerit Incarceratus*, toto ANNO *Primo*, vel *tanto* tempore *ejuſdem* ANNI, ut non potuit *finire hujuſmodi Appellationem*; (*b*) eſt *juſtum* IMPEDIMENTUM. [5] *Deſertionem* impedit *Incarceratio*,

VIII. Item, ſi per *communem Peſtem*, vel *aliud Impedimentum a* DEO, vel *ex Mandato* PRINCIPIS, *proveniens*, impeditur APPELLANS, quò minùs potuit *proſequi Cauſam*; eſt *juſtum* IMPEDIMENTUM. [6] *Peſtis*, [7] *Dei* Digitus, [8] Mandatum *Principis*.

IX. Item, ſi APPELLANS curaverit, *debitis loco et tempore*, *Judicem a Quo et ejus Regiſtrarium* moneri, *ad tranſmittendum Proceſſum*; et, in *die Tranſmiſſionis*, (*c*) accuſaverit *eorum Contumacias*; et inſtiterit *ut excommunicentur*; et porrexerit *Schedulam Excommunicationis*, et *eam legi* petierit, et *Juſtitiam miniſtrari*; *et Judex*, *ad Quem*, non curaverit, *Judicem*, *a Quo*, et *ejus Regiſtrarium* excommunicare; *ſed* (*de die in diem*) reſervaverit *eorum Contumacias*; per quod ſtetit, *quò minùs Proceſſus fuerit tranſmiſſus*; dicitur *legitimum* IMPEDIMENTUM; [9] Impedit *Dilatio Tranſmiſſionis Proceſſûs Judicis a Quo*, poſt *accuſatam Contumaciam*, et *Excommunicationem*, in *non* tranſmittendo, *petitam*;

X. [Nam non *tranſmiſſo Proceſſu*, APPELLANS non poteſt *proſequi Cauſam*.] Ratio.

XI. Caveat

OBSERVATIONES.

(a) *Ut infra in Titulo*, &c.] 329. *per totum*.

(b) *Ut non potuit finire hujuſmodi Appellationem*.] Legitur in *MSS*. "Ut, *in reliquo*, non "poterit finire Appellationem.

(c) *Et in die Tranſmiſſionis*.] Lege potiùs; *Et in die*, *pro Tranſmiſſione Proceſſûs*, *aſſignato*.

Cautela, ne, *ad Petitionem Appellantis*, reſervetur, *Pœna Contumaciæ* in *non* tranſmittendo *Proceſſum*.

XI. Caveat PROCURATOR (*d*) *Appellantis*, in hoc caſu, RESERVATIONIS *Contumaciæ in* non *tranſmittendo Proceſſum*, ne ſcribatur, in ACTIS hujuſmodi, *hanc* RESERVATIONEM *factam fuiſſe* ad *ejus* PETITIONEM (*e*).

[10] *Cauſa ſtetit*, in ultimâ parte *Anni*, uſque finem, *ſub Tractatu Pacis*, vel *ad Arbitros relata*:

XII. Si in *ultimâ parte* ANNI [videlicet, per *tres*, ſeu *duos Menſes*, contingentes *in Fine* dicti ANNI] mutuo PARTIUM conſenſu, *Cauſa fuerit Compromiſſa*, vel *ad Arbitros relata*, et PARTES ad invicem obligatæ fuerint, *vel* promiſerint verbo tenus, *quòd* (*durante iſto Compromiſſo*) *Proceſſus ſiſteretur*; vel *de ſtando hujuſmodi Arbitramento*; et hoc *Arbitramentum duraverit*, uſque *in Finem ejuſdem* ANNI (*f*); datur *Secundus* ANNUS.

Datur *ſecundum Fatale*.

Occurrentibus *Impedimentis* in *Secundo*, petitur etiam *tertium Fatale*;

XIII. Si *præmiſſa*, vel *aliqua alia legitima* IMPEDIMENTA contigerint, in *Secundo* ANNO; PARS *Appellans* tenetur petere RESTITUTIONEM *Tertii* ANNI (*g*):

Sed de *Jure* non datur, *Ope verò Reſtitutionis*:

XIV. Nam *non* datur, *de* JURE, *Tertius* ANNUS; ſed gaudebit APPELLANS beneficio *ipſius Tertii* ANNI, *ope* RESTITUTIONIS;

Quo *tertio*, ſumma *eſt adhibenda* Diligentia.

XV. Et APPELLANS, in iſto *Tertio* ANNO, uti debet *ſummâ Diligentiâ* in *Proſecutione* APPELLATIONIS.

OBSERVATIONES.

(d) *Caveat Procurator*, &c.] Varia Lectio hujus Sectionis, in nonnullis *MSS*. talis eſt;

" Caveat *igitur* Procurator Appellantis, *ut in-* " *ſcribatur* in Actis, *Pœnæ Reſervationem* non " *conceſſam eſſe* ad ejus *Petitionem*.

(e) *Petitionem*.] De Proteſtatione neceſſariâ, faciendâ per *Appellantem*, cùm *aliquod* contingit *Impedimentum*; Vide *Tit*. 327. *per totum*, et *Obs. ibid.* ſub *lit*. (a).

(f) *Et hoc Arbitramentum duraverit, uſque in Finem ejuſdem Anni*.] Varia Lectio talis eſt, in *MSS*.

" Et hoc Arbitramentum *ita* duraverit, *vel* " *ſaltèm Cauſa ſtetit in dicto Compromiſſo, in ul-* " *timâ parte primi Anni*, uſque in finem ejuſ- " dem Anni.

(g) *Reſtitutionem Tertii Anni*.] Vide *Obs*. in *Tit*. 319. ſub *lit*. (a)

Deſertionis Impedimenta.

Terminus Hominis.

TITULUS CCCXXVI.

De Impedimentis allegandis, ad impediendum Deſertionem, *in non proſequendo Appellationem* infra *Terminum* HOMINIS.

Deſertionem, infra *Terminum Hominis*, impedientia;

I. IN iſto caſu DESERTIONIS *Appellationis*, IMPEDIMENTA poſſunt allegari, *quò minùs non proſecuta fuit Appellatio* infra *Terminum* HOMINIS [id eſt, JUDICIS *a Quo*] ut in caſu *non proſecutionis* infra *Terminum* JURIS, de *quibus* in proximo præcedenti Titulo tractatur *ſpecificè*, et etiam *cauſæ ſequentes*, iſtis *cauſis* addi poſſunt, videlicet:

II. *Arreptio*

II. *Arreptio Itineris*, per APPELLANTEM, *a loco Judicii primi* JUDICIS, ad *locum* ſive *Conſiſtorium* JUDICIS *ad Quem* [ſi ab invicem, *per* CENTUM *milliaria*, diſtent] *ad finem obtinendi* INHIBITIONEM ante diem ad *proſequendum*; dicitur PROSECUTIO, et *impedit* DESERTIONEM.

[1] Impedit *Itineris longitudo*, a loco *Judicii*.

III. Similiter, ſi APPELLANS *a Curiis* REVERENDISSIMI, infra Terminum *ad proſequendum*; adhibuit *Diligentiam*, ad obtinendum *Commiſſionem* REGIAM *Appellationis*, et *Dominus* CANCELLARIUS non potuit vacare *ſigillationi* COMMISSIONIS; dicitur PROSECUTIO *Appellationis*; etiam quámvis COMMISSIO gerit *Datum*, poſt *lapſum diem* datum *ad proſequendum*.

[2] Siquando *Dominus Cancellarius* non vacaverit *Sigillationi Commiſſionis*, Etſi proinde *Commiſſio* gerat *Datum*, poſt *diem* lapſum *ad proſequendum*, Dicitur *Proſecutio*.

IV. Similiter, in caſibus in quibus appellatur *ad Curias* REVERENDISSIMI, ſi ſtat *per Judicem ad Quem*, quò minùs INHIBITIO *datur*, vel *ſigilletur*; dicitur *debita* PROSECUTIO; ſi hæc fiant *ante* diem aſſignatum, *ad proſequendum Appellationem*: Vel, ſi *oblata fuerit* INHIBITIO, *infra*, ſeu *ante* Lapſum Termini, *ad proſequendum*.

[3] Quòd *ſtetit*, per *Judicem ad Quem*, quò minùs *Inhibitio concedatur*; Dicitur *Proſecutio*.

V. Si APPELLANS, ante diem datum *ad proſequendum Appellationem*, adiverit *Judicem a Quo*, vel *ejus Regiſtrarium*, pro *Copiâ Sententiæ*, vel *Copiis Actorum Curiæ* [ad effectum proſequendi Appellationem] et [*hujuſmodi Copiæ*] ſibi *denegentur*, vel ſaltèm *Traditio earundem* ita *differatur*, ut *interim lapſus ſit* dies, *ſeu* Terminus datus *ad proſequendum*; dicitur *juſtum* IMPEDIMENTUM.

[4] *Denegatio Copiæ ſententiæ*, vel *Actorum Curiæ*, uſque *Lapſum* Termini *ad proſequendum*, Impedit *Deſertionem*.

VI. Sed in *caſibus prædictis*, neceſſarium eſt, ut APPELLANS, ante *Concluſionem in Cauſâ* (*a*), præmiſſa IMPEDIMENTA alleget, *et* probet;

Impedimenta, ex Actis non *apparentia*, ſunt *ante* Concluſionem *alleganda* et *probanda*;

VII. Quia PRÆSUMPTIO *eſt* contra *eum*:

Ratio.

VIII. Nam, poſt *Concluſionem in Cauſâ* (*b*), IMPEDIMENTA non poſſunt allegari; niſi, *ea quæ conſtant ex* ACTIS:

Impedimenta, ex Actis *apparentia*, poſt Concluſionem *alleganda* ſint.

IX. Nam, ſufficit PARTI *appellatæ*, oſtendere *diem* PROLATIONIS *Sententiæ*; et ACTUM *ſuper Aſſignatione ad proſequendum*; et deinde *diem Datæ* INHIBITIONIS; (*c*) ex *quibus* evidenter apparebit, *deſertam eſſe* APPELLATIONEM, in *non proſequendo eandem*, infra *Terminum* HOMINIS.

Modus *probandi*, ex Actis, *Deſertionem* infra *Terminum Hominis*.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) (b) 1 *Concluſionem in Cauſâ*.] Quòd Impedimenta, *ex ipſo Proceſſu non apparentia*, allegari debent et probari, *ante Concluſionem in Cauſâ*; Vide *Tit.* 328. §. 1, 2.

2 Quænam, in hoc caſu, inducunt Concluſionem, Vide *Tit.* 328. §. 3. necnon *Tit.* 118. §. 6.

(c) *Et deinde diem datæ Inhibitionis.*] Additur in *MS.* " Et *Commiſſionis Regiæ.*

Deſertionis Impedimenta.

TITULUS CCCXXVII.

Proteſtatio.

De PROTESTATIONE *neceſſariâ, faciendâ* per APPELLANTEM, cùm *aliquod contingit* IMPEDIMENTUM.

Impedimentum, a *Parte,* vel a *Judice,*

I. COMMUNITER tenent JURISPERITI, quòd etiamſi datur IMPEDIMENTUM per ADVERSARIUM, vel per JUDICEM *a Quo*, quò minùs *finiatur* Cauſa, *infra Primum Fatale*;

Vel *utcunque*, interveniens,

II. Vel, ſi *quodcunque aliud* IMPEDIMENTUM *legitimum interceſſerit*, quò minùs APPELLANS poſſit, vel *non* teneatur, *procedere* in Cauſâ;

Proteſtationem exigit *Appellantis:*

III. Tamen *neceſſè* eſſe [ſaltèm *tutum*] ut APPELLANS [in *ſingulis* ACTIS, in *quibus* apparet *iſta* IMPEDIMENTA *interveniſſe*] de eo *proteſtetur* [præſertim *ſi* IMPEDIMENTUM fuerit per JUDICEM, vel per aliam quamcunque PERSONAM *Tertiam*] dicendo:

Formula *Proteſtationis* hujuſmodi *de Diligentiâ.*

IV. *Ego proteſtor, quòd* (*a*) *non ſtetit, ſtat, neque ſtabit, per me, aut Partem meam, quò minùs hæc Cauſa finiatur, infra tempus, de Jure, indultum; ſed quòd ſtat per Partem adverſam* [vel *per* JUDICEM, aut *dictam Tertiam* PERSONAM] *quò minùs finiatur.*

OBSERVATIONES.

(a) *Ego proteſtor, quòd,* &c.] Vide ſimilem *Proteſtationem* in *Tit.* 319. §. 2. in *Calce*; necnon in *Tit.* 322. §. 6.

Deſertionis Impedimenta.

TITULUS CCCXXVIII.

Allegatio.

Quòd IMPEDIMENTA *Proſecutionis Appellationis* [infra *Terminum* HOMINIS, vel *Terminum* JURIS] *debent allegari*, ante *Concluſionem in Cauſâ.*

Impedimenta Proſecutionis *Appellationis* allegari debent, *ante Concluſionem,*

I. SI IMPEDIMENTA *Proſecutionis Appellationis* infra *Terminum* HOMINIS, vel *Terminum* JURIS, non conſtiterint *ex ipſis* ACTIS JUDICIS *ad Quem*, cauti PROCURATORIS eſt, *illa* IMPEDIMENTA allegare, *ante Concluſionem in Cauſâ* (*a*).

Nempe, *non apparentia*

II. Nam adjudicatum obtinui, PARTEM *appellantem* non admittendam eſſe, *poſt Concluſionem in Cauſâ* (*b*), ad allegandum IMPEDIMENTA

OBSERVATIONES.

(a) (b) *Concluſionem in Cauſâ.*] Quòd Impedimenta, *ex Proceſſu non apparentia*, allegari debent et probari, *ante Concluſionem in Cauſâ*; Vide *Tit.* 326. §. 6, 7, 8, 9.

DIMENTA *Proſecutionis Appellationis*, non apparentia *ex ipſo* PROCESSU.

e Proceſſu Judicis a Quo.

III. Similiter, ſi APPELLATUS allegaverit, *Appellationem fuiſſe deſertam*; et JUDEX aſſignaverit, bis, *ad audiendum ejus Voluntatem*, (*c*) an *Appellatio fuerit deſerta*; [quia, *per has duas* ASSIGNATIONES, dicitur et tenetur, *ſuper illo* ARTICULO DESERTIONIS *eſſe concluſum*] non admittitur poſtea *Probatio* IMPEDIMENTI *per* TESTES; quámvis *non* fuerit *concluſum* in *Cauſâ* PRINCIPALI, ſeu APPELLATIONIS:

Aſſignatio *bis facta* (ſimpliciter) *ad audiendum Voluntatem ſuper Deſertione*, inducit *Concluſionem*, quoad *Articulum Deſertionis*;

IV. Sed hìc notandum eſt; Quòd licèt fuerit allegatum per APPELLATUM [id eſt, per PARTEM *contra quam* interpoſita fuit APPELLATIO] *quòd Appellatio ſit deſerta*; et APPELLANS [hanc Allegationem *inficians*] petierit, *ad audiendum Sententiam*; et JUDEX aſſignaverit, *ad audiendum Sententiam*, CASU QUO *Appellatio non fuerit deſerta*; et ita *bis*, aut *ſæpius* aſſignaverit (*d*);

Sin aſſignatur *bis* (imò *ſæpius*) *ad audiendum ſententiam*, caſu quo *Appellatio* non *fuerit deſerta*,

V. In iſto caſu, APPELLANS [non obſtantibus *his* ASSIGNATIONIBUS] poterit allegare, et probare, *cauſas* IMPEDIMENTI, non apparentes *ex ipſo* PROCESSU:

Si ſit *ita* ſanè, *allegand*a et *probanda* ſint *Impedimenta*, e Proceſſu *non apparentia*:

VI. Ratio eſt; Quia *prædictæ* ASSIGNATIONIS, *ad audiendum Sententiam*, non fuerunt *Simplices*, ſed *Conditionales*; nempe, CASU QUO *Appellatio non fuerit deſerta*:

Ratio, Non aſſignatum eſt *ſimpliciter*, Sed *conditionaliter* [caſu quo]

VII. Sed, in *his caſibus*, conſule *Peritos* ADVOCATOS; Ego tamen, *quod vidi, et obtinui, ſcripſi*.

Ita fuit *adjudicatum*.

OBSERVATIONES.

(c) *Bis, ad audiendum ejus Voluntatem.*] Vide *Tit.* 118. §. 6.

(d) *Et ita bis, aut ſæpius aſſignaverit.*] Vide de hoc, in *Tit.* 323. §. 3.

Admiſſio in *ſecundum Fatale*.

TITULUS CCCXXIX.

In quo caſu datur *Secundus* ANNUS, ad *proſequendum* et *finiendum* APPELLATIONEM (*a*).

Annus Secundus integer.

I. SI APPELLANS fuerit NEGLIGENS, in *Primâ* et *Secundâ parte* ANNI, et tamen DILIGENS in *Tertiâ parte*, in *quâ* reſtabat *tantum temporis ſpatium*, intra *quod* potuiſſet *ejus Appellatio finiri*,

Priùs *negligens*, atqui deinde (ſcilicet) in *tertiâ* parte, *Anni* primi, *Diligens*

OBSERVATIONES.

(a) *Datur ſecundus Annus, ad proſequendum et finiendum Appellationem.*] Vide, de hoc in *Tit.* 319. *et* inter *Obs. ibid.* ſub. *lit.* (a). Lege etiam Titulos (hucuſque) ſequentes, *De Deſertione Appellationis.*

Tum autem *impeditus*, Admittitur *in totum* Secundum *Annum*,

finiri, niſi *intervenisſet* IMPEDIMENTUM, per QUOD ita *impeditus fuit*, quò minùs potuit *finire Cauſam*; eſt reſtituendus *in* totum *Secundum* ANNUM (*b*);

Ipſo *Jure*:

II. Seu potiùs [*probato* IMPEDIMENTO] *ipſo* JURE, *Secundus* ANNUS datur:

Modò conſtiterit *de Diligentiâ* (in dictâ tertiâ parte Anni) *ſatis adhibitâ*.

III. Dummodo, *ex* ACTIS, *poſſit* conſtare APPELLANTEM *adhibuiſſe ſuam* DILIGENTIAM, *ad proſequendum, et finiendum Appellationem, in dictâ Tertiâ parte* ANNI, *ſi hujuſmodi* IMPEDIMENTUM *non intervenisſet.*

Alii volunt, *integrum Annum ſecundum* (in hoc caſu) *non debere*; ſed in *tantum* ſolummodo, *quantum* impeditus erat *Appellans*.

IV. Tenent tamen *aliqui*, quod, etiam *iſto* IMPEDIMENTO contingente *in Fine* ANNI, integrum *Secundum* ANNUM *non* eſſe dandum; *ſed* tantum tempus *Secundi* ANNI, *per* quantum APPELLANS *impeditus fuit* in *Primo* ANNO.

OBSERVATIONES.

(b) *In totum ſecundum Annum*] Vide *Lynd.* de *Appellationibus*, c. 1. in *Gl.* ſuper verbo, *Proſecuta*.

Admiſſio in *Secundum Fatale.*

Pars Anni Secundi.

TITULUS CCCXXX.

Quando, et in quo caſu, APPELLANS *non eſt* reſtituendus, *niſi in* partem *Secundi* ANNI.

Priùs *Diligens* (interim autem *accidit impedimentum* et *illico ceſſat*) poſtea verò (ſcilicet) in *tertiâ* parte *Anni* primi *negligens*, Admittitur in *tantum temporis* Anni *Secundi*, per *quantum* impeditus erat in *primo*: *Tempus* (in hoc caſu) *quomodo calculatur*?

I. SI APPELLANS fuerit DILIGENS (*a*) in *Primâ*, vel *Secundâ parte* ANNI, et tunc *intervenerit* IMPEDIMENTUM, et tamen [*ceſſante* illo IMPEDIMENTO] ſupererat *tantum temporis* ANNI, in *quo* potuiſſet, ſi fuiſſet DILIGENS, *finire Appellationem*; tunc *non* dandus eſt *Secundus* ANNUS; ſed APPELLANS eſt reſtituendus, *in* tantum tempus *Secundi* ANNI, quantum fuerat impeditus, *in Primo Anno*:

II. Et ſic facienda eſt *Comparatio unius* ANNI, ex diebus *Secundi* ANNI (*b*):

III. Hanc

OBSERVATIONES.

(a) *Diligens.*] In nonnullis *MSS.* legitur, *Negligens.*

(b) *Et ſic facienda eſt Comparatio unius Anni, ex diebus ſecundi Anni:*] Varia Lectio talis eſt, in *MS.*
" Et ſic facienda eſt *Computatio* unius Anni,
" ex diebus Secundi Anni, *pro impeditis diebus*
" *Anni primi.*

III. Hanc RESTITUTIONEM, ſeu potiùs COMPUTATIONEM, dierum *Secundi* ANNI, pro impeditis diebus *Primi* ANNI, vidi obtentam, *in Judicio contradictorio*, ante aliquot annos elapſos:

(Scilicet) Fiat Reſtitutio *dierum* Anni *Secundi*, pro *diebus impeditis* in Anno *primo*. Caſus hic adjudicatus.

IV. Sed nunc *moderni* DOCTORES tenent contrariam Sententiam (videlicet) *nullum* tempus *Secundi* ANNI eſſe dandum, *pro* IMPEDIMENTO contingente *in Primâ*, ſeu *Secundâ parte* ANNI *Primi*, ſi, poſt *hujuſmodi* IMPEDIMENTUM, reſtabat *ſufficiens* tempus *dicti Primi* ANNI, ad *finiendum Appellationem*, ſi APPELLANS *fuiſſet* DILIGENS:

Diverſa *Opinio*, DD. (nempe) Nulla *dies* Anni *Secundi* danda eſt, *pro Impedimento* ante *tertiam partem* Anni *primi*; ubi reſtitit, in *eâ tertiâ parte*, tempus *ſufficiens* (adhibitâ Diligentiâ) *ad finiendum Appellationem*: [Quære igitur, *de hoc*].

V. Conſule igitur JURISPERITOS in hâc Cauſâ RESTITUTIONIS, ſeu DESERTIONIS.

VI. TEMPUS verò *ſufficiens*, ad *proſequendum ſeu finiendum Appellationem*, dicitur eſſe MENSIS:

Tempus *ſufficiens* (*ad finiendum Appellationem*) dicitur *menſis*:

VII. Tenent tamen *aliqui*, quòd deſignare *quantum* temporis *ſufficiat*, in JUDICIS *Arbitrio* poſitum ſit.

Alii volunt, *dare quantum ſibi videtur ſufficiens*, eſſe in *Judicis* Poteſtate.

Executio rei judicatæ.

Sors principalis et Expenſæ.

TITULUS CCCXXXI.

De Formâ demandandi SENTENTIAM *Executioni* (*a*), quando PARS *Appellans* abeſt.

Forma *relationis Mandati* ſuper Demandatione *Sententiæ Executioni*, et Taxatione *Expenſarum*.

I. DICET PROCURATOR, qui obtinuit SENTENTIAM: *Exhibeo Mandatum veſtrum originale, unà cum Certificatorio, in dorſo ejuſdem* [hoc eſt Mandatum prædictum (*b*), ad dicendum cauſam, quare Sententia non deberet Executioni demandari] *et accuſo Contumaciam* O *citati, ad comparendum iſtis die et loco* (*ad dicendum cauſam, quare Sententia, aliàs contra eum lata, non debeat Executioni demandari, et Expenſæ Litis, ex Parte meâ in hac Cauſâ factæ, taxari, non debeant*) *et non comparentis, nec aliquam cauſam allegantis, ob quam non debeat Executioni demandari:* Quare *peto eum reputari Contumacem*; et (*in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi*) *Sententiam, aliàs per* DOMINATIONEM VESTRAM, *latam, Executioni demandari, et Expenſas prædictas taxari:*

Petitur (in pœnam Contumaciæ) ut *Sententia* demandetur *Executioni*, et taxentur Expenſæ.

II. Tunc

OBSERVATIONES.

(a) *De Formâ demandandi Sententiam Executioni.*] De Executione rei judicatæ, Vide *Tit.* 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 148, 191, 192, 208, 209, 210, 211, 212, 221, 268.

(b) *Hoc eſt, mandatum prædictum.*] De quo, ſcilicet, ſuprà fit mentio, in *Tit.* 130. §. 3, 4. Vide verò, de hoc, inter *Obſ*, in *Tit.* 268. ſub *lit.* (a) (f)

Forma demandandi Sententiam Executioni, per Judicem.

II. Tunc JUDEX [factâ PRÆCONIZATIONE, trinâ vice, pro PARTE *Appellante*, eâque *non comparente*] dicet: *Pronunciamus ipſam Contumacem*, et (*in pœnam Contumaciæ ſuæ hujuſmodi*) *demandamus Sententiam prædictam Executioni*:

Porrectio *Schedulæ Expenſarum*:

III. Et tunc VICTOR dabit JUDICI SCHEDULAM *Expenſarum* totius LITIS, et [in pœnam *Contumaciæ* PARTIS *Appellantis*, ut præfertur, *citatæ*, *præconizatæ*, et pro *Contumace reputatæ*, et *non comparentis*] petet *illas taxari*:

Petitio *Taxationis*:

Forma *Taxationis*, per *Judicem*:

IV. Et tunc JUDEX pronunciabit et decernet, *ut petitur*; ac in *calce* ſeu fine *ejuſdem* SCHEDULÆ *porrectæ*, ſic ſcribet: TAXAMUS *ad* talem *Summam* (*c*); ac apponet ejus manum.

Juramentum, de *Erogatione neceſſariâ*.

V. Deinde PARS *ipſa*, aut *ejus* PROCURATOR, præſtare debet JURAMENTUM (*d*) ſuper *hujuſmodi* TAXATIONE; videlicet, *Quòd ipſe expoſuit, et expoſiturus eſt, neceſſariò, Summam taxatam* (*e*).

[De *hoc Juramento* quæritur.]

VI. [Quámvis uſu ſit receptum, *in iſto caſu* TAXATIONIS, quòd PETENS juret, *quòd expoſuit, et expoſiturus eſt*; Quære tamen, utrùm PARS teneatur jurare, expreſſè, *de Expoſitis tantùm* et non *de Expoſituris*].

Petitur *Monitio*, pro *Solutione Expenſarum*, et *Sortis principalis*.

VII. Et deinde, concedenda eſt MONITIO, *ad ſolvendum Expenſas hujuſmodi, et Rem judicatam*, ſeu *Sortem principalem* (*f*) *adjudicatam* [*Decimas*, vel *Legata*] hâc præcedente PETITIONE:

VIII. DOMINE JUDEX, *placebit decernere* APPELLANTEM *monendum fore, ad ſolvendum Parti meæ, tam Sortem principalem, quàm Expenſas prædictas taxatas, erga* [talem] *diem*, ſeu [tale] *Feſtum*; vel *citandum, ad perſonaliter comparendum, coràm Vobis* [tali] *die, ſeipſum* (*propter ſuam Contumaciam, in non ſolvendo Sortem principalem, et Expenſas antedictas*) *excommunicari viſurum* (*g*):

Die præſtituto,

Aliquin, ut emaneat *Citatio*:

Annuit *Judex*:

IX. Tunc Judex: *Decernimus:* conſtituendo *diem Solutionis*, et *Comparitionis*.

Petenda eſt *Monitio*, pro *Sorte principali*, poſt *Pronunciationem* pro *Juriſdictione*;

X. Sed nota; Quòd *hæc* MONITIO, *ad ſolvendum Sortem principalem*, eſt petenda, quando JUDEX *Appellationis* pronunciavit *pro* JURISDICTIONE *ſuâ*, et proceſſit *in Cauſâ* PRINCIPALI:

XI. Nam

OBSERVATIONES.

(c) *Ad talem Summam.*] Frequentiùs etiam additur; *præter ſeoda Monitionis, ad ſolvendum Expenſas taxatas.*

(d) 1 *Præſtare debet Juramentum.*] "Abſ-"que hoc *Juramento*, Taxatio nulla eſt [*MS.*]

2 Quando, ſuper *Taxatione Expenſarum*, non requiritur, nec præſtari ſolet *Juramentum*; Vide *Tit.* 53. §. 4, 7. et *Tit.* 56. §. 3, 4.

(e) *Summam taxatam.*] Forma hujuſmodi Juramenti *Procuratoris*, talis eſt.

Facio fidem, Partem meam expoſuiſſe, et expoſituram eſſe, Summam taxatam neceſſariò.

(f) *Seu Sortem principalem*] Sors appellatur principalis, *ipſa* pecuniarum *Summa*, ſeu *Res*, de quâ *Lis* inſtituta fuit.

(g) *Excommunicari viſurum.*] Modò verò agitur per viam Excommunicationis, quæ decernitur, *exnunc* prout *extunc* et *extunc* prout *exnunc*; ſcilicet, *Summâ taxatâ*, infra tempus deſignatum, *non Solutâ*. Vide, de hoc, *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (c) et *Obs.* in *Tit.* 268. ſub *lit.* (a)

XI. Nam ſi aliàs, SENTENTIA fuerit *confirmatoria* primæ SENTENTIÆ, et Cauſa eſt JUDICI *a Quo* remittenda: Ratio:

XII. Quia tunc, JUDEX, *Appellationis* non eſt JUDEX, quoad *Cauſam* PRINCIPALEM; ſed tantùm *quoad* EXPENSAS *prædictas*. Rationis Elucidatio.

XIII. Similiter nota; Quòd, ex cauſâ, JUDEX poteſt, ſtatuere *ſeparatos dies* SOLUTIONIS (*h*), tam SORTIS *principalis*, quàm EXPENSARUM. Aliquando *ſeparales* aſſignantur *dies Solutionis*.

OBSERVATIONES.

(h) *Judex poteſt ſtatuere ſeparatos dies Solutionis.*] Et ita communiter ſolet; ſi aut *Sors principalis*, *aut Expenſæ Litis* extendunt *ad magnam Summam*.

Sententia remiſſoria.

TITULUS CCCXXXII.

De Tenore SENTENTIÆ REMISSORIÆ; cum CONDEMNATIONE et TAXATIONE EXPENSARUM, et EXCOMMUNICATIONE in *eâdem*, ſi PARS *monita* non curaverit *eaſdem ſolvere*.

Expenſæ.

Cadit *Appellans in Cauſâ*, [1] Propter *Proceſſum non tranſmiſſum*; [2] Propter *Deſertionem Appellationis*: Pronunciabitur [1] *Hunc defeciſſe*, in probatione Libelli; [2] *Malè* fuiſſe appellatum; [3] *Benè* proceſſum (tranſmiſſo proceſſu, ſecùs non; Ratio.) [4] *Remittitur* Cauſa; [5] Fit *Condemnatio* in Expenſis; [6] *Taxatio*;

I. SI APPELLANS ſuccumbat in Cauſâ, *ſive* ex ACTIS *Primi* JUDICIS, ſive *Secundi* [quia *vel* PROCESSUS non *fuit tranſmiſſus* (quod ſæpe contingit) *vel*, quia APPELLATIO *ſit deſerta*] JUDEX, primò, pronunciabit, APPELLANTEM *defeciſſe in Probatione* LIBELLI; *maléque fuiſſe appellatum*; ac *confirmabit Sententiam* JUDICIS *a Quo*, ſi PROCESSUS fuerit *tranſmiſſus*; ſecùs, *non* (*a*) [nam JUDEX debet pronunciare *ſuper* EO, *de* QUO *cognoſcit*, et PROCESSU non *tranſmiſſo*, non poteſt *de* EO *cognoſcere*] et *remittet Cauſam* JUDICI *a Quo*, et etiam condemnabit PARTEM *Appellantem* in *Expenſis*; eaſque, *in eâdem* SENTENTIÂ, taxabit; decernetque PARTEM *monendam* fore, *ad eas perſolvendum*,

OBSERVATIONES.

(a) 1 *Secùs, non.*] Id eſt; ſi *Proceſſus* non *fuerit tranſmiſſus*, JUDEX *Appellationis*, in ſuâ *Sententiâ*, non confirmabit *Sententiam* JUDICIS *a Quo*, pronunciando; *benè proceſſum fuiſſe, per eundem* JUDICEM (utì ſolet, *tranſmiſſo Proceſſu*) ſed, in *hoc caſu*, ſolummodo pronunciabit, *partem appellantem, in Probatione Libelli ſui appellatorii, penitùs defeciſſe, et deficere*; *maléque fuiſſe appellatum*; et remittet Cauſam JUDICI *a Quo*, in non *tranſmittendo Proceſſum*:

2 Similiter, *Libello appellatorio* non *dato*, pronunciandum eſt, *malè appellatum*; et remittitur Cauſâ, *in non libellando*.

[7] Monitio *ad ſolvendum*, ſub *pœnâ* Excommunicationis.
Verba *Sententiæ*, quoad Expenſas,
[1] Fiat, in Expenſis, *Condemnatio:*
[2] Expenſarum *Taxatio:*
N. B. [*Faciat Fidem* Procurator]
[3] Fiat *Monitio* pro *Solutione:*
[4] Excommunicatio, *exnunc.*

ſolvendum, erga [talem] *diem* in eâ parte conſtituendum; *ſub pœnâ Sententiæ* EXCOMMUNICATIONIS; ſub *his* Verbis:

II. *Dictumque* N. *Partem appellantem, in Expenſis legitimis, ex parte* M. *Partis appellatæ, in hâc Cauſâ factis, et faciendis, atque de Jure ſolvendis, condemnamus; eaſdemque* [ad talem Summam] *taxamus* (*b*) [caveat PROCURATOR, ut *Fidem faciat*, ſuper *Taxatione* (*c*) EXPENSARUM] *dictumque* N. *ad ſolvendum eaſdem præfatæ Parti appellatæ* [citra talem Diem, ſive Feſtum] *monendum fore decernimus*; et *caſu quo, infra Terminum hujuſmodi, noſtræ Monitioni non paruerit, eundem* N. *prædictâ Monitione præcedente, et ejus Contumaciâ ſubſequente, exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, excommunicamus* (*d*), *in his Scriptis, per hanc noſtram Sententiam*, &c. (*e*).

OBSERVATIONES.

(b) *Taxamus.*] De Taxationis Expenſarum *Reſervatione*; Vide *Tit.* 333. *per totum.*

(c) *Caveat Procurator, ut Fidem faciat, ſuper Taxatione.*] Vide etiam, de hoc, in *Tit.* et *Obs. ibid.* ſub *lit. (d)* 331. §. 5. *(e)*

(d) *Excommunicamus.*] Vide Formulas *Sententiarum* hodiernas.

(e) *Sententiam*, &c.] Extende; *definitivam, ſive hoc noſtrum finale Decretum, quam, ſive quod, ferimus et promulgamus, in his Scriptis.*

Executio Sententiæ remiſſoriæ.

TITULUS CCCXXXIII.

Expenſæ.

Quòd JUDEX *Appellationis*, quámvis tulerit SENTENTIAM, *pro* PARTE *appellatâ*, REMISSORIAM, poteſt (poſt *remiſſam Cauſam*) taxare EXPENSAS *Appellationis*, et exequi SENTENTIAM *ſuam*, quoad *eaſdem*.

Tenent aliqui *Judicem Appellationis*, Latâ *Sententiâ* et *Cauſâ* remiſſâ, *functum eſſe Officio*, Expenſaſque, *non taxatas* in *Sententiâ*, poſtea *taxari* non *poſſe*:

I. GENERALITER tenetur, quòd JUDEX *ad* QUEM, quamprimum *tulerit Sententiam*, et *Cauſam remiſerit* JUDICIA QUO, *functus eſt* OFFICIO, et *deſinit eſſe* JUDEX *in eâ Cauſâ*; et [niſi, *in ipſâ Sententiâ Remiſſoriâ*, taxaverit *Expenſas Litis*, cum *Sententiâ Excommunicationis* in *eâdem*, ut in Titulo (*a*), *De tenore Sententiæ remiſſoriæ*, &c.] *quòd non poterit* poſtea *taxare Expenſas*, et *compellere* APPELLANTEM *ad Solutionem earundem:*

Ex *Praxi* verò *comprobatur*, quòd *Judex*, in *Sententiâ remiſſoriâ*,

II. Tamen, in iſto caſu, obtinui contra hanc Opinionem (videlicet) quòd licèt *in Sententiâ Remiſſoriâ* [vel, in Decreto Interlocutorio] JUDEX, *ad* QUEM, remiſerit *Cauſam* JUDICI, *a* QUO, et in *eâdem*

OBSERVATIONES.

(a) *Ut in Titulo*, &c.] 332 *per totum.*

eâdem Sententiâ condemnaverit PARTEM *in Expenſis*, ſed *non* taxaverit *eaſdem* in *eâdem*, ſed reſervaverit *Taxationem earundem*; poterit tamen *eaſdem Expenſas* poſtea *taxare*, et *Sententiam ſuam*, *in eâ parte*, *exequi*, non obſtante *prædictâ Remiſſione*:

Partem *condemnans* in Expenſis, *reſervando taxationem*, poterit poſtea *eaſdem taxare*, et Sententiam *exequi*:

III. Nam ſi *hoc non ſit licitum*, in *iſto caſu*, tunc *dato*, quòd *in caſu quo* JUDEX, per *Sententiam ſuam Remiſſoriam*, taxaverit *Expenſas*, et [præcedente MONITIONE (*b*), *ad ſolvendum eaſdem*, tali die] excommunicaverit PARTEM monitam, et *non* ſolventem, *exnunc prout extunc*, *et è contra* (prout in Titulo prædicto (*c*) continetur) PARS tamen *quæ ſolvere deberet hujuſmodi Expenſas*, ita latitavit, quò minùs potuit moneri *ad ſolvendum eaſdem*, ante *lapſum diem conſtitutum*, pro *ſolutione earundem* (*d*); in *quo* caſu, *Sententia Excommunicationis prædictæ* penitùs *extincta eſt*, et *ceſſavit*: Nonne poteſt PARS, cui *ſolvendæ ſunt iſtæ Expenſæ*, de novo, adire JUDICEM *eundem*, et petere RENOVATIONEM (*e*) *hujuſmodi* MONITIONIS, et *ut ſtatuat* novum Terminum, *ad ſolvendas has Expenſas?* Poteſt quidem; et hoc eſt quotidianum:

Ratio (Scilicet) *Taxatis Expenſis*, in *Remiſſoriâ*, tenor *monitionis* eſt, *quòd ſolvantur in diem*: Non *ſolvens*, extunc, *excommunicatur*. Sin eſt autem ut *Pars latitet* (ne *moneatur* ante *diem lapſum Solutionis*) Quid *agendum?* Adeundus eſt *Judex*, Petitur *Renovatio* monitionis, Et ſtatuitur *novus Terminus* pro *Solutione*.

IV. [Nota; Quòd, *in iſto caſu* (*f*), JUDEX non poteſt, *in Secundâ* MONITIONE, pronunciare PARTEM, *exnunc prout extunc*, *excommunicatam*; ſed concedenda eſt MONITIO *Ordinaria*, ut in *cæteris* MONITIONIBUS *pro Expenſis*.]

[Hæc *ſecunda* eſt *monitio ordinaria*]

V. Adde etiam; Quòd, *in iſto* caſu *Excommunicationis*, in *ipſâ Sententiâ latâ*, PARS fuit monita, *ad ſolvendum has Expenſas*; et, propter *non ſolutionem earundem*, legitimè *excommunicata*, et *denunciata*; ac, per BREVE REGIUM *De Excommunicato capiendo*, CARCERIBUS *commiſſa*; ita ut PARS, cui *debeantur hujuſmodi Expenſæ*, quamplurimas *alias* erogavit *Expenſas*, præter *Expenſas* aliàs *taxatas*: Nonne poteſt JUDEX *hujuſmodi Expenſas* CONTUMACIÆ taxare, *et* PARTEM *ad eas ſolvendas* (non obſtante *Remiſſione prædictâ*) compellere? Poteſt quidem:

Ratio *ulterior* (nempe) *Pars monita*, propter *non Solutionem*, Excommunicatur, Denunciatur, Incarceratur; *Judex Appellationis* taxabit *Expenſas* has *extraordinarias*, non obſtante *Remiſſione*, compellendo *Solutionem*:

VI. Et ideo concludo, *ut ſuprà* (g), Quòd, *eâdem ratione*, non obſtante quòd *Sententia prædicta* fuerit *Remiſſoria* [vel, Decretum Interlocutorium fuerit *Remiſſorium*] ſine *Taxatione Expenſarum*, JUDEX

Ita *Remiſſione* non obſtante (factâ *condemnatione*, in Sententiâ) *Expenſæ* poſtea ſint

OBSERVATIONES.

(b) *Præcedente Monitione.*] De quâ *Monitione*, Vide *Tit.* 135.

(c) *Prout in Titulo prædicto.*] 332. §. 2.

(d) *Ante lapſum diem conſtitutum, pro Solutione earundem*, &c.] (f) *Nota; quòd, in iſto caſu*, &c.] Vide *Methodum* (in hoc caſu) procedendi, *potiorem*, juxta Normam *Praxeôs hodiernæ*, inter *Obs.* in *Tit.* 134. ſub *lit.* (*c*) necnon *Obs.* in *Tit.* 135. ſub *lit.* (*a*) (*b*) etiam *Obs.* in *Tit.* 136. ſub *lit.* (*a*) (*b*)

(e) *Petere Renovationem*] De Renovatione Decreti, *ad ſolvendum Expenſas.* Vide *Tit.* 136. *per totum*; et *Obs. ibid.*

(g) *Ut ſuprà.*] §. 2.

taxandæ, et fiat *Executio* Sententiæ.

Judex poterit taxare *Expenſas Litis,* et (in eâ parte) *Sententiam ſuam exequi*; dummodo *in eâdem Sententiâ* [ſive Decreto] condemnaverit Partem *adverſam* in *Expenſis.*

Sed, in *cujus Præſentiâ* fiat *Taxatio?*

VII. Sed hìc quæri poteſt; *In cujus præſentiâ, taxandæ ſunt hujuſmodi Expenſæ?*

Quia, *latâ Sententiâ,* Procurator *functus eſt Officio*;

VIII. Nam Procurator Appellantis *functus eſt Officio,* quamprimum *lata fuerit Sententia definitiva* [ut in Titulo (*h*), *In quibus caſibus Procurator deſinit eſſe Procurator, et functus eſt Officio*]

[1] Vocetur *Pars*; [2] Fiat *Taxatio,* in Pœnam *Contumaciæ* non comparentis.

IX. Ideo, vocanda eſt Pars Condemnata, ad *videndum Expenſas prædictas taxari*; et tunc, ſi *non* comparuerit, *in Pœnam ſuæ Contumaciæ,* ſunt *taxandæ:*

Alter procedendi *modus* (videlicet) [1] Factâ *Condemnatione Expenſarum,* in *Sententiâ* remiſſoriâ, [2] Taxatione *reſervatâ,* [Forma *Reſervationis*] [3] Monito *Procuratore,* [4] *Expenſæ* taxantur in *ejus Præſentiâ,* vel, in pœnam *Contumaciæ,* [5] Decernitur *Monitio,* contra *Partem,* ad *ſolvendum Expenſas.*

X. Sed ego obtentum vidi, et obtinui, *in hoc caſu* (videlicet) quòd licèt *Sententia* fuerit *Remiſſoria,* cum *Condemnatione Expenſarum,* ſine tamen *Taxatione* in *eâdem*; quòd ſi Judex, per *eandem Sententiam* [vel Decretum Interlocutorium] reſervaverit *Taxationem hujuſmodi Expenſarum,* uſque in *certum aliquem diem,* hocque *ſine Intervallo,* et ſub *uno Verborum Contextu* [videlicet, *Condemnamus* N. *in Expenſis,* et *reſervamus Taxationem in proximum,* et *remittimus Cauſam Judici a Quo*] et etiam monuerit Procuratorem Adversarii, *ad tunc intereſſendum,* ad *videndum hujuſmodi Expenſas taxari,* et *diem pro Solutione earundem aſſignari*; quòd tunc, in die aſſignato, Judex [in præſentiâ *dicti* Procuratoris, ſi comparuerit, *alioquin,* in pœnam *ejus Contumaciæ*] poterit *hujuſmodi Expenſas* taxare, *et* decernere Monitionem, *pro Solutione earundem.*

OBSERVATIONES.

(h) *Ut in Titulo,* &c.] 51.

Expenſarum Excuſatio.

TITULUS CCCXXXIV.

In quibus caſibus Appellatus, licèt Sententia, *in* Appellatione, ſit *lata* contra *eum,* non *eſt tamen condemnandus* in Expensis.

Eſto, quòd *in primâ Inſtantiâ,* ubi plenè probant Teſtes, obtinui, Hiſce verò Teſtibus, *in Secundâ Inſtantiâ* (per Exceptiones mi-

I. Si obtinui Sententiam, pro *me,* in *Primâ* Instantiâ, ex *Depoſitionibus,* Testium plenè *probantium* Intentionem *meam*; et Pars *adverſa,* habens *juſtas* Exceptiones *mihi*

mihi incognitas, non probaverit *illas* in *Primâ* INSTANTIÂ; ſed in *Secundâ* INSTANTIÂ; non obtinebit EXPENSAS, nec *Primæ*, nec *Secundæ* INSTANTIÆ:

II. [Nam ſufficit ei, quòd obtinuit *in Cauſâ* PRINCIPALI, et quòd excuſatur *ab* EXPENSIS.]

III. Secùs, ſi APPELLATUS (*a*) dederit EXCEPTIONES, contra *hos* TESTES, et *nihil* probaverit (*b*).

IV. Similiter, ſi APPELLANS obtinuerit SENTENTIAM, per *novas* PROBATIONES (*c*), factas *in Cauſâ* APPELLATIONIS, non ad MERITA *Cauſæ*, non obtinebit EXPENSAS *Primæ* INSTANTIÆ (*d*):

V. Quia PARS quæ obtinuit SENTENTIAM *in Primâ* INSTANTIÂ præſumitur fuiſſe *in bonâ* FIDE; et poterit ſtare pro *Defenſione* SENTENTIÆ, pro PARTE *ſuâ* latæ;

VI. Fallit tamen, ſi APPELLATUS fuerit *in malâ* FIDE, ab *Initio*:

VII. Hoc eſt; ſi DEFENSIO *illa*, quæ probatur *in Secundâ* INSTANTIÂ per APPELLANTEM, fuerit PARTI APPELLATÆ *cognita* [utpote; SOLUTIO *Legati*, vel *Decimarum* petitarum, *in Primâ* INSTANTIÂ, per APPELLANTEM (*e*).]

VIII. In *quo caſu*, condemnanda eſt PARS APPELLATA, *in integris* EXPENSIS *utriuſque* INSTANTIÆ; licèt obtinuerit SENTENTIAM, pro ſe, in *Primâ* INSTANTIÂ.

hi incognitas) repulſis, *ſuccumbo*; Tum *Appellanti*, nec *Primæ*, nec *Secundæ*, debentur *Expenſæ*; Compenſant (in hoc caſu) *Victoria*, et *Expenſarum Excuſatio*: *Ab Expenſis* (autem) *haud excuſatur* excipiens, *et nil* probans. *Expenſæ* primæ *Inſtantiæ* non dantur, *ex* novis *probationibus*, in *Appellatione*, non ad *Merita*, factis: *Ratio*; Obtinens, *in primâ Inſtantiâ*, præſumitur *in bonâ fide*, et ſtat *pro Defenſione* Sententiæ: *Fallit*, ubi conſtiterit fuiſſe *in malâ fide*; Nempe; Si *talia* probentur *in Secundâ* Inſtantiâ, *qualia* nota *priùs* fuêre *Parti Appellatæ*: Sin *ita*; Condemnabitur *in Expenſis* utriuſque *Inſtantiæ*,

OBSERVATIONES.

(a) *Appellatus.*] Aliàs legitur " *Appellans.*

(b) *Probaverit.*] Tunc ſequitur [in *MSS.* penes me] " Nam, in iſto caſu, *ad minùs*, eſt " *in Expenſis, factis* a *die*, ſeu *tempore* propoſi- " tionis, *harum Exceptionum*, condemnandus.

(c) *Per novas Probationes.*] Vide *Tit.* 336. §. 10, 11, 12, 13, 14, 15.

(d) *Non obtinebit Expenſas primæ Inſtantiæ.*] " Non ob *defectum Cauſæ*; ſed ex eo quòd non " *in primâ Inſtantiâ* produxit *hos Teſtes*; quod " ſi feciſſet, *Pars adverſa* non *tantis Expenſis*, " nec *Litibus* gravata fuiſſet. *MS.* [Vide *Tit.* 336. §. 11.]

(e) *Appellantem.*] Aliàs legitur, " *Appellatum.*

TITU-

Expenſarum Compenſatio.

TITULUS CCCXXXV.

In quo caſu facienda eſt Expensarum Compensatio.

Majori Summâ, pro Decimis, per Sententiam, *datâ*, quàm *probatâ*,

Reus *Appellans* obtinebit:

I. SI Actor obtinuerit Sententiam, in *Cauſâ Decimarum*, in Majori *Summâ*, ſeu *pro* Pluribus *Decimis quàm quæ probatæ ſunt*, ſive *ex Confeſſione* Partis, ſive ex *Probationibus per* Testes; Reus habet *juſtam cauſam appellandi*, et (his probatis) obtinebit Sententiam:

Inde fit *Retractatio primæ Sententiæ* et *Condemnatio* in Decimis, *juſtè debitis.*

II. In *quâ* Appellatione, *prima* Sententia retractabitur, *quoad hujuſmodi* Excessus, tamen erit condemnatoria *quoad* Justas *Decimas*.

Videatur (in hoc caſu) forſan, *Appellantem mereri Expenſas* Appellationis, *non* autem *obtinebit*:

III. Videtur, *in iſto caſu*, quòd quoniam Appellans habuit *juſtam cauſam appellandi*, debeat obtinere Expensas *Appellationis*, non tamen obtinebit:

Ratio, *Non* obtulit *juſtum Debitum*, et ergo fuit *in malâ fide*.

IV. Ratio eſt; *Quia* id *quod debeatur* non *obtulit*, et ita *in* Morâ et *malâ* Fide *fuit*, non offerendo Justum *Debitum* (*a*).

Imò, *Sententiam obtinens* pro *majori Summâ*, quàm *juſtè debitâ*, ſuperadditis *non renuncians*, fuit etiam *in malâ fide*:

V. Et *e contrà*; videtur quòd Obtinens *Sententiam* pro Majore *Summâ* quàm *illa* quæ *juſtè* debebatur, et *non* renuncians hujuſmodi Majori *Summæ*, quamprimum noverit *appellatum fuiſſe a Sententiâ*, per Adversarium, ſed *in* Lite *perſiſtens*, eſt in Morâ et *malâ* Fide, et ideo *condemnandus in* Expensis:

Ergo fit *Expenſarum Compenſatio*: Ratio.

VI. Ideoque, *in his caſibus*, fienda eſt Expensarum Compensatio; nam Uterque meritò *puniendus eſt*.

Proteſtatio, (in hoc caſu) neceſſaria *Procuratoris Appellantis*, (Videlicet) Se intendere proſequi *quoad Exceſſus tantùm*: Fiat *Oblatio* Summæ *debitæ*:

VII. Caveant igitur Procuratores; primò Procurator, in caſu prædicto, Appellans, ut, in *Appellatione* et *Proſecutione ejuſdem*, expreſſè proteſtetur, *quòd acquieſcit Sententiæ*, *quoad* [tales] *Decimas*, vel [talem] *Valorem*; et *quòd intendit proſequi* Appellationem *quoad prædictos* Excessus *tantùm*; et offerat Appellans, judicialiter coram Judice *Appellationis*, in primo *Ingreſſu* Litis, *Summam debitam*:

Renunciabit *Procurator Appellati* omni Beneficio *Exceſſûs*, ultra *Summam juſtè debitam*:

VIII. Deinde caveat Procurator Appellati, quòd, *in caſu prædicto*, primò et ante omnia, *renunciet Beneficio* Excessûs *prædicti*; aut, coram Judice *a* Quo, infra *decem dies*, idque in præſentiâ Partis *adverſæ*; vel, coram Judice *ad* Quem, in die *primæ ſuæ Comparitionis*:

Tum, *Ultcriùs litigans* condemnabitur, *in Expenſis*.

IX. Et tunc, ſi Appellans *ulteriùs litigaverit*, eſt *in* Expensis *condemnandus*.

TITU-

OBSERVATIONES.

(a) *Non offerendo juſtum Debitum.*] De Oblatione *fiendâ*; Vide *Tit.* 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188.

Expenſarum Compenſatio.

Duæ Sententiæ.

TITULUS CCCXXXVI.

De Prolatione *duarum* SENTENTIARUM, *hujus* pro APPELLANTE, *alterius* pro PARTE APPELLATÂ, in unâ *Cauſâ*; deque *Condemnatione* in EXPENSIS, et EXPENSARUM COMPENSATIONE.

I. SI appellatur *a* GRAVAMINIBUS, *illatis* ante *Prolationem* SENTENTIÆ, et poſtea *a* SENTENTIÂ *definitivâ*, et hujuſmodi *ſeparatæ* APPELLATIONES contineantur in *unâ*, et *eâdem* INHIBITIONE, et in *uno* accumulantur LIBELLO; Si APPELLANS defecerit *in Probatione* LIBELLI, *quoad* GRAVAMINA *libellata*, et juſtificaverit APPELLATIONEM, *quoad Cauſam* PRINCIPALEM [id eſt, probaverit *Sententiam latam* per JUDICEM *a Quo*, fuiſſe *injuſtam*, vel *nullam*] vel, *e contrà* (*a*);

[1] Appellatur a *Gravaminibus*, [2] Poſtea, a *Sententiâ*, [3] Datur *unus Libellus*. [4] Deficit *Probatio* quoad *Gravamina*, [5] Et juſtificatur *Appellatio* a *Sententiâ*; vel, e *contrà*;

II. JUDEX ſolet, *in his caſibus*, DUAS *ferre* SENTENTIAS, *unam* pro APPELLANTE, *alteram* pro PARTE APPELLATÂ:

Utraque Pars obtinebit *Sententiam*:

III. Sed, *in hoc caſu*, quoniam APPELLANS probavit LIBELLUM in *parte*, et *non* in *toto*, non obtinebit EXPENSAS *Appellationis*, ſed facienda eſt EXPENSARUM COMPENSATIO:

Facienda eſt *Expenſarum Compenſatio*, Quia in *parte tantùm* probatur *Libellus*,

IV. Hoc eſt; quia *frivolè* et *injuſtè* appellavit, *aut* quoad GRAVAMINA, *aut* quoad SENTENTIAM; et PARS *Appellata* obtinuit SENTENTIAM, pro PARTE *ſuâ*, quoad *unam* aut *alteram* APPELLATIONEM *hujuſmodi*; et, in eo obtinere debuiſſet EXPENSAS *ſuas*, quoad APPELLATIONEM *illam*; facienda eſt igitur (ut ſuprà (*b*) dicitur) EXPENSARUM COMPENSATIO.

Et *malè appellatum fuit*, aut quoad *Gravamina*, ſeu quoad *Sententiam*.

V. Sed dato, PARTEM *Appellantem* plures *aut* majores EXPENSAS *erogâſſe*, in APPELLATIONE a GRAVAMINIBUS, quàm PARS *Appellata* probaverit *ſe expoſuiſſe*, in juſtificando, *ſeu* confirmando, SENTENTIAM JUDICIS *a Quo*, quoad *Juſtitiam* CAUSÆ:

Sin *Appellans* a *Gravaminibus* plus erogat in *iſtis probandis*, quàm *Appellatus* in *juſtificando Sententiam*, quoad *merita*;

VI. Exempli gratiâ; APPELLANS *a Verbis comminatoriis* (*c*) [id eſt, quando JUDEX a QUO minatur PARTI, ſe velle Sententiam ferre contra eam] *quæ in Proceſſu ejuſdem* JUDICIS *a* QUO (tranſmiſſo ad JUDICEM ad QUEM) *non conſtant*; tenetur *hujuſmodi Verba probare*, aliàs cadet in Cauſâ.

(Utpote) [1] In probando *verba comminatoria*, in *Proceſſu tranſmiſſo* non *apparentia*:

VII. Similiter,

OBSERVATIONES.

(a) *Vel, e contrà.*] Id eſt; ſi *Appellans* defecerit *in Probatione Libelli* [quoad *Cauſam Principalem*] et juſtificaverit *Appellationem*, quoad *Gravamina libellata*.

(b) *Ut ſuprà dicitur.*] §. 3.

(c) *A Verbis comminatoriis.*] Vide *Tit.* 285. §. 8. Vide etiam *Lynd.* c. 2. De *Appellationibus*. v. *Gravamine*.

[2] In probando (in Cauſâ ex Officio) per Teſtes, *Gravamina fuiſſe illata ad Promotionem Partis in Actis Judicis* (a *Quo*) non *nominatæ*;

VII. Similiter, APPELLANS *in Cauſâ Correctionis* (*d*) [ſi JUDEX *inferior* gravatus fuerit quenquam, *ante latam Sententiam*; vel *per Sententiam*; aut forſan *poſt Sententiam*] GRAVATUS, *in hoc caſu*, quámvis potuiſſet *Appellationem*, in hâc parte, *interponere* quoad JUDICEM *tantùm*, et *eam* quoad *eundem* JUDICEM *proſequi*; tamen [ob *Reverentiam* JUDICI *debitam*] in APPELLATIONE dicet, GRAVAMINA (*a quibus appellatur*) *fuiſſe illata ad petitionem, inſtantiam, promotionem, ſeu inſtigationem* ALTERIUS PERSONÆ, non *nominatæ in* ACTIS JUDICIS *a* QUO; et *hanc* APPELLATIONEM quoad *hujuſmodi* PERSONAM, et *non* quoad JUDICEM, *proſequitur*; APPELLANS tenetur, per TESTES probare GRAVAMINA *hujuſmodi inflicta et illata fuiſſe, ad petitionem, inſtantiam, promotionem, vel inſtigationem dictæ* PARTIS APPELLATÆ, aliàs ſuccumbet in Cauſâ.

[3] In probando, in Appellatione ab exceſſivâ Taxatione, *Exceſſus in proceſſu* non *apparentes*:

VIII. Similiter, ſi appelletur *a nimiâ et exceſſivâ Taxatione Expenſarum* (*e*), ſi EXCESSUS hujuſmodi non apparuerint, *ex ipſo* PROCESSU *tranſmiſſo* [quod ſæpe accidit, præſertim cùm *exceſſivæ* EXPENSÆ, tam pro SOLICITATIONE *Cauſæ*, quàm pro *Expeditione* COMMISSIONIS *in partibus*, pro TESTIBUS *examinandis*, petuntur] tenetur APPELLANS probare EXCESSUS *hujuſmodi*, per TESTES.

In *his*; obtinens, in *Gravamine*, obtinet *Expenſas ordinarias*, et *extraordinarias*.

IX. In his *omnibus caſibus*, APPELLATUS (*f*) ſi obtinuerit SENTENTIAM pro ſe, *in Cauſâ* GRAVAMINIS, obtinebit tam *Ordinarias* EXPENSAS factas, *in proſequendo* APPELLATIONEM *hujuſmodi*, quàm EXPENSAS *factas*, in *probandis* GRAVAMINIBUS *prædictis*, per TESTES.

Obtinens, a *definitivâ*, per probationes *alteri cognitas*, et ſuccumbens in *Gravamine*, obtinet *Expenſas Appellationis*;

X. Conſimili *etiam* ratione, ſi APPELLANS, per *novas Probationes* PARTI APPELLATÆ *cognitas*, obtinuerit in APPELLATIONE a SENTENTIÂ *definitivâ*, et ſuccubuerit *in Cauſâ* GRAVAMINIS, obtinebit EXPENSAS *Appellationis*:

Secùs, quoad probationes *alteri incognitas*, condemnatur *in Expenſis*; Ratio:

XI. Secùs, quoad *Probationes incognitas* PARTI *adverſæ*; nam, *in eo caſu*, propter MALITIAM (*g*), *non producendo* TESTES *in primâ Inſtantiâ*, condemnandus eſt *in* EXPENSIS (*h*):

XII. Obtinebit

OBSERVATIONES.

(d) *Appellans in Cauſâ Correctionis.*] Vide *Tit.* 284. *per totum*, et *Obs. ibid.* necnon *Tit.* 285.

(e) *Si appelletur a nimiâ et exceſſivâ Taxatione Expenſarum.*] Vide *Tit.* 282, 283.

(f) *Appellatus.*] Legitur in *MS.* " Appellans.

(g) *Propter Malitiam.*] Vide *Tit.* 110. et *Obs. ibid.*

(h) *Condemnandus eſt in Expenſis.*] In quibus caſibus *Appellatus*, licèt *Sententia*, in *Appellatione*, ſit *lata* contra *eum*, non eſt tamen *condemnandus in Expenſis*; Vide *Tit.* 334. *per totum*.

Obtinet Expenſas aliquas Pars appellata.

XII. Obtinebit tamen PARS *appellata* EXPENSAS *aliquas*, nempe, *illas* quas expoſuit *ratione* SENTENTIÆ, quam obtinuit ferri *pro* PARTE *ſuâ* [videlicet, *pro Feodo* SENTENTIÆ, et EXECUTIONE *ejuſdem*, et *Feodis* ADVOCATI et PROCURATORIS, *pro* INFORMATIONIBUS *datis*, et ACTIS *expeditis*, in et circa *eandem* SENTENTIAM, quam PARS *appellata* obtinuit.]

Quandoque *mala Fides* irrepſit, *hinc* et *inde*;

XIII. Hoc ita adjudicatum novi, propter *malam* FIDEM in APPELLANTE, et in APPELLATO:

[Scilicet] [1] In *Appellante*, Ratio;

XIV. In APPELLANTE; Quia *non* produxit TESTES *ſuos*, in *primâ Inſtantiâ*, fuit in *malâ* FIDE:

[2] Etiam in *Parte Appellatâ*. Ratio.

XV. In APPELLATO; Quia ſcivit *ejus* ADVERSARIUM habuiſſe TESTES, ad *probandum ejus* INTENTIONEM, et tamen obtinuit SENTENTIAM, et ideo *non* eſt excuſandus a *malâ* FIDE.

Modus procedendi.

TITULUS CCCXXXVII.

Forma confirmandi EPISCOPUM (*a*); et *quæ facienda ſunt*, per PROCURATOREM, *tempore ejus* CONFIRMATIONIS.

Præſentatio *Literarum Patentium*, de *Aſſenſu Regio*;

I. IMPRIMIS, die et loco, *pro hujuſmodi* CONFIRMATIONE *fiendâ*, aſſignatis, *coram* VENERABILI *Viro* N. COMMISSARIO, *&c.* præſententur *Literæ* COMMISSIONALES *et* PATENTES REGIÆ, de *Aſſenſu* REGIO, *&c. ſub* SIGILLO *Magno* ANGLIÆ, et coram Eo publicè *legantur*.

Lectio *earundem*;

Acceptatio, *per Commiſſarium*; Decernitur, *procedendum fore*.

II. Quibus *lectis*, aſſumat in ſe *dictus* COMMISSARIUS *Onus Executionis dictarum Literarum* COMMISSIONALIUM, *&c.* et decernet, *procedendum fore, juxta vim, formam et effectum earundem*.

Exhibetur *Procuratorium*, pro *Decano* et *Capitulo*; Præſentatur *Dominus Electus*.

III. Tum compareat PROCURATOR DECANI *et* CAPITULI, N. qui *exhibeat* PROCURATORIUM *ſuum pro dictis* DECANO *et* CAPITULO, *et faciat ſe* PARTEM *pro eiſdem*; et præſentet, *eidem* COMMISSARIO, *Reverendum Patrem* DOMINUM *Electum* N. EPISCOPUM, ac ſiſtat *eum* coram *eodem*.

Exhibetur *Citatio* contra *Oppoſitores*, Cum *Certificatorio*; Petitur *Præconizatio*;

IV. Deinde, exhibeat *dictus* PROCURATOR CAPITULI N. MANDATUM *Citatorium* contra OPPOSITORES, *&c. aliàs emanatum*; cum CERTIFICATORIO *ſuper Executione ejuſdem*; et petat, *omnes citatos præconizari*.

Fit *trina* præconizatio;

V. Et tunc fiat *trina* PRÆCONIZATIO omnium *citatorum*, &c.

Accuſatur *Contumacia* non *comparentium*:

VI. Quibus *præconizatis*, et nullo modo *comparentibus*, PROCURATOR CAPITULI N. accuſet *eorum Contumaciam*; et petet *eos reputari Contumaces*; et, *in Pœnam ſuarum Contumaciarum hujuſmodi*, *Viam ulteriùs opponendi, contra dictam* ELECTIONEM, *eis et eorum cuilibet, præcludi*; et *quatenus dictus* COMMISSARIUS *ad ulteriorem* PROCESSUM, *in dicto* CONFIRMATIONIS *Negotio, juxta* JURIS *exigentiam, procedat*; *ipſorum ſic citatorum, et non comparentium, Abſentiâ ſive Contumaciâ, in aliquo, non obſtantibus:* Prout

Petitur, *Viam ulteriùs opponendi* præcludi, Et, *ut ulteriùs procedatur*, In *pœnam* non *comparentium*:

OBSERVATIONES.

(a) *Forma confirmandi Epiſcopum.*] De Confirmatione *Epiſcoporum*. Vide *Othob. Conſt.* 31.

Prout in Schedulâ, quam legat *dictus* Commissarius. — Legitur *Schedula.*

VII. His ſic geſtis, *dictus* Procurator Capituli det *Summariam* Petitionem, *in Scriptis*, quam *dictus* Commissarius, *ad ejus petitionem*, admittat, *quatenus de* Jure, *&c.* et decernat *procedendum fore ſummariè, et de plano*; et aſſignet Procuratori Terminum, *ad probandum eandem adſtatim.* — Datur *Summaria Petitio*, Admittitur; Decernitur, *procedendum fore ſummariè*, et ad *probandum adſtatim.*

VIII. Deinde, *dictus* Procurator Capituli, in *ſubſidium* Probationis *contentorum, in dictâ Summariâ* Petitione, exhibeat Instrumentum [ſive *Literas* Testimoniales] *ſuper* Processu Electionis (in *formâ authenticâ*) *facto*, ac Sigillo *communi dicti* Decani *et* Capituli *ſigillato*; necnon *Literas Patentes* Regias, de *Aſſenſu* Regio, *eidem* Electioni *adhibito*; ac Instrumentum *ſuper* Conſensu *dicti* Domini Electi, *quatenus faciunt pro intentione dicti* Decani *et* Capituli, *&c.* — In *Subſidium Probationis*, exhibentur *Teſtimoniales*, de *Proceſſu Electionis*, *Literæ Patentes*, de *Aſſenſu Regio*, *Inſtrumentum*, ſuper *Conſenſu Domini Electi.*

IX. Et *dictus* Commissarius, ad *petitionem* Procuratoris Capituli, aſſignet Terminum, *ad audiendum* Sententiam, *ſive finale* Decretum, adſtatim. — Aſſignatur *ad audiendum Sententiam adſtatim.*

X. His expeditis, fiat *alia trina* Præconizatio *omnium citatorum*, &c. — Fit *trina Præconizatio.*

XI. Quibus ſic *præconizatis*, et nullo modo *comparentibus*, dictus Procurator Capituli accuſet *eorum Contumacias*; et, *in Pœnam Contumaciarum ſuarum hujuſmodi*, petat, ut *dictus* Commissarius decernat, *procedendum fore ad prolationem* Sententiæ *definitivæ, ſive finalis* Decreti; *ipſorum ſic citatorum, non comparentium, Abſentiâ, ſive Contumaciâ, in aliquo, non obſtantibus:* Prout in Schedulâ, quam legat *dictus* Commissarius: — Accuſatur *Contumacia* non *comparentium*: Petitur, *procedendum fore ad Prolationem Sententiæ*; In *pœnam* non *comparentium*; Legitur *Schedula.*

XII. Deinde, *dictus* Electus, præſtet Juramentum, *de agnoſcendo Supremam Regis Authoritatem*; et alia Juramenta *ſolita.* — Præſtat Electus *Juramenta.*

XIII. Quibus præſtitis, *dictus* Commissarius leget Sententiam *definitivam*, pronunciando, declarando, et *cætera* faciendo, prout *in eâdem* continetur. — Lecta eſt *Sententia.*

XIV. Tunc, *dictus* Commissarius, ad *petitionem* Procuratoris Capituli *et* Domini Electi, decernet *Literas* Testimoniales, *ſuper præmiſſis*, &c. (*b*). — Decernitur, *Literas Teſtimoniales* fieri.

OBSERVATIONES.

(b) 1. Cum *viduata* ſit Ecclesia Cathedralis, et Pastoris Solatio *deſtituta*, de Præsule provideri ſolet, per Electionem *Canonicam*, a Decano et Capitulo *ejuſdem* Ecclesiæ, *celebrandam*; petitâ autem priùs, a Rege, et obtentâ *Licentiâ*, alium ſibi eligendi, in *Sedis vacantis* Episcopum et Pastorem.

 (2.) Poſt

OBSERVATIONES.

Modus procedendi.

(2.) Poſt ELECTIONEM *celebratam*, et DOMINI ELECTI *Conſenſum* ELECTIONI (de ſe, factæ) *adhibitum*, ſignificantur *hæc*, a DECANO et CAPITULO, *Regiæ* MAJESTATI, et *Domino* ARCHIEPISCOPO.

(3.) Deinde, reſcribere ſolet ARCHIEPISCOPO, per *Literas ſuas* PATENTES, *Dominus* REX, de *Aſſenſu* REGIO, eidem ELECTIONI, adhibito; unà cum MANDATO, pro CONFIRMATIONE, et CONSECRATIONE *dicti* DOMINI ELECTI.

(4.) Poſt hæc, ſubſcribit ARCHIEPISCOPUS; *Fiat Confirmatio:* Et emanat CITATIO, contra OPPOSITORES, &c. [prout habetur in *Formulis*.]

(5.) Denique, die et loco, pro CONFIRMATIONE *celebrandâ*, conſtitutis, proceditur in hunc, qui ſequitur, modum.

Directorium
Expediendorum
In
Negotio CONFIRMATIONIS *Epiſcopi*.

Procurator.

REVERENDE DOMINE; Exhibeo Procuratorium meum pro Venerabilibus Viris Decano et Capitulo Eccleſiæ Cathedralis N. et facio me partem pro eiſdem; et præſento Dominationi veſtræ Literas Patentes Regias Magno Sigillo Magnæ Britanniæ ſigillatas, pro Confirmatione Electionis Reverendi Viri A. B. Sacræ Theologiæ Profeſſoris, in Epiſcopatum *N.* et peto, ut legantur.

Vicarius Generalis.

Legantur.

Procurator.

Humiliter peto, quatenus dignemini in Vos acceptare Onus dictæ Confirmationis; et decernere procedendum fore, juxta formam dictarum Literarum Patentium, et Juris exigentiam.

Vicarius Generalis.

Nos, ob Honorem Domino Regi debitum, Onus Confirmationis hujuſmodi Electionis in nos acceptamus, et decernimus procedendum fore, juxta vim, formam, et effectum earundem Literarum Patentium; et T.T. Notarium Publicum, in Actorum noſtrorum, in hâc parte, Scribam aſſumimus.

Procurator.

Præſento Vobis Reverendum Virum A. B. Sacræ Theologiæ Profeſſorem, in Epiſcopum, et Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis N. prædictæ, Electum; ipſumque hìc judicialiter ſiſto; et Nomine procuratorio dictorum Decani et Capituli, exhibeo Mandatum originale, unà cum Certificatorio indorſato ſuper Executione ejuſdem, contra omnes et ſingulos Oppoſitores; et peto, eos præconizari.

Vicarius Generalis.

Præconizentur Oppoſitores.

Procurator.

Accuſo Contumacias omnium et ſingulorum, in hâc parte, citatorum, intimatorum, præconizatorum, et non comparentium; et peto, eos pronunciari contumaces; et, in pœnam Contumaciarum ſuarum hujuſmodi, viam ulteriùs opponendi, contra dictam Electionem, Formam ejuſdem, aut Perſonam, in hâc parte, electam, eis et eorum cuilibet præcludi peto; necnon ad ulteriora, in dicto Confirmationis Negotio, procedendum fore decerni; ipſorum ſic citatorum, intimatorum, præconizatorum, et non comparentium, Abſentiâ, ſive Contumaciâ, in aliquo, non obſtante; et porrigo Schedulam, quam peto legi.

Vicarius Generalis.

Schedulam legit.

Procurator.

In pœnam Contumaciarum omnium et ſingulorum, in hâc parte, citatorum, intimatorum, præconizatorum, et non comparentium, do hanc Summariam Petitionem, in Scriptis conceptam;

conceptam; quam peto admitti; et procedendum fore decerni, ſummariè, et de plano; et Terminum aſſignari mihi, ad probandum eandem adſtatim.

Vicarius Generalis.

Admittimus hanc tuam Summariam Petitionem, quatenus, de Jure, ſit admittenda; et decernimus, procedendum fore, ſummariè, et de plano; et tibi aſſignamus Terminum, ad probandum hanc tuam Summariam Petitionem adſtatim.

Procurator.

In pœnam Contumaciarum omnium et ſingulorum, in hâc parte, citatorum, intimatorum, præconizatorum, et non comparentium, et in ſubſidium Probationis Contentorum in dictâ Summariâ Petitione, exhibeo Certificatorium [de et ſuper Electione præfati Reverendi Viri A. B. Sacræ Theologiæ Profeſſoris, in Epiſcopum, et Paſtorem Eccleſiæ Cathedralis N. prædictæ, factâ per præfatos Decanum et Capitulum ejuſdem Eccleſiæ] Sigillo eorum communi ſigillatum; exhibeo etiam Inſtrumentum publicum, de et ſuper Conſenſu dicti Reverendi Viri A. B. Sacræ Theologiæ Profeſſoris, eidem Electioni; ac Literas Patentes Regias, aliàs lectas; et allego omnia et ſingula Contenta, in eiſdem reſpectivè Exhibitis, fuiſſe et eſſe vera, ac ita habita, et geſta, prout in eiſdem continetur; et peto ea omnia admitti; et Terminum aſſignari mihi, ad audiendum Sententiam.

Vicarius Generalis.

In pœnam Contumaciarum omnium et ſingulorum (ſic, ut præfertur) citatorum, intimatorum, præconizatorum, et non comparentium, admittimus hæc Inſtrumenta publica; et aſſignamus ad audiendum Sententiam adſtatim.

Procurator.

Peto, omnes et ſingulos Oppoſitores hujuſmodi denuò præconizari.

Vicarius Generalis.

Præconizentur Oppoſitores.

Procurator.

Accuſo Contumacias omnium et ſingulorum ſic (ut præfertur) citatorum, intimatorum, præconizatorum, et non comparentium; et peto, eos pronunciari Contumaces; et, in pœnam Contumaciarum ſuarum hujuſmodi, procedendum fore decerni, ad prolationem Sententiæ veſtræ definitivæ; et porrigo Schedulam, quam peto legi.

Modus procedendi.

Vicarius Generalis.

Schedulam legit.

Procurator.

Dominus Epiſcopus Electus promptus eſt, ad præſtandum Juramenta, in hâc parte, uſitata.

Vicarius Generalis.

Præſtentur Juramenta.

Procurator.

Porrigo Sententiam definitivam, in Scriptis conceptam, quam peto legi, et ferri.

Vicarius Generalis.

Legit Sententiam.

Procurator.

Dominus Epiſcopus Electus et Confirmatus, et ego, petimus Inſtrumentum publicum, et Literas Teſtimoniales fieri.

Vicarius Generalis.

Decernimus prout petitur.

(6) Inter Honores, et Privilegia, quibus inſigniti ſunt, ad Apicem Dignitatis eminentioris Archiepiſcopalis evecti, communis eſt, utrique Archiepiſcopo, et *Cantuarienſi*, et *Eboracenſi*, Titulus, *Reverendiſſimus in Chriſto Pater ac Dominus.*

Utuntur ambo Titulo, *Providentiâ Divinâ.*

Scribit autem, in Brevi ſeu Reſcripto ſuo, Dominus REX, *Dei Gratiâ Archiepiſcopo Cantuarienſi:*

Titulum habet horum uterque, vel in Colloquio, vel in Scriptis, *Clementiæ*, quam (Anglicè) vocamus *Grace.*

Appellatur Archiepiſcopus Cantuarienſis, *totius Angliæ Primas, & Metropolitanus:*

Eboracenſis *Angliæ Primas, et Metropolitanus.*

Præcedentiam habet Ille *Cantuarienſis*, ſupra omnes Regni Magnates, & Officiarios; unde vocatur (Regali ſalvâ Proſapiâ) *Primus Par Regni.*

Competit *Illi* Privilegium inaugurandi *Regem*, in Coronatione.

Dicebantur olim (ubicunque moram traxêre) REX & REGINA, *Speciales, & domeſtici parochiani Domini Archiepiſcopi.*

Habet etiam Præcedentiam *Eboracenſis Archiepiſcopus*, præ omnibus Regni Magnatibus, & Officiariis, præter Dominum *Cancellarium.*

(7) Obſervatur autem, in horum Archiepiſcoporum *Ordinatione*, quòd ſi non ante fuerint Epiſcopi, *conſecrari* ſolent a quatuor Epiſcopis: Si

OBSERVATIONES.

Modus procedendi.

Si verò priùs fuerint Epiſcopi, *confirmatur eorum Electio* a quatuor Epiſcopis.

(8.) Poſt eorum Ordinationem, Electiones Epiſcoporum ſuæ Provinciæ, confirmant.

Poſtmodum etiam hujuſmodi Epiſcopos (unà cum duobus aliis Epiſcopis) conſecrant.

Provinciales Synodos (juxta Reſcriptum Regium) convocant.

Synodos convocatas moderantur, & ultimum, in eis, ferunt Suffragium.

Appellationes (ab Epiſcopis ſuis ſuffraganeis) interpoſitas recipiunt, eiſdemque reſcribunt.

Totam Provinciam (ſecundum Leges & Conſuetudines) viſitare ſolent.

Sede quâcunque Epiſcopali, ſuæ Provinciæ, vacante, Cuſtodiam habent Eccleſiaſticæ Juriſdictionis, ad eandem ſpectantis, niſi cùm obſtet in contrarium aliqua Conſuetudo. [Vide *Obs.* in *Tit.* 5. ſub *lit.* (f)].

Approbare, & inſinuare ſolent Teſtamenta, Literaſque concedere Adminiſtrationis bonorum abinteſtatò decedentium, Mortis tempore bona notabilia, in diverſis Diœceſibus, habentium, ſive peculiaribus Juriſdictionibus infra ſuam Provinciam.

Præterea, in Territorio peculiarum ſuarum Diœceſium, Authoritatem Epiſcopalem exercent, prorsùs ut alii Epiſcopi.

(9) Tredecim verò Parochias, ſibi peculiares & exemptas, ad *Decanatum de Arcubus* ſpectantes, in Diœceſi & Civitate *Londinenſi*, vendicat *Archiepiſcopus Cantuarienſis*; utpote, *Beatæ Mariæ de Arcubus*; *Omnium Sanctorum Breadſtreet*; *Omnium Sanctorum Lombardſteet*; *Sancti Dionyſii Backchurch*; *Sancti Dunſtani in Oriente*; *Sancti Johannis Evangeliſtæ*; *Sancti Leonardi in Eaſtcheap*; *Sanctæ Mariæ Aldermary*; *Sanctæ Mariæ Bothaw*; *Sancti Michaelis Crooked-Lane*; *Sancti Michaelis Regalis*; *Sancti Pancratii Soper-Lane*; *& Sancti Vedaſti aliàs Foſter*.

(10.) Peculiare Privilegium habet etiam *Archiepiſcopus Cantuarienſis*, quòd quilibet Epiſcopus, ab ipſo confirmatus, unum exhibeat Capellanum, donec & quouſque Beneficium aliquod ſufficiens ei profſpexerit.

(11) Poteſt item *Archiepiſcopus Cantuarienſis* diſpenſare, ſeu Facultates impertiri, & Gratiam facere Canonum aliarumque Legum Eccleſiaſticarum, per totum Angliæ Regnum.

Poteſt Ille creare Notarios Publicos:

Concedere Valetudinariis, Puerperis, Senio confectis, Ægrotis, *&c.* veſci Carnibus, diebus quibuſdam vetitis:

Licentiam dare ad Matrimonium (in quâcunque parte Provinciæ) abſque Bannorum publicatione, celebrandum.

Diſpenſare poteſt etiam in Cauſis Beneficialibus: utpote, ad abolendam Irregularitatem; abſque Dolo malo contractam:

Ad abolendum etiam, quandoque, Simoniacum ambitum:

Beneficium vacans, Fiduciario Titulo (quam *Commendam* vocant) concedere poteſt, ad tempus, ſeu durante vitâ.

Diſpenſare poteſt ut Filius, in Beneficio, Patri immediatè poſſit ſuccedere:

Vel, quòd ad aliquod tempus (graviorem ob cauſam) Beneficiatus reſidere non teneatur, ſed per alium deſervire idoneum:

Etiam, ut Laicus, literis operam navans, Præbendam retineat:

Item, ut qui Sacris ſit initiatus (juxta Leges & Statuta Regni, idoneus) duo Eccleſiaſtica Beneficia retinere poſſit: Curata, ſcilicet, intra certam Diſtantiam, non Curata verò abſque ratione Diſtantiæ:

Necnon, ut ad Sacros Ordines præparatus, Ordinem Diaconatûs & Presbyteratûs, ſimul, & tempore non ſtatuto, ſuſcipere valeat.

(12) Per *Electionem*, fit Ille Dominus *Electus* Epiſcopus *Nominis*, non *Ordinis*, neque *Juriſdictionis*:

Per *Confirmationem*, habet quæ ſunt *Juriſdictionis* (utpote Poteſtatem corrigendi, excommunicandi, *&c.*) Tunc ceſſat Officium *Guardianatûs Spiritualitatum*, & Confirmato competit *Adminiſtratio* (ut dicitur) *rei familiaris*; id eſt, Redituum.

Nondum verò habeat quæ ſunt *Ordinis* (veluti Poteſtatem Ordinationis, Confirmationis, Conſecrationis Eccleſiarum) ante *propriam Conſecrationem peractam*, quâ factâ, non ſolùm quæ *Juriſdictionis*, verùm etiam quæ *Ordinis* ſunt, exequi poterit.

(13.) Ad Culmen evecti Dignitatis Epiſcopalis hiſce, quòque, donantur Honoribus & Privilegiis.

Decorantur Titulo Dominorum; propter Baroniam, eorum annexam Epiſcopatui.

Præcedentiam habent, ſuper omnes alios Regni Barones.

In Supremo Regni Senatu, hoc modo, Sedes occupant:

ARCHIEPISCOPUS { *Cantuarienſis*; *Eboracenſis*;

EPISCOPUS { *Londinenſis*; *Dunelmenſis*; *Wintonienſis*;

Deinde cæteri juxta *Conſecrationis prioritatem*; Si verò quis fuerit, inter Epiſcopos, *Regi e Secretioribus Conſiliis*, locum obtineat proximè poſt antedictum *Dunelmenſem*.

(14.) Inter Munera quidem Epiſcopalia, præcipua ſunt, Oves Pabulo Sacro reficere: nimirum Populos (Doctrinam tradendo Cœleſtem) Dei Verbum edocere:

Euchariſtiam, in Cathedralibus Eccleſiis, Feſtis Solennibus, adminiſtrare:

In

OBSERVATIONES.

In conſecrandis Epiſcopis aſſiſtere :

Presbyteros & Diaconos ordinare :

Eccleſias, & loca Sepulturæ, ſacris uſibus, dedicare :

Pueros confirmare :

Juriſdictionem Eccleſiaſticam exercere: Cenſuras infligendo Monitionis, Excommunicationis, Anathematiſmi, Interdicti, Corporalis Pœnitentiæ, Denegationis Chriſtianæ Sepulturæ, in locis ſacratis, Sequeſtrationis Fructuum Eccleſiæ, Suſpenſionis, Deprivationis, Depoſitionis :

Facultatem, ad tempus aliquod, veſcendi carnibus, in diebus Jejuniorum, dare :

Licentiam Concionatoribus, Curatis, Ludimagiſtris, Medicis, Chirurgis, & Obſtetricibus, concedere :

Licentiam pro Matrimonii Celebratione, abſque Bannis editis, indulgere :

Ad Reſcriptum Regium, certiores facere Civiles Judices, de legitimis, & illegitimis Nuptiis.

Similiter de legitimis, & illegitimis Natalibus:

Item de Excommunicatis :

Etiam requirere Reſcriptum Regium, pro Corporis Captione, & Incarceratione, illius, qui (animo pertinaci, & obdurato) ultra quadraginta dies, Excommunicatus perſiſtit :

Defunctorum Teſtamenta probari, & inſinuari facere.

Abinteſtatò decedentium bona, Viduæ, ſeu proximo Conſanguineo, vel Intereſſe habenti, concedere ; vel tertiæ Parti, in uſum Jus habentis ; vel pendente Lite ; vel ubi bona ſint peritura ; vel per Adminiſtrationem limitatam ; vel ad corroborandum Proceſſum in Curiis Secularibus ; etiam de bonis non adminiſtratis ; vel cum Teſtamento annexo. *Modus procedendi.*

Bona Caduca colligenda mandare :

Computum, ſeu Ratiocinium Adminiſtrationis reddi facere, idque approbare, vel rejicere :

Res, & Perſonas (ſcilicet Fructus Beneficii, vel Mulierem in Causâ Matrimoniali) ſequeſtrare :

Literas dimiſſorias, vel teſtimoniales, concedere :

Beneficia, per Collationem, conferre :

In Beneficia, ad Præſentationem aliorum, inſtituere :

Inſtitutos inducendos mandare :

Congruam Portionem Vicario aſſignare :

Eccleſias minutiores unire, & conſolidare :

Ad diruendam Eccleſiam, & noviter extruendam, Licentiam dare :

Similiter ad collocandum Sedile in Eccleſiâ :

Quolibet triennio, ſuam Diœceſin viſitare ; aliaque exercere, quæ ad Cognitionem ſpectant Eccleſiaſticam ; de quibus copiosè, in hoc Libro, tractatum eſt.

Vigeat itaque, ſuis Juribus illibatis, SACRA PRÆSULUM POTESTAS ; *cui parere tam diu ſuaſerunt* RELIGIO, PIETAS, RATIO, LEGES ; *perque Secula clareſcat, Rupe ſedens,* ALMA MATER ECCLESIA.

Δόξα τῷ Θεῷ.

FINIS.

APR 14 1936